43
5 H
13

AVGVSTINI BARBOSÆ I.V.D. LVSITANI,

TRACTATVS DE CANONICIS, ET DIGNITATIBVS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AVGVSTINI
BARBOSÆ
I.V.D. LVSITANI,
PROTONOTARII APOSTOLICI,
& ſacræ Congregationis Indicis Conſultoris,

TRACTATVS

DE CANONICIS,
ET DIGNITATIBVS,

Aliiſque inferioribus Beneficiariis Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum, eorumque Officiorum tam in Choro, quàm in Capitulo.

Hac tertia editione ab ipſo Auctore recognitus, & quamplurimorum Additamentorum, his notulis [ ] incluſorum, acceſſione, plus tertia parte auctus.

Cum SVMMARIIS, & INDICIBVS locupletatus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



LVGDVNI,
Sumptib. Laurentij Durand, & Laurentij Arnaud.

M. DC. XL.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



ILLVSTR.^MO ET REVER.^MO

D.D. BERNARDO ATTAYDIO,

MAGNO PRIORI INSIGNIS ECCLESIÆ VIMARANENSIS,

AVGVSTINVS BARBOSA
eiuſdem Eccleſiæ Theſaurarius F. P.

SI nihil, Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Domine, tam naturale ex Vlpiani ſententia, quàm eodem genere quidquam diſſoluere, quo eſt colligatum, nihil contra tam naturale, ſententia mea, quàm eodem & recolligere, quo eſt aliquando diſſolutum. Cùm verò tam auctoritas in me tua, quàm obſequium in te meum æquè naturalia ſint, vt putà à Maioribus vtrique hæreditario tibi iure tradita, mihi nexu relicta; & ea hinc temporis curſu, inde mea potiſſimum abſentia quaſi diſſoluta videri poſſint, religandi modus ſicut mihi imprimis expetendus, ita & non alius exquirendus fuit, quàm qui ab ipſis vtriuſque Parentum ſtudiis in nobis non degeneranter, vt ſpero, continuatis, ſponte ſe quadam naturali oblatus eſt. Et iam à memoria tibi non exceſſiſſe puto quanta cum auctoritate Excellentiſſimus Pater tuus patre vtebatur meo; nam neque mihi excidit quanta cum veneratione, quantóque obſequio meus tuum obſeruaret, & coleret. Tanta quidem hinc inde, quanta vtriuſque fortuna par eſſet, & quæ

tranſcendentem tui gradum deſcendentem mei ita libraret, vt vterque quod erat ab altero æqua lance haberetur. Quæ memoria me ita ſtimulat, vt patris mei pietatem violare mihi viderer ſi eius ſtudium in Excellentiſſimum Patrem tuum non incæptum modò, ſed longè productum in te ego continuare, totíſque viribus complecti non conarer, illius quidem menſuram vt ſaltem non coarctaſſe me gaudeo, ita & Patris te tui egregiè ampliaſſe gratulor; qui Regis noſtri apud Cæſaream Maieſtatem Legatum agens priùs altioris ſcilicet militiæ tyrocinium, pòſt & in ſummo Luſitanici Regni, ſolíque patrij prætorio Præfectus aſſumptus Regem non quaſi ex Regis imperio, ſed naturali quodam feruore ita pro Rege agit, vt natus in illo videri poſſit, non factus. Gloriæ tibi tantò maioris, quantò rarioris exempli, & in quo primò tum Catholicus Rex Luſitanorum fidem ſpectabilem ſibi eſſe indicauit, tum ipſe poſteris ne dum ſuis, ſed & nationi omni, cuius oculos in ſe ſolùm quaſi in anteſignanum ſibi ſpectandum rapuit, viam ad ampliores honores promerendos aperuit. Quippè qui Caſtri Ayti Comes in primum Regalis aſcenſus gradu pede inſiſtens ad Principatus aſcendendi modum oſtendit; reclinatorij hinc virtutis, hinc pietatis firmitate ſuffultus. Cuius tu veſtigiis ſedulò inhærens, eiúſque te imitatorem non ſegnem exhibens, tuorum etiam Maiorum omnium laudes ad viuum referens, alios ad æquè ſtrenuè agendum gloriosa æmulatione prouocas. Qui Magnus noſtræ Vimaranenſis Eccleſiæ Prior factus, & ad maiorum honorum aſcenſus accinctus maximum in Sacerdotio euadere poſſe te monſtras, ſi more ſuo tamen non pugnabit fortuna virtuti. Hac potiſſimum ætate, qua quas Deus accendit in Orbe lucernas ponendas ſuper candelabra; vt luceant omnibus, homines dexteram Excelſi mutantes ſub modio ponunt, ne ſi foris ardeant, ipſorum tenebras detegentes miſeriæ illos in ſua felicitate arguant; ſic in quo felices ſe putant, in eo miſeri deprehendantur; quando ſicuti nemo agnoſcitur miſer, niſi qui felici comparatur, ſic & nemo obſcurus, niſi qui præclaro. Qui quidem vt debitos merentibus honores ſuffurari poſſunt, ſuffurantur enim non conferentes, merita tamen auferre non intelligunt in eo illos extollere, in quo reprimere putant, ſicut in eo alios deturpare, in quo ornant. Et hac ratione illuſtrabit magis Amplitudinem Tuam hominum iniuria; & gloriam ampliabit inuidia, tanti mihi ſolaminis; vt ſim licèt deſpectus omnibus, tibi ſoli, vt ſpero, conſpectus, reputabo me ſub tua Sublimitate ſublimem. Vale Romæ Kalendis Aprilis M. MD. XXXII.

SERIES

SERIES

Capitum quæ hoc Tractatu de Canonicis, & Dignitatibus, continentur.

CAP. I. CANONICI unde dicantur, & in quot ſpecies diuidantur. pag. 1.

II. Cathedrales, & Collegiatas Eccleſias erigere, & in eis Canonicatus inſtituere quis valeat. 11

III. Canonicorum numerus an, & quando augeri, diminuivè poſſit, & de Canonicis ſupernumerariis. 17

IV. Dignitates, & inferiora beneficia an, & quæ ſint in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis præter Canonicatus. 21

V. De Archidiacono. 28

VI. De Archipresbytero. 37

VII. De Decano. 41

VIII. De Theſaurario, Sacriſta, & Cuſtode. 43

IX. De Primicerio, Cantore, & Præpoſito. 44

X. De Magiſtro ſcholæ, ſiue Scholaſtico. 48

XI. De Prioribus. 49

XII. Canonia, & Præbenda in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis quæ. 52

XIII. Dignitates, & Canonici ad Cathedrales, & Collegiatas Eccleſias qua ætate, & qualitate eligendi. 56

XIV. Canonicatuum, & Præbendarum prouiſio ad quos ſpectet. 75

XV. Canonicatus, ſiue Dignitatis poſſeſſio qualiter capienda. 84

XVI. Canonici, ſiue Dignitates an, & quando, & ſub qua pœna teneantur ſuſcipere Ordines annexos ſuis Canonicatibus, Dignitatibus, Officiis, vel Præbendis. 92

XVII. Canonicus in Eccleſia Cathedrali, & intra quod tempus teneatur Fidei profeſſionem emittere, & ſub quibus pœnis. 97

XVIII. Canonici Eccleſiarum Cathedralium, vel Collegiatarum, an & quomodo ſe præcedant in Eccleſia, Choro, & proceſſionibus, ac aliis actibus ratione Ordinis, vel ſecundùm tempus prouiſionis, ſeu admiſſionis. 104

XIX. Canonici Eccleſiarum Cathedralium an dicantur habere Dignitatem, & poſſint à Sede Apoſt. dari delegati, ſeu in Conſeruatores eligi. 116

XX. Canonici qualiter reſidere debeant, & non reſidentes quibus pœnis puniantur. 121

XXI. Canonicus quis diſtributionum quotidianarum capax. 124

XXII. Canonicus quando diſtributiones quotidianas amittat, & quibus illæ ſic amiſſæ accreſcant, & an ſibi remitti, & donari valeant. 132

XXIII.

XXIII. *Canonici abſentes an, & quando ſtatuto, vel conſuetudine quoad lucrandas diſtributiones pro præſentibus habe-ri poſſint, vel non.* 137

XXIV. *Canonici à choro abſentes quibus caſibus lucrentur diſtributiones quotidianas.* 139

XXV. *Canonici à choro abſentes qui lucrentur diſtributiones quotidianas.* 152

XXVI. *De Canonico Pœnitentiario.* 156

XXVII. *De Canonico Theologo, ſeu Lectorali, Doctorali, & Magiſtrali.* 160

XXVIII. *De Canonicorum Adiunctis.* 169

XXIX. *De Canonicorum Coadiutoribus.* 173

XXX. *Canonici an, & quando optare poſſint?* 182

XXXI. *Canonicorum officium per ſe, & non per ſubſtitutos adimplendum.* 187

XXXII. *Canonici an, quando, & quomodo teneantur aſſociare, & reducere Epiſcopum venientem ad Eccleſiam celebraturum, vel diuina Officia auditurum.* 190

XXXIII. *Canonici an, & quando, & quomodo Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti aſſiſtere, & inſeruire teneantur.* 194

XXXIV. *Canonicorum Officium in canendo, & aſſiſtendo in choro quod.* 197

XXXV. *Canonicorum Capitulum quis congregare valeat, & quo tempore.* 203

XXXVI. *Canonici in Capitulo quomodo ſedere debeant, & quid in Epiſcopo, Vicario, & Protonotario Canonicis.* 206

XXXVII. *Canonicus qui vocem in Capitulo habeat.* 208

XXXVIII. *Canonici in electionibus capitulariter faciendis an teneantur ſeruare formam* cap. quia propter, de elect. *& quæ dicatur maior pars, & ſanior Capituli.* 214

XXXIX. *Canonici abſentes quando, & quomodo, ad Canonicales tractatus vocandi ſint.* 216

XL. *Canonicus an poſſit licitè ordinariè abeſſe à Capitulis, ſeu congregationibus Capitularibus, & an peccet mortaliter ſi notabiliter abſit.* 221

XLI. *Canonici qui voce in Capitulo priuentur.* 227

XLII. & vlt. *Canonicorum Capitulum quam habeat auctoritatem, tam ipſo viuente Epiſcopo, quàm ſede Epiſcopali vacante.* 232

AVGVSTINI BARBOSÆ, I. V. D. LVSITANI,

DE CANONICIS, ET DIGNITATIBVS CATHEDRALIVM,

ET COLLEGIATARVM ECCLESIARVM,

EORVMQVE OFFICIO TAM IN Choro, quàm in Capitulo.

CAPVT PRIMVM.

Canonici vnde dicantur, & in quot ſpecies diuidantur?

SVMMARIVM.

1 *Canonici à Canone dicuntur.*

2 *Canonici olim in cœtus congregati ſeorſum à cæteris habitabant.*

3 *Canonici omnes antiquis temporibus cum ſuo Epiſcopo ſub certa regula, menſáque communi vixerunt.*

4 *Canonicorum duo ſunt genera.*

5 *Canonici Regulares ſunt qui monaſticam vitam in clauſtris ducunt.*

6 *Canonici Regulares appellantur quaſi duplici obligatione vita Canonicali adſtricti.*

7 *Canonicus Regularis eſt propriè Canonicus.*

8 *Canonicatus appellatione venit etiam Canonicatus Regularis.*

9 *Canonici Regulares ſubdiuiduntur in duas claſſes, vna eſt illorum, qui in Eccleſia Cathedrali Regulari, ſeu alia non Cathedrali Canonici Regulares ſunt.*

10 *Canonici Regulares Cathedralium, ſeu aliarum Eccleſiarum habent bona ſaltem ad vſumfructum, & poſſunt de illis inter viuos ad opera pia diſponere.*

11 *Cathedrales Regulares in Anglia plures exiſtunt, & duæ ſunt in Sicilia.*

12 *Epiſcopus in Canicos Regulares Cathedralium, exceptis iis, quæ concernunt Regularia inſtituta, habet omnimodam iuriſdictionem, licèt non ſit Religioſus, vt num. ſeq.*

13 *Epiſcopus ſi fuerit ſimul Abbas in ſua Cathedrali Regulari, habet omnimodam iuriſdictionem in Canonicos Regulares ſuæ Cathedralis, etiam in iis, quæ concernunt Regularia inſtituta.*

14 *Epiſcopus ſi fuerit ſimul Abbas in ſua Cathedrali Regulari, repræſentat duplicem perſonam, videlicet proprij & veri Ab-*

batis in concernentibus Regularia inſtituta, & ſimul proprij Epiſcopi quoad reliqua, & ſic poteſt dici Abbas & Epiſcopus.

15 *Epiſcopus Abbas dum confert Canonicatum, aut Dignitatem in ſua Cathedrali Eccleſia Regulari, non confert tanquam Abbas, ſed tanquam Epiſcopus.*

16 *Canonicus Regularis prouiſus per Epiſcopum de Canonicatu, vel Dignitate in Eccleſia Regulari, non poteſt amoueri per ſuperiorem Regularem.*

17 *Epiſcopus Abbas in iis, quæ ad regulam pertinent, vicaria vti debet poteſtate alicuius Monachi tanquam melius verſati in iis, quæ ad regulam huiuſmodi ſpectant.*

[*Epiſcopus Eccleſiæ Cathedralis Regularis habet iuriſdictionem priuatiuè in Monachos. ibid.*

Conſilium, vel conſenſus Monachorum non requiritur in puniendis delictis Canonicorum Regularium. ibid.]

18 *Clerici ſeculares ſi recipiantur in Eccleſia Cathedrali Regulari pro celebratione Diuinorum, tenentur celebrare Officium Regulare, nec ſunt admittendi ad ſeculare pro euitando ſcandalo.*

[*Epiſcopus Cathedralis Eccleſiæ Regularis non poteſt mutare ſtatum regularitatis. ibid.*]

19 *Canonici Regulares S. Auguſtini plures ſunt in Regnis Hiſpaniarum, & præcipuè habent ius adminiſtrandi, quæ ſuo victui ſunt deſtinata.*

20 *Canonici Regulares Hiſpaniarum non differunt à cæteris Regularibus capacibus bonorum in communi, quoad ea, quæ communia ſunt omni Religioni, ſicut viuere ſine proprio, abſtinere à negotionibus, & ſimilibus.*

21 *Canonici Regulares in Hiſpaniis degentes licèt habeant portiones ſeparatas, non habent tamen ratione dominij, cùm non ſint capaces, ſed ſolùm ratione adminiſtrationis.*

22 *Portiones, quas habent Canonici Regulares, eis conceduntur de licentia Superioris ad vſus ſuos peculiares honeſtos & neceſſarios, vel conuenientes, & ſic paratis dicta bona dimittere ad libitum Superiorũ.*

23 *Canonicis Regularibus non licet portiones, neque alia bona quoad dominium obtinere.*

24 *Canonicus, qui portionem, vel bona ita poſſidet, vt non ſit animo paratus etiam ad Superioris nutum relinquere, peccat manifeſtè contra votum ſolemne paupertatis, & tenetur reſtituere.*

25 *Canonicorum Regularium claſsis alia eſt illorum, qui ſub clauſtro, & obedientia, ſicut alij veri Religioſi viuunt abſque vllo adminiſtrandi iure.*

26 *Lateranenſes,*
27 *Sancti Rufi,*
28 *Aroaſia,*
29 *Sancti Victoris,*
30 *Præmonſtratenſes,*
31 *Mantuani,*
32 *Sancti Sepulchri,*
33 *Sanctæ Crucis Conimbricenſis,*
34 *Gronodal,*
35 *Vvindeſemenſes,*
36 *Frigionarij,*
37 *Sancti Saluatoris,*
38 *Sancti Georgij in Alga,*
39 *Sancti Petri de Monte Corbulo,*

} *Canonici Regulares ſub clauſtro & obedientia ſicut alij veri Religioſi, à quibus, & quo tempore inſtituti?*

40 *Canonici Regulares Cathedralium ſunt eiuſdem ordinis, & conditionis, non reliquis Canonicis Regularibus Eccleſiarum inſertorum.*

41 *Canonici Regulares in pœnalibus, & exorbitantibus non comprehenduntur Monachorum appellatione.*

42 *Canonici Regulares non poſſunt eſſe patrini eleuando baptizatum de fonte, ſicut nec Monachi.*

43 *Canonicis Regularibus non licet admittere intra clauſuram Monaſterij mulieres, etiam omni ſuſpicione maiores obſequiorum honeſtorum præſtandorum cauſa.*

44 *Canonicis Regularibus non licet intereſſe agitationi taurorum.*

45 *Canonici ſeculares dicuntur, qui ius habent Canoniæ, & Præbendæ in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia.*

46 *Canonicorum ſeculariũ origo demonſtratur.*

47 *Canonici Epiſcopi fratres, & conſiliarij, & cum eo vnum quodammodo corpus efficiunt, & eidem conſilium, & auxilium in negotiis Eccleſiarum pertractandis præſtant.*

48 *Canonicorum Collegium olim dicebatur conſilium Epiſcopi, hodie vocatur Capitulum à capite, ſub quo regi & congregari debet ad præbenda conſilia.*

49 *Metropolitanæ ciuitatis Cæſarauguſtæ ſecularizatio.*

50 *Seculariẓatio in Eccleſiis præter qualitatem Regularitatis nihil aliud immutat.*

51 *Canonicæ Regulares, quæ?*

NOMEN Canonici, à canone dictum, quatenus ſignificat annonam, ſiue portionem ſtatutam, veluti pro ſuſtentationis ſtipendio, 1
exiſtimarunt Marſil. *de reddit. Eccleſ. p.* 2. *c.* 14. *num.* 11. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *quæſ.* 1. Forget. *in tract. de perſonis*

perſonis Eccleſ. c. 24. n. 6. Quintanaduen. *eccleſiaſt. lib. 4. num. 25.* Petr. Gregor. *Syntagm. iuris lib. 1. cap. 23.* & nonnulli, quos omitto, [& tacito nomine refert Anton. Fabric. *in praxi benef. tit. de ſimplicibus & duplic. beneſic. num 28.* vbi *num. 27.* ſubdit in Eccleſia qui in album Clericorum primi Ordinis & dignioris gradus adſcripti ſunt, Canonicos appellari ſolere, fortè, quia canonicum, id eſt, certum, & regulatum locum inter alios Clericos obtinent.] Alij meliùs dixerunt Canonicum dici à canone, id eſt, regula, vel ſtatuto, vt conſtat ex *cap. 1. diſt. 3.* Zerol *p. 1. verb. Canonia. §. 1. ideo*, inquit Iuo Carnoten. Epiſcopus Decretorum collector *epiſt. 203. Canonici appellati eſtis, quòd canonicas regulas vos velle obſeruare cæteris arctiùs deuouiſtis*; [nouiſſimè D. Roder. à Cunſia *in Comment. ad c. Sanctorum, n. 21. diſt. 70.* & ex aliis probat Lotter. *de re beneſic. lib. 1. q. 19. num. 2.* Conſueuerant enim Epiſcopi ſeligere Clericos ad Sanctorum vitam aſpirantes, eoſque aſſumere ad effectum vt ſecum in clauſura, paupertate, & Præpoſitorum obedientia, remanerent, vt ex Toletano Conç. XI. *cap. 1.* & B. Auguſtino *ſerm. 22. de commaui vita Cleric. & ſerm. 36. de Presbyt.* indeque ortum habuiſſe Canonicorum Ordinem & regulam in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, notauit Franc. Coriolan. ad Conc. Tolet. IV. *can. 22. pag. 535.*] nam qui
2 † olim in cœtus congregati ſeorſum à cæteris habitabant, non omnes Monachi erant, ſed aliqui fuerunt, qui Monachorum inſtar eundem locum ſimul plures incolebant, vnóque omnes refectorio, & dormitorio vtebantur, qui à communi & regulari quadam vita, quam ducebant, Canonici dicti ſunt. atque ij pariter ſicut Monachi res immobiles in communi poſſidebant, vnde ſingulis alimenta ſubminiſtrabantur, quæ poſtea *Præbendæ* dictæ ſunt, extàtque hac de re Gregorij I. *conſtitutio, anno Domini 592. in cap quia tua fraternitas 12. quæſt. 1.* & Eugenij I. *anno 654. in cap. neceſſaria 12. quæſt. 1.* eiuſque approbatio à Gregorio VII. facta *anno 1073. in cap. quoniam, de vita & honeſt. cleric.* & planum eſt ex Moguntini Concilij conſtitutione *cap. 9. tom. 3. Concilior.* vbi ſic legitur. *In omnibus quoniam humana permittit fragilitas, decreuimus vt Canonici Clerici canonicè viuant, obſeruantes diuinæ Scripturæ doctrinam, & documenta Sanctorum Patrum, & nihil ſine licentia Epiſcopi ſui, vel Magiſtri eorum incompoſitè agere præſumant. In vnoquoque Epiſcopatu ſimul manducent, & dormiant, vbi his facultas faciendi ſuppetit, vel qui de rebus eccleſiaſticis ſtipendia accipiunt. In ſuo clauſtro maneant, & ſingulis diebus manè prima hora ad lectionem veniant, & audiant, & obedientiam ſecundùm canones Magiſtris ſuis exhibeant*, [refert Anton. Auguſt. *in Epitom. iuris Pontiſ. veteris tom. 1. lib. 9. tit. 5. cap. 2.*] Simile eſt decretum Concilij Turonen. *cap. 23.* quod refert Gisbert. Scheuichau. *de eccleſiaſticorum vita, & moribus in præfat. pag. 13.* [& aliud Concilij Meldenſis, *cap. 53.* relatum per Antonium Auguſt. *d. lib. 9. tit. 56. cap. 2.* ibi; *Canonici in ciuitate, vel Monaſterio, ſicut conſtitutum eſt, in dormitorio dormiant, & in refectorio comedant, & in domo infirmorum neceſſariò ſubleuentur: & tam ſani, quàm infirmi canonicè veſtiantur, atque in clauſtris horis congruis degant.*]

Ex quibus colligitur antiquis temporibus 3
omnes Canonicos cum ſuo Epiſcopo ſub certa regula, menſáque communi vixiſſe, *cap. dilectiſſimis 12. q. 1. cap. in omnibus, de conſec. diſt. 1.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Canonia §. 1.* Luſit. noſter Sebaſt. Cæſar. *in doctiſſima ſua relect. de eccleſiaſt. hierarch. p. 3. diſp. 12. §. 6. num. 1.* Ant. Fabric. *de re beneſic. tit. de dupl. beneſ. num. 27.* vbi ex Cæl. Rhodig. *lect. Antiq. lib. 5. cap. 10.* egregiè adnotauit quòd ſicut in ſchola Pythagorica, qui primas partes in adiudicando tenebant, Canonici, ſiue harmonici dicebantur, ita in Chriſti ſchola, quæ eſt eccleſiaſtica, Clerici primi ordinis, digniorìſque gradus Canonici appellabantur. Quàm beati tunc temporis Canonici, quàm felices Clerici intra Eccleſiæ ſepta habitantes, nec vllam periculoſarum diſcuſſationum, mundanarum occupationum, celebrandarum compotationum, agitandarum comeſſationum, conueniendarum mulierculárum, exercendarum graſſationum, libidinum, turpitudinum occaſionem habentes, ſed diuinis tantùm contemplationibus, laudibus, precibus, concionibus, officiis, cantibus, ſacrificiis vacantes, & tanquam Angeli quidam terreſtres in paupertate, caſtitate, & obedientia degentes, & ſolùm Dei gloriam & ſuam, aliorúmque ſalutem procurantes.

Horum quidem Canonicorum duo genera 4
extiterunt, alterum eorum, qui communi vitæ paupertatis quoque votum adiunxerunt, & Canonicorum Regularium nomen acceperunt; alterum eorum, qui præter communia bona ipſi etiam ſinguli proprium aliquid obtinebant, qui quoniam non certæ regulæ erant addicti, ideò non Regulares Canonici, ſed Canonici ſimpliciter ſunt appellati. Colliguntur hæc ex Ioan. Molan. *in tract. de Canonicis, & eorum vita, lib. 1. ferè per tot.* qui tantùm quoad eruditionem & antiquitatem Canonicorum ſcripſit, Marc. Anton. Marſil. *de redditib. eccl. p. 1. c. 7. num. 21. cum ſeqq.* Stephan. Durant. *de ritibus Eccleſ. lib. 2. cap. 1. num. 5. & cap. 24.* & cæteris omnibus, qui de hac materia ſcripſerunt.

Duæ quoque hodie reperiuntur Canoni- 5

corum ſpecies, quidam enim ſunt Canonici
Regulares,ſeu monachales monaſticam vitam
in clauſtris ducentes, qui nomen ſibi non
ſumpſerunt, vt aliqui perperam arbitrantur,
ſed Concilia œcumenica, & Pontifices Maxi-
mi,ſic eos appellarunt *in cap. nullus, & in cap.
mandamus* 19. *q.* 3 *& in rub. de ſtatu Monach.
& Canonicorum Regul. & in cap. quod Dei ti-
morem, & in cap. ſingulis, verſ. hoc ipſum, eod.*
6 *tit. & in cap. ſanè, de Regular.* † Nec abs re
Canonici Regulares appellantur, quaſi du-
plici obligatione vitæ Canonicali adſtricti, id
eſt, viuendi ſimul ex communi Eccleſiæ pa-
trimonio; & non habendi patrimonia ſepa-
rata ad differentiam aliorum, qui ſimplici no-
mine Canonici appellantur, quaſi vno modo
Regulares, dum ſcilicet viuunt ex communi
Eccleſiæ patrimonio, valentes tamen haberi
patrimonia ſæcularia ſeparata, & ſic Canoni-
cus Regularis propriè appellatur Canonicus,
vt homo animal, quia ſpecies propriè conti-
netur ſub nomine generis, vt eleganter dicit
Bald. receptus à Nau. *commento* 1. *de Regular.
num.* 3. qua ratione rectè defenditur gloſ.
verb. beneficiis, in Clem. diſpendioſam, de iudic.
7 quatenus habet † Canonicum Regularem
eſſe propriè Canonicum, vt ibi tenent Card.
8 *q.* 5. *num.* 13. & Imol. *num.* 3. & ſub † nomine
Canonicatus venire etiam Canonicatum Re-
gularem, per *d. gloſ.* tradunt Nau. *d. num.* 4.
verſ. addo 14. Flamin. Pariſ. *de reſignat. bene-
fic. lib.* 11. *q.* 3. *num.* 38. Rot. *deciſ.* 667. *num.* 1. *p.*
4. *diuerſ.* Steph. Gratian. *diſcept. foren. tom.* 3.
c. 270. *à num.* 1.

9 Sed hi Canonici Regulares ſubdiuiduntur
in duas claſſes, vna eſt illorum, qui in Eccle-
ſia Cathedrali Regulari, ſeu alia non Cathe-
drali Canonici Regulares ſunt, obtinentes
ſuas portiones loco Canonicatuum, & ius
adminiſtrandi, quæ ſuo victui ſunt deſtinata,
10 † & habent bona ſaltem ad vſumfructum,
Cavaler. *deciſ.* 606. *num.* 6. & poſſunt de illis
inter viuos ad opera pia diſponere, Nau. *conſ.*
13. *num.* 2. *&* 3. *de ſtatu monach.* vbi ponit
exemplum in Canonicis Eccleſiæ Archiepi-
ſcopalis Cæſarauguſtanæ, & Pampilonen. re-
fert Caualer. *d. deciſ.* 606. *num.* 7. vbi alias Rotæ
11 deciſiones citat. † Horum plures Cathedra-
les Regulares in Anglia exiſtentes refert Hoſt.
in cap. cauſam, quæ, in princip. de iudic. duas in
Sicilia, Panormitanam ſcilicet, & Montis Re-
galis commemorat *ibidem* Abb. *ſub num.* 8.
verſ. & dic quòd in Sicilia, [quarum Canoni-
ci, & officiales diuerſimodè denominantur
ab illis, qui in ſecularibus reperiuntur, nam
præter Sacriſtam, & Theſaurarium, adeſt Cel-
lerarius, cui vini, panis, & victualium aliorum
diſpenſatio commiſſa eſt. Eleemoſynarius,
qui eleemoſynis faciendis deputatus eſt. In-
firmarius, qui infirmorum, & Camerarius,
qui cubiculorum & cellerarum Religioſorum
curam ſuſtinet. Anton. Fabric. *in praxi be-
nef. tit. de benefic. cum dignitate, in fine.*] † In 12
huiuſmodi Cathedralium Canonicos Regu-
lares Epiſcopus, exceptis iis, quæ concer-
nunt Regularia inſtituta, habet omnimodam
iuriſdictionem, *c.* 1. *ne ſede vacan. gloſſ. fin. in
cap. nullus, verſ. vt Epiſcopus etiam ſecularis,
de elect. lib.* 6. vbi Anch. *num.* 3. *verſ. ſed ad-
uerte.* Ioann. Andr. *num.* 3. *verſ. in gloſſ. vlt.*
Gem. *num.* 7. *verſ. in eadem gloſſ.* Franch.
num. 3. *verſ. in gloſſ. fin.* Corn. *conſ.* 193. *num.*
4. *&* 5. *lib.* 2. Gratian. *d. c.* 270. *num.* 4. Rot.
deciſ. 69. *n.* 2. *par.* 1. *recent.* etiam quòd proce-
datur in forma iudicij, Bertachin. *de Epiſcopo
lib.* 4. *p.* 2. *q.* 35. *num.* 81. Rot. *deciſ.* 15. *& deciſ.*
69. *num.* 6. *par.* 1. *recent.*

Et eò magis locum habent ſupradicta, ſi 13
Epiſcopus fuerit ſimul Abbas, & ſic procede-
ret, Abbatiali, & Epiſcopali ſimul vnitis po-
tentiis, vt loquitur Abb. *in d. cap. cauſam quæ,
num.* 10. quem refert Lotter. *de re benefic. lib.*
1. *q.* 18. *num.* 14. vbi *num.* 7. hoc intelligit licèt
non ſit Religioſus, quia ſi talis fuerit, nunc
omnimodam iuriſdictionem in Canonicos
Regulares ſuæ Cathedralis, etiam in iis, quæ
concernunt Regularia inſtituta, exercere po-
terit: nam † in eo repræſentatur duplex per- 14
ſona, videlicet proprij, & veri Abbatis in con-
cernentibus Regularia inſtituta, vt firmat Ge-
min. *in d. cap. nullus, ſub num.* 7. *verſ. in eadem
gloſ.* & ſimul proprij Epiſcopi quoad reliqua,
ſcilicet non pertinentia ad Regularia inſtitu-
ta, vt patet ex *d. cap. nullus.* [vnde poterit di-
ci Abbas, & Epiſcopus, cùm vtraque pote-
ſtas in eo adſit, ita vt poſſit actum expedire
ſimpliciter, neque erit opus vt dicat, hoc fa-
cio vt Abbas, vel vt Epiſcopus, Gratian. *d. c.*
270. *num.* 3. quamuis actus cautè attribuatur
Epiſcopali, vel Abbatiali dignitati,] quo fit vt
dum † confert Canonicatum, aut Dignita- 15
tem in ſua Cathedrali Eccleſia, non conferat
tanquam Abbas, ſed tanquam Epiſcopus; nec
enim eſt alibi iure cautum in Eccleſiis Cathe-
dralibus Abbati competere ius conferendi, &
propterea licèt Epiſcopus etiam ibi ſit loco
Abbatis; tamen dum actum collationis non
exercet tanquam Abbas, ſed tanquam Epiſco-
pus, impoſſibile eſt, vt eundem exerceat tan-
quam in ſuum obedientiariũ, vt firmauit Rota
in Pampilonen. Theſauraria 23. *Ianuary.* 1617.
coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Deca-
no, cuius meminit Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 33. *num.*
118. ſubdit ex eadem ratione quòd † Cano- 16
nicus Regularis prouiſus per Epiſcopum de
Canonicatu, vel Dignitate in Eccleſia Regu-
lari, non poteſt amoueri per Superiorem Re-
gularem, & iſte Canonicus Eccleſiæ Cathe-
dralis Regularis obligatur Fidei profeſſionem
emittere intra duos menſes à die electionis,
vel

vel'a quo admittitur ad participationem menſæ Capitularis, iuxta formam Concilij Trid. *ſeſſ.24.de refor.cap.12.verſ prouiſi*, vt deciſum atteſtatur Nicol. Garc. *de benef.par.3.c.3.num.* 16. quem refero ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſc.p.3.alleg.* 61.*num.*6. ſed cur non poſsit eſſe delegatus Papæ, ſicut ſecularis, dicemus infrà *cap* 15. *num.*11.

17 Verùm in his, quæ ad regulam pertinent, Epiſcopus vicaria vti debet poteſtate alicuius Monachi tanquam meliùs verſati in iis, quæ ad regulam huiuſmodi ſpectant, vt obſeruant Io. Andr. & Gemin. *in d.cap.nullus*; hincque dum viſitat, adhibet vnum Regularem ad minus, vt diſponitur *in Extrauag. debent Superioribus ſuis, de offic.Ordin.inter communes*, nec tenetur explicare an quod facit, faciat magis vt Epiſcopus, quàm vti Abbas, prout docet Panor. *in d.c.cauſam quæ, num.* 10. *verſ. & etiam puto*; ſed quouis modo procedere poſſe cenſuit Rot. *deciſ.* 69. *num.* 6. *p.* 1. *recent.* [Adeo vt neque ſit conſiderandùm quòd dicti Monachi habeant menſam ſeparatam, quia ex hoc non infertur ad non iuriſdictionem Epiſcopi, Stephan. Gratiam. *d. cap.*270. *num.* 35. Lotter. *d.lib.*1.*q.*18.*à num.*14. Rot. *d. deciſ.* 69. *num.*9.*p.*1. *recentior.* Vnde prouenit quòd Epiſcopus Eccleſiæ Cathedralis Regularis habet priuatiuè iuriſdictionem in Monachos Canonicos illius Eccleſiæ Cathedralis, & non cumulatiuè, cùm enim ſint loco Abbatum Monachorum, vt dictum eſt, cenſentur ſubrogati quoad omnia non excepta, Abb. *in cap. cauſam quæ, num.* 10. *de iudic.* & habent omnimodam iuriſdictionem in dictos Monachos. Franch. *in cap. nullus* 29. *ad fin. num.* 3. *de elect. in* 6. & ſic priuatiuè, vt expreſsè tenent Rota *deciſ.* 121. *num.* 4. *p.* 1. *recentior.* Stephan. Gratian. *d. tom.* 3. *cap.* 270. *num.* 10. quando enim proceditur in figura iudicij, Epiſcopus habet iuriſdictionẽ priuatiuè, etiam quòd Eccleſia Cathedralis non ſit Regularis, Guid. Pap. *deciſ.*559. *incip. Ad quem pertineat*, Rot. *in Montis Regalis iuriſdictionis* 8. *Mart.* 1604. *&* 27. *Nouembris* 1606. coram R. D. meo Coccino, Stephan. Gratian. *d.c.*270. *num.* 11. vbi *n.*12. ſubdit quòd magis priuatiua iuriſdictio intelligeretur ſi Monachi eximerentur tantùm à iuriſdictione Epiſcopali quoad Regularia inſtituta; nam iſta exceptio firmaret regulam in caſibus non exceptuatis: & *num.*13. *cum ſeqq.* dicit non ſeruari quòd in dubio iuriſdictio cenſetur data cumulatiuè, non priuatiuè, & reſpondet id eſſe intelligendum reſpectu illius, qui habet iuriſdictionem, tunc enim ſi concedatur alteri, cenſetur conceſſa cumulatiuè, niſi appareat de contraria mente concedentis; at ſecus dicit in noſtro caſu, in quo Epiſcopi ſunt ſubrogati loco Abbatis Monachorum, qui habet iuriſdictionem, & propterea iuriſdictio potuit dari priuatiuè tantùm, quia non aderat cum quo daretur cumulatiuè.

In puniendis delictis Canonicorum huiuſmodi non requiritur conſilium, vel conſenſus Monachorum; cùm enim talis Eccleſia ſit Cathedralis Regularis, Epiſcopus reſpectu Monachorum non dicitur Epiſcopus, ſed loco Abbatis, & quidquid erat explicandum per Abbatem, explicatur per ipſum, Panor. *in cap. cauſam quæ il* 1. *num.* 9. *de iudic.* vnde neque in eorum delictis puniendis aliud conſilium requireretur, prout neque requiritur quando ipſe Abbas Regularis procedit, gloſ. *in verb. tota, in cap. nullam poteſtatem*, 18. *q.* 2. & ideo reſoluit Gratian. *d. cap.*270. *n.* 19. *cum ſeqq.* ſubdens *num.* 21. quòd licèt Monachi ſint loco Canonicorum, tamen repugnat renunciationi propriæ voluntatis, quam illi faciunt, quòd Epiſcopus, qui eſt loco Abbatis, non poſſit liberè exercere iuriſdictionem: tum, quia quando agitur in figura iudicij pro puniendis Monachorum delictis, veluti furto, homicidio, & ſimilibus, tunc ad ſolum Epiſcopum ſpectat cognitio & correctio, nomen enim Abbatis potius eſt nomen ſolitudinis, quàm honoris, *cap tuam, de ætate & qualit.* ſed eſſe iudicem eſt honoris. *l. fin. C. quando prouocare non eſt neceſſe.* quare Epiſcopum, tanquam talem poſſe in figura iudicij punire & corrigere Monachos, tenent Rota *deciſ.*78. *p.* 1. *diuerſ.* & alij quos refert & ſequitur Steph. Gratian. *d. cap.* 270. *num.* 24. *cum ſequentib.*] Præcipuam verò prærogatiuam habet ſtatus hic Eccleſiæ Regularis, vt 18
ſi qui Clerici ſeculares in ea ſint recepti, vel recipiantur pro celebratione Diuinorum, teneantur ij celebrare Officium Regulare, nec ſint admittendi ad ſeculare pro euitando ſcandalo, vt optimè docuit Vitalin. *in Clem. vnic. ſub num.* 53. *verſ. eodem modo, de celebrat. Miſſar.* quod probauit Rot. *ead. p.* 1. *recen. deciſ.*79. *num.* 3. Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 18. *num.* 19. [latè Stephan. Gratian. *d. cap.* 270. *num.* 37. *cum ſeqq.* Quod adeò verum eſt, vt nec Epiſcopus huius Cathedralis Eccleſiæ Regularis, poſſet mutare talem ſtatum, ſecundùm eundem Gratian. *vbi ſuprà, ex num.* 41. Rot. *d. deciſ.* 79. *num.* 5. *& deciſ.* 84. *per tot. p.* 1. *recentior.* quamuis enim *in cap. de iis* 12. *diſt.* dicatur quòd debeat celebrari ſecundùm ritum ſuæ Eccleſiæ, iuxta voluntatem ſui Epiſcopi, nihilominus tamen iſta verba intelliguntur, quòd videlicet Epiſcopus ita debet velle non quòd formam huius rei dare debeat, vt *ibi* declarat Turrec. *in verb. Abbatibus, & Archidiaconis, in fine*, ſubdens etiam dicta verba, *ſecundùm voluntatem*, eſſe intelligenda ſecundùm voluntatem requiſitam, ſequitur Rot. *in d. Montis Regalis* 24. *Maij* 1604.

vbi addit idem eſſe, quamuis Epiſcopus haberet facultatem a Summo Pont. addendi, ſeu minuendi, quia per eam non poſſet alterare in totum, & tollere dictum ſtatum, quod latè comprobat Steph. Gratian. *d. cap.* 270. *num.* 43. *cum ſeqq.* & *à num.* 52. hinc concludit fuiſſe declaratum quod Epiſcopus non poſſet ſeparare Clericos a Monachis ſtatuendo chorum ſeparatum à choro Clericorum.]

19 In Regnis Hiſpaniarum, & præſertim in Cathalonia, plures ſunt Canonici Regulares S. Auguſtini, qui ſuas obtinent portiones loco Canonicatuum, & habent ius adminiſtrandi, quæ ſuo victui ſunt deſtinata, vt per Nau. *in cap. nullam, num.* 31. *verſ.* 12. 18. *q.* 2. Ludou. Lop. *in inſtructor. conſcient. p.* 1. *cap.* 154. *verſ. quarto adiecit.* Petr. Nauar. *de reſtit. lib.* 3. *cap.* 1 *num.* 169. Petr. Cened. *pract. & can. quæſt.*
20 *lib.* 1. *q.* 20. *num.* 14. qui quidem † Canonici Regulares non differunt à cæteris Regularibus capacibus bonorum in communi quoad ea, quæ communia ſunt Religioni, ſicut viuere ſine proprio, abſtinere à negotiationibus, & ab officio aduocandi in cauſis, & huiuſmodi, vt ſunt verba formalia S. Thomæ *opuſc.* 19. *contra impugnantes Religionem c.* 2. *col.* 7. *lit. B. verſ. quod autem obiicitur. fol. mihi* 150. Ioan. Trull. *de Canonicis Regularib. lib.* 1. *c.* 8. *num.* 7. *in fine,* Petr. Cened. *d. q.* 20. *num.* 15. *in fine,* & propter-
21 ea † licèt habeant dictas portiones ſeparatas, non habent tamen ratione dominij cùm non ſint capaces, ſed ſolùm ratione adminiſtrationis; Nau. *in d. c. nullum* 18. *q.* 2. *n.* 24. *&* 28. *cum ſeq.* vbi latiſſimè, & per conceſſionem dictarum portionum non conceditur, quòd ipſi habeant aliqua bona ſingulariter quoad dominiũ, imò neque ad vſum aliter quàm Regula permittit, Petr. Nau. *d. lib.* 3. *c.* 1. *num.* 176. ſcilicet ad victum ſuum, & ad alia opera pia, & remunera-
22 toria, Nauar. *conſ.* 70. *num.* 2. *de Regul.* † Sed illæ portiones eis conceduntur de licentia Superioris ex dicta cauſa ad vſus ſuos peculiares honeſtos, & neceſſarios, dummodo ſint parati dicta bona dimittere ad libitum Superiorum, Iacob. de Graff. *in aureis dec. p.* 1. *lib.* 3. *c.* 5. *num.* 55. *& p.* 2. *lib.* 3. *c.* 50. *num.* 35. & ſic dominium bonorum remanet ſemper penes Superiorem,
23 Petr. Nau. *d. c.* 1. *num.* 170. ideò † non licet dictis Canonicis prædictas portiones, neque alia bona quoad dominium obtinere, Nau. *in cap.*
24 *non dicatis* 12. *q.* 1. *num.* 1. *&* 2. & † Canonicus, qui dicta bona, vel portionem ita poſſidet, vt non ſit animo paratus etiam ad Superioris nutum relinquere, peccat manifeſtè contra votum ſolemne paupertatis, & tenetur dictam portionem reſtituere, & à ſe animo abdicare, vt eſt communis ſententia Doctorum, de qua Pet. Nau. *d. cap.* 1. *num.* 161. latiſſimè Pet. Cened. *d. q.* 20. *num.* 25. & Fr. Io. Hieron. Cened. *in tract. inſcripto pobreza Relig. cap.* 49. *per tot.* prout eos, aliaque ſuprà relata, citat & cumulat eleganter Rot. *in Gerunden. admin.* 11. *Decemb.* 1630. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano, admirabilis eruditionis viro, quæ reperitur impreſſa *p.* 5. *diuerſ. deciſ.* 414. *à num.* 34.

Altera Canonicorum Regularium claſſis eſt 25
illorum, qui ſub clauſtro & obedientia, ſicut alij veri Religioſi viuunt abſque vllo adminiſtrandi iure. Et ex his plures reperiuntur Congregationes, de quibus in præſentiarum erit à nobis mentio facienda, & in primis primo loco ſe offerunt Canonici Regulares † Latera- 26
nenſes, ſic dicti ab Eccleſia S. Ioannis Laterani in Vrbe, vbi eorum Congregationem collocatam eſſe aliqui credunt à S. Leone Magno Pont. intra annum 440. & 457. ſicut refert Cæſar Franciotti Clericus Regularis Sanctæ Mariæ de Luca, *in hiſtoria ſacra Lucenſi edita anno* 1613. Italè, *in Eccleſia S. Tudiani, ſtatim in princ.* ſiue vt vult Onufrius Panuinus, *de ſeptem ſtationibus Vrbis*, vbi *de Eccleſia Lateranenſi*, à S. Gelaſio Papa Sancti Auguſtini diſcipulo ab *anno* 555. & deinceps durauit ibi eadem Congregatio per 800. annos vſque ad Pontificatum Bonif. VIII. qui ſublatis Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini ſeculares introduxit anno 1300. Reformata eſt hæc Congregatio Lateranenſis à Congregatione Frigionaria, quæ inſtituta, ſeu potiùs reformata eſt à S. Fridiano Epiſcopo Lucenſi intra annum 56 . & 588. quo durauit eius Epiſcopatus. Induuntur Canonici Regulares Lateranenſes tunica alba, & rochetto ex byſſo tenuiſſima, pallium, & pileum nigrum portant. Habent Romæ Monaſterium ad S. Mariam de Pace, poſſident multa, eaque pulcherrima per Italiam. Agunt de his Canonicis ex profeſſo Gabr. Pennottus *in hiſtoria tripartita de origine Canonicorum Regularium*, Platus *de bono ſtatu Relig. lib.* 2. *cap.* 23. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 1. *q.* 3. *art.* 1. Paul. Motigia *de origine Relig. lib.* 1. *cap.* 8. Sylu. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 1. *à pag.* 1. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 4. *art.* 13. Soar. *tom.* 4. *de Religione tract.* 8. *cap.* 7. *n.* 7. *cum ſeqq.* Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. generalis* 12. *num.* 9. *diſt.* 54.

Item Canonici Regulares Sancti Rufi, qui, 27
vt multi volunt, à Sancto Rufo S. Pauli Apoſtoli diſcipulo inſtituti fuerunt, de quo ipſe *ad Romanos cap.* 16. *verſ.* 13. *Ex me ſalutem dicite Rufo ſelecto in Domino, eiuſque matri, quam nonuliter atque meam matrem obſeruo.* Hunc ſcribit Dorotheus *in Synopſi* fuiſſe Thebanum Epiſcopum, addit Ioan. Maurolicus *in ſuo Martyrologio*, veniſſe poſtea Gallias, & Aueniónis factum fuiſſe Epiſcopum, ibique introduxiſſe Canonicos Regulares, de anno nihil omnino ſcitur. Cæterùm Claudius Ro-

bertus

bertus *in ſua Gallia Chriſtiana tit. de Abbatiis littera R. verb. Sanctus Rufus*, negat hanc Congregationem dictam eſſe S. Rufi, quòd eam Sanctus Rufus inſtituerit, imò contendit S. Rufum nunquàm fuiſſe Lugdunenſem Epiſcopum, addit verò propterea ſic appellatam, quia præcipuum eius domicilium, & familiæ caput erectum ſit ſub inuocatione S. Rufi in vrbe Valentina in Gallia, cuius etiam nobilis Prioratus eſt Lugduni, à quo mirum in modum hæc familia nobilitata eſt, atque errandi occaſio orta, vt putaretur S. Rufus talis familiæ inſtitutor. De his agunt Syln. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 1. *pag.* 5. Aymar. Falco *in hiſtoria Antoniana p.* 2. *tit.* 22. *cap.* 3. Petr. Griſſeus *in hiſtoria Canonicorum ſect.* 13. *num.* 16. *&* 17. Feſtum S. Rufi *in Martyrolog. Romano* celebratur 21. Nouembris. Eſt & alius item Sanctus Rufus primus Epiſcopus Aueniononenſis 12. Nouembris.

28 Item Canonici Regulares Aroaſiæ inſtituti à duobus piis Sacerdotibus Connone, & Holdemaro in Monaſterio Aroaſiæ ſecundo ferè lapide à Bapalma Arteſiæ oppido, versùs finem Regni Galliæ in Diœceſi Attrebaten. anno 1097. Pontifice Vrbano II. Imperatore Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Conneno. Ab hoc Monaſterio Aroaſiæ familiæ Aroaſianæ capite exordium, & nomen ſumpſerunt Canonici huiuſmodi. Habuerunt frequentiſſima per Belgium, & Galliam Monaſteria, quorum catalogum deſcribit Miræus *loco proximè citando*, ſed hodie non exiſtunt. De illis late Cruſſenius *Monaſt. Auguſt. p.* 2. *cap.* 17. Aubert. Miræ. *de orig. Canonicorum Regularium, cap.* 10.

29 Canonici quoque Regulares Sancti Victoris, qui nomen ſortiti ſunt à Monaſterio Sancti Victoris propè muros Pariſienſes Abbatiali titulo illuſtri, ædificatum fuit à Ludouico Craſſo Galliæ Rege anno 1113. vt referunt Cruſſen. *in Monaſt. Auguſtiniano p.* 2. *cap.* 19. Aubert. Miræ. *de origine Canonicorum Regularium cap.* 12. vbi grande Vitriaci Cardinalis de Canonicis S. Victoris elogium tranſcribit, atque ea enumerat cœnobia, tam virorum, quàm mulierum, quæ huiuſmodi Canonici habuerunt. Cæterum iam defierunt, licèt, Monaſterium, quod toti Congregationi præficiebatur, adhuc floreat; fuere ex hac familia Hugo, & Richardus de Sancto Victore, ſcriptores magni nominis.

30 Præmonſtratenſes item Canonici Regulares, ſic dicti à monte Præmonſtrato in Diœceſi Laudunenſi ſuffraganea Remenſi in Gallia, inſtituti à Northerto Archiepiſcopo poſtea Magdeburgenſi Germaniæ Primate, ſub regula S. Auguſtini, & inſtituto Canonicorum Regularium *anno* 1120. Pontifice Calixto II. Imperatoribus Occidentis Henrico V. Orientis Ioanne Conneno, [confirmatus fuit hic Ordo ab Honorio II. *in ſua conſtit. incip. Honorius Epiſcopus ſub dat. Kal. Martij* 1126.] Vtuntur hi Canonici albis veſtibus, nimirum tunica, ſuper quam deferunt Rochettum tenuiſſimi lini; ſiue byſſi, geſtant in capite album pileum, in humeris pallium Carmelitano non diſſimile, acceperunt hunc habitum à Sanctiſſima Virgine, vt paſſim Auctores referunt, Generalis, & Abbates (ſic appellant Superiores.) Ordinis ſunt perpetui, vigent maximè per Galliam, Germaniam, Flandriam, Hiſpaniam, apud Italos ferè nulla eorum ſunt Monaſteria. Romæ habitare incipiunt. De his agunt S. Antonin. 2. *p. hiſtoria tit.* 15. *cap.* 19. *& tit.* 17. *c.* 2. §. 2. Ioan. Pichard *in notis ad epiſt.* 25. *&* 247. Paulus Morigia *in origine Relig. lib.* 1. *cap.* 57. Sylu. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 12. *pag.* 172. Gualter. *in tab. chronograph. ſæculo* 12. *pag.* 647. Cardinal. Baron. *annalium Eccleſ. tom.* 12. *anno Chriſti* 1120. *&* 1134. Fr. Emman. *quæſt. Regal. tom.* 1. *q.* 3. *art.* 16. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 21. *q.* 2. Soar. *tom.* 4. *de Religion. tract.* 9. *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 6. Claud. Robert. *in Gallia Chriſtiana tit. de Abbatiis litt. P. verb. Permonſtratum*, latè Aubert. Miræ. *in chronic. horum Canonicorum*, quam edidit Coloniæ Agrippinæ *anno* 1613. [Auguſtin. VVichmans *in ſuo Mariano Antuerpiæ impreſſo* 1628. Coruel. Hanegrauius *in vita S. Norberti de anno* 1632. Ioan. Chryſoſt. VVander *in echo S. Norberti triumphantes* 1629.] Feſtum S. Norberti celebratur 6. Iunij, & illius Officium ſub titu ſemiduplici in toto Orbe recitari poſſe cenſuit Sacra Rituum Congregatio *ſub die* 14. *Nouemb.* 1620.

Item Canonici Regulares Mantuani à S. 31
Marco inſtituti referuntur, ſed Monaſterium Mantuanum fundauit eius Vrbis Epiſcopus Enricus *anno* 1150. Pontifice Eugenio III. Imperatoribus Occidentis Corrado III. Orientis Emmanuele Conneno. Præter hoc Mantuanum, atque alterum in oppido Neſi, prope Patauium Mantuano annexum, nullum aliud eſt in tota Congregatione Monaſterium. De his agunt Paul. Morig. *in origine Relig. lib.* 1. *c.* 9. Syluest. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 1. *pag.* 36. Placet illis annectere alios per omnia ſimiles Spiritus ſancti apud Venetos Canonicos etiam Regulares, qui duo tantùm poſſident Monaſteria Venetiis alterum, alterum Patauij, quod appellant Sancti Michaëlis, ſed vtrunque magnis redditibus abundans. Nullus ad hanc Congregationem admittitur niſi Venetus ſit, & nobilis, ferunt eundem habitum atque Canonici Regulares Lateranenſes cum pileis quadratis, & panno albo, item pallia alba cùm exeunt domum. De his agunt Ioan. Andr. *in Clem.* 1. *de electıon.* Paul. Morig. *d. lib.* 1. *c.* 61.

32 Canonici Regulares Sancti Sepulchri inſtituti creduntur poſt Hieroſolymas recuperatas per Gotfredum *anno* 1099. vt putat Franc. Medic. in libro, qui in ſcribitur, *Habitus cleri Romani*. Extat Cæleſtini II. conſtitutio ſub dat. 10. Ianuarij 1153. quo honorificata eſt Canonicorum S. Sepulchri in Hieroſolymis commendatio, propterea hoc anno illam aſteximus. Induebantur nigro colore, ferebant pallium ſuper Rochettum, in quo aſſutæ erant ad latus ſiniſtrum quinque Cruces ex purpura, grandis media, & ſupra ſe, & infra ſe ad angulos ſuos paruulas ſuſtinerent, placuit hic numerus & figura in memoriam Paſſionis Chriſti. De his agit Syluest. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 1. *pag.* 30.

33 Canonici Regulares Sanctæ Crucis Conimbricenſis, ſic dicti à celebri Monaſterio Sanctæ Crucis illius ciuitatis, quod ampliſſimis redditibus ædificauit Alphonſus Enriquez, primus Luſitaniæ Rex, *anno* 1131. Innocentio II. Pontifice, Imperatoribus Occidentis Lothario II. Orientis Ioanne Comneno, ibique ſepultus iacet in Sacello maximo, à læua parte Altaris, vnà cum filio Sanctio Regni ſucceſſore, qui in eadem capella è regione patris, ad dextrum latus æquali Mauſoleo quieſcit. Fuere primi huius Congregationis inſtitutores Domnus Tellus Archidiac. Coimbricenſis, Domnus Michaël eiuſdem Eccleſiæ Prior, Domnus Ioannes Canonicus, & Magiſter ſcholæ, Domnus Theotinus primus Prior dicti Monaſterij Sanctæ Crucis, Domnus Odorius Sancti Iacobi Presbyter, & eiuſdē Sanctæ Crucis Prior clauſtralis, Domnus Petrus Presbyter, & alij quinque, quorum nomina inuenire non potui, confirmauit Innocentius II. *anno* 1135. Habuerunt multa ſub ſe Monaſteria in Regno Portugaliæ, quod non egrediuntur, quæ temporis viciſſitudo ab illa abduxit, & aliis Ordinibus, ſiue menſis Epiſcopalibus applicauit. Nunc poſſident vnum de viginti, inter quæ ampliſſima ſunt Sanctus Vincentius Vlyſſiponenſis, Grijo, Refoyos, Portucallenſe, & Moreira. Induuntur alba tunica, ſuperpelliceo lineo, almutia, ſiue capuccio, & pallio nigro: habent Generalem ad triennium, Priores Conuentuum fiunt a Capitulo cuiuſcunque Cœnobij confirmante Generali: de his agunt hiſtoriographi Luſitani *in chron. Alphonſi Enriquez*, Gabr. Pennottus *in hiſtoria tripartita lib.* 2. *cap.* 59. Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in ſua hiſtoria Epiſcoporum Portugalenſium p.* 2. *cap.* 2. Feſtum Sancti Theotonij primi Prioris, quem maximè colunt, celebratur 18. Februarij.

34 Canonici item Regulares Gronendal, id eſt, vallis viridis, ſic dicti ab ipſo loco Gronendal in diœceſi Cameracenſi iuxta Scaldem fluuium. De his agunt Syluest. Marul. *in Oceano Religionum lib.* 1. *pag.* 38. Poſſeuin. *in apparatu, verb. Ioannes Ruysbroch, & Ioannes Schonouen.* celebres illius alumni, Gabriel Pennot. *in hiſtoria tripartita lib.* 2. *cap.* 66. *num.* 2.

Canonici Regulares VVindeſemenſes, ſic 35
dicti à prædio VVindeſchein tertio à Dauentria Germaniæ inferioris lapide, ad Inſulam fluuium ſita collocato prope Zuuollam Traiectenſis, illic erectum viſitur Monaſterium horum Canonicorum, ſub inuocatione Beatæ Mariæ Virginis, à Gerardo magno, & Ioanne Buſebroue ædificatum *anno* 1387. Pontifice Vrbano VI. Imperatoribus Occidentis VVenceſlao, Orientis Andronico III. Addidere ſe breui temporis ſpatio huic Monaſterio Canonicorum huiuſmodi capiti in ſola Germania inferiori, ac tractu Rhenano centum viginti virorum Monaſteria, fœminarum triginta, plura horum numerat Aubert. Miræ. *in orig. canon. Regul. cap.* 13. & nonnulla narrat Gabr. Pennot. *in hiſtoria tripart. lib.* 2. *cap.* 62. *cum tribus ſeqq.* Cæterùm ſcribit Cruſen. *in Monaſtico Auguſtiniano par.* 3. *cap.* 21. ſe ex auctoritate Sedis Apoſtolicæ (eſt Cruſenus familiæ Eremiticæ Auguſtinianæ alumnus, vir muneribus, & litteratura in Ordine ſatis notus, viuebat *anno* 1622.) interfuiſſe iſtorum Capitulo generali Tongris congregato, ac ibi vix numeraſſe viginti Priores, ex quibus nonnulli ſolum titulum gerebant, addit tamen hos diſciplinæ Regulares valdè eſſe obſeruantes.

Canonici Regulares Frigionatiæ, ſic dicti 36
à Monaſterio Sanctæ Mariæ in Sylua Frigionaria (ſunt Frigiones aues quædam in Italia) cui multitudine Frigionum illac ſe recipientium nomen indidit non longè à Luca inſtituti à P. Domino Bartholomæo ex nobiliſſima Columnenſium familia, & à P. Iacobo de Augrado Bononienſi Doctore emerito, familiæ Prædicatorum quondam Religioſo laico, *anno* 1406. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Collocati ſunt ab Eugenio IV. in Eccleſia S. Ioannis Lateranenſis in Vrbe, iuſſique ſunt à Frigionaria dici Lateranenſes, cùm Lateranenſium Canonicorum fuerint reformatores, quod nomen adhuc retinent, vtuntur eodem habitu, quo Canonici Lateranenſes, de quibus ſuprà, ſunt Romæ ad Sanctam Mariam de Pace, in regione Pontis. De illis agunt Paul Morig. *in origine Relig. lib.* 1 *cap.* 8. Syluest. Marul. *in Oceano Religionum lib.* 1. *pag.* 4. Fr. Emmanuel *quæſt. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 1. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 22. *quæſt.* 3. *verſ. anno item*, Gabr. Pennot. *in hiſtor. tripart. lib.* 3. *cap.* 8.

Canonici Regulares S. Saluatoris ſic dicti 37
à primo

à primo Monaſterio, quod habuerunt ſub oraculo Saluatoris in Sylua lacus, non longè à Senis, inſtituti à Fratre Stephano Eremita Sancti Auguſtini, *anno* 1408. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Appellantur nonnunquam Scopetini, à Monaſterio, quod initio inſtitutionis habuerunt prope muros Florentiæ ſub nomine Sancti Donati Epiſcopi Feſulani. Vtuntur eiſdem veſtibus, ac Canonici Lateranenſes, præterquam quòd patientiam portant, & pallium nigrum deferunt cùm foras procedunt. Poſſident ad XL. Monaſteria per Italiam, Generalis triennium non excedit. [Hunc Ordinem confirmauit, & habitum præſcripſit, Gregor. XII. *conſtit.* 2. *incip. Excitat. Non. Aprilis* 1407. ſunt verè Canonici Regulares, Calixtus III. *conſt.* 2. *incip. Sacra*, 16. *Kalen. Iuny* 1456. Capitulum generale in ſingulis triennijs, & dietam quolibet anno celebrant, Sixtus V. *conſt. incip. Ex varietate*, 23. *Auguſti* 1589.] Fuit per Sacram Rit. Cong. conceſſum ſub *die* 26. *Septembris* 1620. vt qui huiuſque vſi ſunt bireto albo, poſſint eodem modo in poſterum vti nigro. Sunt Romæ ad Sanctum Petrum ad vincula. De illis agunt Polydor. Virgil. *de inuentor. rerum lib.* 7. *cap.* 3. Gualter. *in tab. chronog. ſæculo* 15. *anno* 1408. *pag.* 717. Paul. Morig. *in orig. Relig. lib.* 1. *cap.* 40. Silueſt. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 5. *pag.* 322. Fr. Emm. *quæſt. Reg. tom.* 1. *q.* 3. *art.* 3. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 22. *q.* 3. *verſ. anno Chriſti*, Cæſ. Franciotti *de Sanctis vrbis Lucæ, in Eccleſia Sanctæ Mariæ foris porta*, *pag.* 565. *&* 590.

38 Canonici Regulares Sancti Georgij in Alga, ſic dicti ab Alga, ſiue Alega parua inſula diſtante duobus miliaribus à Venetiis, quia ibi ſitum eſt primum eorum Monaſterium, ſub nomine Sancti Georgij, inſtituti à D. Antonino Corario Bononienſi, & Epiſcopo Oſtienſi, *anno* 1408. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Dicuntur etiam Canonici Cærulei ab habitu, quem gerunt. Profeſſionem emittunt à Pontificatu Pij V. habent tredecim principalia per Italiam domicilia, aliqua per Siciliam. Sunt Romæ ad Sanctum Saluatorem in Lauro. [Hunc Ordinem approbauit, viuendique formam præſcripſit, Gregorius XII. *conſt. incip. Illis*, 5. *Kal. Iuly* 1406. Priuilegia & gratias confirmauit Pius V. *conſt.* 127. *incip. Cùm aliàs*, 11. *Kal. Iuny* 1571. Præcedunt eius Canonici Regularibus Congregationis Lateranenſis, idem Pius V. *conſtit.* 127. *incip. Cùm aliàs*, 11. *Kalend. Iunij* 1571.] De illis agunt Gualt. *in tab. chronog. ſæculo* 15. *anno* 140. *pag.* 717. Hieronym. Roman. *de Repub. Cirſtiana lib.* 6. *cap* 30. Paul. Morigia *in origine Religion lib.* 1. *cap.* 44. Silueſt. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 5. *pag.* 337. Azor. *inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 22. *q.* 3. Sunt & in noſtra Luſitania alij Canonici Cærulei (quos vulgus appellat Sancti Eligij fratres) ibi plura, & ampliſſima obtinent Monaſteria, ſed quæ independentia ſunt ab Italis: & de iſtis agunt Fr. Emm. *quæſt. Reg. tom.* 1. *q.* 3. *art.* 1. Soar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 9. *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 4. Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in hiſtoria Epiſcoporum Portugalenſium par.* 2. *cap.* 27.

Et denique Canonici Regulares Sancti Petri de Monte Corbulo, ſic dicti à primo eius Monaſterio, ſub patrocinio ſancti Petri in Monte Corbulo in diœceſi Florentina, duodecimo à Senis lapide ædificato Pontificatu Iulij II. intra annum 1503. & 1512. quo ipſe durauit, inſtituti à quodam Petro Regunſi, 39
vel Mediolanenſi Monacho Carthuſiano, ferunt habitum Canonicorum à principio fuiſſe canuſini coloris, nimirum tunicam, rochettum, & capuccium, ſiue almutiam, ſed anno 1521. mutatum eſſe in nigrum. Amant hi maximè ſolitudinem, ſectantur hoſpitalitatem, rigidè ſecum agunt, ac de labore manuum viuunt. De his agunt Tiull. *de canonic. Reg. lib.* 10. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 22. *quæſ.* 3. *verſ. eſt & alia Congregatio*, Gabr. Pennot. *in tripart. hiſtor. lib.* 2. *cap.* 54. *n.* 5.

Canonici Regulares Cathedralium Eccle- 40
ſiarum, de quibus ſuprà egimus *à num.* 9. *vſque ad n.* 18. ſunt eiuſdem Ordinis & conditionis cum reliquis Canonicis Regularibus Eccleſiarum inferiorum, & aliis, quorum ſuprà mentionem fecimus *à n.* 19. tum quia eorum Eccleſiam vocat Monaſterium S. Auguſtinus in ſua regula, tum etiam, quia eundem ferè habitum cum aliis Canonicis Regularibus geſtant, eandémque profeſſionem emittunt, quod plura Iuris Canonici loca confirmant, in quibus præfati Canonici Cathedralium vocantur Regulares, profeſſi, & monachati, vt conſtat ex *cap. innotuit*, *& cap. cùm VVintonenſis*, *de elect.* & aliis, ideóque veniunt appellatione Monachorum, ſicut alij Regulares Canonici, vt per S. Thom. 2. 2. *q.* 189. *art.* 8. *ad* 2. Panor. *in cap. quod Dei timorem*, *num.* 2. *de ſtatu mon.* Auguſt. Ticinen. *in propugn. Canon. Ordin. c.* 5. Fr. Emman. *quæſtion. Regul. tom.* 1. *q.* 1. *art.* 3. *& tom.* 3. *quæſt.* 49. *art.* 3. Ludouic. Miranda *in man. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 10. *art.* 6. nouiſſimè Hieronym. Roderic. *in compendio quæſt. Regular. reſol.* 21. *num.* 1 *& reſol.* 123. *num.* 8. Soar. *tom.* 4. *de Religion. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 12. ſed in pœnalibus, & exorbitantibus Monacho-
rum appellatione non comprehendi † Cano- 41
nicos Regulares, tenent Nauar. *commento* 3. *de Regul. num.* 40. Iſidor. Moſcon. *de maieſt. milit. Eccleſ. lib.* 1. *par.* 4. *cap.* 1. *de Regular. pag.* 515. Campan. *in diuerſor. Iuris Canon. rub.* 12. *c.* 1. *num.* 3. quos refero *in tract. de appellatiua verborum*

borum vtriuſque iuris ſignif. appellatione 154. *numero* 5.

42 Hinc colligitur *primò* Canonicos Regulares non poſſe eſſe patrinos eleuando baptizatum de fonte, ſicut nec Monachos, quia id prohibens Monachis lex, cùm ſundetur in
43 Religione, ad † Canonicos etiam Regulares extenditur, ita Nauar. *conſ.* 10. *de ſtatu Monach.* Fr. Emm. *d. tom.* 1. *q.* 31. *art.* 2. Hieron. Roder. eius nepos *d. reſol.* 21. *num.* 2. *Secundò* colligitur eadem ratione non licere dictis Canonicis Regularibus admittere intra clauſuram Monaſteriorum mulieres etiam omni ſuſpicione maiores, obſequiorum honeſtorum præſtandorum cauſa, & eas temere admittentes incidunt in pœnas conſtitutionis Pij V. ita Fr. Emman. *d. tom.* 1. *q.* 48. *art.* 4. *& tom.* 3. *quæſt.* 68. *art.* 3. *ad fin.* Nauar. *commento* 4. *de Regul. n.* 65. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 31. refert & ſequitur Hieron.
44 Roderic. *d. reſol.* 21. *num.* 3. † *Tertiò* colligitur ex eadem quoque ratione ipſis non licere intereſſe agitationi taurorum ex Bulla Clementis VIII. cuius verba apertè iudicant, *exceptis Monachis, cæteriſque cuiuſcunque Ordinis, & inſtituti Regularibus*, ita Nauar. *in cap. non dicatis* 12. *q.* 1. *num.* 12. Fr. Emman. *d. q.* 31. *art.* 3. Hieron. Roderic. *d. reſol.* 21. *n.* 4. *& reſol.* 134. *num.* 4.

45 Hæc de Canonicis Regularibus dicta ſufficiant; veniamus igitur ad ſeculares, de quibus tantùm deinceps à nobis erit agendum, dicuntur autem qui ius habent Canoniæ, & Præbendæ in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia, *cap. dilectus filius, de præbend.* quorum
46 † origo deſcendit à Clericis illis in minoribus Ordinibus conſtitutis ſacerdotalibus ſubditis, qui ſub eiſdem certa quædam in Templo miniſteria explebant, ibique ab eis ſtipendia ex re eccleſiaſtica accipiebant, qui & pſallendi officio fungebantur, in clauſtris habitabant, ſimul omnes in vno dormitorio dormiebant, & in vno refectorio reficiebantur, quò faciliùs poſſent ad horas Canonicas celebrandas occurrere, ac de vita, & conuerſatione moneri, & doceri; vnde nec eò mulieri intrare permittebatur, victum ad menſuram, & veſtitum iuxta facultatem Epiſcopi accipiebant, vt habetur in Conc. Turon. ſub Carolo Magno *cap.* 23. nec plures quàm ferrent Eccleſiæ facultates accipi ab Epiſcopo poterant, vt in Conc. Aquiſgran. ſub Ludouico Pio Imper. *cap.* 117. Conc. Agathen. III. *cap.* 18. & Laodicen. *cap.* 15. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *q.* 12. Vnde Canonici à canone, ideſt, regula vocabantur, quia canonicè, & ſub regula viuere tenebantur cum ſuo Epiſcopo, communi menſa, & dormitorio vtentes, vt *ſuprà* diximus. Et ſic Epiſcopi perfectioni ſuo ſtatui valdè congruæ ritè vacantes religioſam vitam cum ſuis Canonicis ducebant, arctiſſimóque voto adſtricti loco Cathedrali Eccleſiæ proximo in vnum habitabant, prout ad hæc vſque tempora aliquibus in locis Canonica, hoc eſt, Canonicorum habitatio Cathedralibus Eccleſiis coniuncta conſpicitur.

Poſtea verò huiuſmodi Ordinis Clerico- 47
rum honoris titulus, & Ordo ſacer adiunctus, & certæ Præbendæ ex Eccleſiæ fructibus aſſignatæ fuerunt, vt Epiſcopi Fratres eſſent conſiliarij, *cap. nouit, de his, quæ fiunt à Præl.* vbi Abb. Rot. *in Cæſarauguſtana Synodi* 13. *Februarij* 1626. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano *verſ. & hæc ſententia*, & cum eo vnum quodammodo corpus efficerent, & eidem conſilium, & auxilium in negotiis Eccleſiæ pertractandis præſtarent, vt infrà demonſtrabimus, quamuis antea quoque conſilium, & conſenſum Clericorum in nonnullis Eccleſiæ negotiis requirere tenerentur Epiſcopi, vt *in cap.* 1. *& in cap. tua nuper. eod. tit. & in cap. Epiſcopus nullus* 15. *q.* 7. *& in cap. fin. cum gl.* 1. *q.* 5. *& in cap. ſi quis vult.* 16. *q.* 7. *& in cap. ſine exceptione* 12. *q.* 2.
Hoc autem † Canonicorum Collegium, ſiue 48
corpus cum ipſo Epiſcopo, olim dicebatur conſilium Epiſcopi, vt *in cap. antepen.* 12. *q.* 2. iuncta *gloſſ.* 1. hodie vocatur Capitulum à capite, ſub quo regi, vel congregari debet ad præbenda conſilia, huius vero caput eſt ipſe Epiſcopus. *d. cap. nouit, cap. cùm clerici, de verbor. ſignif.* Rot. *in d. Cæſarauguſtana Synodi* coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano, & de eo infrà *cap.* 42.

Illud demum adnotare oportet, quòd licèt 49
antiquis temporibus plures Cathedrales, & Collegiatæ extiterint Regulares, tamen hodie maior earum pars abrogata regularitate in ſtatum tranſiit ſecularem, & inter omnes notiſſima eſt Metropolitana ciuitatis Cæſarauguſtæ, vt videre licet *in Bulla reductionis eiuſdem in ſecularem fel. record. Clementem VIII. ſub dat. Romæ apud Sanctum Marcum. Anno Incarnationis Dominicæ* 1604. *Idib. Iuly*, quam ad me tranſmiſit D. Ioannes Fuertes, illius Eccleſiæ Canonicus, vir quidem omnigena virtute præditus Romæ degens pro cauſis præeminentiarum inter ſuam Eccleſiam ex vna, & Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Pilari ex alteram in Rota à pluribus annis vertentibus,
† in quibus Eccleſiis ſæcularizatio præter qua- 50
litatem regularitatis, nihil aliud immutauit, Abb. *in cap.* 2. *num.* 9. Innocent. *num.* 4. *in verb. monialium, de capell. monach.* Rip. *reſp.* 31. *alias* 3. *de elect.* Rot. *deciſ.* 174. *num.* 7. *parte* 1. *recent. & deciſ.* 452. *num.* 4. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano, *& in Gerunden. adminiſtrationis* 6. *Februarij* 1629. coram R. P. D. Veroſpio, in princ. quæ reperitur

reperitur impreſſa *p. 5. diuerſor. deciſ.* 252. [Iura enim, exemptiones, & priuilegia Eccleſiæ competentia, illæſa, & immutata remanſerunt, cùm in hac parte ſpecialis prouiſio non reperiatur, tex. *in cap. dilectus, de Capell. Monach.* vbi Abb. *num.* 9. poſt Innoc. docet quòd licèt Monaſterium mutet ſtatum de Regularibus ad ſeculares, non per hoc mutat ſubiectionem, & quod remanet exemptum ſicut priùs, Rot. *deciſ.* 174. *num.* 7. *p.* 1. *recentior. & deciſ.* 359. *à num.* 2. *p.* 5. *diuerſor.* & coram R. Coccino, *deciſ.* 452. *num.* 4.

51 Sunt & mulieres etiam, quæ vulgò dicuntur Canoniſſæ, ſecularium Canonicorum exemplo viuentes, quæ non renuntiant propriis, nec profeſſionem vllam emittunt, nec ſeruant clauſuram, ſed poſſunt ad libitum contrahere matrimonium, & de illis Canonicis ſecularibus loquitur Honorius III. *in cap. cùm dilecta, de maior. & obed.* vbi gloſ. *verb. Canoniſſas, & verb. Prouinciarum, in cap. indemnitatibus, §. ſuprà dicta, de elect. in 6.* quarum inſtitutum Concilium Viennenſe non probat, nominatque eas Beguinas in Clem. 2. *de ſtatu Monach.* atque illis iubet aliquam viuendi normam, & regulam Monachalem deligere, *cap.* 1. *de relig. domib.* latè de illis Anton. Auguſt. *in epit. iuris veteris Pontif. tom.* 1. *lib.* 9. *tit.* 59. de Canonicis fœminis, Anton. Seppius *in Chronico generali Ordinis S. Benedicti, tom.* 2. *anno Domini* 994. *cap.* 2. Petr. Gregor. *Syntagm. iuris lib.* 15. *cap.* 17. *num.* 9. vbi meminit de Monaſteriis Lotharingiæ, *& cap.* 13. *num.* 20. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 9. *q.* 5. *verſ. ſecundum,* vbi ait in Germania, & Flandria eſſe mulieres ſimul congregatas, ac inſtar Canonicorum viuentes, Canonicas Regulares dictas, ſed nullo ex tribus votis, aut clauſura aliqua obſtrictas, quarum viuendi normam & inſtitutum non improbari *in d. Clem.* 2. aſſerit nouiſſimè Steph. VVeyms *in conſtit.* 24. *ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas conſtit.* 15. *num.* 5. *pag.* 145. vbi ait in Belgio has Canoniſſas eſſe nullo religionis voto adſtrictas, ſed liberam ſemper de rebus ſuis diſponendi libertatem retinentes, Rota *in nullius, ſiue Tullen. iuriſdictionis* 29. *Iuly* 1624. *&* 27. *Nouembris eiuſdem anni, &* 25. *February* 1625. coram bonæ memoriæ Buratto, inter eius impreſſas per Ferentil. *deciſ.* 821. 827. *&* 840. *& in eadem* 15. *Ianuary* 1629. *coram Card. Virili*, in quibus deciſionibus etiam habetur Abbatiſſæ obedientiam & reuerentiam deberi à Canoniſſis ſecularibus, quibus præeſt, & idem Ferentil. *in annot. ad deciſ.* 840. *num.* 6. aduertit quòd licèt non teneantur toto tempore vitæ ſuæ ſimul congregatæ permanere, attamen pro tempore quo permanent, videntur quodammodo oblatæ. Quæ quidem Canoniſſæ habent præbendas ita merè temporales, vt ſint expertæ cuiuſuis ſpiritualitatis, & per conſequens ſimoniæ. Caputaq. *deciſ.* 356. *num.* 6. *p.* 2. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 19. *num.* 15. de his latè nouiſſimè Tamburin. *de iure Abbatiſſar. diſp.* 7. *q.* 4. *per tot.*]

CAPVT II.

Cathedrales, & Collegiatas Eccleſias erigere, & in eis Canonicatus inſtituere quis valeat?

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus eriguntur, & Canonici creantur, vel in ipſa erectione Eccleſiæ Cathedralis, aut Collegiatæ, vel poſt eam erectam.*

2 *Papa ſolus ad augendum cultum diuinum erigere, & conſtituere poteſt Eccleſiam in Cathedralem, & ipſam in Metropolitanam.*

[Per erectionem Eccleſiæ Collegiatæ in Cathedralem non cenſetur vnquam derogatum iuri alterius. ibid.]

3 *Cathedralis in erectione, quæ ſint conſideranda, oſtenditur.*

4 *Cathedralis ita dicitur, quia penes ipſam eſt Cathedra in qua magiſtrorum magna dignitas deſignatur.*

5 *Cathedra propriè accipitur pro ſede Doctoris, ac Prælati.*

6 *Eccleſiæ ſub verbo abſque vlteriori expreſſione alicuius Sancti, vel adiectione particulæ Cathedralis, tanquam antonomaſticè ſumpta intelligitur Eccleſia Cathedralis.*

7 *Cathedralitas ex quibus probetur, oſtenditur.*

8 *Collegiatam eligere nullus inferior à Papa poteſt.*

9 *Collegialitas vbi non conſtat de fundationis initio ex coniecturis, & indiciis probatur.*

10 *Collegialitatis coniecturæ, & indicia quæ ſint, oſtenditur.*

11 *Collegialitatis qualitas probata eſt ſufficienter etiam ex collationibus Canonicatuum, & aſsignatione ſtali in Choro, & loci in Capitulo.*

12 *Canonicorum trium numerus congruus eſt ad Collegiatam conſtituendam.*

13 *Collegiata cenſetur illa, quæ habitu exiſtit.*

14 *Collegialitatis potiſsima coniectura eſt, ſi in Eccleſia adſit aliquis vti caput, &*

Clerici

Clerici, vel Canonici vti membra.

15 *Collegiatæ ſignum manifeſtum eſt, quando Canonici, ſeu Clerici in Eccleſia faciunt propria ſtatuta.*

16 *Collegiata ex ſignis, & aliis ſufficientibus exiſtimatur, licet de fundatione & priuilegio non conſtet.*

17 *Collegialitatis indicium ſufficiens non erit actus congregandi ſe ad ſonum campanæ, niſi alia ſigna concurrant ad faciendum collegium neceſſaria.*

18 *Collegiata inſignis ex quibus probetur, oſtenditur.*

19 *Collegiata inſignis ab eius erectione precedit aliis Collegiatis, quamuis antiquioribus.*

20 *Collegiata ſimplex præcedit omnibus Eccleſiis ſimplicibus, & quæ tantum Parochiales ſunt, etiamſi antequam erigeretur in Collegiatam illis cederet.*

[*Libris Eccleſiæ Cathedralis quando fides adhibeatur. ibid.*]

21 *Canonicatus in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis inſtituere quis valeat, oſtenditur.*

22 *Canonicatus beneficiorum appellatione venit in materia non odioſa.*

23 *Beneficia quauis auctoritate Epiſcopali creari poſſunt.*

24 *Canonicatum ſupernumerarium ad futuram præbendam creare non poteſt Epiſcopus, nec alius inferior à Papa.*

25 *Canonicus creatus à Papa cæteris paribus præferendus eſt facto ab inferiore.*

26 *Canonici propter dignitatem, quam habent, & præeminentiam ſupra alios Clericos, ſignum aliquod habere debent, vt dignoſcantur à cæteris.*

27 *Signum aliquod concedere Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, vel conceſſum mutare inconſulta Sede Apoſtolica non poteſt Epiſcopus.*

28 *Concil. Trid. requirit vt in omnibus Cathedralibus Eccleſiis Canonicatus omnes habeant annexum Ordinem Presbyterij, Diaconatus, & Subdiaconatus.*

29 *Epiſcopus in Ordinum diſtributione pro Canonicatibus debet requirere conſilium Capituli, ſed non tenetur illud ſequi.*

30 *Concil. Trid. hortatur, non autem præcipit, vt Epiſcopi curent, quòd Dignitates omnes, & dimidia ſaltem pars Canonicatuum in Cathedralibus Eccleſiis, & Collegiatis inſignibus per illos conferantur tantùm Magiſtris, vel Doctoribus, aut Licentiatis in Sacra Theologia, aut iure Canon.*

31 *Fructuum Præbendarum tertia pars inter diſtributiones aſsignari debet, vbi talis portio non fuerit deputata.*

CVM Canonicatus erigantur, & Canonici creentur, & inſtituantur, vel in ipſa erectione Eccleſiæ Cathedralis, aut Collegiatæ, vel poſt eam erectam, vt meliùs propoſitæ quæſtioni ſatisfaciamus, primum à nobis erit explicandum, qui poſſint Eccleſiam Cathedralem, ſeu Collegiatam conſtituere, & ex quibus probetur Cathedralitas, & Collegialitas, & deinde patebit reſolutio quæſtionis. 1

In primis [quædam ſunt Eccleſiæ Cathedrales, quædam Eccleſiæ Collegiales. Eſt autem Eccleſia Collegialis, ſeu Collegiata (vt à leuioribus incipiamus) in qua ex Clericorum coadunatione, & congregatione corpus conficitur, quòd Collegium (à collegendo, ſiue etiam coeligendo, iuxta notata *in l. collegarum, ff. de verb. ſignif.*) appellatur. Cathedralis verè dicitur, in qua præter Collegium, Cathedra ſuperioris, ſiue Prælati ſedes exiſtit, *cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. cap. ne pro defectu, de elect.* Omnis enim Cathedralis Eccleſia, Collegiata quoque eſt, cùm Prælatus, & Canonici Collegium, & Capitulum facere cenſeantur, *cap. nouit. cap. quanto, de his, quæ fiunt à maiori parte cap.* ſed non è conuerſo omnis Collegiata eſt Cathedralis, Anton. Fabric. *in praxi benef. tit. de benefic. Cathedral. Collegiat &c. num. 3. & 4.* Indubitati iuris exiſtit] ſolum Papam ad augendum cultum diuinum erigere, & conſtituere poſſe Eccleſiam in Cathedralem, *cap. præcipimus, 16. quæſt. 1.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de erect. in Eccleſ. Cathedr. num. 1. & 5.* Azor. *inſtitut. moral. parte 2. lib. 5. cap. 29. quæſ. 25. in princ. & lib. 6. cap. 30. quæſ. 2. & 4.* Gambar. *de officio Legati à Latere, tit. de variis Ordinar. nominibus num. 160.* Nicol. Garc. *de benefic. parte 12. cap. 5. num. 1.* Moner. *de commutat. vltim. volunt. cap. 11. num. 251.* vbi *num. 252.* idem dicit de erectione Eccleſiæ Cathedralis in Metropolitanam, latè Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 11. à princ.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcop. parte 3. alleg. 68. num. 8.* [*& de iure Eccleſiaſt. vniuerſo lib. 1. cap. 2. num. 139.* at per erectionem Eccleſiæ Collegiatæ in Cathedralem non cenſetur vnquam derogatum iuri alterius, niſi in quãrum Summus Pont. exprimit, *Extrau. vlt. de conceſſ. præb. Ioan. XXII.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de erect. in Colleg. poſt med.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 5. c. 867. num. 18.* vbi id tanto magis procedere ait, quando erectio eſſet facta ſine alterius pręiudicio,] in † qua erigenda Cathedrali conſideranda ſunt 3 iſta, videlicet. *Primò*, quòd locus vbi erigenda erit, habeat populum nobilem, & numeroſum, itaut abſque huiuſmodi erectione populus pateretur in Diuinis, ſic vt ad maiorem commoditatem adminiſtrandi Diuina fiat.

Secundò,

Secundò, quòd populus habeat nobilitatem in
moribus, & honeſtate. *Tertio* vt ibi ſit copia
Sacerdotum, ne Sedes Epiſcopalis vileſcat,
ita Iſidor. Moſcon. *de maieſt. milit. Eccl ſ. lib.*
1. c. 15. in princ. litt. B. [*Quarto*, ne remaneat
ſine diœceſi, Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 11.*
à num. 22. vbi Summus Pont. eccleſiam in Ca-
thedralem erexerit, eique pro dote nonnu la
beneficia purè & gratioſè vnierit, non eget
hæc erectio iuſtificatione, Mandoſ. *ad reg. 2.*
de vnion. q. 3. num. 3. cum ſeqq. Rebuff. *in*
reg. de vnion. gloſ. 10. in fine, Rota *deciſ. 612.*
num. 1. p. 2 recentior. vbi *num. 2.* id tanto ma-
gis procedere ait cùm Sanctiſſimus aſſeruerit
negatiuam in Congregatione Cardinalium
ſuper rebus conſiſtorialibus fuiſſe maturè diſ-
cuſſam, quo caſu gratia facta dicitur ex certa
ſcientia, & *num. 6.* ait non obſtare litteris ere-
ctionis duo continen, ipſam videlicet erectio-
nem in Cathedralem, & beneficiorum vnio-
nem pro illius dote, & ſic dicta de non iuſti-
ficatione intelligenda ſolum eſſe de erectione,
quę tantùm fuit Cardinalibus commiſſa,
nam reſponſum fuit vnionem eſſe ad erectio-
nem acceſſoriam, & vti partem illius integra-
lem, cùm ſine dote Cathedralis eſſe nequeat,
Sarnen. *in reg. de annali q. 47. col. 2. & 3.* vnde
patet vnionis cognitionem tanquam quid in-
diuiduum ab erectione ſeparari non potuiſſe,
& conſequenter illam pariter fuiſſe Cardinali-
bus commiſſam.]

4 Dicitur autem † Cathedralis, ob honorem
Cathedræ Epiſcopalis, quia ibi Cathedra Epi-
ſcopalis & ſedes ſita eſt, Rebuff. *in concord.*
tit. de collat. §. 1. verb. Cathedralis, pag. mihi
54.] & quia penes ipſam eſt Cathedra, in qua
magiſtrorum magna dignitas deſignatur vt
ex Hieron. notat Toſtat. *ſuper Matth. c. 1. q. 70.*
5 aſſerens † Cathedram propriè accipi pro Sede
Doctoris, ac Pręlati, prout etiam in Cathedra
Petri Eccleſia Romana denotatur, ex traditis
per Ioan. Scotanum *contra hæreticos, interrog.*
5. de Primatu Petri, & Eccleſia Romana ſol. mihi
87. verſ. ſubiiciam, Iſidor. *d. c. 15. in princ.* Ioan.
à Coelıer *in ſchol. ad preces primar. lit. E.*
verb. in ſingulis Cathedralibus.

6 Sub particula tamen, *Eccleſiæ*, abſque vlte-
riori expreſſione alicuius Sancti, vel adiectio-
ne particulę *Cathedralis*, apud Iuris interpre-
tes tanquam antonomaſticè ſumpta, intelligi-
tur Eccleſia Cathedralis, iuxta antiquum ſty-
lum Curię Romanæ. Monach. *in cap. quamuis,*
num. 5 poſt gloſſ. ibidem in verb. non extendit,
de præbend. in 6. vbi Gemin. §. *final. num. 10.*
poſt med. Abb. *in cap. cum ſuper num. 6. de ſe-*
pult. Mandoſ. *ſuper regul. 26. Cancel. quæſt. 3.*
num. 5. & 6. in fine, verſ. Romæ autem, [Franc.
Marc. *Delphin. deciſ. 11 3. num. 5. vol. 1.* vbi
quòd Eccleſia Cathedralis intitulanda ſub
nomine Diœceſis, non autem Sancti, refert Ca-
mill Borrel. *in ſum. deciſ. tom. tit. num. 44.*
& Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 6. collect. 2350.*
verſ. Eccleſia Cathedral. & collect. 2438. verſic.
item quod appellatione Eccleſiæ.] Gambar. *de of-*
ficio Legati a Later. lib. 1. n. 270. Stephan. Gra-
tian. *diſceptat. forenſ. cap. 893. num. 32.* Rot.
deciſ. 133. num. 4. & 13. parte 1. diuerſor. & in
Cæſarauguſt. Cathedralitatis 1. Martij 163
coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino De-
cano, quę reperitur impreſſa nouiſſimè, *p. 5.*
diuerſor. deciſ. 353.] in qua plura adducuntur
adminicula ad probandam † Cathedralita- 7
tem, videlicet antiquiſſimus ritus celebrandi
feſtum Dedicationis, qui ſanè ritus nec tole-
rari, nec ſeruari poterat, niſi admiſſa Eccleſię
Cathedralitate. Greg. XV. *deciſ. 493. num. 2.*
Rot. *deciſ. 616. num. 4. & 5. part. 1. recentior.*
Item facultas exigendi decimas in territorio
ciuitatis ſoli Cathedrali competentes, iuxta
terminos *cap. quoniam, & cap. cum contingat.*
vbi gloſſ. & Doctores, *de decim.* & tradita per
Rebuff. *in tract. illius tit. quæſt. 6. num. 12.*
Rot. *in Pampilonen. congrua 7. Aprilis 1595.*
corā bonę mem. Card. Millino, quę loquitur in
Eccleſiis Hiſpaniarum, eam ſequitur etiam *in*
deciſ. 429. num. 6. coram Gregorio XV. ius ex-
trahendi defunctorum cadauera ex alienis Pa-
rochiis, illaque ſepeliendi, quod Eccleſiis
omnibus de iure prohibitum, ſolis Cathedra-
libus indulgetur, *cap. ex parte, il 1. cap. cùm*
liberum, cap. cum ſuper, cap. in noſtra, vbi Do-
ctores. *de ſepultur.* indiſtincta ſaltem de con-
ſuetudine (quicquid ſit quoad moderationem
per concordias, & ſententias) Sacramentorum
omnium adminiſtratio, iuxta terminos *cap.*
3. & ult. vbi ſcribentes, *de Paroch. & cap.*
Presbyteri, de conſecrat. diſt. 4. necnon prærro-
gatiuæ præeminentiarum, atque alia huiuſ-
modi, de quibus in ſimili Pute. *deciſ. 34. lib.*
2. in correctis. Item Cathedralitatem oſten-
dit delatio Sanctiſſimi Sacramenti in die eius
feſto, cùm proceſſio in die Corporis Chriſti
à Cathedrali debeat inchoari, & ibidem finire,
vt cenſuit Sacra Rituum Congreg. *in vna Ti-*
raſonen. ſub die 19. Auguſti 1619. [ad affectum
enim vt dignoſcatur quæ ſit Eccleſia Cathe-
dralis, inſpicitur tempus præſens, *c. cùm infe-*
rior, vbi Hoſt. *n. 13. de maior. & obed.* Seraph.
deciſ. 1445. in fin. Rot. *p. 5. diuerſ. deciſ. 111.*
n. 21. Reges, & Principes ſunt Patroni Eccleſia-
rum Cathedralium quantum ad protectio-
nem, non quantum ad electionem, vel præ-
ſentationem, ita Præpoſ. *in cap. lectis 61. diſt.*
Anton. Corſet. *in tract. de poteſt. Regia q. 34.*
vol. 12. tractat. Doctor. Roch. de Curte *de*
iurepatron. verb. in Eccleſia num. 2. Lamber-
tin. *eod. tract. 11. q. princ. art. 2. p. 1. lib. 1.*
num 3. & 4. Martin. Laudenſ. *in tract. de Prin-*
cip. notab. 74. Arnulph. Ruſæ. *in tract. de*
iuribus Regalib. priuil. 11. num. 6. Oliban. *de*

iure fiſci c. 18. 1. & 33. Azeued. *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *noua Recep.* Cou. *in reg. poſſeſſor p.* 2. §. 10. *num.* 5.

Nam vt Regibus competat ius præſentandi Epiſcopos, neceſſarium eſt priuilegium Apoſtolicum: vt pro Regnis Caſtellæ & Legionis ac aliis adeſt priuilegium Adriani VI. de quo Mariana *de rebus Hiſpaniæ lib.* 25. *cap.* 5 Gil. Gonzalez Dauila *in ſua hiſtoria de Salamanca lib.* 3. *cap.* 18. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 1. *num.* 218. D. Roder. à Cunha *in cap. cum longe num.* 1. 63. *diſt.* Ego ipſe *de iure eccleſ. lib.* 1. *cap.* 8. *à num.* 74. *& præcipue num.* 81. Et de Regno Portugaliæ atteſtantur Nau. *in cap. nouit, notab.* 2. *num.* 165. *de iudic.* Cabed. *de patron. Regiæ Coronæ cap.* 37. *num.* 1. Gabr. Pereira *de manu Regia tom.* 1. *pag.* 234. *num.* 76. *ad fin.* D. Roder. à Cunha *in d. cap. cum longe, num.* 1 *& in cap.* 2. *num.* 8. *diſt.* 23. Et de Regno Franciæ Palat. *in introduct. rub. de donat. inter virum & vxor. num.* 28. Rebuff. *in conc ord. tit. de nomin. Regis ad Prælat. gloſ. vacantibus pag.* 84. Carol. de Graſſal. *lib.* 2. *Regal. Franciæ iure* 3. Guilielm. Bened. *in c. Raynutius, de teſtam. verb. & vxorem nomine Adelaſiam, deciſ.* 2. *ex num.* 78. Petr. Greg. *in tit. de elect. cap.* 5. *num.* 21. Boer. Epo *heroicar. quæſt. de iure ſacro lib.* 1. *ſub tit. de Regalibus & vniuerſo iure Principum in beneficiis eccleſiaſticis ex num.* 26. *& num.* 262. Rhenat. Choppin. *de domanio Franciæ lib.* 2. *tit.* 10. *& de ſacra politia lib.* 1. *tit.* 7. *ex num.* 12. Idem de Regibus Poloniæ Azori. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *q.* 3. *in fine.* Et de Regibus Angliæ, Palat *d. loco num.* 26. *ante med.* Anaſt. Germoni. *de ſacrorum immun. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 31. vbi *num.* 17. *&* 32. idem de Regibus Neapolis, & Hungariæ. Et de Regibus Siciliæ Dom. Marius Cutell. *in codice legum Sicularum cap.* 82. *nota* 87. *à num.* 1. *pag.* 229. vbi *num.* . ait coadiutorem Epiſcopo in Sicilia nunquam datum.

8 Nullum etiam inferiorem a Papa poſſe erigere Eccleſiam, etiam Parochialem in Collegiatam, meritò concludunt Rebuff. *in praxi benef. tit. de erectione in Collegiatam.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. Azor. *inſtitut. moral par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 29. *q.* 5. *& cap.* 30. *q.* 8. Fabuc. *tract.* 41. *de benefic. cap.* 1. *num.* 1. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum præl.* 2. *dub.* 1. & cenſuit Sacra Congregat. Concilij *in vna Conuerſana* 27. *Iunij,* 1626. prout refert Lotter. *dicta quæſt.* 14 *num.* 49. & ſeruat ſtylus Romanæ Curiæ, Ferentil. *in annot. ad deciſ. Buratti* 112. *num.* 14. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 4. *num.* 38. *cum ſeqq.* vbi *num.* 5 ſubdit debere patronum aſſentire ſi Eccleſia, quæ deſideratur in Collegiatam erigi, patronata ſit. Quamuis nonnulli non contemnendæ auctoritatis viri exiſtimauerint Epiſcopum poſſe erigere Parochialem Eccleſiam in Collegiatam, vt per text. *in cap. quoniam, de vita, & honeſt. cleric.* tenent *ibidem* Abb. *antiq. num.* 1. Ioann. Andr. *num.* 3. Butr. *num.* . *ad fin.* Panor. *num.* 2. *&* 6. Imol. qui atteſtatur de communi *num.* 1. quos retulit, & ſequi viſa eſt Rota *in Regien. vnionis* 12. *May* 1625. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino; & licèt Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 4. aſſerat aliquando Eccleſiam erigi in Collegiatam per Epiſcopum, ſed ſolere fieri auctoritate Apoſtolica.

Collegialitas, vbi non conſtat de fundationis initio, ex coniecturis, & indiciis probatur, 9 Innoc. *in cap. poſtulaſti, de iurepatron.* Ioan. Andr. & alij *in cap. nobis, eodem tit.* Alex. *conſ.* 75 *num.* 2. *lib.* 4. Roman. *conſ.* 436. *num.* 6. Decian. *conſ.* 6. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2 Rot. *deciſ.* 584. *num.* 2. *& deciſ.* 585. *num.* 2. *par.* 4. *diuerſor.* & apud Mantic. *deciſ.* 215. *num.* 1. & inter recent. *deciſ.* 6 7. *ſub num.* 2. *part.* 1. *& in Aſculana Parochialis S. Laurentij,* 20. *May,* 1585. coram Orano, *& in Cremonen. Præpoſituræ* 24. *May* 1621. coram bonæ mem. Remboldo, *& in Placentina Archipresbyteratus* 17. *May* 1623. coram R. P. D. meo Pirouano, *& in Aſcula. Plebaniæ* 13. *Ianuarij* 1624. coram R. P. D. Merlino.

Coniectura autem, & indicia collegialitatis potiſſima ſunt quod Canonici conſueuerunt congregari ad libitum principalis Dignitatis illorum capitis, ſeu illius ad quem de iure, vel conſuetudine ſpectat congregare Capitulum, ad ſonum campanæ, & quòd haberent ſigillum commune, ac eſſet quoque communis arca, itaut fructus communiter diuiderentur, vt colligitur ex text. *in cap. tertio loco, de probat. & in cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & propr.* & de communi ſigillo *in cap. ſignificauit, de appellat. & in cap. dilecta, de exceſſ. Præl.* de arca, & maſſa communi *in l.* 1. §. *quibus autem ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* † Et demum quòd ex huiuſmodi indiciis vniuerſali ſcilicet congregatione, 10 ſeu tractatu in forma Capituli, ac ſigillo, & arca communi plenè, & concludenter deſumatur probatio collegialitatis eccleſiaſticæ, tradunt Doctores *in cap. nobis, de iurepatron.* vbi Abb. *num.* 28. Felin. *in cap. accedentes num.* 2. *de præſcript.* Roman. *conſ.* 436. *num.* 7. Decian. *conſ.* 6. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Aym. *conſ.* 134 *num.* 5. Barbat. *conſ.* 17. *num.* 1 *&* 4. *lib.* 1. Cardin. *in Clemen. ſtatutum quæſt.* 4. *de elect. & in Clemen.* 2. *num.* 10. *de ætate, & qual.* Alex. *conſ.* 75. *num.* 2. *lib.* 4. Maſcard. *de probat. concl.* 584. *num.* 3. Rebuff. *in concord. tit. de collat. in* §. *volumus verſ. collegialitatis,* [Anton. Fabric. *in praxi benefic. tit. de benefic. in Cathedr. & Coll. n.* 3. latè Lotter.

de

de re benefic. li. 1. q. 14. n. 1. cum ſeqq.]& paſſim ſequitur Rot. *deciſ. 584. n. 2. & deciſ. 585. n. 2. p. 4. diuerſ.* Achul. *deciſ. 10. n. 1. & de præbend.* Mantic. *deciſ. 175. n. 1. & deciſ. 215. n. 1.* Greg. XV. *deciſ. 482. n. 4.* & fuit reſolutum *in Placentina Præpoſituræ 26. Aprilis 1627.* impreſ. *p. 5 diuerſ. deciſ. 56. & 4. Decemb. 1628.* coram R. P. D. meo Pirouano, *& in dictis Iſulana Parochialis, & Cremonen. Præpoſituræ, & in dicta Placentina, Archipresbyteratus*, in qua fuit dictum qualitatem Collegialitatis probatam eſſe ſufficienter, etiam ex eo quod erant eius Canonicatuum, & aſſignatione ſtalli in choro, & loci in Capitulo facta per Canonicos Capitulariter congregatos prouiſos de Canonicatibus, quippe quæ fieri non poſſunt abſque Collegiali nomine.

12 Numerus autem trium Canonicorum congruus eſt ad Collegiatam conſtituendam, Innoc. *in cap. poſtulaſti n. 1. in princ. de iurepatron.* Felin. *in c. accedentibus, n. 1. verſ. & nota, de præſcript.* Roman. *d. conſ. 46. n. 6.* Lambert. *de iurepatron. par. 1. lib. 2. q. 5. in princ. n. 3.* Caualer. *deciſ. 649. n. 6.* Rom. nd. D. Coccin. *deciſ. 296. num. 4.* Rot. *in d. Iſulana Plebaniæ* coram R. P.

13 D. Merlino. † Qui ſi tres fuerint, vel ſaltem de præſenti non exiſtat Collegiata, adhuc tamen ſufficit vt habitu eſſe ad hoc vt cenſeri debeat Collegiata, Felin. *in d. c. accedentes, num. 1. verſ. poſſit etiã,* Innoc. *in c. poſtulaſti n. 1. de iurepatr.* Archid. *in c. licet canon, ſub n. 2. de elect. lib. 6.* Maſcard. *de probat. cõcl. 584. n. 5.* cum aliis, quos refert, & ſequitur Rot. *in Cremon. Præpoſ. 25. Febr. 1622.* coram bonæ mem. Remboldo.

14 Item pro forma Collegialitatis coniectura eſt, ſi in Eccleſia adſit aliquis vti caput, & Clerici, vel Canonici vti membra, Alex. *conſ. 74. num. 4. lib. 4.* Mantic. *deciſ. 115. ſub num. 1. verſ. vnde* Rot. *in d. Cremonen. Præpoſituræ 24. Maij. 1621* coram bonæ mem. Remboldo, *& in d. Aſculana Plebaniæ* coram R. P. D.

15 Merlino. Manifeſtum quoque eſt † ſignum Collegiatæ, quando Canonici, ſeu Clerici in Eccleſia faciunt propria ſtatuta, Mantic. *deciſ. 175. ſub num. 1. verſ. item quia habent, &*

16 *d. deciſ. 215. ſub num. etiam 1.* † Et ex iſtis ſignis, & aliis ſufficientibus Collegiatam eſſe exiſtimandam, licet de fundatione, & priuilegio non conſtet, cenſuit Sacra Rituum Congreg. *in vna Capitaquen. 16. Ianuary 1620.* Sed non eſt neceſſarium, vt omnes hæ coniecturæ, ſeu ſignorum omnium concurſus ſimul concurrant, ſed ſufficit aliquas adeſſe, ex quibus id argui poſſit & veroſimile credatur, vt per Rot. *d. deciſ. 584. num. 2. p. 4. diuerſ.* Mantic. *d. deciſ. 215. ſub num. 5 verſ. nec etiam.* nouiſſime ead. Rota *p. 5. diuerſ. deciſ. 56. num. 6.* & tangit Lotter. *d. q. 14. num. 7. cum ſeqq.* aduertens ex multis fieri poſſe vt vel illum deficiat, vel non ſit in vſu; vel etiam quod collegialitas

Barb. de Canonic. & Dignitatib.

legium non habeat Prælatum, cum ad eius eſſentiam id minime neceſſarium ſit.

Non erit tamen ſufficiens Collegialitatis 17 indicium actus congregandi ſe ad ſonitum campanæ, niſi alia ſigna concurrant ad faciendum collegium neceſſaria, Caputaq. *deciſ. 295. num. 2* Gonzal. *ad Reg. 8. Cancel. gloſ. 9 num. 14. & 15* Beltram. *in annot. ad Gregor. XV. deciſ. 482. lit. C*

Quæ autem dicatur Collegiata inſignis, 18 non eſt in iure determinatum, Doctores enim diuerſimodè loquuntur, nam Card. Mantic. *deciſ. 175. num. 2.* ad oſtendendum quod Collegiata, de qua in ea deciſione agebatur, non eſſet inſignis, aſſerit hoc probari ex numero Canonicorum exiguo, modicis redditibus, & qualitate ſeruitij, & depoſitionibus teſtium, tradítque hoc eſſe arbitrarium, citans Doctores *in cap. ſtatutum, de reſcript. lib. 6.* & Alberic. *de diction. verb. inſignis,* quibus add. Lap. Specul. & Tiraq. ac alios apud Menoch. *de arbitr. caſu 158. num. 4.* In diiudicatione huiuſmodi inſignitatis fieri poteſt conſideratio ex qualitate loci, prout deciſum fuit à Sacra Rituum Congregatione in vna Collegiatæ Eccleſiæ S. Pauli ciuitatis nouæ Firmanæ diœceſis ad inſtantiam D. Ludouici Centofloreni mei ſtudio ſtimulo obtinuit prædi tam Collegiatam dici inſignem, eo quòd oppidum, in quo ſita eſt, inſigne reddat numerus quatuor mille habitatorum, hoc eſt, focularia 820. quatuor Regulari, & vnum Sanctimonialium Monaſterium ibi exiſtentia, copia peritorum, & nobilium, refert Ioan. Anton. Maſſobr *in tract. de Synodo Epiſcopi c. 4. dub. 14. n. 9. & ſeq.* & ego ipſe *in collect. ad cap. vlt. num. 3. de verb. ſignif.* & etiam Cantuc. tenet Alou. Ricc *in collect. deciſ. p. 6. collectan. 2350* verſ. *inſign* inſignem dici Eccleſiam quòd ſit in loco nobili, inſigni, & p. ſpuo, & quòd ſic ex communi hominum opinione habeatur, latè Lotter. *de re benefic. lib. 1. q. 15. à princ.* & præcipuè *à n. 6.* vbi ex Rota *deciſ. 29. ex num. 5. p. 2. diuerſ.* ait iudicem totò promintiare ſuper hac qualitate poſſe ſi circunſtantiæ tendunt ad multiplicem Eccleſiæ decorem, puta, quia ſit matrix, nobilis ex celebritate ſitus, antiqua, ſi ſupra alios præcedentiam obtineat, ſi inſignem ſtructuram habeat, ſi referta ſit magno numero miniſtrorum deſeruientium.]

Et † Collegiata inſignis ab eius erectione præ- 19 cedit aliis Collegiatis, quamuis antiquioribus, vt cenſuit Sacra Rituum Congregatio *in vna Firmana 24. Martij, 1612.* ſicut † & Collegiata 20 ſimplex præcedit omnibus Eccleſiis ſimplicibus, & quæ tantum Parochiales ſunt, ex eadem S. Cõgregatione *in vna Nolana 10. Iuly 1602. & in Senogallien. 23. Martij 1619.* etiamſi antequam erigeretur in Collegiatam, illis cedere, vt *in Terracin. Sonniſſa, 25. February, 1606.*

B 2 Quis

Quis autem dicatur locus inſignis, tradit Nauar. *conſ. 1. alias 3. de verbor. ſignif.* Et plura de inſigni noſtra, & Regia Collegiata S. Mariæ de Leucira oppidi Vimaranenſis Bracharen. diœceſis dixi *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg. 6. num. 7.*

Libris Eccleſiæ Cathedralis erectæ pleniſſimam regulariter fidem adhiberi ſolere teſtatur poſt Burat. *conſ. 23. num. 17. vol. 1.* Ioſeph. Ludou. *commun. concl. 29. pag. 74. col. 1. verſ. amplia* &c. & poſt Paridem. de Puteo ſequitur Camill. Borrel. *conſ. 41. num. 42.* Vtrum autem libris Canonicorum plena regulariter fides adhibeatur, vide latè Grat. *conſ. 12. per tot.* Rota *deciſ. 181. num. 1. p. 2. recentiſſim.* Conſuetudine tamen induci poteſt vt ipſorum libris plena fides adhibeatur. Anton. Prag. *in tract. de conſuet. q. 11. num. 544.* præcipuè ſi liber ſit antiquus, conſetueruique in actuo vti approbatus, Hect. Felici. *alleg. num. 2. p. 3. & alleg. 48. num. 8. ead. p. 5.* vnde libros punctuatorij Capitulo credendum eſſe tenet Rota *deciſ. 205. n. 1. p. 2. recentiſſim.*

21 Deueniendo nunc ad reſolutionem quæſtionis propoſitæ, videtur concludendum, ad illum ſpectare Canonicatus in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis inſtituere in actu erectionis; cui de iure ſpectat illam facere, hoc eſt, Papæ vt *ſuprà* probauimus, quia vnum ſine alio ſtare non poteſt, cum ſaltem numerus trium Canonicorum ad Collegiatam conſtituẽdam requiratur, vt pariter *ſupra* oſtendimus, *n. 1.* & poteſt Papa creare duos Canonicos eiuſdem canonicæ, iuxta tex. *in cap. non autem,* & *ibi* Archid. *7. q. 1.* Abb. *in c. fraternitatis, n. 4. verſ. hic autem Papa, de præbend.* Rota *deciſ. 41. num. 8. p. recentiſſim.* Poſt erectam verò, & dictum numerum creatum, Epiſcopi erit, ſi

22 velit, † alios nouos Canonicos antiquis adiungere, vel vltra extantes, cum congrua portione alios de nouo creare nam cùm Canonicatus ſint beneficia, & illorum appellatione in materia non odioſa comprehendantur, ex citatis per me *in tract. de appellatiua verborũ vtriuſ-*

23 *que iuris ſignif. appellat. 32. num. 11.* & † quæuis beneficia auctoritate Epiſcopali creari poſſint, ſecundùm gloſ. *verb. ſi beneficiorum, verſ. quia conſtat. in Clem. 2. de decim.* Cæſ. de Graſſis *deciſ. n. de præbend.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. n. 7.* Caualer. *deciſ. 639. n. 8.* Melch. Otter. *de re benef. lib. 1. q. 5. n. 40.* Rot. *in Monopolitana hebdomadæ 1. Iuly 1613.* coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, *& in Melfiten. leuati pij 24. Ianuary 1629.* coram R. P. D. Dunozetto, benè ſequitur ipſum ſua Epiſcopali auctoritate Canonicatus creare poſſe. Sed de Dignitatibus eſt magis inter Doctores controuerſum, vt *cap. 4.* videbimus.

24 Non poterit tamen Epiſcopus, nec alius inferior à Papa, etiam poſt erectionem creare Canonicatum ſupernumerarium ad futuram præbendã, vt cenſuit Sacra Congregatio Concilij his verbis. *Ex hoc decreto expectatiuarum abrogatarum colligitur non poſſe erigi Canonicatum ſupernumerarium ad futuram præbendam,* prout refert Nicol. Garc. *de benefic. part 6. cap. 1. n. 5.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. §. 1. proœm. n. 64.* vbi *n. 65.* ſubdit procedere in Capitulis, vt neque Capitula Eccleſiarum poſſint Canonicos ſupernumerarios creare ſuper futuram præbendam, & teſtatur ſic cenſuiſſe eandem Sacram Congregationem, cuius meminit Zypæ. *in analytica poſtremi iuris eccleſiaſt. enarrat. lib. 2. de conceſſ. præbend. e, num.*

Inter Canonicos verò creatos à Papa, & 25
alios factos ab inferiori, illa reperitur differẽtia, quod creatus à Papa cæteris paribus præferendus eſt facto ab inferiore. Bart. *in l. n. 2. C. de albo ſcriben.* & *ibi* Alex. *ſub lit. B.* Boër. *de auctor. magni Conſily n. 8.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. §. proœm. n. 114.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect. 147. verſ. hinc infertur primo,* data enim in omnibus paritate, ſemper eſt præferendus prouiſus à Papa propter eius ampliorem prærogatiuam, *cap. ſi à Sede, de præb. lib. 9. Clem. 1. §. neutro, vt lite penden.*

Sigillum aliquod habere debent Canonici 26
propter dignitatem, quam habent, & præeminẽtiam ſuper alios Clericos, vt dignoſcantur à cæteris, ſicut tradunt Nouar. *forenſ. q. 24. num. 15. tom. 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. par. 4. reſol. 36. num. 1.* quodquidem † ſigillum concedere Canonicis Eccleſiæ 27
Cathedralis, vel conceſſum mutare inconſulta Sede Apoſtolica non poteſt Epiſcopus, vt cenſuit Sacra Rituum Congregatio *in vna Hydruntina 1. Septembris 1612.* nec etiam de nouo concedere Almutiam, vt declarauit eadem Sacra Congregatio *in vna Camarinen. 25. Ianuary 16. & in alia Placentina 16. Ianuary 16.* aut cappam, ſine priuilegio, & expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ, eadem Sacra Congreg. *in Eluen. 1. Ianuary 1604.* & ideo reperi eandem Sacram Congregationem illa conceſſiſſe Canonicis Eccleſiæ Placentinæ prouinciæ Bononien. *12. Marty 1616.* & *Canonicis Papiæ 13. Iuny 1614.* & Canonicis Collegiatæ S. Secundi *Aſten. ciuitatis, 16. May 1601.*

Requirit Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de re-* 28
form. cap. 12. verſ. neminem etiam, vt in omnibus Cathedralibus Eccleſiis Canonicatus omnes habeãt annexum Ordinem Presbyterij, Diaconatus, & Subdiaconatus, & vt dimidia ſaltem pars Canonicorum Presbyteri, cæteri verò Diaconi, aut Subdiaconi, niſi conſuetudo laudabiliter haberet vt plures, vel omnes ſint Presbyteri, de quo latè Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol. 238.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 19. in princ. num. 1. verſ. tertio,* Nouar. *in ſingular. Canon. concl. 16.* & latiùs infrà

infrà *cap.* 16. *à num.* 1. quod quidem Concilij Trident. decretum locum non habet in Eccleſiis Collegiatis, ſicut aiunt Nauarr. *conſ.* 3. *de tempor. ordin. in antiq. aliàs conſ.* 5. *de ætate, & qualitate, in nouis*, Zerol. *in praxi Epiſcop. parte* 1. *verb. beneficia*, §. 5. [Garc. *de beneſic. p.* 7. *cap.* 4. *à num.* 36. nouiſſimè Ciatlin. *controuer. forenſ. cap.* 38. *num.* 1.]

29 In hac Ordinum diſtributione debet requirere Epiſcopus conſilium Capituli, illud tamen non tenetur ſequi, & ita declaratum fuiſſe à Sacra Congregatione Concilij, refert Zerol. *in ſua praxi Epiſcop. par.* 2. *verb. Capitulum.* Aſsignandus eſt Ordo non perſonis, ſed Canonicatibus, aut præbendis ſingulis, ſicut ex voto eiuſdem Sacræ Congregationis reſoluit Piaſec. *in praxi Epiſcop. parte* 2. *cap.* 3. *num.* 7. *in princ.* Non tamen poterit Epiſcopus cogere, vt omnes Canonici efficiantur Sacerdotes, ſed ſufficiet ſi media pars Canonicorũ Presbyteri fiant, inter quos debet eſſe præcipuè principalis dignitas, cæteri verò Diaconi, aut Subdiaconi, Aloyſ. Ric. *d. reſol.* 238. *n.* 2.

30 Monet præterea idem Concil. citato *cap.* 12. *verſ. hortatur*, eos ad quos ſpectat de iure, vt (vbi commodè fieri poteſt) curent quòd Dignitates omnes eccleſiaſticæ, & dimidia ſaltem pars Canonicatuum in Cathedralibus Eccleſiis, & Collegiatis inſignibus per illos conferantur tantùm Magiſtris, vel Doctoribus, aut Licentiatis in ſacra Theologia, vel in Iure Canonico iuxta mentem antiquorum Canonum, vt *in cap. ad decorem, de inſtit.* referunt Zerol. *in praxi Epiſcop. parte* 1. *verb. Capitulum*, §. 10. *& verb. Canonia*, §. 2. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 19. *in princ. num.* 1. *verſ. tertio.* Et hortari, non verò præcipere, aduertunt Homobon. de Bonis *de examine eccleſiaſt. tract.* 1. *cap.* 9. *quæſ.* 56. Molfeſ. *in ſum. Theologia moralis tract.* 6. *cap.* 7. *num.* 65. Nicol. Garc. *de beneſic. parte* 7. *cap.* 7. *num.* 7. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, requiſit.* 10. *dub.* 6. *num.* 7. *ſecundùm Romanam impreſſ.*

31 Statuit demum idem Concilium Trident. *ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 3. vt tertia pars fructuum præbendarum inter diſtributiones aſsignetur, vt ſi talis portio non fuerit deputata, vt ſaltem ſpe præmij Canonici Eccleſiæ inſeruiant, refert Iſidor. Moſcon. *de maieſtate milit. Eccleſiæ lib.* 1. *parte* 1. *cap.* 15. *pag.* 297. *verſ. quartum requiſitum*, Nicol. Garc. *de beneſic. parte* 3. *cap.* 2. *num.* 467. *cum ſeqq.* vbi atteſtatur deciſum detractionem huiuſmodi in fructibus eſſe faciendam, non ſecundùm taxam antiquam, prout in libris Capitulorum, ſeu aliis; ſed ſecundùm valorem currentem, & *num.* 468. pariter reſolutum aſſerit deducendas eſſe priùs penſiones, & alia onera legitimè impoſita quandiu illa durauerint, antequam detractio hæc fiat, & quòd de fructibus alteri reſeruatis non fit iſta detractio donec reſeruatarius vixerit, & *num.* 481. ſubdit obtinentem in Cathedralibus, & Collegiatis Dignitatem, licèt vocem in Capitulo non habeat, nec diſtributiones quotidianas cum cæteris participet, detractioni tertiæ partis fructuum eſſe obnoxium, & *num.* 492. addit Dignitates quæ ſunt de iurepatronatus, detractioni tertiæ partis fructuum eſſe obnoxias, niſi repugnet fundatio, cui Tridentinum *d. cap.* 3. prout & *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. minimè derogauit, & infrà *c.* 21. *n.* 23. *cum ſeqq.* latiùs de his omnibus agemus.

CAPVT III.

Canonicorum numerus, an & quando augeri, diminuivè poſsit, & de Canonicis ſupernumerariis?

SVMMARIVM.

1 *Canonici in Cathedralibus Eccleſiis tot numero debent eſſe, quot pro ſeruitio Eccleſiæ ſatisfacere poſsint.*

[*Et Eccleſia in qua eſt certus numerus Canonicorum, numerata dicitur. ibid.*]

2 *Canonicorum numerum determinatum augere non licet, niſi augeantur prouentus.*

3 *Canonicorum numerum augere tantùm poteſt Papa, quando Canonici in erectione facta coram Papa iurarunt non augere, vel ſtatutum numerum taxans fuit à Papa, vel longiſsimo tempore confirmatum, aliàs Epiſcopus cum Capitulo poſſet.*

4 *Numerus Canonicorum is dicitur definitus, quē in Eccleſia Cathedrali Epiſcopus cum conſilio Canonicorũ, in inferioribus Collegiatis ipſarum Canonici cum Epiſcopi cõſenſu deſuper accedente præfinierint.*

5 *Canonicorum vltra numerum non certum auctoritate Papæ poteſt quis in Canonicum recipi ſine præbenda.*

6 *Supernumerarius appellatur qui fuerit receptus extra numerum.*

7 *Numerus certus Canonicorum, & Præbendarum in Cathedralibus, & Collegiatis quandoque nullus eſt, interdum eſt certus numerus Canonicorum, ſed nullus numerus, nec diſtinctio Præbendarum, interdum eſt certus numerus Canonicatuum, & Præbendarum inter ſe diſtinctarum, nonnunquam eſt certus numerus Canonicatuum, & totidem ſunt Præbendæ, ſed ea diſtincta non ſunt.*

8 *Canonicus in Eccleſiis receptiuis propriè non dicitur habere ſucceſſorem, nec eius Canonicatus vacare dicitur, ſed confeſtim quòd titularis decedit, ſupprimitur, expirat, & ceſſat.*

9 *Canonicus non ſuccedit Canonico in honore,*

& onere, ſed Capitulum.

10 *Commiſſio cauſa facta alicui tanquam Canonico, non tranſit eo mortuo ad ſucceſſorem in Canonicatu.*

11 *Delegatio facta Dignitati, non expreſſo nomine proprio, tranſit ad ſucceſſorem, eo quòd illum verè habent.*

12 *Canonici ſupernumerarij illi dicuntur, qui in Canonicorum collegium cooptantur, & Canonici creantur vltra numerum certum Præbendarum, & Canonicatuum abſq; vlla præbẽda illis ſtatim attributa.*

13 *Canonicorum ſupra numerum duæ ſunt ſpecies, vna iuris, alia facti.*

14 *Canonicus ſupernumerarius receptus ſimpliciter de mandato Papæ in aliquã Eccleſia, in qua eſt certus numerus Canonicorum, non illi derogando, aut non mandando recipi cum plenitudine iuris Canonicalis, non habet ius Canonia, ſtallum ſcilicet in choro, & vocem in Capitulo, & alias omnes prærogatiuas, quibus cæteri Canonici gaudent.*

15 *Canonicus ſupernumerarius receptus cum expreſſa Papæ derogatione de certo Canonicorum numero, vel cum plenitudine iuris Canonicalis, habet ius Canonia.*

16 *Canonici quando ſunt priuilegiati ſuper numero certo, ſi poſtea aliquem ſupra numerum admittant, non poſſunt vti exceptione numeri contra Papam volentem aliquem ſupra numerum conſtituere.*

17 *Canonici ſupernumerarij, an & quando poſſint eſſe delegati Papæ, & diſtributiones quotidianas habere, remiſsiuè.*

18 *Canonici iure poſſunt numerum Præbendarum minuere, cum annui earum redditus non ſufficiunt ad ſuſtentandos commodè Canonicos.*

19 *Canonicatus auctoritate Papæ confirmati cum præfinitione numeri, & decreto irritãte, non poſſunt ſupprimi per Epiſcopum.*

20 *Tenuitas Eccleſiæ, ac eius redditus diminuti probandi ſunt, cùm beneficia de ſui natura præſumantur congrua.*

21 *Prælati ſeculares iuriſdictionem habentes quaſi Epiſcopalem non poſſunt Canonicatus ſupprimere etiam in caſibus, quibus Epiſcopi poſſint in ſua diœceſi.*

22 *Collegiatæ Eccleſiæ Prælatus ſuppreſſionem Præbendarum tenuium facere non poteſt, licèt eſſet exemptus, & Eccleſia inſignis.*

23 *Capitulum Sede vacante, non poteſt ſupprimere Canonicatus.*

24 *Vicarius Epiſcopi, vel Capituli Sede vacãte non poteſt Canonicatuũ ſuppreſſionẽ facere etiã in caſibus, quibus poſſet Epiſcopus.*

25 *Canonicatus, ſeu Præbenda vbi ſupprimẽda ſunt in Eccleſia aliqua Collegiata, quæ Cathedralis non ſit, vltra conſenſum Capituli inferioris Eccleſiæ, requiritur etiam conſenſus Capituli Cathedralis.*

26 *Cõſenſus patroni; ſiue Eccleſiaſtici, ſiue laici, ac inferioris collatoris, & electorũ requiritur in ſuppreſſione Canonicatuum, ſi illi ad aliquorum præſentationem, ſeu electionem ſpectant.*

IN Cathedralibus Eccleſiis tot nume- 1
ro Canonici debent eſſe, quot pro
ſeruitio Eccleſię ſatisfacere poſſint;
vnde in eius erectione determinatur numerus
ſaltem duodenarius, vt Epiſcopus dum Diuina celebrat, ſuo muneri ſatisfacere poſſit, &
cor Prelati conſetuetur, ſic prouentus pro Canonicis tot ſint, quot ſufficiant pro honeſta
ſuſtentatione eorum, & vt commodè omnia
Eccleſiæ onera ſuſtinere poſſint, ita ex Abb. &
Felin. tradit Iſidor. Moſcon. *de maieſt. militantis Eccleſ. lib. 1. t. 15. de Eccleſ. Cathed. pag. 292. ſub lit. A.* [& Eccleſia in qua eſt certus numerus
Canonicorum ea lege vt nequeat alterari ex
determinatione & præſcripto ſtatuti, dicitur
numerata, Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 14. num. 14.*]

Augere autem numerum determinatũ Ca- 2
nonicorum, non licet niſi augeantur prouentus, & † tale augmentum à Papa tantùm fieri 3
poteſt, quãdo Canonici in electione facta coram Papa iurarunt non augere, vel ſtatutũ numerum taxans fuit à Papa, vel longiſſimo tempore confirmatum, aliàs Epiſcopus cum Capitulo poſſet, Abb. *in c. cùm acceſſiſſent, de conſt.*
Iſidor. Moſcon. *vbi proximè* † Lotter. *d. q. 14. n.* 4
37. iis enim dicitur diffinitus numerus, quem
in Eccleſia Cathedrali Epiſcopus, cum conſilio
Canonicorum, in inferioribus Collegiatis ipſarum Canonici cum Epiſcopi cõſenſu deſuper accedente præfinierint, Læl. Zech. *de Rep. Eccleſ. c. 24. de Canon. n. 4. verſ. cauſa.* [& ideo
nihil eſt quin contrario ſtatuto illud abrogari
poſſit per Capitulũ, ad cuius fauorem cenſetur
talis numerus preſcriptus, etiamſi ſuperioris
confirmatio acceſſerit, niſi primum ſtatutum
fuerit iuramẽto confirmatum, vel confirmatio
ſit Apoſtolica cùm clauſ. ſublata, & decreto
irritanti, Lotter. *d. q. 14. n.* 30. vnde poteſt quis
† vltra numerum Canonicorũ, dummodo non 5
ſit certus auctoritate Papę, in Canonicum recipi ſine prębenda, Panor. *in c. cùm M. num.* 30.
de conſtit. & in c. relatum n. 2. de præbend. Azor.
inſtit. moral. p. 2. lib. 5. c. 11. q. 3. vbi ſubdit in
quibuſdam Eccleſiis Germanię, Italię, ac Gallię ſolere iuuenes, dum litteris operam dant,
in collegium Canonicorũ cooptari, & admitti,
quibus tamen Prębenda ſtatim non datur, ſed
poſtea cùm aliqua earum Canonico, & poſſeſſore vacat, & *q.* 6. tenet quòd ſine prębenda
poſſunt plures in Canonicos recipi; & † qui 6
ſic fuerit receptus extra numerum, appellatur
ſuper

ſupernumerarius, Abb. & Felin. *in d.c.cùm M.* Iſidot. Moſcon. *vbi ſuprà verſ. ſi aliquis.*

7 Quod vt meliùs percipi poſſit, ſciendum eſt in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis àliquando nullam eſſe diſtinctionem, numerúmve Præbendarum, nec certus Canonicorum numerus, vt in caſu text. *in c. ex parte* 10. *de conceſſ. præbend. & in cap. dilecto, & in cap. vacante, de præbend.* Bald. *conſ. 472. lib. 2.* Nonnunquam eſt certus numerus Canonicatuum, ſeu Canonicorum, ſed nullus numerus nec diſtinctio præbendarum, vt *in c. fin. §. ſi autem, de conceſſ. præbend. lib. 6.* Anton. Fabric. *in praxi benef. tit. de beatfic. Cathedr. n. 23. & 24.* Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 470. num. 2.* Quandoque verò non ſolùm certus eſt numerus Canonicatuum, & præbendarum, ſed etiam eæ præbendæ realiter, actualiter, & perpetuò ſunt inter ſe diſtinctæ, itaut non ſit vnum beneficium Eccleſiaſticum, ſed dos vnius actualiter, & omnino diſtincta ſit à dote alterius, iuxta text. *in cap. literas, de conceſſ. præben. & in Clement. fin. de præbend.* Lap. *alleg. 14. num. 4. & 5.* Cardin. Tuſch. *tom. 1. lit. C. concl. 32.* Interdum eſt certus numerus Canonicatuum, & totidem etiam ſunt prębendæ, ſed eæ diſtinctæ non ſunt, immo bona ſunt quoad dominium Capituli communia, ſuper quibus bonis quaſi in confuſo abſque actuali aliqua diſtinctione iuſtitutus eſt numerus præbendarum correſpondens numero Canonicatuum, vt diſtinguit Monet. *de optione Canon. c. 2. q. 2. num. 16. & 17.*

8 Inter quę illud eſt ſingulari nota dignum, quòd in Eccleſiis receptins, hoc eſt, non numeratis, iuxta priorem modum, Canonicus propriè non dicitur habere ſucceſſorem, nec eius Canonicatus vacare dicitur, ſed confeſtim quòd titularis decedit, ſupprimitur, expirat, & ceſſat, ac eſſe deſinit, & nouus conſtituitur in perſona ſequentis. *cap. dilecto 25. verſ. præterea, de præbend.* ibi, *præterea licèt in Eccleſia, in qua non eſt certus numerus præbendarum, nulla etiam vacante, in Canonicum quis poſsit aſſumi, cùm intelligantur ad quoddam ius eligi, quod ex electorum aſſenſu de nouo creatur, & cum electo in Canonicum aaſcitur, & deſinet eſſe cum defuncto,* & *ibi* notant Imol. *n. 7.* Butr. *n. 8.* & Abb. *n. 9.* gloſ. *verb. conſentire in c. quod ſicut 28. de elect.* Bald. *d. conſ. 472. in princ. lib. 2.* Anchar. *in c. ſi gratioſè n. 5. de reſcript. in 6.* Abb. *in c. quoniam Abbas col. 5.* & *ibi* Felin *col. 3. de offic. delegat.* D. Barboſ. *in l. filiofam. §. fin. n. 28. ff. ſoluto matrim.* Card. Tuſch. *d. concl. 470. n. 2.* Anton. Raguc. *de voce Canonic. in Capit. q. 22. n. 1.* Card. Manric. *decis. 229. n. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. §. 3. n. 9. & 10.* Nicol. Garc. *de benef. par. 11. c. 2. n. vlt.* [Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 14. n. 16.* & fuit dictum *in Syracuſana Canonicatus 1. February* 1623. corā R.P.D. Pirouano.

Quæ reſolutio intelligitur quoad diſpoſitionem de tali Canonicatu vti reſeruato, niſi Papa concéderet gratiam illum impetranti, facta mentione, quòd Eccleſia, vbi Canonatus ille exiſtebat, non erat numerata; quia tunc ſuſtinebitur talis gratia non ex vi vacationis, aut reſeruationis vllius; ſed ex intentione Papæ volentis remouere obſtaculum noui vocationis, & prouidere perinde acſi Canonicatus verè vacaſſet, ita Gonzal. *d. §. 3. à num. 23.* vbi *num. 26.* ſubdit in hoc caſu poſſe procedere opinionem Flamin. Pariſij, & aliorum tenentium Canonicatum Eccleſiæ non numeratæ poſſe reſignari.

Sed quicquid ſit credo in Eccleſiis quibuſ- 9
cunque Canonicum non ſuccedere Canonico
in honore, & onere, ſed Capitulum, Innocen.
in c. quod ſit col. 1. de elect. & ideò † commiſſio 10
cauſæ facta alicui tanquam Canonico non
tranſit eo mortuo ad ſucceſſorem in Canoni-
catu, *d. c. quoniam Abbas, de offic. deleg.* Cardin.
Tuſch. *pract. concl. tom. 1. lit. C. concl. 38. n. 3. &*
4. quamuis † delegatio facta Dignitati non 11
expreſſo nomine proprio tranſeat ad ſucceſſo-
rem, eo quòd illum verè habeat, vt probat *d. c.*
quoniam Abbas. & docent Nicol. Garc. *de benef.*
part. 6. c. 2. num. 29. Gonzal. *ad regul. 8. Cancell.*
gloſ. 12. in princip. num. 73. Stephan. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 92. num. 2. cum ſeqq. Sanch.
de matrim. lib. 8. diſp. 27. à n. 6. Bellet. *diſqui-*
ſit. clerical. part. 1. tit. de clerico debitore, §. 4.
num. 8.

Supernumerarij Canonici illi dicuntur, qui 12
in Canonicorum Collegium cooptantur, &
Canonici creantur vltra numerum certum
præbendarum, & Canonicatum abſque vlla
prębenda ipſis ſtatim attributa, vt ex gloſ. &
Abb. *in d. cap. cùm M.* reſoluit Azor. *inſtit.*
moral. par. 2. lib. 3. cap. 11. quæſt. 13. In Ec-
cleſiis ſcilicet, in quibus conſuetudine, priui-
legio, vel ſtatuto eſt certus numerus pręben-
darum conſtitutus, non in aliis: quia vbi non
eſt certus numerus Prębendarum, vel Cano-
nicorum, ſi † vnus, aut plures recipiantur in 13
Canonicos, ij numerum non excedunt; ita
Azot. *d. cap. 11. q. 14.*

Horum autem duę ſunt ſpecies, vna iuris, 14
alia facti; iuris eſt quando Papa mandat Ca-
pitulo vt recipiant in Canonicum, & fratrem,
& illi conferant ius Canonię, & per talem re-
ceptionem efficitur Canonicus; alia eſt quan-
do Papa creat Canonicum ſupra numerum,
& mandat quòd tali Canonico à ſe facto aſſi-
gnetur locus, & ſtallus, de quibus Federic. de
Senis *conſ. 290. num. 5. & 6.* Card. Tuſch.
tom. 1. lit. C. concluſ. 33. num. 2. cum ſeqq.

Vel meliùs diſtinguendum quoad hoc pro- 15
poſitum inter receptum ſimpliciter de mādato Papę in aliqua Eccleſia; in qua eſt certus numerus Canonicorum, non illi derogando;

aut non mandando recipi cum plenitudine
Iuris Canonicalis, & inter receptum cum ex-
preſſa Papę derogatione de certo Canonico-
rum numero, aut vbi ab illo expreſſum mãda-
tum emanauit de eo recipiendo cum iuris Ca-
nonicalis plenitudine. In primo caſu receptus,
vt in eo, vltra numerum non habebit plenum
ius Canonię, veluti ſtallum in choro, vocem in
Capitulo, & alias omnes prærogatiuas, quibus
cæteri Canonici gaudent: in ſecundo verò ſic,
Læl. Zech. *d. cap. 24. de Canon. n. 4. verſ. cauſa
verò*, vbi ſubdit quòd quando à Papa imperta-
tur Canonicatus, qui ſit ſupra numerum, de-
bet id in litteris exprimi, aliàs impetratio non
valeret, [Patin. *de poteſt. cap. ſede vac. præl. 5.
num. 15.* Hoied. *de incomp. beneſic. p. 1. c. 12. n.
6.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 5. c. 867.
à n. 1.* vbi *à n. 11.* declarat niſi admiſſio facta
eſſet ſine præiudicio antiquorum Canonico-
rum. Menoch. *conſ. 1179. n. 21. & 22.* Anton.
Fabric. *in praxi beneſic. lib. 2. rub. de titulo & in-
titulat. n. 30.* Azori. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. c. 9. q.
3. & 4.*] Monet. *de diſtribut. quotid. par. 2. q. 1.
n. 5. cum multis ſeqq.* vbi *n. 10.* id limitat, vt non
procedat vbi ſit conſuetudo, quòd Canonici
ita vltra numerum recepti non habeant iura
Canoniæ, vel quòd non poſſint adminiſtrare
iura Canoniæ niſi priùs fuerint inſtallati, tunc
enim ad limites inſtallationis conſequentur
iura Canonię, & ideò ſi ſolùm fuerint inſtallati
in choro, conſequentur ea, quæ ſunt chori, &
ſi fuerint inſtallati in Capitulo, habebunt ea,
quæ ſunt Capituli, & addit Læl. Zech. *citato
loco* ex Abb. *in cap. pro illorum, de præb.* quòd
16 vbi † Canonici ſunt priuilegiati ſuper numero
certo, ſi poſtea aliquem recipiunt ſupra nume-
rum, non poſſunt vti exceptione numeri con-
tra Papam volentem aliquem ſupra numerum
cõſtituere. [Illud abſque dubio procedit quòd
vbi Papa ſciens Eccleſiam eſſe receptitiã, non
numeratã, de ea prouideat, velitque prouiſionẽ
valere, nihil eſt quin prouiſio teneat, vt eſt tex.
in c. ex parte, ad fin. vbi Hoſt. *ſub n. 3. verſ. tu di-
cas, de conceſſ. præb.* Rot. *in Syracuſana Canonic.
1. Decemb.* 1623. coram R. P. D. Pirou cuius me-
minit Lott. *d. lib. 1. q. 14. n. 31.* vbi *n. 32. & ſeq.*
ſubdit in his paſſim admitti reſignationes: nam
licèt talia beneficia vtpote vacationis, non vi-
deantur reſignabilia, & etiã ex cauſa permuta-
tionis, Gonz. *ad reg. 8. Cãcel. gloſ. 9. §. 3. n. 19.* ni-
hilominus tamen ſi fiat de hoc mentio, Papa
validè ex huiuſmodi cauſa prouidet, & ſuſtine-
tur prouiſio, Gonz. *d. §. 3. n. 20. & 23.* Lott. *d. q.
17 14. n. 34.*] † An autem, & quando iſti Canonici
ſupernumerarij poſſint eſſe delegati Papæ, &
debeant habere diſtributiones quotidianas?
dixi infrà *cap. 21. n. 13. cum ſeqq.*

18 Quæ ſuprà diximus de augendo numero
determinato Canonicorum, id quoque intel-
ligendum eſt vbicunque de eo diminuendo
actum fuerit, cùm pariter de vtroque ſimul
agant, & vnica reſolutione concludant Iſidor.
Moſcon. *d. cap. 15. de Eccleſiis Cathedralibus
pag. 292. verſ. augere*, Læl. Zech. *d. cap. 24. de
Canonicis n. 4. verſ. ſecundùm*, Azor. *inſtit. mo-
ral. par. 2. lib. 3. cap. 11. q. 10.* vbi reſoluit etiam
Canonicos iure poſſe numerum Præbendarũ
minuere, quando annui earum redditus non
ſufficiant ad ſuſtentandos commodè ſexde-
cim, v. g. Canonicos. Et hac de re Concil. Trid.
ſeſſ. 24. de refor. c. 15. ſic ſtatuit. *In Eccleſiis Ca-
thedralibus, & Collegiatis inſignibus, vbi fre-
quentes adeoque tenues ſunt præbẽdæ ſimul cum
diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo de-
centi Canonicorum gradui pro loci, & perſonarũ
qualitate non ſufficiant, liceat Epiſcopis cum cõ-
ſenſu Capituli, vel aliquot ſimplicia beneficia,
non tamẽ Regularia, iis vnire, vel ſi hac ratione
prouideri nõ poſſit, aliquibus ex iis ſuppreſſis, cũ
patronorũ conſenſu, ſi de iurepatronatus laicorũ
ſint, quarum fructus, & prouentus reliquarum
Præbendarum diſtributionibus quotidianis ap-
plicentur, eas ad pauciorum numerum reduce-
re, ita tamen vt tot ſuperſint, quæ diuino cultui
celebrando, ac dignitati Eccleſiæ commodè va-
leant reſpondere.* Hactenus Conc. de quo Vgo-
lin. *de offic. Epiſcopi c. 52. §. 1. n. 4.* Monet. *de di-
ſtribus. quotid. parte 1. q. 5. n. 27. cum ſeqq. & de
commutat. vltimar. volunt. c. 12. n. 113. cũ ſeqq.*
Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 829. à n.
1.* vbi *n. 2.* ſubdit quòd † Canonicatus aucto- 19
ritate Papæ confirmati cum præfinitione nu-
meri, & decreto irritanti, non poſſunt ſuppri-
mi per Epiſcopum, Ego ipſe *de officio, & po-
teſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 67. per tot.* vbi *à num. 5.*
reſoluo probari debere † tenuitatem Eccle- 20
ſiæ; ac eius redditus diminutos eſſe, cùm be-
neficia de ſui natura præſumantur congrua, &
illorum redditus potius aucti, quàm diminuti,
n. 2. in fine, addo illud Concilij decretum lo-
cum non habere ſi Eccleſiæ Cathedrales, aut
Collegiatæ inſignes non ſint, quæ autem tales
dicantur, oſtendi ſuprà *cap. 2. num. 18.*

Et cùm ibi Concilium vtatur particula, *E- 21
piſcopis*, non autem *Ordinariis*, quæ latiùs pa-
tet, exiſtimo huiuſmodi facultatem Epiſcopis
tantùm, & non aliis conuenire, ac proinde
Prælatos ſæculares iuriſdictionem habentes
quaſi Epiſcopalem non poſſe huiuſmodi Ca-
nonicatus ſupprimere, etiam in caſibus, quibus
Epiſcopi poſſint in ſua diœceſi, ita Nicol. Garc.
de benef. p. 12. c. 2. n. 75. & ſeqq. Monet. *de diſt.
quotid. p. 2. c. 15. n. 30.* vbi hinc ſubdit † Colle- 22
giatæ Eccleſiæ Prælatum hanc ſuppreſsionem
Præbendarum tenuium facere non poſſe, licèt
eſſet exemptus, & Eccleſia inſignis, idem repe-
tit *de commut. vlt. volunt. cap. 12. à n. 124.* vbi
n. 135. idipsũ affirmat de Prælatis Regularibus
circa beneficia Regularia ſuarum Eccleſiarũ.

Vnde colligo Capitulum Sede vacante non 23
poſſe

poſſe hanc ſuppreſſionem facere, vt docent Cuch. *inſtit. maior. lib. 1. tit. 9. num. 87.* Azor. *inſtit moral. par. 2. lib. 3. cap. 38. q. 9.* Monald. *conſ. 41. num. 5.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. p. 4. reſolut. 535.* Monet. *d. cap.* 12. *à num.* 17. vbi *num.* 122. idem dicit de viſitatore, ſeu adminiſtratore loco Capituli Cathedrali Eccleſiæ vacanti dato vide infrà *cap.*
24 42. *num.* 112. Deinde colligo nec † Vicarium Epiſcopi, vel Capituli Sede vacante eam ſuppreſſionem facere poſſe etiam in caſibus, in quibus poſſet Epiſcopus, cuius eſt Vicarius, ſecundùm Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma Vicariatus n.* 102. Sbroz. *de officio Vicary lib.* 2. *q.* 116. *n.* 9. Nicol. Garc. *d. par.* 12. *cap.* 2. *n.* 69. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 278. *n.* 35. Monet. *d. cap.* 12. *num.* 199. *cum ſeqq.*

25 Quatenus verò Concil. *d. cap.* 15. deſiderat Capituli conſenſum in ſuppreſſione facienda per Epiſcopum, addit Monet. *d. cap.* 12. *num.* 251. ſufficere tacitum, ſeu quòd ſuperueniat poſt actum, licet ex interuallo, & *num.* 252. meritò tenet, quòd quando agitur de ſupprimendis aliquibus Præbendis, ſeu earum numero minuendo in Eccleſia aliqua Collegiata, quæ Cathedralis non ſit, iuxta terminos Concil. *d. loco*, omnino requiratur conſenſus, vel certè vocatio Capituli prædictæ inferioris Eccleſiæ ratione intereſſe, quod ex tali ſuppreſſione, ſeu diminutione prætendere poſſet, & vlterius requiritur etiam conſenſus Capituli Cathedralis, & *à num.* 255. late tractat quomodo taxandi ſint redditus Præbendarum cùm earum aliquæ ſupprimendę ſunt, ſeu quę redditum portio, & quantitas remanere debet ſingulis Pręb endis illius Eccleſię non ſupprimendis. & *num.* 289. concludit decretum præfatum Concilij non habere locum in ſuppreſſionibus ad tempus, ſed tantùm in perpetuis. Vide infra *cap.* 42. *poſt num.* 13. *verſ.* 4.

26 Secundùm eandem Tridentinam Synodum ſępè citato *cap.* 15. in ſuppreſſione huiuſmodi facienda regulariter neceſſarius eſt conſenſus patroni ſiue eccleſiaſtici, ſiue laici, ac inferioris collatoris, & electorum, quatenus Canonicatus ad alicuius pręſentationem, ſeu electionem ſpectent, ita Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 201. *& à num.* 205. Monet. *d. cap.* 12. *num.* 226.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA EMANUELE

CAPVT IV.

Dignitates, & inferiora benefic. quan, & quæ ſint in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis præter Canonicatus?

SVMMARIVM.

1 *Dignitates in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis ad conſeruandam augendamque Eccleſiaſticam diſciplinam inſtituta fuerunt.*

2 *Dignitates nouæ in Eccleſia Cathedrali abſque Apoſtolica auctoritate inſtitui non poſſunt.*

3 *Intellige de Dignitate, quæ eſt omnino noua, quippe quæ alias non reperitur in Eccleſia.*

4 *Epiſcopus, ſeu Capitulum de eius conſenſu Dignitatem iam communiter inſtitutam pro vniuerſali Eccleſia, in aliqua particulari creare poteſt.*

5 *Archidiaconatus, & Archipresbyteratus etiam in Collegiatis Eccleſiis de iure communi ſonant tantùm in Dignitatem.*

6 *Archipresbyter ruralis dignitatem habet ſi Collegium, Conuentum, vel duas Capellas, aut ſaltem prærogatiuam in Cathedrali habuerit, alias ſecus.*

7 *Dignitates Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum ex conſuetudine, vel inſtitutione Eccleſiæ dignoſcuntur.*

8 *Conſuetudo ſignat locum ſedendi, eundi, & ſtandi.*

9 *Conſuetudo plurimum operatur ad dignoſcendum quænam ſit prima Dignitas in aliqua Eccleſia.*

10 *Dignitas prima in aliqua Eccleſia quæ ſit dignoſci poteſt ex communi reputatione, & publica fama loci.*

11 *Dignitas probatur talis ex eius expreſſione facta in collationibus Apoſtolica, aut Ordinaria auctoritate factis, & ex declaratione facta per Capitulum, & ex pluribus, actibus, & functionibus Capitularibus.*

12 *Dignitas talis eſſe probatur ſi eam obtinens habet adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum cum iuriſdictione.*

13 *Dignitas dicitur vbi eſt iuriſdictio, vel illam obtinens habet prærogatiuas ſedendi ante alios tam in Choro, quàm in Capitulo cum nomine Dignitatis.*

14 *Dignitas, Perſonatus, & Officia, inter ſe maxime differunt.*

15 *Dignitas annexum habet Officium, vel rerum eccleſiaſticarum adminiſtrationem cum iuriſdictione etiam in modicis cauſis.*

16 *Dignitatem habere eſt habere iuriſdictionem in foro exteriori.*

17 *Iuriſdictionem habens Eccleſiaſticam in foro exteriori annexam perſonæ ratione beneficij, large dicitur Dignitatem habere.*

18 *Officium ſimplex cum perpetua rerum adminiſtratione quandoque Dignitas appellatur ſecundum conſuetudinem Eccleſiarum.*

19 *Perſonatus eſt quædam prærogatiua in Eccleſia*

cleſia poſt exiſtentes in Dignitate, ſicut habere locum honorabiliorem in Choro, & primum locum in proceſſionibus.

20 *Præeminentia ſola non ponit quem in Dignitate.*

21 *Officium ſimplex in Eccleſia eſt quid diverſum à Dignitate, & Perſonatu.*

22 *Officium non eſt Dignitas, etiamſi haberet quis ratione Officij adminiſtrationem aliquarum rerum, ſine tamen aliqua prærogatiua in Choro, & in Capitulo vltra alios ſui Ordinis.*

23 *Officio quando eſſet annexa Dignitas, vel in officio concurrerent ea ſigna ex quibus eccleſiaſtica Dignitas diſcernitur, tunc Officium diceretur habere Dignitatem.*

24 *Officium largo modo dicitur habere omnis, qui habet aliquod onus, vel curam, ſeu adminiſtrationem, aut cuſtodiam.*

25 *Præpoſitura non eſt Dignitas, quia non habet nomen ſonans in Dignitatem à iure communi, ſed officium appellatur, niſi ex conſtitutione Eccleſiæ, vel conſuetudine loci aliud fuiſſet inſtitutum, vel niſi eſſet prima in Cathedrali, aut Collegiata.*

26 *Primiceriatus eſt officium, non Dignitas, niſi probaretur ipſum communi opinione habitum fuiſſe pro Dignitate.*

27 *Plebania officium appellatur, non Dignitas, etiamſi Plebanus haberet curam animarum, Baptiſmum, & Chriſma, poſſetque Capellanos ſui Plebanatus excommunicare & confirmare.*

28 *Plebania quando eſſet Collegiata, ipſiuſque Eccleſiæ Plebanus eſſet caput, haberetque præeminentiam, & iuriſdictionem in Canonicos Eccleſiæ, tunc cenſeretur in Dignitate conſtitutus.*

29 *Priores tunc cenſentur in Dignitate conſtituti ſi ſunt Collegiati, & habent præeminentiam, vel iuriſdictionem in Eccleſia, al às ſecus.*

30 *Priores ſeculares reſpectu Regularium ſunt perſonæ principales, quæ in Collegiatis Eccleſiis toti præſunt Canonicorum Collegio.*

31 *Præpoſitus acceptus pro ſimplici beneficio non eſt nomen Dignitatis, niſi habeat iuriſdictionem, aut niſi pro Dignitate habeatur in Eccleſia.*

32 *Decanatus dum habet curam Archipresbyteri in Eccleſia obtinet tanquam ſubrogatus, eadem poteſt quæ Archipresbyter, & hac ratione dicitur Dignitas.*

33 *Cantoria de iure communi non eſt Dignitas, ſed officium.*

34 *Theſauraria de iure communi non eſt Dignitas, ſed officium eccleſiaſticum habet, ex conſuetudine vero, & ſtatutis Eccleſiarum Cathedralium inter Dignitates recenſeri cœpit.*

35 *Theſauraria ex quibus probetur Dignitas, oſtenditur.*

36 *Beneficia inferiora in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis reperiuntur, quæ non ſunt de corpore Capituli.*

37 *Aſſiſij ſeu Manſionarij ſunt, qui in eadem Eccleſia aſſidue, & veluti permanenter officium canendi in Choro, & Diuina celebrandi obire tenentur.*

[Alij facetè, Aſinos quaſi aſinos, dici. ibid.]

38 *Portionarij idem ſunt quod Aſſiſij, & non dicuntur habere Præbendam ſicut Dignitates, & Canonici, ſed Portionem, id eſt, partem fructuum.*

39 *Portionarij non ſunt de Capitulo, quod à ſolis Canonicis conſtituitur.*

40 *Portionarij in aliquibus Hiſpaniæ Cathedralibus multas prærogatiuas & præeminentias habent, quibus gaudent Canonici.*

41 *Portionarij non ex eo quod admittuntur in Capitulo, & ibi habent vocem, poſſunt dici de Capitulo.*

42 *Portio dimidia eſt de inferioribus beneficiis Eccleſiæ Cathedralis.*

43 *Quartenarij, Tertianarij, & dimidij Præbendati in Cathedralibus Portugaliæ vocem in Capitulo non habent.*

44 *Semipræbendati in Cathedrali Aurelianorum ex integro Præbendatis adæquantur.*

Dignitates quædam in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis ad conſeruandã augendamque Eccleſiaſticam diſciplinã inſtitutæ fuerunt, vt qui eas obtinerẽt, pietate præcellerent, aliiſque exemplo eſſent, atque Epiſcopos opera, & officio iuuarent, *c. hi quoſcunque 1 q. 1.* vnde merito, qui ad eas vocantur, tales eſſe debent qui ſuo muneri reſpondere poſſint, vt ait Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c. 12.* 1

Inſtitui autem non poſſunt nouæ Dignitates in Eccleſia Cathedrali abſque Apoſtolica auctoritate, vt tradunt gloſ. *verb. conceſſimus, in c. cum olim. de cle. ſuet.* Abb. [illegible] hol. n. [illegible] gloſ. *verb. omnes in c. 1. diſt. 22.* recepta per Mãdoſ. *de ſign. gratiæ, tit. exactiones, in [illegible] l. verſ. pro noua creatione,* Rom. *in l. imperium, ſub n. 2. verſ. item poteſtatẽ interponẽdi auctoritatẽ, ff. de iuriſd. omn. iudi.* Fel. *in c. cum acceſſiſſent à n. 14. de conſt.* vbi quod Epiſcopus poteſt antiquam dignitatem reſtaurare ſi accedat Capituli conſenſus, & cõgrua dos aſſignetur, Sbroz. *de Vicario Epiſc. lib. 2. q. 31. & num. 1. & 2.* Zerola *in praxi* [illegible] *1. verb. beneficia, verſ. ad Dignitates, pag. mihi 36.* vbi teſtatur ſic fuiſſe in Vrbe reſponſum, Aloyſ. Ricc *in praxi rerum eccleſ. deciſ. 82. in 1. edit. alias reſ* [illegible] *in 2. edit.* Monet. *de Conſeruat. r. cap. 5. num. 69.* & ſequi videtur Fillius. *in quæſt. moralib. tract. 41. de benefic.* 2

benefic. cap. 3. num. 14. [ac infra] et Valer.
tom. 1. *conſ.* 33. *num.* 87. dum ait Ioannem
primum Epiſcopum Conchenſ. ex conceſ-
ſione Pontificis in illa ſancta Eccleſia Digni-
tates inſtituiſſe, & hoc ſemper intelligendum
eſſe de Dignitate noua, concludit Lotter. *de*
re benef. lib. 1. *q.* 5. *num.* 15. nouiſſime Mar-
cel. Vulpe *in praxi. cap.* 39. *num.* 17.] Alii vero,
vt ſunt Innocen. referens *gloſſam verb. conceſ-*
ſimus, in d. cap. cum olim, de conſuet. & Selu. *de*
benefic. par. 1. *quaeſt.* 4. *num.* 18. *& part.* 4. *quaeſt.*
7. *num.* 120. *caſu* 116. vbi citat Bertachin. &
alios, exiſtimant abſolute poſſe Epiſcopum
huiuſmodi inferiores Dignitates creare, & ita
videtur ſentire Rota coram Seraphino *de* [ ].
1495. *num.* 1. dum ait poſſe Epiſcopum & Ca-
pitulum, qui erexerint Dignitatem, & dotem
ex redditibus menſæ Capitularis aſſignarunt,
dictæ erectioni legem imponere, quod de re-
ſtauratione antiquæ Dignitatis, quæ forte de-
feciſſet, intellexit Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 5. *num.* 16.]
3 Ego tamen ſub diſtinctione totam hanc
rem componendam eſſe exiſtimo; vel enim
Dignitas, quæ erigenda venit, eſt omnino no-
ua, quippe quòd alia non reperitur in Eccle-
ſia, & tunc non poteſt creari ſine licentia Pa-
pæ, quo caſu intelligendi veniunt tex. *in d. c.* 1.
diſt. 22. & citati pro prima ſententia ex Imol.
4 *in cap. cum acceſſiſſent num* 4. *de conſt.* † Vel fuit
iam inſtituta communiter pro vniuerſa Eccle-
ſia, quales ſunt Archidiaconatus, Archipres-
byteratus, & ſimiles, & tunc non ſolùm Epiſco-
pum, ſed etiam Capitulum cum illius con-
ſenſu huiuſmodi Dignitatem in aliqua Eccle-
ſia creare poſſe obſeruat idem Imol. *d. num.* 4.
adducens *d. cap.* 1. *diſt.* 22. *& cap. præcipimus*
16. *q.* 1. *& cap. ſicut* 8. *de exceſſ. præl.* & reſpon-
det *ad d. cap. cum olim*, (per quod videtur quod
in creatione nouæ Dignitatis in Eccleſia re-
quiratur auctoritas Papæ) ex eo procedere,
quia ibi ad cautelam de neceſſitate fuit petita
licentia à Papa, vel quòd Epiſcopus volebat
ſolus ſine conſenſu Capituli inducere nouam
Dignitatem in Eccleſia, cuius tamen conſen-
ſum requiri ſi Epiſcopus ex Dignitatibus Ec-
cleſiaſticis velit Dignitatem in Eccleſia con-
ſtituere, tenent Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 2.
cap. 28. *n.* 11. Card. Tuſch. *tom.* 2. *lit. D. concl.*
422. *num.* 5. Imolam refert, & ſequitur Maſſob.
in praxi habendi concurſum præl. 21. *dub. vni-*
cc à num. 12. *ſecundùm Romanam impreſſ.* vbi
num. 16. ſubdit conſuetudinem inoleuiſſe, vt
Epiſcopus nedum in Collegiatis, & Paro-
chialibus ſimplicibus etiam paganorum eri-
gant Rectorias in Dignitates, verùm etiam in
Cathedralibus, & Rot. *in vna Foroliuien. De-*
canatus 4. *Iuly* 1590. coram Card. Mantic. in-
ter eius impreſſas *deciſ.* [ ]14. *num.* 3. *cum ſeqq.*
cenſuit Capitulum ſine conſenſu Epiſcopi in
ipſo actu interueniente non poſſe Dignitatem
in Eccleſia conſtituere, declarat præſupponen-
do hanc noſtram ſententiam, quam quidem cum
prædicta diſtinctione expreſſe ſequitur Gam-
bar. *de offic. & poteſt. Legati de lat re*, cuius
tractatum opera Auguſtini Ferentili mirifice
illuſtratum habemus *lib.* [ ] *tit. de poteſt. Legati*
in erigendo noua beneficia num. 12. *&* 13.
Quædam ſunt Dignitates, quæ de iure ta- 5
les ex nomine tantum præſumuntur, aliæ quæ
ex inſtitutione Eccleſiæ, vel conſuetudine di-
gnoſcuntur, aliæ denum quæ ex adminiſtra-
tione, cum iuriſdictione, vel prærogatiuis co-
gnoſci poſſunt. De iure communi ſonant
tantum in Dignitatem Archidiaconatus, &
Archipresbyteratus ſecundùm Aretin. *conſ.*
23. *num.* 4. Federic. de Senis *conſ.* 80. *num.* 2.
verſ. conſiderantur ergo, Pute. *deciſ.* 89. *num.* 1.
lib. 3. *in correctis*, Fulu. Pacian. *de probat. lib.*
2. *cap.* 27. *num.* 48. *&* 66. Card. Tuſch. *tom.* 1.
lit. A. concl. 685. *num.* 3. Moret. *de Conſeru.* 1.
cap. 5. *num.* 88. *&* 89. & plures, quos refero *in*
tract. de appellatiua verborum vtriuſque iuris
ſignif. appellat. 72. *num.* 4. Rot. *deciſ.* 326. *num.*
1. *part.* 2. *diuerſ.* vbi de Archipresbytero. Et
hoc intelligo etiam de Archidiacono, & Ar-
chipresbytero Collegiatæ cum Bald. *conſ.* 1.
in fine lib. 1. Federic. de Senis *d. conſ.* 80. *num.*
2. *verſ. conſiderantur ergo*, Cardin. Tuſch. *d.*
concl. 685. *num.* 6. † Imò etiam de Archipreſ- 6
bytero rurali ſi collegium, conuentum, vel
duas capellas, vel ſaltem prærogatiuam in
Cathedrali, aut præeminentiam in Collegia-
ta habuerit, alias ſecus, Feder. de Senis *d. conſ.*
86. *num.* 1. *in fine*, Franc. *in cap.* [ ] *num.* 4. *ne cle-*
ric. vel monachi lib. 6. Caſtren. *conſ.* 66. *num.* 4.
lib. 1. Cardin. Tuſch. *d. concl.* 685. *num.* 12.
[Aloyſ. Ricci. *in coll. dec.* [ ] *p.* 6. *collect.*
[ ]12. In primis ex inſtitutione & fundatio-
ne Eccleſiæ, aut Dignitatis dignoſcitur an
ſit talis, & ſic ſpectari debet quid fuerit ab ini-
tio conſtitutum, vt inde deflectendum non ſit,
vt per Caſſan. *in Catal. gloria mundi p.* 4. *con-*
ſid. 41. *ad fin.* Selu. *de benef. p.* 1. *q.* 2. *num.* 59.
Nicol. Delphin. *de iurepatron. num.* 42. *&* 44.
Gambar. *de auctorit. Legati à latere lib.* 5. *tit.*
an legatus poſſ. plur. benef. num. 26. *&* 27.
Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 33. *num.* [ ]1. Et circa id cre-
derem ſtandum eſſe libris ipſius Eccleſiæ, præ-
cipuè ſi eſſent antiqui, & diligenter cuſtoditi,
Ioſeph Ludou. *concl.* 29. *ampl.* 36. Genoa *de*
ſcriptura priuata lib. 5. *tit. de libro Cathedra-*
lis Eccleſiæ fol. 269. Rota *deciſ.* 290. *num.* 5. *p.*
1. *recentior.* quos refert & ſequitur Lotter. *d.*
q. 33. *num.* 32.]
Ex conſuetudine quoque, vel inſtitutione 7
Eccleſiæ dignoſcuntur Cathedralium, & Col-
legiatarum Dignitates, *d. cap. cùm olim* 6. *de*
conſuet. Boër. *deciſ.* 268. *num.* 7. Pacian. *d. cap.*
27. *num.* 19. [Valenzuel. *conſ.* [ ]3. *num.* 91.
tom. 1. Vgolin. *de officio & poteſt. Epiſcopi*

c. 19. num. [illegible] *dec*[illegible] *num. 3. par* [illegible] *diuerſ.* vnde per [illegible] in text. tenet *ibi* Bal. *no-*
8 *tab.* [illegible] quod † conſuetudo ſignat locum ſedendi, [illegible] prout cum cum multis [illegible] *de pr*[illegible] *Re*[illegible] *tom.* [illegible] [illegible] Rota *deciſ.* 865 [illegible] Stephan. VVeyms *ad conſt.* [illegible] 4. *ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid.* [illegible] *conſlit.* 1. *num.* 5. [illegible] bonum eſt ad dignoſcendum quæ ſint dignitates obſeruare, & ſequi mores Eccleſiarum, non illa dicitur dignitas, quam conſuetudo, vel ſtatutum dignitatem facit licèt dignitas in iure non habeatur pro tali, debet tamen iudicari pro tali ſecundum reputationem loci, atque ita veriſſimum manet quod tradit Anton. de Butrio *in c. ſtatutum, de reſcr.* [illegible] 6. non poſſe tradi certam regulam de dignitatibus, ſed conſuetudini cuiuſque Eccleſiæ id relinquendum
9 eſſe, nam † illa plurimum operatur ad dignoſcendum quænam ſit prima Dignitas in aliqua Eccleſia, & ideo attenditur potius ſolitum ipſius Eccleſiæ, quam ius commune, Grammat. *deciſ.* 64. *num.* 17. & 18. Mantic. *deciſ.* 175. *num.* 3. [Gregor. X V. *deciſ.* 482. *num.* 3. Bellarmin. *ad eundem Gregor. deciſ.* 411. *ſub num.* 5. *verſ. verum ante omnia*, Rot. *deciſ.* [illegible] 18. *n.* [illegible] *p.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 315. *ſub num.* 2. *p.* 2. *recentior.* refert Lott. *d. lib.* [illegible] *q.* [illegible] 3. *num.* 36.] Ita
10 † etiam ſola communis reputatio, & publica fama loci, Boër. *deciſ.* 286. *num.* 8. Mand. *ſ. ad reg.* [illegible] *q.* [illegible] *num.* 2. Menoch. *conſ.* 257. *ex num.* 26. Flamin. *de reſignat. benef. lib.* 2. *q.* 1 *num.* 83. Lotter. *d. lib.* [illegible] *q.* [illegible] 3. *num.* 29. Mantic. *d. deciſ.* 175. *num.* 3. Gregor. X V. *deciſ.* 482. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 585. *num.* 2. *part.* 4. *diuerſ. & deciſ.* 29. *num.* 3. *part.* 2. *diuerſ.* & fuit dictum *in Cephaluden. Archidiaconatus* 18. *Martij* 1624. coram bonæ mem. Dunozetto ſen. quas refert & ſequitur Ferentdl. *in* [illegible] *t. ad deciſ.* bo. mem. Bu[illegible] in Taurinen. Theſaurariæ 15 *Maij.* 162[illegible]. inter eius impreſſas *deciſ.* 47[illegible] vbi e[illegible] *num.* 6. fuit dictum
11 † Dignitatem probari eſſe talem ex eius expreſſione facta in collationibus Apoſtolica, aut Ordinaria auctoritate factis, & ex declaratione facta per Capitulum, & ex pluribus actibus, & functionibus Capitularibus, & ex communi reputatione in Eccleſia pro tali.
12 Probatur etiam Dignitas eſſe talis, vbi eam obtinens habet adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarum cum iuriſdictione, ita Abb. *in cap. de multa, num.* 21. *verſ. communiter tamen, de praeben.* & *ibi.* Ioann. de Imola *ſub num.* 19. *verſ.* [illegible] *Archidiaconi*, [illegible] *num.* 24. *verſ. qualiter autem* Archid. *in cap.* 1. *num.* [illegible] *de conſuet. lib.* 6 vbi Anch[illegible] *num.* 6. & Gemin. *num.* 7 Pacian. *d. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* [illegible] Lotter. *de re benef.* [illegible] Monet. *de conſeruator. cap.* 5. *num.* 84. & ſic † Dignitas
13 dicitur v[illegible] eſt iuriſdictio. Boër. *d. deciſ.* 286. *num.* [illegible] Aret[illegible] *conſ.* [illegible] 3. *num.* 1. Caualer. *deciſ.* 6[illegible] *num.* 7. proprie enim & ſingulariter accepta eſt poteſtas adminiſtrandi in aliqua Eccleſia cum aliquo imperio, vel iuriſdictione, gloſ. & Archid. *in c.* 1. *de conſuet. lib.* 6. & hæc plerumque habet ſuum proprium & ſpeciale nomen veluti Archidiaconatus, Archipreſbyteratus, Decanatus, Cantaria, Scholaſteria, & ſimilia, quæ iudicari debent non tam à nomine, quam ab effectu, qui colligitur ex actibus, & exercitijs, circa quę verſatur. nam ex his potiſſimum dignitas dignoſci debet, *cap. intelligentia, de verb. ſignif.* Stephan. VVeyms *ad d. conſtit.* 24. *ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. ſpecialiter innouatas conſt.* 1. *num.* 5. *in princ.* vnde pariter dignitas dicitur vbi illam obtinens habet prærogatiuas ſedendi ante alios, tam in Choro, quam in Capitulo, cum nomine Dignitatis, quamuis iuriſdictionem non habeat, vt notat Archid. *in d. cap.* 1. *num.* 2. *col.* 2. & dat exemplum in Archidiacono Parmæ, qui licet nullam adminiſtrationem, nec vllum officium exerceat de rebus pertinentibus ad Archidiaconatum, tamen in Eccleſia Dignitatem cenſetur habere, quod idem notauerunt plures quos refert, & ſequitur Pacian. *d. cap.* 27. *ex n.* 15. & Stephan. VVeyms *d. conſtit.* 1. *num.* 5 *in princ verſ. vt contingere poteſt in Archidiacono*, ſed ſi ſit enim adminiſtratio aliqua, cui cohæreat ſimplex præeminentia, quę quidem preęminentia ita cohęrens vere ac propriè dicitur dignitas, Oldrad. *conſ.* 150. *num.* 3. *in princ.* Ioan. à Capiſtrano *in cap. cum decorem num.* 3. *de cleric. coniug.* Pacian. *d. lib.* [illegible] *c.* 27. *num.* 3[illegible]. Franciſc. Niger Cyriacus *in forenſ. controuerſ. controu.* 202. *num.* 6. Et quod ideo ad conſtituendam dignitatem precisè non ſit neceſſaria iuriſdictio, docuerunt Selua *de benef. p.* 1. *q.* 2. *num.* 59. & 60. Hoied. *de incomp. benef. p.* 1 *c* 7. *num.* 4. Boër. *deciſ.* 286. *num.* 12. Maſcard. *de prob. concl.* 515. *num.* 4. Azori. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 13. *q.* 2. *ad fin. & q.* 5.

Sed eſt notandum, in Eccleſia Cathedrali, 14 ſeu Collegiata vltra Dignitates reperiri nonnunquam Perſonatus, & Officia, quę inter ſe maxime differunt, ſecundùm Archid. *in c.* 1. *de conſuet. lib.* 6. & quę notant Doctores *in cap. de multa, de praebend.*

Dignitas namque annexum habet Officium, vel rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem cum iuriſdictione etiam in modicis cauſis, Hoied. *de incompat. benefic. par.* 1. *cap.* 7 *num.* 1. Sbroz. *de Vicario Epiſcopi lib.* 2. *quaſt.* 27. *num.* 15. Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap.* 5. *num.* 84. Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 16. *à num.* 47. † habere enim dignitatem eſt habere iuriſdictio- 15 16

iuriſdictionem in foro exteriori, vnde olim
habebant omnes huiuſmodi iuriſdictionem,
quamuis hodie non omnes, ſed aliqui tantùm
ſecundùm conſuetudinem Eccleſiarum, &
17 † qui haber iuriſdictionem, largè dicitur Di-
gnitatem habere, quòd de iuriſdictione eccle-
ſiaſtica in foro exteriori intelligitur, & de ea,
quę eſt perperuò aunexa perſonę ratione Di-
gniratis, vel beneficij, quòd quis in titulum
perpetuò obtinet, Innocen. *in d.cap. de multa
in fine*, vbi Ioan. Andr. *ſub num.* 13. *verſ. ex
quo autem putatur*, Butt. *num.* 23. *col.* 4. *in fine*,
Abb. *num.* 22. *verſ. quinta concluſio*; Pacian.
de probat.lib. 2. *cap.* 27. *num.* 8. Monet. *de Con-*
18 *ſer.cap.* 5. *num.* 41. † Quare Vicarius Epiſcopi,
qui haber iuriſdictionem, non habet propterea
Digniratem. Verùm quandoque officium ſim-
plex cum perpetua rerum adminiſtratione;
Dignitas appellatur ſecundùm conſuetudi-
nem Eccleſiarum, quamuis de iure communi
Digniras non dicatur, vt ſunt Theſauraria, &
alię de quibus infrà, & quamuis hodie multis
in locis Dignirares iuriſdictionem non ha-
beanr, non propterea minimè eſt Dignitas,
quę de iure communi Dignitas nominatur.

19 Perſonatus aurem eſt quędam pręrogatiua
in Eccleſia poſt exiſtentes in Dignitate, ſicut
habere locum honorabiliorem in choro, &
primum locum in proceſſionibus, & Capitu-
lis, & huiuſmodi ſupra cæteros eiuſdem Col-
legij, vel Capituli, ſed minus, quàm illi, qui
ſunr in Dignitate conſtituti, eſt tamen ſine
officio, vel iuriſdictione, etſi quandoque ſit
nomen etiam competens Dignitati, & non-
nunquam officio ſimplici, vide Archid. *in d.
cap.* 1 *num.* 2. vbi Ioan. Andr. *num.* 2. & Ge-
min. *num.* 8. item Imol. *in d.c. de multa*, *ſub
num.* 29. & Butt. *num.* 24. *verſ. perſonatus au-
tem*, Sbroz. *d. lib.* 2. *quæſt.* 27. *num.* 12. Petr.
Greg. *partit. Iuris Canonici lib.* 1. *tit.* 27. *c.* 2.
num. 6. Monet. *de Conſeruat.c.* 5. *n.* 85. Hoied.
de incomp. benefic.par. 1. *cap.* 9. *num.* 2. Corraſ.
de benefic.par. 4. *c.* 3. *num.* 6. Flamin Pariſ. *de re-
ſignat. benefic.lib.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 90. *&* 91. Filliuc.
in quæſt.moralib.tom. 3. *tract.* 41. *cap.* 1. *num.* 24.
Maſſob. *in praxi habendi concurſum, pralud.* 16.
ſecundùm Romanam impreſſ. Pacian. *d. cap.* 27.
num. 23. Lotter. *d. q.* 16. *à num.* 50. Nec per
iſtam ſimplicem prærogatiuam, quam ſuper
alios ſui Ordinis Canonicos haber, dicitur ha-
20 bere Dignitatem, quia ſola † præeminentia
non ponit quem in Dignitate, Gemin. *in d.c.*
1. *num.* 8. Aretin. *conſ.* 23. *num.* 5. *col.* 2. Pacian.
d.cap. 27. *ſub num.* 23.

21 Officium verò ſimplex in Eccleſia eſt quid
diuerſum à Dignitate, & Perſonatu, vt colli-
gitur ex *cap.quia ſæpè*, & ex *cap.fin.de præbend.
in* 6. & rradunt Imol. *in d.cap.de multa num.* 40.
verſ. officium verò, Pacian. *d. cap.* 27. *num.* 27.
Monet. *de Conſeru. cap.* 5. *num.* 86. nouiſſimè
Barboſ. de Canonic. & Dignitatib.
Stephan. VVeymis *d. conſt.* 1. *num.* 5. hinc in-
ferentes † officium non eſſe Dignitatem, 22
etiamſi haberet quis ratione officij admi-
niſtrationem aliquarum rerum, ſine tamen
aliqua prærogatiua in choro, & in Capitulo
vltra alios ſui Ordinis, vt eſt Sacriſta; vel quan-
do officium habet onus annexum ſine hono-
re, & ſine prærogatiua honoris, vt ſunt, Syn-
dici, Aduocati, Procuratores; caſtaldus, œco-
nomus, & vicedominus, & addit Pacian.
etiamſi tale officium eſſet perpetuum, & etiam
cuſtos, Sacriſta, vel alius de conſuetudine ha-
beret officium dandi diſtributiones præſenti-
bus, & eas ſubtrahi abſentibus, & non inter-
uenientibus Officiis diuinis, quia hæc eſſet po-
tius ſimplex ſubtractio, quàm præeminentia,
vel poteſtas ſuſpendendi.

Verùm quando officio eſſet annexa Digni- 23
tas, tunc officium diceretur habere Dignita-
tem, *l.honor.in princ.ff.de mun.& honor.* Innoc.
in d. c. de multa, in fine, Pacian. *d. cap.* 27. *num.*
30. Idem erit quando in officio concurrunt
ea ſigna ex quibus Eccleſiaſtica Dignitas diſ-
cernitur; quia tunc certiſſimum eſt ſtricta ap-
pellatione Dignitatis ipſum quoque officium
contineri, ſicut & ipſe Perſonatus continetur;
nam & iura quandoque officium appellant
Dignitatem, vel Perſonatum, vt poſt alios
concludit Gemin. *in d c.* 1. *n.* 8. *verſ. ex his deci-
ditur, de officio*, quem refert Pacian. *d.c.* 27. *n.* 34.
vbi *num.* 37. ſubdit quòd † omnis, qui habet 24
aliquod onus, vel curam, ſeu adminiſtratio-
nem, aut cuſtodiam, largo modo dicitur habe-
re officium.

Ex quibus primò colligitur Præpoſituram 25
non eſſe Dignitatem, quia non habet nomen
ſonans in Dignitatem à iure communi intro-
ductum, & conſequenrer officium appellatur,
vt patet ex *cap. dudum, il* 1. *prope fin. de elect.*
Ioan. Andr. *in d.cap.* 1. *num.* 3. *de conſuet. lib.* 6.
vbi Gemin. *ſub num.* 8. Cardin. Tuſch. *tom.*
2. *litt. D. concluſ.* 419. *num.* 20. Pacian. *d. c.* 27.
num. 39. vbi ſubdit hoc eſſe veriſſimum etiamſi
Præpoſitus ſederet ante omnes in choro, quia
per hoc non cenſeretur habere Dignitatem;
niſi ex conſtitutione Eccleſiæ, vel de conſue-
tudine loci aliud fuiſſet inſtitutum; quia præ-
emiuentia ſedendi eſt ſignum Perſonatus, non
Dignitatis, vt egregiè conſuluit Aret. *Conſ.* 23.
num. 5. *verſ. his breuiter præmiſſis*. Vel niſi pri-
ma in Cathedrali, aut Collegiata, ſeu Conuen-
tuali exiſteret, vel haberet ſub ſe clerum, &
capellas, Maſſobr. *in ſua praxi habendi con-
curſum præl.* 15. *dub.* 1. [Monet. *de Conſeruat.
c.* 5. *num.* 91. Tamburin. *de iure Abbatum,
tom.* 1. *diſp.* 25. *q.* 4. *num.* 5. Mich. Ferrus *de
præced. Eccleſ. q.* 41. *num.* 1.] Rot. *in Vicentina
Parochialis* 20. *Februarij* 1617. coram bonæ
memor. Vbaldo ſen. [De Præpoſituta vide
infrà, *c.* 9. *num.* 14. *cum ſeqq.*]

26 Secundò colligitur Primiceriatum eſſe of-
ficium, non Dignitatẽ, vt conſuluit Alex. conſ.
77. In cauſa, num. 5. verſ. & ad illud oſtenden-
dum, vol. 2. vbi in verſ. prædictis obſtat, ſubdit
quod tunc Primiceriatus eſt Dignitas, quando
probatur ipſum communi opinione habitum
fuiſſe pro Dignitate, aliàs ſecus, refert & ſe-
quitur Pacian. d.c.27.num.47.& 52. Mouet. de
Conſeru.c.5.num.93. [Mich. Ferrus de præcé-
dent. Eccleſ. q. 30. num. 3.] quicquid dicat
Aretin. d. conſ. 23. num. 5. verſ. nos poſſumus.
[De Primiceriatu, vide infrà c.9. à princ.]

27 Tertiò colligitur Plebaniam officium ap-
pellari, non dignitatem, vt in c. quod Dei timo-
rem, de ſtatu monach. Ioan. Andr. in d.c. 1. num.
3. Pacian. d.c.27. num. 9. vbi ſubdit procedere
etiãſi Plebanus haberet curam animarum, &
Baptiſmum, & Chriſma, poſsétq; Capellanos
ſui Plebanatus excommunicare, mittere edi-
ctum, & confirmare, quoniam talia non face-
rent Dignitatem, cùm poſſent de conſuetu-
dine etiam ad Canoniam pertinere ratione
ſuæ præbendæ, & tamen Canonicus non dici-
tur eſſe in Dignitate, vt eleganter hæc omnia
tradit Feder. de Senis conſ.80. Factum tale, col.
28 fin. † Verùm quando Plebania eſſet in Colle-
giata, ipſiúſq; Eccleſiæ Plebanus eſſet caput,
haberétq; præeminentiam, & iuriſdictionem
in Canonicos Eccleſiæ, tunc cenſeretur in
Dignitate conſtitutus, vt concludunt Gemin.
in d. c. 1. num. 9. col. 3. & ibid. Franch. num. 6.
verſ. & quid de Plebanis, Feder. de Senis d.
conſ. 80. num. 2. col. 2. quos refert, & ſequitur
Pacian. d.c.27.num.62.

29 Quartò colligitur, quod dictum eſt de Ple-
banis, idem quoque dicendum de Prioribus,
qui tunc demum cenſentur in Dignitate con-
ſtituti, ſi ſunt collegiati, & habeant præemi-
nentiam, vel iuriſdictionem in Eccleſia, aliàs
ſecus, Feder. de Senis conſ. 132. Caſus talis eſt,
plures quos refert Pacian. d.c.27.n.65. [Anton.
Fabriè. in praxi beneſ. tit. de beneſ. cum Digni-
30 tate n. 36. Monet. d.c.5.n.25.& 94. Et † ſecu-
lares reſpectu Regulariũ ſunt perſonæ princi-
pales quę in Collegiatis Eccleſiis toti pręſunt
Canonicorũ Collegio, vt colligitur ex ſuper-
ſcript. text. in cap. vlt. de maior. & obed. In no-
ſtra Luſitania manifeſta ſunt exempla in Prio-
ribus Collegiatarũ Vimaranen. Valentię, Ce-
dofeten. & ſimiliũ, & iſtos ſolos, & non alios,
qui Eccleſiis pręſunt non Collegiatis, Digni-
nates eſſe, ex Fulu. Pacian. reſoluit Sebaſt. Cę-
ſat in relect. de Eccleſ. hierarch. par. 3. diſp. 13.
§. 1. n. 1. [de Prioribus vide infrà, cap. 11.]

31 Quintò colligitur Decanatum acceptum
pro ſimplici beneficio non eſſe nomen Digni-
tatis niſi habeat iuriſdictionem, aut niſi pro
Dignitate habeatur in Eccleſia, ita Card. Tuſc.
tom. 2. lit. D. concl. 41. num. 22. Pacian. d. cap. 27.
n. 76. Monet. de Conſeruat. cap. 5. n. 92. De iure
namque nullam habet iuriſdictionem, cum
careat iure Prælaturæ in Capitulo, cuius ipſe
eſt pars, Abb. in cap. poſt electionem, ſub n. 9. cir-
ca fin. verſ. item puto, de conceſſ. præbend. Dum
verò locũ † Archipresbyteri in Eccleſia obti- 32
net, tanquam ſubrogatus eadem poteſt, quæ
Archipresbyter, & hac ratione dicitur Digni-
tas, Rot. deciſ. 17. ſub n. 1. verſ. ſed caue, de con-
ceſſ. præb. Petr. Greg. Syntag. iuris lib. 15. c. 20. n.
12. & de beneſ. c. 10. n. 24. & in part. Iuris Canon.
lib. 2. tit. 9. c. 5. n. 4. ſicque eſt intelligenda Pu-
tei deciſ. 209. n. 2. lib. 3. quatenus vult Deca-
num reſpectu Capituli non regulari perſonam
priuatam, ſed habere Prælaturam cum iuriſdi-
ctione in Capitulo, cui præeſt, & ſic habere di-
gnitatem voluit Rot. deciſ. 533. n. 4. p. 2. recent.

Sextò colligitur Cantoriam de iure com- 33
muni non eſſe Dignitatem, ſed officium Ec-
cleſiaſticum, vt reſoluunt Oldrad. conſ. 146.
Factũ, de conſuetudine Eccleſiæ col. 2. Pute. deciſ.
89. lib. 3. in correctis, Pacian. d. lib. 2. c. 30. n. 11.

Septimò colligitur Theſaurariam de iure 34
communi non eſſe Dignitatem, ſed officium
eccleſiaſticũ habere, vt tradunt Rebuff. in pra-
xi, titul. ſecul. benefic. quotuplex. n. 9. Petr. Greg.
Syntagm. iuris lib. 15. c. 39. Anton. Fabric. de re
benefic. titul. de benefic. cum Dignitate, n. 59. De
conſuetudine autem, & omnium ferè Eccle-
ſiarum Cathedralium ſtatutis inter Dignitates
referri cœpit, vt per Abb. in cap. de multa, n.
23. verſ. ſecus, de præbend. vbi Quintin. in re-
pet. n. 89 circa med. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib.
3. c. 13. q. 1. 4. & 5. ante fin. verſ. tandem, Rot.
in Pampilonen. Theſauraria 23. Ianuary 1617.
coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano,
& latè in Taurin. Theſauraria 15. May 1620.
coram bonę memorię Buratto, inter eius im-
preſſas deciſ. 473. ex n. 5. vbi aliqua pondera-
ta fuerunt, † ex quibus probari viſum Theſau- 35
rariam eſſe Dignitatem, primò ex collationi-
bus tam Apoſtolica, quàm Ordinaria auctori-
tate factis, de illa tanquam tertia Dignitate.
Secundò ex declaratione Capituli, viſione
Bullę erectionis Theſaurarię, & aliis iuribus
in protocollis Capituli exiſtentibus, ex qui-
bus conſtabat Theſaurariam, de qua ibi, eſſe
tertiam Dignitatem poſt Pontificalem. Tertiò
ex pluribus actibus, & functionibus Capitula-
ribus factis, videlicet conuocatione Capituli
in abſentia obtinentium maiores Dignitates,
& in ſimili maioritatem ponderauit eadem
Rot. deciſ. 518. n. 3. p. 1. diuerſ. Quartò reſultat
probatio communis reputationis nedum Ca-
pituli, quòd ſe congregauit de mandato The-
ſaurarij vti illius Præſidis in defectũ obtinen-
tium maiores Dignitates, ſed etiam aliorum,
penes quos communiter habita fuit pro Di-
gnitate, quam reputationem ponderauit Rot.
d. deciſ. 518. num. 2. & magis in ſpecie eadem
Rot. deciſ. 29. num. 3. p. 2. recentior.

Vltra

36 Vltra Dignitates, Canonicatus, ſeu Præbendas in Eccleſia Cathedrali, ſeu Collegiata alia repeniuntur inferiora beneficia, quæ non ſunt de corpore Capituli, vt tradit Gonzal. *ad reg.8 Cancel. gloſ.45. in princ. num.38.*

37 Huiuſmodi ſunt Aſſiſij, ſeu Manſionarij, qui videlicet in eadem Eccleſia aſſiduè, & veluti permanenter officium canendi in choro, & Diuina celebrandi obire tenentur, de quibus fit mentio *in cap. ſi quis Epiſcopus. 1. q. 1. & in c penult.* vbi gloſſ. *verb. Aſsiſios. de cleric. non reſid.* & de illis agunt latè Alberic. *in diction. verbo Aſsiſij*, Selu. *de benefic. par. 1. q. 2. num. 47.* Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris lib.15. cap.23. à num. 11.* Azor. *inſtitut. moral. par.2. lib.3. c. 9. quæſ. 1.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. parte 1. lib. 2. cap. 97. num. 15.* Anton. Fabric. *in praxi & theor. benefic. titul. de reliquiis ſtipend. Eccleſ. ex num. 12.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moral. tom. 3. tract. 41. cap. 1. num. 17.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum prel.21. num.6. ſecundùm Roman impreſs.* [latè Anton. Fabric. *in praxi benefic. tit. de reliquiis ſtipend. Eccleſ. num. 7. pag. 272.* vbi ex d. gloſ. ita vocatos Aſſiſios dicit, quaſi aſſiduos, fortè propter aſſiduitatem, quam maiorem propemodum quàm ipſi Canonici diuino cultui exhibere tenentur, ex quo pro ſupplendis ipſorum Canonicorum defectibus aſciti, & Eccleſiaſticorum prouentuum participes effecti videtur, vnde facetè Ioan. Andr. ipſos Aſſiſios, quaſi aſinos, quòd totum ferè diuini cultus portent onus, appellat. Eos tamen in duplici differentia conſtituit Anton. Fabric. *d. loco, à num. 9.* quidam enim, ait ille, ratione diuini Officij maioris, quod obire ſolent exemplo & loco Canonicorum, qui per integras hebdomadas & vices ſolemnia Miſſarum, & horarum Canonicalium peragunt, Hebdomadarij, vel etiam Choriſtæ dicuntur, & in ſecundo ordine Clericorum primas tenent, videnturque ideo propiùs ad beneficiatos accedere. At alij ab ea ſolemnitate exempti, & à Canonicis magis remoti, ſimpliciter ad ſeruiendum Eccleſiæ, obligati ſunt, vocanturque aliquando Manſionarij, aliquando Matricularij, & aliquando habituati, vt poſſunt ij eſſe, quibus beneficiatorum nomen denegandum, arbitratus eſt Ruzæ *in tract. Regalium priuil. 15.* niſi per modum beneficij, & non ſimplicium ſtipendiorum certi prouentus Eccleſiaſtici deſtinarentur.]

38 Portionarij item, qui videntur idem im-
portare quod Aſſiſij, & ſunt de inferioribus
beneficiis, non dicuntur habere Præbendam
ſicut Dignitates, & Canonici, ſed portionem,
id eſt, partem fructuum, Putc. *deciſ. 431. num.*
4. lib. 1. in correctu, Gonzal. *ad reg. 8. Cancell.*
39 *gloſ. 45. à num. 39.* ac proinde non † ſunt de
Capitulo, quod à ſolis Canonicis conſtituitur,
Compoſtel. *in cap. 1. num. 4. verſ. nunquid*
Portionarij, de elect. Caputaq. *deciſ. 84. par. 1.*
Rota *deciſ. 423. num. 2. p. 2. recentiſsim.* Gon-
zal. *d.* gloſ. *45. num. 39.* [nouiſſimè Theodoſ.
Rube. *ſingular. Rota tom. 2. p. 2. circa ſtylum*
verb. Capitulum §. 1.] Iacob de Graff. *in au-*
reis deciſ. par. 1. lib. 2. cap. 97. num. 15. vbi ſub-
dit, quòd portiones ipſæ beneficia ſunt, quę
iuriſdictione, & adminiſtratione carent, &
ſunt veluti cibaria, quæ diaria Vlpianus ap-
pellat *in l. antepen. ff. de alim. & cibar. leg.*
[Rota *deciſ. 112. num. 1. p. 1. recentiſsim.* & ideo
Aſſiſios & reliquos id genus, qui ſacris ſoda-
litiis veluti ſupplemento eſſe ſolent, neque
ſtallum in choro, neque vocem in Capitulo
habent, dicit Papon. *lib. 1. tit. 3. areſto 1.*]

Sunt tamen Portionarij in aliquibus Hi- 40
ſpaniæ Cathedralibus, qui multas prærogatiuas, & præeminentias habent, quibus gaudent Canonici, vt de Portionariis Eccleſiæ Carthaginen. dicit Putc. *d. deciſ. 431. num. 1.* quòd habent vocem in Capitulo, præterquam in electionibus, & prouiſionibus, & de Portionariis Hiſpalen. eſt *deciſ. 4. in princ. p. 2. diuerſor.* Et de Portionariis Corduben. [Rota *deciſ. 7. n. 1. p. 1. recentiſsim.* vbi quòd portionarij, quibus aſſignatur locus inter perſonas Capitulares, & in defectum Canonicorum, datur illis præſidendi locus in Capitulo, dicuntur eſſe de Capitulo, & ex eiuſdem Rotæ deciſione,] Gonzal. *d.* gloſ. *45. num. 45.* ait eſſe de Capitulo generali, at in electionibus, prouiſionibus, admiſſionibus, & aliis actibus ſimilibus votum non
habere. † Sed non ex eo, quod iſti Portionarij 41
admittuntur in Capitulo, & ibi habent vocem, poſſunt dici de Capitulo, Gemin. *in cap. fin. num. 5. ad fin. verſ. aut quærimus, de præbend. in 6.* nec Canonicis æquales, prout verè non ſunt, vt fuit dictum *in Hiſpalen. præeminentiarum 4. Iunij* 1625. coram R. D. meo Coccino Decano, [ſed iure communi attento ſunt inferioris Ordinis, Cæſ. de Graſſis *deciſ. 4. n. 8. de his, quæ fiunt à maiori parte Cap.* Rota *deciſ. 114. n. 1. p. 2. recentiſsim. in poſthumis*, vbi etiam atteſtatur Canonicis Hiſpalenſibus multas prærogatiuas, & præeminentias cōpetere, quæ non competont Portionariis: nam Portionarij ibi non habent vocem in electione Prælati, & in adminiſtratione Archiepiſcopatus ſede vacante, in collatione Præbēdarum, nec ſubſcribunt actus Capitulares, quæ res fiunt à ſolis Canonicis; quinimmo ſubdit in referēdis negotiis adeſſe diſparitatem, cùm Portionarij id faciant ſtantes, & capite diſcooperto: Canonici verò ſedentes, & capite tecto, & vlteriùs addit ſolos Canonicos aſſiſtere Prælato celebranti, & Pontificali exercenti, habere quoque proprietatem in ſedendo, in thurificatione, receptione pacis, candelarum, cineris, palmarum, & generaliter in omnibus,] etiamſi

Canonicis præcederent accidentaliter, prout de Portionariis Hiſpalen. cenſuit eadem Rot. *deciſ.*416. *ſub num.*7 *p.* 1. *recentiorum*, his verbis: *Non obſtat, quòd Portionarij in Sacris conſtituti præcedant Canonicos non exiſtentes in Sacris, hoc enim non competit illis ratione maioris, vel æqualis dignitatis, ſed ratione ſtatuti conditi in odium non exiſtentium in Sacris, & ſic ratione Ordinis, non autem dignitatis, nam cùm poſtea Canonicus initiatur, aſcendit ſuper omnes Portionarios, &c. & d. deciſ.* 114. *n.* 4.

42 Idem à fortiori dicendum de dimidiis Portionariis, nam dimidia portio eſt de inferioribus beneficiis Eccleſiæ Cathedralis, vt per Gemin. *in tract. de expectatiuis, num.* 98. Flamin Pariſ. *de reſignat. benef. lib.*2.*q.*1. *num.* 117. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. *in princ. num.* 99.

43 Et denique ſunt Quartenarij, Tertionarij, & dimidij Præbendati, præcipuè in Cathedralibus Portugaliæ, qui ſolùm dicuntur ibi habere inferiora beneficia, & ideo vocem in Capitulo non habent, Rot. *in Vlixbonen. Quartenaria* 15. *Ianuarij* 1624. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano *in verſ. neque huic.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi par.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 16. Sebaſt. Cæſar. *in relect. de eccleſ. hierarchia diſp.* 12. §. 1. *num.* 21. vbi aduertit non repugnare, quòd ex dimidiis præbendis, ſi conſuetudo, vel Eccleſiæ ſtatutum vim habeat (prout adeſt in Eccleſia Elboren.) valeant integri Canonicatus conſtituti, ac ſubinde eos obtinentes ad Capitulum, & communes tractatus admitti poſſint, & debeant tanquam veri, & integri Canonici.

44 †[Et ſemipræbendatos in Cathedrali Eccleſia Aureliorum ex integro præbendatis adæquatos eſſe, refert Chopin. *lib.* 2. *monaſt. tit.* 3. *num.* 13.

CAPVT V.

De Archidiacono.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus Græco vocabulo dicitur quaſi miniſtrorum princeps.*

2 *Archidiaconus principalem habet Dignitatem poſt Epiſcopum.*

3 *Archidiaconus eſt dignior Archipresbytero, & Primicerio in voce, loco, & adminiſtratione.*

4 *Archidiaconus de iure eſt prima dignitas in Cathedralibus Eccleſiis.*

5 *Archidiaconus, qui oculus Epiſcopi dicitur, in omnibus Eccleſiis, vbi fieri poteſt, eligendus eſt, qui ſit Magiſter, ſeu Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel Iure Canonico.*

6 *Intellige de iis tantùm Archidiaconis, qui vel curam habent animarum, vel iuriſdictionem, iuxta tit. de officio Archidiaconi.*

7 *Archidiaconi iuriſdictionem contentioſam habentes debent eſſe Doctores, & promoti in publico gymnaſio.*

8 *Archidiaconus nullus reperitur in tota Hiſpania, qui totam illam iuris communis retineat poteſtatem.*

9 *Archidiaconi in Hiſpania non obligantur eſſe Doctores, aut Licentiati.*

10 *Ætas* 25. *annorum requiritur in Archidiacono habẽte curam annexam, in aliis, quibus ea non ineſt,* 22. *anni completi ſufficiunt.*

11 *Viſitare Clericos omnes debet Archidiaconus tertio quoque anno, ſi Epiſcopus ipſe non poſſit.*

12 *Archidiaconus quare dicatur oculus Epiſcopi oſtenditur.*

13 *Viſitationem ſi quam Archidiaconus legitimè exercere conſueuit, aſſumpto Notario de conſenſu Epiſcopi facere per ſe ipſum tantùm debet.*

14 *Archidiacono ad viſitationem expediendam poterit Epiſcopus terminum præſcribere comitatum, & equitatum.*

15 *Diſtributiones quotidianas non amittit Archidiaconus interim dum viſitauerit Eccleſiam, iura vel redditus ſuæ præbendæ.*

16 *Diſtributiones quotidianas non percipit Archidiaconus, qui propriam Eccleſiam non viſitat, ſed ſolùm Eccleſias ſuæ Diœceſis.*

17 *Archidiaconus dum viſitat Eccleſiam ſuæ præbendæ, non percipit fructus illius Canonicatus, quem obtinet ex diſpenſatione, vel ex illius Eccleſiæ conſuetudine.*

18 *Archidiaconi ad officium pertinet Epiſcopo miniſtrare, & ſolemniter celebraturo Epiſcopo ſacram Euangelium cùm voluerit legere, & illos deſignare qui illud & Epiſtolam cantent.*

19 *Lectiones, & reſponſoria Diuini Officij Lectoribus, & Cantoribus aſsignare pertinet ad Officium Archidiaconi.*

20 *Archidiaconus tanquam prima Dignitas poſt Pontificalem in Choro altius ſuperior, & maior habetur.*

21 *Vaſa diuinis Eccleſiæ vſibus dicata ſedulò cuſtodire pertinet ad Archidiaconum.*

22 *Clericos ad Ordines promouendos, examinare, atque probare, eóſque Epiſcopo nomine S. Eccleſiæ ordinandos offerre ſpectat ad Archidiaconum.*

23 *Epiſcopo ſolemniter, vel etiam Miſſam ſolennem, & Veſperas audienti à dextris aſsiſtit Archidiaconus.*

24 *Archidiacon⁹ reſpicit, vt Primicerius, & Sacriſta,*

criſta, vel cuſtos iniuncti ſibi muneris ſolicitudinem diligenter exequantur.

25 *Abbates, & Abbatiſſas in ſede ſua collocat Archidiaconus.*

26 *Iuriſdictionem licèt inferiorem in multis habet Archidiaconus.*

27 *Clericorum lites, & iurgia, modica tamen, audit Archidiaconus.*

28 *Beneficiis priuat, & auctoritate Epiſcopi punit Archidiaconus.*

29 *Cenſuras imponit Archidiaconus, non tamen ſine Epiſcopi auctoritate.*

30 *Archidiaconus inſtituit in beneficiis curam animarum habentibus de auctoritate tantùm, & mandato Epiſcopi, vel ſi hoc habeat ex præſcriptione.*

31 *Archidiaconus ratione ſui muneris non poteſt curam committere animarum.*

32 *Beneficiorum in poſſeſſionem corporalem mittit Archidiaconus inſtitutos ab Epiſcopo.*

33 *Iuriſdictionem quando habeat Archidiaconus, oſtenditur.*

34 *Archidiaconus poſt Epiſcopum dicitur eſſe Vicarius in omnibus.*

35 *Vicarij munus exercet Archidiaconus ipſo iure abſque aliquo facto, Epiſcopo abſente, & eius Officialibus, non autem Sede vacante.*

[*Vicarius natus, ſeu legitimus, cur. ibid.*]

36 *Archidiaconus à Vicario Epiſcopi in quo differat, oſtenditur.*

37 *Archidiaconi iuriſdictio hodie per conſuetudinem eſt imminuta.*

38 *Archidiaconus de iure maior eſt omnibus poſt Epiſcopum, & Archipresbyter eius ſubiacet iuriſdictioni.*

39 *Conſuetudo in aliquibus Eccleſiis introduxit vt Archipresbyter, vel Præpoſitus, aut alia Dignitas Archidiacono præferatur.*

40 *Archipresbyter in ciuitate Paduæ ex antiqua conſuetudine præcedit Archidiaconum, & quomodo probetur hæc conſuetudo, oſtenditur.*

41 *Archidiaconus cur de iure præferatur Archipresbytero, oſtenditur.*

42 *Archidiaconus de iure præcedit Archipreſbytero in adminiſtratione, cùm in Diuinis Archipresbyter præcedat Archidiaconum, niſi Archidiaconus ſit etiam in Presbyteratus Ordine conſtitutus.*

43 *Dignitati primæ ſpectat, & ea impedita ad ſecundam, & ſucceſſiuè ad tertiam, deferre ſanctiſſimum Sacramentum, abſente, vel impedito Epiſcopo in eius feſtiuitate, nec non Miſſas, Veſperas Pontificales cantare.*

44 *Archidiaconus Sacerdos in celebratione Miſſarum ſolemnium, abſente Epiſcopo eſt præferendus Archipresbytero, & n. 45.*

46 *Miſſas Pontificales per ſe ipſum celebrare non valens Epiſcopus, non poteſt in præiudicium primæ Dignitatis, ad quam id ſpectat, alteri ſibi benè viſo pro libito voluntatis demandare.*

47 *Dignitas prima pro libito ad munus ſibi incumbens non poteſt alium ſibi bene viſum Canonicum, aut Dignitatem ſubſtituere, ſed in eo munere proximior Dignitas ſuccedere debet.*

48 *Dignitas prima licèt ſit coadiutor cum futura ſucceſſione, nihilominus iuxta formam litterarum coadiutoriæ ad eum ſpectabit abſente coadiuto functiones illi incumbentes facere, & exercere.*

49 *Archidiaconus, & Archipresbyter ſi in funeralibus de eadem Cathedrali concurrant, danda eſt præcedentia Archipresbytero ratione ſtolæ.*

50 *Archidiaconus ſi ſit prima dignitas, debet exercere officium Presbyteri aſſiſtentis cum Pluuiali Epiſcopo celebranti, illique candelam, & palmam benedictam miniſtrare.*

51 *Archidiaconus dum in aſſiſtentia eſt apud Epiſcopum, intelligitur præſens in choro tam in Eccleſia Cathedrali, quàm in alia.*

52 *Archidiaconus, qui ſuſtinet Baculum Epiſcopi dum celebrat ſolemniter, thurificandus eſt immediatè poſt Diaconos aſſiſtentes.*

53 *Archidiaconus, qui ſit ex priuilegio Protonotarius, non lucratur fructus, & diſtributiones ſui Archidiaconatus ſi cum habitu Protonotarij in Eccleſia, choro, proceſſionibus, ac Diuinis Officiis aſſiſtat.*

54 *Protonotarij habitu vti nō poteſt Archidiaconus in publicis functionibus, in aſſiſtētia Epiſcopi, nec in aliis actibus ſibi tanquam Archidiacono competentibus.*

55 *Vicarius Epiſcopi Archidiacono tam in choro, quàm vbilibet præcedit.*

56 *Vicarius generalis abſente Epiſcopo debet habere primum locum ſuper omnes Dignitates & Canonicos, non obſtante conſuetudine in contrarium.*

57 *Vicarius foraneus ratione ſui officij nullam habet præcedentiam in choro, ſeſſionibus, profeſſionibus & aliis actibus, & functionibus Eccleſiaſticis.*

58 *Doctores referuntur de Dignitate, Officio, & iuriſdictione Archidiaconi agentes.*

PRIMA Dignitas Eccleſiaſtica in 1
Cathedralibus Eccleſiis eſt Archidiaconatus de iure communi, vt *num.* 3. oſtendemus, proptcrea de Archidiacono nunc primum agere propoſuimus, qui Græco vocabulo quaſi miniſtrorum

princeps eſt appellatus *cap. 1. diſt.* 21. Archos
enim princeps, Diaconos miniſtrum, ſeu fa-
mulum Græcè ſignificat, Petr.Greg. *Syntagm.
Iuris lib.* 25. *cap.* 20. *in princ.* Anaſtaſ.Germon.
de Sacrorum immun. lib. 3. *cap.* 3. *in fine*, [Va-
let. Reginal. *in praxi fori pænit. lib.* 30. *tract.*
1. *num.* 49.] Sebaſt. Cæſar. *de Eccleſ. hierar. p.*
2. *diſp.* 12. §. 1. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3.
cap. 14. *quæſ.* 1. Caſtald. *in praxi cæremon. lib.*
1. *ſect.* 8. *cap.* 7. *num.* 3. [Nam licèt de con-
ſuetudine Eccleſiæ Archidiaconatus non ha-
beat iuriſdictionem, quia tamen de iure com-
muni habet nomen Dignitatis, cenſeri debet
adminiſtrationē ſpiritualem habere, & in Di-
gnitate Eccleſiaſtica verſari, nouiſſimè Steph.
VVeyms *ad conſtit.* 24. *ex antiquo iure deſum-
ptas, & per Concil. Trid. ſpeciatim innouatas con-*
2 *ſtit.* 1. *num.* 5. & adhuc] † principalem habere
dignitatem poſt Epiſcopum probat tex. *in
cap.* 1. ibi, *poſt Epiſcopum*, *de offic. Archid.*
[gloſ. *verb. electionis in cap. pen. de offic. leg. in*
6. Menoch. *conſ.* 51. *num.* 20. *& conſ.* 257.
num. 21. Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *q.* 37.
num. 6. Anton. Fabric. *in praxi. benefic. tit. de
benef. cum dignit. num.* 23. *in fine.* Rota *de-
ciſ.* 865. *num.* 1. *p.* 4. *diuerſ.* Aſcan. Tambu-
rin. *de iure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 25. *q.* 4. *num.*
1. nouiſſimè Michael Ferrus *de præcedent. ec-*
3 *cleſiaſt. q.* 5. *num.* 1.] † Vnde digniorem eſſe
Archipresbytero, & Primicerio in voce, loco,
adminiſtratione, & aliis, conſuluit Barbar.
conſ. 5. *lib.* 2. quem refert Cardin. Tuſch. *tom.*
4 1. *lit. A. concl.* 482. *num.* 6. quia † de iure re-
gulariter Archidiaconatus eſt prima Digni-
tas, Aretin. *conſ.* 23. *num.* 3. *verſ. quia de iure
communi*, adden. *ad Greg. XV. deciſ.* 411. *num.*
5. Viul. *deciſ.* 299. *num.* 2. Marcel. Vulpe *in
praxi cap.* 34. *num.* 12. Rot. *in Andrien. Ar-
chidiaconatus*, 5. *Decembris* 1625. *coram R. P.
D. Merlino.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 16.
num. 112.

5 Eligendus eſt autem Archidiaconatus,
(qui oculus Epiſcopi dicitur [quaſi ab eo in
ſpecula, & ſtatione poſitus. gloſ. *verb. oculi in
cap. diaconi* 93. *diſt.* Anton. Fabric. *d. tit. de
benef. cum dignit. num.* 25. *in fine*]) in omnibus
Eccleſiis vbi fieri poteſt, qui ſit Magiſter, ſeu
Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iu-
re Canonico, vt ſtatuit Trid. Concil. *ſeſſ.* 24.
de reform. cap. 12. & tradunt Gonzal. *ad regul.*
8. Cancel. *gloſ.* 4. *num.* 68. Campan. *in diuerſ.
Iuris Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num* 41. Nicol. Garc.
de benefic. parte 7. *cap.* 7. *num.* 36. Galganet.
de iure publico lib. 3. *tit.* 21. *num.* 1. Aloyſ.
Ricc. *in praxi aurea reſol.* 238. *à num.* 2. *& in
deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 248. *num.*
4. *& deciſ.* 305. *num.* 11. *par.* 4. Bennius *de
priuileg. Iuriſconſ. parte* 2. *priuil.* 28. *num.* 2.
Molfeſ. *in ſum. Theolog. moral. tract.* 6. *cap.* 7.
num. 62. Homobon. de Bonis *de examine
Eccleſ. tract.* 1. *cap.* 9. *q.* 55. Nouar. *in ſingul.
Canonic. concluſ.* 41. Sebaſt. Cæſar. *d. diſp.* 12.
§. 1. *num.* 9. Ego ipſe *de offic. & poteſt Epiſc.
par.* 3. *alleg.* 60. *num.* 60. [Squillante *d. cap.* 14.
num. 109. Et propterea ſtylus Curiæ inhæ-
rendo ſupradicto decreto Concilij Trident.
exigit in promouendo ad huiuſmodi Ar-
chidiaconatum gradum Magiſterij in Theo-
logia, vel Doctoratus ſaltim in iure Canoni-
co, itaut dum porrigitur ſupplicatio pro Ar-
chidiacono huiuſmodi obtinendo, ſeu pro
habenda Dignitate maiori poſt Pontificalem
in Cathedrali, vel principali in Collegiata,
ea non aliter ſignetur quam ſi poſitiuè etiam
narratum ſit Oratorem eſſe, aut magiſtrum in
Theologia, aut Doctorem ſaltem in iure Ca-
nonico, vel in eodem iure Licentiatum, quod
ſi talis non ſit, non aliter reſcribitur ſupplica-
tioni quàm ſub hac clauſula. *Et cum decreto
quòd dictus Orator infra annum proximum
Magiſterium in Theologia, ſeu Doctoratus, aut
Licentiaturam decretis gradum præuiori exa-
mine in aliqua approbata vniuerſitate ſtudij
generalis, ac aliàs ſeruatis ſeruandis, ſuſcipere
omnino teneatur, alioquin præſens gratia nulla
ſit, ipſeque Archidiaconatus vacet eo ipſo.* Et
cùm litteræ expediuntur, clauſula hæc exten-
ditur per verba decretoria & præceptiua, *Volu-
mus autem*, &c.]

Quod quidem intelligitur de iis tantùm 6
Archidiaconis, qui vel curam habent ani-
marum, vel iuriſdictionem, iuxta *tit. de offic.
Archid.* non autem de his, qui verè animarum
cura, & omni prorſus iuriſdictione carent. Ita
Sacram declaraſſe Congregationem referunt
Anaſtaſ. Germon. *de indultis Cardinal.* §. *qui-
buſuis num.* 4. Campan. *d. num.* 41. Aloyſ.
Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 473.
in 1. *edit. aliàs reſol.* 497. *in* 1. *edit. & p.* 4. *de-
ciſ.* 248. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap.* 5.
num. 20. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum
requiſ.* 10. *dub.* 6. *ſecundùm Romanam impreſſ.*
Nouar. *d. concluſ.* 41. *num.* 2. Squillante *d.
cap.* 4. *num.* 111. Nicol. Garc. *d. cap.* 7. *num.*
41. vbi *num.* 40. † refert pariter reſolutum 7
huiuſmodi Archidiaconos iuriſdictionem
contentioſam habentes debere eſſe Doctores,
& promotos in publico gymnaſio, aliàs gra-
dus eis non ſuffragari ex *Bulla* 63. *Pij V.* quod
etiam tradunt Maſſobr. *d. dub.* 6. *num.* 6. &
Nouar. *vbi ſuprà num.* 4. [Squillante *d. cap.* 4.
num. 113. itaut doctoratos ex priuilegio ad
huiuſmodi dignitatem nequaquam promo-
ueri poſſe dicendum eſſet, vt per Nouar. *quæſt.
forenſ. lib.* 1. *q.* 143. *& concl. vnic. de Archidia-
con. num.* 5. Squillante *d. cap.* 4. *num.* 114.
vbi *num.* 115. poſt Menoch. *de arbitr. caſu*
425. *num.* 42. & Aloyſ. Ricc. *p.* 4. *deciſ.* 248.
tenet quòd ſi ex Eccleſiæ conſuetudine pote-
ſtas & iuriſdictio, quę competit Archidiacono,

compe

competeret Archipresbytero,ſimilem gradum
doctoratus deberet Archipresbyter aſſumere.]
8 Sed cùm hodie ipſorum Archidiaconorum
incuria,vel imperitia,ſeu Epiſcoporum poten-
tia omnis penè iuriſdictio extincta ſit, nec in
tota Hiſpania vnus reperiatur Archidiaconus,
qui totam illam iuris communis retineat po-
teſtatem, vt teſtantur Zerola *in praxi Epiſcop.*
verb. Archidiaconus. Lxl. Zechi. *de republ.*
9 *Eccleſ. titul.* 24. *à num.* 13. † meritò notant
iam hodie apud Hiſpanos ceſſare obligatio-
nem illam Trident. quòd ſint Doctores, aut
Licentiati, vt ante omnes ſcripſit Nauarr. *in*
man.cap. 25.*num.* 135. referunt; & ſequun-
tur Vaſconcel. *in harmon. rub. iuris Canon. ſub*
tit. de offic. Archid. in princ. Nicol. Garc. *d.*
*cap.*7.*à num.* 37. Sebaſt. Cæſar. *d.* §. 1. *num.*
10. Anguian. *de legib.lib.*2.*controu.*4.*num.* 10:
10 Si verò Archidiaconus habeat curam ani-
marum annexam, ætas vigintiquinque an-
norum requiritur, licèt in aliis Dignitatibus,
quibus ea non ineſt, viginti duo anni com-
pleti ſufficiant, vt ſtatuit Concil. Trid. *d. cap.*
12.*verſ. ad cæteras*, & tradunt per me citari
d. alleg. 60. *num.* 65. quibus addo Maſſobr.
d. requiſ. 10. *dub.* 11. *num.* 24. Nouar. *in ſin-*
gul. Canon.concl. 15.
11 Officium Archidiaconi de iure quidem
communi eſt circa Clerum præcipuè, cui om-
nium Clericorum cura poſt Epiſcopum de-
mandatur, ipſe enim debet Clericos omnes
tertio quoque anno, ſi Epiſcopus ipſe non
poſſit,viſitare, *cap.* 1. *& cap. ad hæc*, *de offic.*
12 *Archid.* & propterea † dicitur oculus Epi-
ſcopi, quia luſtrans actus totius Eccleſiæ, ſi
quem videat proximum eſſe peccato,referat
ad Epiſcopum,vt inquit Clemens Papa *in cap.*
13 *Diacons* 11. *vbi* gloſ. 93. *diſt.* † Viſitationem
autem, ſi quam legitimè exercere conſueuit,
aſſumpto Notario de cōſenſu Epiſcopi facere
per ſe ipſum tantùm debet, vt ſtatuit Concil.
Trid.*ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 3. Felician. Co-
men. *in man. viſitat. lib.* 1. *tit.* 3. *verſ. Ar-*
chidiaconi, Fuſc. *de viſitat. lib.* 1. *cap.* 2. *num.*
14. Sbroz. *de officio Vicarij lib.* 2. *quæſt.* 120.
num. 10. Flores de Mena *variar. lib.* 3. *quæſt.*
24. *num.* 23. Ego ipſe *d. p.* 3. *allegat.* 73. *num.*
14 22. † & ad illam expediendam poterit Epiſco-
pus ei terminum præſtituere, & præſcribere
comitatum, & equitaturum,ne oneri ſit Eccle-
ſiis, quas viſitauerit, prout declarauit Sacra
Congregatio, vt atteſtatur Piaſec. *in praxi*
Epiſc.p. 2.*cap.* 3.*num.* 62.*pag.* 213. quem re-
fero ego ipſe *d. allegat.* 73.*num.* 39.
15 Et interim dum viſitauerit Eccleſiam, iura,
vel redditus ſuæ præbendæ,non amittit diſtri-
butiones quotidianas, cùm viſitando prædi-
cta iura,& loca ſeruiat Eccleſiæ in re vtili, ſic-
ut reſoluunt, & per Sacram Congreg. fuiſſe
deciſum referunt Azor. *inſtitut. moral. parte*
2. *lib.* 7. *c.* 7. *quæſ.* 10. Monet. *de diſtribut. quo-*
*tid.p.*2. *quæſt.*11.*num.*93. Nicol. Garc. *de bene-*
*fic.p.*3.*cap.* 2.*num.* 333. *& ſeq.* Cened. *practic.*
& canon. quæſt. lib. 1. *q.* 1. *num.* 36. Ego ipſe
d.parte 3.*allegat.*53.*num.*163.me citato in illo
loco Sanctarel.*var.q.*11 *num.*9.
Si verò non viſitauerit propriam Eccleſiam, 16
ſed ſolùm Eccleſiam ſuæ diœceſis, quamuis
illam viſitaret ex officio, & iure ſibi compe-
tenti, tunc non poſſe percipere diſtributiones
tenent Monet. *d. q.*11. *num.* 63. Cened. *d. q.*
1. *num.* 36. *&* 74. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.*
332. Armendar. *in addit. ad recopil. legum*
Nauarræ lib. 1. *tit.* 6. *lib.* 6. *de viſitat. num.* 81.
& 108. Sanctarel. *d. q.* 11. *num.* 10. Ego ipſe
d. alleg. 53. *num.* 126.
Sic etiam eadem durante viſitatione non 17
poterit ipſe Archidiaconus percipere fructus
illius Canonicatus, quem obtinet ex diſpen-
ſatione, vel ex illius Eccleſiæ conſuetudine
ſtante, quòd fructus Canonicatus diſtincti
ſint à fructibus præbendæ,niſi pro tribus men-
ſibus vacationis ex cauſa à Concilio permiſ-
ſis, prout deciſum atteſtantur Nicol. Garc. *d.*
*cap.*2.*n.*332. *in* 2. *dub.* & Armendar. *d. lib.*6.
de viſitat. num. 82. animaduertentes hæc de
lucrandis fructibus locum habere, niſi extet
Eccleſię conſuetudo, vt Archidiaconus viſi-
tans nihil fructuum percipiat, quæ ſeruanda
erit.
Secundò ad officium Archidiaconi perti- 18
net Epiſcopo miniſtrare, vt cenſuit S. Rit.
Cong. *in vna Piſaurien.* 10. *Iunij* 1600. & ſo-
lemniter celebraturo Epiſcopo Sāctum Euan-
gelium cùm voluerit legere, & eos antè pro-
batos deſignare, qui Euangelium, & Epiſto-
lam cantent. *cap. perlectis* 25. *diſt. cap.* 2. *de*
offic. Archid. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3.
cap. 14. *q.* 2. *verſ. deinde*, Galganet. *de iure*
publico lib. 3. *tit.* 21. *num.* 5. † Lectiones quo- 19
que, & reſponſoria Diuini Officij Lectoribus,
& Cantoribus aſſignare, atque Acolytos, qui
cereos, & thuribulum deferant, & qui minora
gerant officia, ordinare, & omnia denique,
quæ ad diuinorum Officiorum celebratio-
nem pertinent, diſponere, gloſſ. & Doctores
in d. cap. 2. Sebaſt. Cæſar. *d.* §. 1. *num.*7.
In choro enim tanquam prima dignitas poſt 20
Pontificalem, aliis ſuperior, & maior habe-
tur, & illi in choro permanenti ſpectat in
principio Matutini, Horarum Canonicarum,
ac Veſperarum intimare, *Pater noſter*, quo di-
cto, eidem pariter ſpectat eius manus ſignum
dare, vt incipiatur, *Domine labia mea*, &c.
vel *Deus in adiutorium meum*, &c. ipſique
etiam ad Primam pertinet dicere, *Dies, &*
actus noſtros, &c. *Adiutorium noſtrum, &c.* &
Deus nos benedicat, &c. Ad Completorium,
Noctem quietam, &c. *Benedicat, & cuſtodiat*
nos, &c. & in fine Horarum, & Matutini, *Do-*

minus det nobis,&c. Et antequam finis ſignum per ipſum detur,nemo officio expleto è choro egredi valet. Ita S. Congreg. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum *in vna Theatina*, *ſub die* 18. *Aprilis* 1617.

21 Tertiò ad eundem pertinet vaſa diuinis Eccleſiæ vſibus dicata ſedulò cuſtodire, vt dicitur *in cap. ea quæ*, 3. *de offic. Archid.* Azor. *d. cap.* 14. *quæſ.*2. §. *deinde*,*verſ. ad eundem pertinet.* Sebaſt. Cæſat. *d.* §. 1. *num.* 8.

22 Quartò Clericos ad Ordines promouendos examinare, atque probare, eoſque Epiſcopo nomine Sanctæ Eccleſiæ ordinandos offerre poteſt, *cap. ad hæc*, *cap. vt noſtrum*, *de offic. Archid. cap.vnic. de ſcrutin.in Ordine facien.* [Petr. Gregor. *d. lib.* 15. *cap.* 20. *num.* 6. *verſ. hic examinat.*] Quaranta *in ſumm. Bullary verb. Ordo, verſ. ſubſequenter*, Azor. *d.cap.*14. *quæſ.* 2. *verſ. deinde*, Campan. *in diuerſ.Iuris Canon. rub.* 3.*à num.* 15. Galgan. *de iure publico lib.* 3. *tit.* 21. *num.* 7. Caſtald. *in praxi caremon. lib.*1. *ſect.* 8. *cap.* 7. *num.* 3. Sebaſt. Cæſar. *d.* §. 1. *num.*8. *verſ. eius.* [Valer.Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 1. *num.* 49. *verſ. Archidiaconos.* nouiſſimè Marc. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.* 34. *num.* 20.] Ego ipſe *de officio*, *& poteſt. Epiſcopi par.* 2. *alleg.*10. *num.* 21. [non peccat tamen Archidiaconus quando interrogatus ab Epiſcopo ordinante an ſciat ordinandos dignos eſſe,reſpondet,ſcio,& teſtificor illos dignos eſſe,*cap. vnic. de ſerut. in ordine facien.* licèt ipſe non examinauerit, dummodo contra conſcientiam non teſtificetur, quia quem indignum non nouit, dignum exiſtimare debet; ita nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iud.c. fori Eccleſiaſt. cap.* 8. *num.*35.] In ipſa ordinatione, atque in conſecratione Chriſmatis, & aliis ſimilibus Epiſcopo miniſtrare, *cap. Acolytus*, *cap. Oſtiarius*,23.*diſp.*

23 † Et demum Epiſcopo celebranti ſolemniter, vel etiam Miſſam ſolemnem, & Veſperas aſſiſtenti à dextris modo ſuo loco præſcripto aſſiſtere, vt animaduertit Caſtald. *citato loco.*

24 Quintò deſpicere, vt Primicerius, & Sacriſta, vel cuſtos iniuncti ſibi muneris ſolicitudinem diligenter exequantur, *cap. perfectis*, 25.*diſt. cap. ea quæ contra*, *de offic. Archid.*

25 Sextò Abbates, & Abbatiſſas in ſede ſua collocare, *d.cap.vt noſtrum*, *de offic. Archid.* Sebaſt. Cæſar. *d.* §. 1. *num.* 8. *verſ. ad Archidiaconum.* Petr. Greg. *d. cap.* 20. *num.* 6. *verſ. Abbates.*

26 Non ſolùm autem exercet officium Archidiaconus, ſed iuriſdictionem quoque habet in multis, licèt inferiorem, *cap.ad hæc,de offic. Ordin.* [Anton. Fabric. *in praxi benef. tit. de benef.cum dignitate num.* 23. *in fine*,] Narbona *de appellat. à Vicario ad Epiſcopum*, *part.* 1. *num.* 30. nam ipſe de iure quidem communi antiquiori, de quo *in d. cap. perlectis*,*verſ. Archidiaconus* 25. *diſt.* *& in d. cap. ad hæc*,

† Clericorum lites, & iurgia, modica tamen, 27
audit, Azor. *d. cap.* 14. *quæſ.* 2. *verſ. deinde*, Galganet. *d.tit.*21. *num.* 6. *verſ.iurgia*,Sebaſt. Cæſar. *d.* §. 1. *num.* 5. & auctoritate Epiſcopi punit, † & priuat beneficiis, *cap. licet*, *de pœnis*, *cap. referente*, *de præbend.* &. † cenſuras 28 29
imponit, non tamen ſine Epiſcopi auctoritate, *cap. Archidiaconis*, *de offic. Archid.* Azor. *d. cap.* 14. *quæſ.* 2. *verſ. atque hæc quidem*, Galganet. *d. tit.* 21. *num.* 6. ex ſpeciali conſuetudine, non autem nomine proprio, Zech. *d. tit.* 24. *num.* 13. *verſ. ad Archidiaconum quoque*, Soar. *de cenſur. diſput.* 2. *ſect.*2.*num.*9. *verſ. denique*, Sebaſt. Cæſar. *d.* §. 2. *num.* 12. Anton. Fabric. *d. tit. de benef. cum dignitate*, *num.* 24.

Inſtituit quoque in beneficiis etiam curam 30
animarum habentibus, de auctoritate tantùm & mandato Epiſcopi, *d. cap. ad hæc*, *cap. cum ſatis*, *eod. tit. cap.ſi in plebibus* 63.*diſt.cap.nullus* 16. *quæſt.*7. vel ſi hoc habeat ex præſcriptione, vel conſuetudine, nomine, & vice Epiſcopi legitimè præſcripta, Ego ipſe *de officio*, *& poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.*72.*num.* 185. vbi reſpondeo textum *in d. cap. cùm ſatis*, ſolùm prohibere conſuetudinem, ſeu magis præſcriptionem, per quam Archidiaconus intendit inſtituere in beneficiis nomine proprio. Et ideo † Archidiaconum ratione ſui muneris 31
non poſſe curam committere animarum, per text. *in cap. cùm ſatis*, reſoluunt Azor. *d. cap.* 14. *q.* 2. *verſ. atque hæc quidem*, Galganet. *d. tit.* 21. *num.*6.

Mittit deinque in corporalem beneficio- 32
rum poſſeſſionem inſtitutos ab Epiſcopo, *d. cap. ad hæc*,[Petr. Greg. *d.lib.*15.*cap.* 20. *num.* 6. Valer.Reginal.*d. lib.* 30. *tract.*1. *cap.* 3.*num.* 49. *verſ.item mittere.*] Cou. *lib.* 3. *var. cap.* 16. *num.*7. *verſ. tertius*, vbi aduertit quòd quamuis *in cap. licet Epiſcopus*, *de præbend.lib.* 6. reſponſum ſit ad Epiſcopum pertinere miſſionem in beneficiorum poſſeſſionem, illud poteſt intelligi non quidem de ipſa miſſione in poſſeſſionem corporalem, ſed de ſententia, aut decreto, quo Epiſcopus pronunciat inſtitutum in poſſeſſionem mittendum fore, ſeu de ipſa corporalis poſſeſſionis traditore; vel poteſt intelligi vt procedat de conſuetudine, ſecundùm quam hodie ad Epiſcopum, non verò ad Archidiaconum ſpectat corporalis poſſeſſionis traditio, vt tradit Flamin. Pariſ. *de reſignat.beneſ.lib.*10.*q.*6. *num.*32.

Non tamen habet in omnibus ordinariam 33
iuriſdictionem; ſed in iis tantùm, quæ à iure, vel conſuetudine ei ſine ſpeciali mandato Epiſcopi competunt exequenda, *cap. fin. de offic. Achid.* Videtur autem ei de iure communi

muni cõpetere iuriſdictionem in viſitando, & corrigendo in modicis tantùm cauſis, nam inquit tex. *in d. cap. ad hac*, ardua negotia non debere abſque maioris ſui præſentia terminare; reliqua verò, quæ ad eum pertinent, plena auctoritate exequitur, Roman. *conſ.* 371. *In propoſita, num.* 4. vbi quòd Archidiaconus non habet iuriſdictionem in criminalibus, nec in ciuilibus arduis, ſed tantùm in ciuilibus pauci valoris, refert Card. Tuſch. *litera A. concluſione* 482. *num.* 9.

34 Quare Archidiaconus poſt Epiſcopum dicitur eſſe Vicarius in omnibus, *dict. cap.* 1. *de officio Archid.* ibi, *vt Archidiaconus, poſt Epiſcopum ſciat ſe Vicarium*, &c. *d. cap. ad hac*, gloſ. *in cap. Pontifices* 7. *q.* 1. Anton. de Prætis *in clypeo paſtoralis officij, cap.* 6. *num.* 39. Marant. *de ordine iudic. p.* 4. *diſt.* 5. *princ. num.* 7. Rebuff. *in praxi tit. forma Vicariatus. num.* 199. Sbroz. *de officio Vicarij lib.* 1. *q.* 3. *num.* 17. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. *verſ. ſexta*; Azor. *d. cap.* 14. *q.* 2. Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 2. *q.* 1. *num.* 26. *verſ. ratio.* Narbona *de appell. à Vicario ad Epiſcopum p.* 1. *num.* 22. quos refero ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 54. *num.* 16. [quibus addo Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.* 34. *num.* 18. Vicarius natus, ſeu legitimus dicitur eo quòd à lege ipſa nullo facto, aut miniſterio Epiſcopi conſtituatur, Sbroz. *d. tract. lib.* 1. *q.* 36. *num.* 10. Anton. Cuch. *inſtit. maior. lib.* 2. *tit.* 9. *de offic. Archiepiſcopi num.* 17. Alphonſ. Narbona *ad l.* 59. gloſ. *in num.* 16. *tit.* 4. *lib.* 2. *noua Recop.*]

35 Vnde ipſo iure abſque aliquo facto, Epiſcopo abſente, & eius officialibus, Vicarij munus exercet Archidiaconus, Cardin. Tuſch. *tom.* 1. *lit. A. concl.* 482. *num.* 10. Sbroz. *d. lib.* 1. *q.* 2. *num.* 15. *& q.* 36. *num.* 10. non autem Sede vacante, nec etiam infra illos octo dies, quibus à Capitulo Sede vacante Vicarij electio facienda eſt, iuxta formam Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 16. quia iura ſuprà allegata loquuntur tantùm Sede repleta; tum quia intra illos octo dies totum Capitulum poteſt, & debet adminiſtrare; quare ita tenent Quarant. *in ſum. Bullarij, verb. Sede vacante, §. duodecimò quæro, verſ. primo*, Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. poſt reſol.* 505. *in notab. de materia Vicarij à Capitulo Sede vacante, verſ. primo*, Ego ipſe *d. alleg.* 54. *num.* 163. Quamuis Archidiaconum ſuſtinere Vicarij vices Sede vacante, dum agitur de electione Vicarij à Capitulo, poſt Foler. & Abb. teneat Sbroz. *d. lib.* 1. *q.* 61. *& in addit. ad q.* 3. *eod. lib.* 1. [Poteſt tamen Archidiaconus acquirere quaſi poſſeſſionem adminiſtrandi Epiſcopatum tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus ſede vacante, & ſi de huiuſmodi quaſi poſſeſſione conſtiterit ex pluribus actis geſtis per eum tempore quo ſedes vacauit, concernentibus dictam adminiſtrationem, & iuriſdictionem Epiſcopalem, debet ei dari mandatum de manutenendo, prout per Sacram Rotam datum fuit Archidiacono Vicentino, *in vna Vicentina adminiſtrationis Epiſcopatus* 16. *Decembris* 1624. coram R. P. D. Remboldo, impreſſa per Ludou. Poſtium *poſt ſuum tractat. mandati de manutenendo deciſ.* 194. vbi *num.* 2. *&* 3. probat quòd licèt de iure communi adminiſtratio Epiſcopatus ſede vacante ſpectet ad Capitulum, *cap. bonæ memoriæ, & ibi deciſ. num.* 37. *de appellat.* tamen de conſuetudine poteſt etiam ſpectare ad Archidiaconum, & *num.* 6. *cum ſeqq.* ait non obſtare quòd ex diſpoſitione Sacri Concilij Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 16. deputatio Vicarij ſede Epiſcopali vacante ſpectat ad Capitulum, quodque dictum ſacrum Concilium habet in fine decretum irritans quod inficit titulum, & poſſeſſionem contrariam, quia decretum irritans operatur quando eſt iuſtificatum: ſecus verò ante illius iuſtificationem, tunc enim non tollit detentionem, & inſiſtentiam facti, ex deciſionibus ibi allegatis, ac propterea cùm in caſu iſto dubium ſit an intret diſpoſitio dicti Concilij, ex quo illud non tollit conſuetudinem contrariam de iure communi permiſſam, meritò non obſtat Archidiacono pendente iudicio manutentionis dictum decretum, quin interim debeat in ſua poſſeſſione manuteneri, & *num.* 10. *cum ſeqq.* pariter aſſerit non obſtare quòd Archidiacono reſiſtit ius, quo caſu non datur manutentio inferiori abſque titulo; tum quia licèt ius vt dictum eſt aſſiſtat Capitulo, non tamen reſiſtit Archidiacono, ex quo poteſt etiam iſta adminiſtratio ſpectare ex conſuetudine ad inferiorem, Gregor. X V. *deciſ.* 411. & Rot. *in Meten. iuris corrigendi* 8. *Februarij* 1626. coram R. D. meo Coccino Decano: tum quia datur etiam manutentio inferiori quando ipſius poſſeſſio, prout in caſu noſtro, eſt diuturna, Rot. *deciſ.* 595. *num.* 6. *& ſeq. p.* 1. *diuerſ.* Beltramin. *in annot. ad* Gregor. X V. *deciſ.* 312. *num.* 4. *verſ. item aſſiſtentia.* Denique eadem Rota *in Vicentina adminiſtrationis* apud Poſti. *num.* 13. dicit non obſtare quòd non conſtat de poſſeſſione moderni Archidiaconi, quia in omnem euentum ſufficit, quòd conſtet de poſſeſſione ſuorum anteceſſorum in dignitate, illa enim iuuat etiam ſucceſſorem, quia dicitur poſſidere ipſa dignitas, ad not. per Felin. *in cap. conſtitutus, num.* 14. *de reſcript.* Rot. *deciſ.* 2. *de reſtit. ſpol. in nouis, & deciſ.* 99. *num.* 11. *p.* 1. *diuerſ.* & coram R. D. meo Coccino Decano *deciſ.* 86. *num.* 1.]

Differt autem Archidiaconus à Vicario Epiſcopi, quòd Archidiaconi officium eſt 36

digni

dignitati annexum, nec poteſt ad nutum
amoueri, ſicut Vicarius ſimplex: præterea
ſimplex Vicarius ea exequitur, quæ ad Epi-
ſcopum ex officio pertinent, quibus tamen
ob plurimas occupationes deſeruire non po-
teſt; Archidiaconatus verò officium habet
ab Epiſcopi officio ſeparatum, nec poteſt
Epiſcopus eius officium exercere. [Quare
cùm huiuſmodi vicariatus ipſius Archidiaco-
ni perſonæ, & dignitati inhæreat, per Epi-
ſcopi reuocationem ab eo auelli non poteſt,
Sbroz. *d. tract. lib. 3. q. 32. num.* 14. Narbo-
na *de appellat. à vicar. ad Epiſcopum p. 1. num.*
96. alter Narbona Germanus *d. l. 59. gloſ. 1.
num.* 16.]
37 Quamuis hodie Archidiaconi iuriſdictio
per conſuetudinem ſit imminuta, & ad Vica-
rium Epiſcopi pertineat, & licèt officium in
miniſtrando Epiſcopo in collatione Ordi-
num, & Chriſmatis confectione, & aliis ſi-
milibus retineat, tamen ſecundùm conſuetu-
dinem Eccleſiarum, eius officium attenditur;
conſuetudo enim per diuerſa loca præualet in
officiis, *cap. cùm olim, de conſuetud. cap. ad
hæc, de exceſſib. Prælator.* Vbi autem ceſſat
conſuetudo, ius commune attenditur, vt *in
tit. de offic. Archidiac.* Et caſu, quo Archi-
diaconus de conſuetudine eſſet aliis Dignita-
tibus inferior, prout in aliquibus Eccleſiis:
eſt tertia, vel quarta Dignitas, retineret ta-
men officium miniſtrandi Epiſcopo in Sacra-
mentis, iuxta ritum vniuerſalis Eccleſiæ; vt
etiam ſuprà attigimus.
38 Similiter de iure communi Archidiaconus
maior eſt omnibus poſt Epiſcopum, & Archi-
presbyter eius ſubiacet iuriſdictioni, *d. cap. 1.
cap. ad hac, de offic. Archid. cap. 1. de offic.
Archipresb.* & colligitur ex ordine titulo-
rum *de officio vtriuſque, in Decretal.* Barbat.
conſ. 5. num. 18. *lib.* 2. Stephan. Gratian. *diſ-
cept. forenſ. cap.* 211. *num.* 80. Azor. *d. p. 2.
lib. 3. cap. 35. q. 2. & 3.* Cardin. Tuſch. *d. lit.
A. concl. 482. ex num.* 11. [Petr. Gregor. *d. lib.
15. cap. 21. num.* 16. Valer. Regin. *d. lib.* 30.
tract. 3. num. 49. in princ. Beltramin. *in an-
not. ad Greg. XV. deciſ. 421. num.* 5. Rota
deciſ. 244. p. 1. recentiſſim. Marcel. Vulpe *in
praxi cap. 34. num.* 12.] in hoc tamen etiam
39 præualet † conſuetudo Eccleſiarum, vt Ar-
chipresbyter, vel Præpoſitus, aut alia Digni-
tas Archidiacono, & aliis Dignitatibus præ-
feratur, quia rationabilis eſſe poteſt diuerſa
in huiuſmodi rebus conſuetudo propter di-
uerſas cauſas, vel officia ſingulis Dignitati-
bus attributa, Cardin. Tuſch. *d. lit. A. concl.*
482. *num.* 22. & exemplum ponit Alex. *conſ.*
40 142. *Viſo proceſſu, lib.* 6. † in ciuitate Paduæ,
vbi Archipresbyter præcedit Archidiaco-
num ex antiqua conſuetudine, & ſic inſtallat
Abbatiſſas exemptas, & beneficiatos in ciui-
tate, Archidiaconus verò beneficiatos extra
ciuitatem. Quæ quidem conſuetudo, cùm
ſit contra Ius Canonicum, debet eſſe præſcri-
pta per quadraginta annos, aliàs non reuelat,
Barbat. *conſ. 5. num. 6. verſ. præmitto etiam,
lib.* 2. Cornel. *conſ. 155. col. pen. lib.* 4. Bart.
conſ. 136. lib. 1. Crauet. *de antiq. temporum,
§. 1. in 4. p. num.* 9. vbi *num. 12. & ſeqq.* re-
probat Aret. *conſ.* 23. refert Card. Tuſch. *d.
concl.* 482. *num.* 24. vbi *num.* 25. cum Alex.
d. conſ. 142. num. 6. ait tempus vacantis Di-
gnitatis deduci debere, & *num.* 29. poſt Gem.
in cap. pen. num. 6. de offic. deleg. lib. 6. dicit
quòd eadem eſt conſuetudo in Eccleſia Tau-
rinenſi quæ in Paduana. Ratio autem iuris
communis cur † Archidiaconus Archipres- 41
bytero præferatur (cùm alioquin Presbyter
Diacono ſit ſuperior, *cap. Diaconos, cum ſeqq.
39. diſt. cap. ſtatuimus, de maior. & obed.*) eſt
Dignitas, & officium, cùm propter miniſte-
rium ſemper Epiſcopo adhæreat, ac propter-
ea oculus dicatur Epiſcopi; Archipresbyteri
verò officium non eſt miniſtrare, cùm Dia-
conus, non Presbyter ſit miniſter; ſicut ergo
Diaconus Presbytero, ſic Archidiaconus mi-
niſtrat Epiſcopo, ac propterea eſt ſupra cæte-
ros maior apud Epiſcopum, ſicut Cardinales
apud Romanum Pontificem maiores Epiſco-
pis. In aliis verò Dignitatibus Diaconi con-
conſtituti non debent Presbyteris anteferri,
cap. peruenit, il 1. 93. diſt. niſi auctoritatem
gerant Prælati maioris, *cap. fin. ead. diſt.* Sed
& ipſi Archidiaconi cauere debent iuxta
præceptum, *cap. fin. 94. diſt.* ne dominari in
Sacerdotibus velint, nec in Clericos tyran-
nidem exercere, quod nec ipſis Epiſcopis eſt
permiſſum.
Intellige ſupradictam reſolutionem, qua- 42
tenus habet Archidiaconum præcedere Ar-
chipresbyter, vt procedat in adminiſtratione,
cùm in Diuinis Archipresbyter, vt præcedat
Archidiacono. gloſ. *verb. ſubeſſe, verſ. ſed
dato, in cap. 1. de officio Archipresbyteri*, Boër.
de auctoritate magni conſilij, num. 73. Anton.
de Prætis *in clypeo Paſtoralis officij, cap.* 637.
[Gam. *Luſit. deciſ. 1. num.* 47. Menoch. *conſ.*
51. *num.* 56. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.* 198. *num.* 35. Hermoſil. *ad Gregor. Lo-
pes ad gloſ. 2. prol. part. 5. num.* 72. nouiſſimè
Theodoſ. de Rubeis *in ſingularib. Rota tom.
2. p. 4. tit. de præcedent. Protonotar. num.* 11.
pag. 488. Contelor. *de præcedent. num.* 63.
Ferrus *d. tract. q. 5. num.* 12.] Aloyſ. Ricc. *in
praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 556 *in 2. edit. &
p. 4. eiuſdem praxis reſolut.* 394. *num.* 1. Lot-
ter. *d. lib. 1. q. 16. num.* 114. niſi Archidiaco-
nus ſit in Presbyteratus Ordine conſtitutus,
Bero. *conſ. 22. num. 31. lib.* 1. Cardin. Tuſch.
d. lit. A. concluſ. 482. *num.* 16. [Barbat. *conſ.
5. per tot. lib.* 2. Rot. *deciſ. 244. num. 2. cum
ſeqq.*

ſeqq. p. 1. recentiſſim. Lotter. *d. lib. 1. q. 16. num.* 115. Marcel. Vulpe *in praxi cap. 34. num.* 13.] quia tunc cùm ſit par etiam in Ordine, & maior in adminiſtratione, debet præcedere Archipresbytero, abſente Epiſcopo, in celebratione Miſſarum, in diebus ſolemnibus, & aliis relatis in quadam deciſione Sacræ Congregationis Rituum, *in vna Regien. 9. Decembris* 1600. cuius meminit Cardin. Tuſch. *loco proximè citato*, quæ ita habet. *Cenſuit Sacra Congregatio Archidiaconum dictæ Eccleſiæ, qui prima Dignitas poſt Pontificalem exiſtit, & Sacerdos nunc eſt, non quidem ex obligatione, ſed ex ſua voluntate, & deuotione, in decantione Miſſarum in diebus ſolemnibus, delatione ſanctiſſimi Sacramenti, benedictione candelarum, cinerum, & palmarum, & aliis huiuſmodi actibus, & functionibus Sacerdotibus Epiſcopo abſente præferendum eſſe Archipresbytero, neque allegatam conſuetudinem, quæ legitimè probata non fuit, eidem Archipresbytero ad excludendum Archidiaconum Sacerdotem, in caſu de quo agitur, ſuffragari:* refert etiam *Marc. Anton. Genuenſ. in ſua praxi Archiepiſcopali Neapoli. cap. 52. in nouiſſima editione.* & de illa meminit Marcel. Vulpe *d. cap. 34. num. 13. in fine.*

43 In Metropolitana Eccleſia Barenſi quatuor adeſſe Dignitates, nempe Archidiaconum, Archipresbyterum, & duos Primicerios Sacræ Rituum Congregationi narratum eſt, & pro parte Archidiaconi petitum, ad quam ex dictis Dignitatibus ſpectet ſanctiſſimum Sacramentum abſente, vel impedito Archiepiſcopo in ſolemni eius feſtiuitate, & per Octauam in proceſſione deferre, & Miſſas, ac Veſperas Pontificales cantare diebus in quibus Archiepiſcopus, ſi eſſet præſens, vel non impeditus, cantaret, necnon Miſſas, & Veſperas infra annum diſtribuere. *Eadem Sacra Rituum Congregatio, vt ſæpe aliàs in ſimilibus, ita nunc declarauit munia prædicta abſente, vel impedito Archiepiſcopo ad primam Dignitatem, vel ea impedita ad ſecundam, & ſucceſſiuè ad tertiam, vel quartam, & omnibus Dignitatibus abſentibus, vel impeditis ad primum, vel ſecundum Canonicum pertinere, ſub die 19. Ianuary* 1608. idem fuit deciſum *in vna Piſauren. 21. Marty* 1609. *& in Lamacen. 11. Nouembris* 1614. *& in Aretina 30. Ianuary* 1610. niſi ad alium pertineat abſente Epiſcopo prædictas functiones facere iuxta Eccleſiæ conſtitutiones, & antiquam, ac immemorabilem eiuſdem Eccleſiæ conſuetudinem, vt aliàs cenſuit *eadem Sacra Congregatio, in vna Iunenacen. 9. May* 1609.

44 Idem quoque fuit reſolutum in Rota, *in vna Viterbien. celebrationis Miſſarum 11. Decembris* 1609. coram bonæ mem. Cardin. Sacrato, quam deciſionem, quia in hac materia ſingularis eſt, hìc de verbo ad verbum tranſcribere operæpretium duxi, prout ſequitur. *Stante, quod modernus Archidiaconus Viterbien. eſt Sacerdos, dubitaui an in celebratione Miſſarum ſolemnium abſente Epiſcopo ipſe ſit præferendus Archipresbytero. Et licèt pro reſolutione ad fauorem Archidiaconi ſufficere viderentur deciſiones Sacræ Congregationis ſuper Ritibus, quæ dabantur, nec Rota contra illas fuiſſet aliquid vnquam attentatum; nihilominus quia informantes pro Archipresbytero inculcabant multas iuris concluſiones, quibus inſtabant ſatisfieri per deciſiones Rotales, iuxta conſtitutionem Py IV. ac etiam ſuper hoc porrexerunt Memorialia Sanctiſſimo, qui iuſſit fieri iuſtitiam, Domini examinando quæſtionem, cenſuerunt prætenſionem Archidiaconi eſſe iuſtam, & benè fundatam auctoritate, & ratione. Auctoritate Hoſt.* in cap. 1. num. 5. verſ. quid ſi Archidiaconus, de offic. Archipresb. *quem ibi ſequuntur Ioann. Andr. Archid. Butr. & alij paſſim. Et vanitas dicebatur dicere quòd* Hoſt. *non loquatur de celebratione Miſſarum, ſed de ſimplici præcedentia, in quibus ponit regulam Officij celebrationis Miſſarum ad fauorem Archipresbyteri, & poſtea format quæſtionem, quid ſi Archidiaconus eſſet Sacerdos, & tunc dicit quòd Archipresbyter ei cedere debet, quod eſt intelligendum retentis eiſdem terminis, & vt exceptio ſit de regula, & ſic vt cedat quoad celebrationem Miſſarum; & facit quia diſtinctio an ſit Sacerdos, vel ne niminè erat neceſſaria quoad præcedentiam, cùm nemo ſit qui neſciat præcedentiam deberi per Archipresbyterum Archidiacono, & ita poſt Hoſtienſem intelligunt Bero.* conſ. 22. num. 31. lib. 1. *Card. Tuſch.* in d. verb. Archidiaconus, concluſ. 482. num. 15. *Eandem concluſionem ad fauorem Archidiaconi firmat gloſ.* in cap. Pontifices, ver. quæ licita, iuncta *gloſſ.* in ver. quæ Sacerdotes 7. quæſt. 1. *& ne videretur oblita caſus, in quo adeſſet Dignitas Archipresbyteralis, allegat tex.* in cap. perlectis 25. diſt. *vbi de Archipresbytero, & illius officio fit particularis mentio. Ratio etiam non videtur deficere pro Archidiacono, quippè quia ipſe ſimpliciter loquendo eſt dignior, & eminentior Archipresbytero, & ob hanc rationem illi in Eccleſia & extrà præcedere debet, vt admittunt omnes* in d. cap. 1. *& latiùs proſequitur Barbat.* conſ. 5. lib. 2. per tot. *Conueniens igitur videtur maieſtati ſanctiſſ. Sacramenti, & decentiæ Eccleſiæ, vt per digniorem celebretur, niſi aliàs obſtet defectus Ordinum.*

Non obſtat, quòd hoc minus ſpecialiter repe- 45
riatur demandatum Archipresbytero, d. cap. 1. verſ. in Epiſcopi abſentia, *quia non propterea prohibetur Archidiacono, ſi ex aliis iuris regulis poteſt ad illum ſpectare; & non eſt nouum in iure, quòd idem officium pluribus competat, or-*

dinatiuè

dinatiuè tamen, itaut vnus alteri præferatur, vt in terminis celebrationis Miſſarum proſequitur Bero. conſuet. 22. num. 23. cum pluribus ſeqq. lib. 1. *Non etiam obſtat, quòd celebratio Miſſarum ſit de iis, quæ ſpectant ad Ordines, & in iſtis Archipresbyter dicatur maior Archidiacono; gloſſ. Hoſtienſ. & alij*, in d. cap. 1. *quia Doctores loquuntur cum præſuppoſito quòd Archidiaconus ſit qualis neceſſitas illius Dignitatis illum expoſtulat, hoc eſt ſimplex Diaconus, non enim ex neceſſitate tenetur ſuſcipere Sacerdotium*, cap. geſta. cap. vbi, 74. diſt. cum concord. *ſecus ſi fiat Sacerdos, quia tunc reſpectu Ordinis non eſt amplius maior, ſed par, vt benè ſe ipſum declarat Hoſt.* in d. cap. 1. num. 5. verſ. cùm ſit par in Ordine, *quem alij ſequuntur. Et facit, quia ordo ſacerdotalis non ineſt dignitati, ſed perſonæ, in cuius anima imprimitur character, & licèt vna Dignitas requirat perſonam maioris Ordinis, quàm altera, non propterea loquendo propriè dici poteſt, quòd vna Dignitas ſit Ordine Sacro maior, quàm altera. Atque hinc corruit aliud fundamentum quòd qualitas Sacerdotis ſit accidentalis, cùm illam ex neceſſitate ſuæ Dignitatis non teneatur ſuſcipere, proinde non ſit attendenda, ad notata* in l. qui habent, ff. de tutel. *quia ſi conſiderentur ſolæ Dignitates, nullo modo eis ineſt Ordo ſacer, ſi verò attendantur perſonæ, vtrique ineſt accidentaliter. Vnde cùm in hoc ſint pares, illa debet præferri, quæ in cæteris eſt dignior, per præallegata, & ita concluſum fuit.* Hactenus Rota, [quæ reperitur impreſſa inter recenriſſim. *p.* 1. *deciſ.* 244.]

46 Sed poterit dubitari, an impedito, ſeu nolente Epiſcopo Miſſas Pontificales per ſe ipſum celebrare poſſit, id munus alteri ſibi beneuiſo pro debito voluntatis demandare? In quo dubio Sacra Rituum Congregatio *in vna Algaren. ſub die* 20. *February* 1601. cenſuit non poſſe in præiudicium primæ Dignitatis, ad quam ſpectat, & *in Puteolana præeminentiarum, ſub die* 9. *Decembris* 1617. *& in Meliten.* 4. *Aprilis* 1615. † Nec ipſa prima

47 Dignitas pro libito in locum ſuum alium ſibi beneuiſum Canonicum, aut Dignitatem ſubſtituere poterit, ſed in eo munere proximorem Dignitatem ſuccedere, & deficientium vices ab aliis immediatè ſuccedentibus debere declarauit eadem Sacra Rituum Congregatio, *in vna Adrien. eodem die, & anno, & in vna Ciuitatis Caſtellana oppidi Arignani, ſub die* 22. *January* 1618. *& in alia Adrien. etiam* 22. *January* 1618. iunctis per me ad-

48 ductis, infrà *cap.* 31. † Quamuis ipſa prima Dignitas ſit coadiutor cum futura ſucceſſione, quia adhuc ex forma litterarum coadiutoriæ ad eum ſpectabit, abſente coadiuto, illas functiones, actus, & iuriſdictiones facere & exercere in omnibus, quas faceret ipſe coadiutus ſi præſens eſſet, vt declarauit eadem S. Congreg. *in vna Paduana* 14. *February* 1615.

Verùm quando de eadem Cathedrali concurreret in funeralibus Archidiaconus, qui eſt prima Dignitas, & Archipresbyter, qui eſt ſecunda, & cui incumbit cura animarum, & defert ſtolam, quique in Eccleſia dum facit officium præcedit, an debeat etiam in via præcedere, nulla probata ex alterius parte conſuetudine: Sacra Rituum Congregat. *in vna nullius ſub Troiana ſub die* 4. *May* 1613. declarauit dandam eſſe præcedentiam Archipresbytero ratione ſtolæ, refert Iul. Lauor. *var. lucub. tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 3. *num.* 211. 49

Archidiaconus, ſi ſit prima Dignitas, debet exercere officium Presbyteri aſſiſtentis cum pluuiali Epiſcopo celebranti iuxta formam Cæremonialis, illique Candelam, & Palmam benedictam miniſtrare, ſi ſit in Sacerdotali Ordine conſtitutus, ead. S. Rituum Congreg. *in vna Reatina* 10. *January* 1609. vbi etiam quòd recuſans cogendus eſt pœnis & cenſuris, *& in Brixien.* 28. *May* 1616. 50

† Et dum in aſſiſtentia eſt apud Epiſcopum, intelligitur præſens in Choro tam in Eccleſia Cathedrali, quàm in alia, vt *in vna Camerinen.* 15. *Marty* 1608. 51

Archidiaconus, qui ſuſtinet Baculum Epiſcopi dum celebrat ſolemniter, thurificandus eſt immediatè poſt Diaconos aſſiſtentes, vt cenſuit eadem Sacra Rituum Congreg. *in vna Bracharen.* 28. *Aprilis* 1607. quamuis ſit primus Archidiaconus, & alias prærogatiuas habeat, *in eadem* 19. *January* 1608. 52

Archidiaconus, qui ſit ex priuilegio Protonotarius, non lucratur fructus, & diſtributiones ſui Archidiaconatus, ſi eum habitu Protonotarij in Eccleſia, Choro, & Proceſſionibus, ac diuinis Officiis aſſiſtat, & ſi voluerit in ſua Eccleſia vti habitu Protonotarij, reputatur tanquam extraneus, & ei locus aſſignandus eſt, non inter Dignitates, & Canonicos, ſed poſt Abbates. † Et non poteſt in publicis functionibus in aſſiſtentia Epiſcopi, ac aliis actibus ſibi tanquam Archidiacono competentibus, vt habitu Protonotarij, ſed ſuo habitu Canonicali, vt cenſuit eadem Sacra Rituum Congregatio, *in vna Aſculana in Apulia* 6. *Marty* 1610. 53 54

Et licèt Archidiacono ſolita ſedes in Choro adimi non poſſit, attamen Vicarius Epiſcopi illum tam in Choro, quàm vbilibet præcedere debet, vt declarauit Sacra Congregatio Cardinalium, *negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum in vna Theatina* 6. *July* 1618. [& ſentiunt Ioan. de Annono *ſing.* 28. Seraph. *deciſ.* 639. *num.* 10. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Vicarius* §. 15. nouiſſimè Mich. Ferrus *de præcedent. Eccleſ. q.* 5. *num.* 8. 55

vbi

vbi *num.* 9. diſtinguit, quicquid contrarium tenent Menoch. *conſ.* 51. *& conſ.* 257. *à num.*
56 1.] † nam Vicarius generalis abſenre Epiſcopo deber habere primum locum ſuper omnes Dignitares, & Canonicos, non obſtante conſuetudine, aliíſque in contrarium, ſicut cenſuit Sacra Riruum Congregatio *in vna Andrien.* 7. *Auguſti* 1610. *& in alia Ferrarien.* 20. *Decemb.* 1614. *& in Meliteu.* 13. *Iulij* 1619. vbi quòd præcedit Capituló, & Clero.

57 Vicarius verò foraneus ratione ſui officij nullam habet præcedentiam in Choro, ſeſſionibus, proceſſionibus, & aliis actibus, & functionibus Eccleſiaſticis ſupra Archidiaconum, ſeu Archipresbyterum, & alios Presbytero ipſo Vicario antiquiores, & digniorés, ſed debet Vicatius ſtare, ſedere, & incedere, in loco ſuæ receptionis, & digniratis, ac ſi non eſſer Vicarius ram cum cotta, quam ſine illa, non obſtante quacumque ordinatione Epiſcopi in contrarium, præterquàm in congregationibus, quæ ſingulis menſibus de mandato Epiſcopi fiunr, in quibus ranquam Epiſcopi delegatus præcedere debet omnibus, non tamen in proceſſionibus, Miſſis, & aliis, quæ fiunr ante Congregationem, ita declarauit ſæpiſſimè eadem Sacra Rituum Congregatio *in Brunduſin.* 17. *Nouembris* 1600. *Marſien.* 11. *Aprilis* 1601. *Regien.* 2. *Martij* 1602. *Tropien.* 25. *Ianuarij* 1603. *Neocaſtren.* 13. *Aprilis* 1607. *Licen.* 16. *Octobris* 1604. *Tranen.* 29. *Ianuarij, &* 24. *Septembris* 1605. *Vmbriaticen.* 25. *Februarij* 1606. *Algaren.* 17. *Nouembris* 1607. *Nucerin.* 25. *Iunij* 1611. *Leotin.* 7. *Iulij* 1612. *Hydruntin. Soleti* 2. *Martij* 1613. *Licien.* 15. *Februarij* 1614. *Mediolanen. Corbetta* 3. *Nouembris* 1616. *Compſan. terra Auletta* 12. *Martij* 1618. *Meſſanen. terra Caſtri* 7. *Septembris* 1618. *Spoletanen. terra Caſcia* 23. *Martij* 1619. *Meſſanen. terra Nugara eadem die, S. Seueri oppidi turris maioris* 20. *Aprilis* 1619. *Meſſanen. Caſtri Regalis* 28. *Septembris* 1619. *Syracuſana* 22. *Auguſti* 1620. *Muren.* 30. *Martij* 1621. *Salernit.* 27. *Martij* 1628. *& Ariconen.* 22. *Decembris* 1629.

58 De dignitate, officio, & iuriſdictione Archidiaconi, qui plura ſcire cupit, legat *l.* 4. *tit.* 7. *p.* 1. Lancell. Conrad. *in templo omnium Iudic. lib.* 2. *cap.* 8. Guillelm. Durand. *in ſpeculo iuris lib.* 4. *ſub tit. de officio Archid.* Sarmien. *lib.* 3. *ſelect. cap.* 15. Grammat. *deciſ.* 64. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *&* 2. *verb. Archidiaconus*, Læl. Zech. *de Republ. Eccleſ. tit.* 24. *n.* 13. *cum ſeqq.* Petr. Greg. *ſyntagm. iuris lib.* 25. *c.* 20. Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunit. lib.* 3. *c.* 3. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. Fr. Hieronym. Roman. *de Republ. Chriſtiana, lib.* 3. *cap.* 10. Alovſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 5. *collect.* 1618. Cardin. Tuſch. *tom.* 1. *lit. A. concl.* 482. Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 7. *n.* 36. *cum ſeqq.* Galganet. *de iure publico lib.* 3. *tit.* 21. Sebaſt. Cæſ. *de Eccleſ. Hierarchia p.* 3. *diſp.* 12. §. 1. *de Archid.* Sbroz. *de offic. Vicarij, lib.* 1. *q.* 3. *à n.* 16. *& lib.* 2. *q.* 25. *per tot.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 84. *&* 85. [Anton. Fabric. *in praxi Eccleſ. benef. tit. de benef. cum Dignitate, perſonatu, & offic. à n.* 23. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 49. nouiſſimè Michael Ferr. *in tract. de præcedent. Eccleſiaſt. q.* 5. *per tot.*]

Capvt VI.

De Archipresbytero.

Svmmarivm.

1 *Archipresbyter poſt Archidiaconum habet dignitatem, & num.* 4.

2 *Archipresbyter dicitur quaſi Presbyterorum primus, ſiue præfectus.*

3 *Archipresbyter vocatur Decanus Presbyterorum.*

5 *Archipresbyter eſt duplex, vnus vrbanus, & alius ruralis.*

6 *Vrbanus Archibresbyter eſt qui in Vrbe degens, dignitati praeſt in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia.*

7 *Ruralis, vel foraneus Archipresbyter eſt qui ruri Eccleſia praeſt Parochiali, ſeu Plebaniæ.*

8 *Decanus ſolet appellari omnis ille, qui alicuius ordinis primus eſt.*

9 *Officium Archipresbyteri ciuitatis in Cathedrali Eccleſia quòd ſit de iure communi, oſtenditur.*

10 *Miſſas diſtribuit inter Dignitates, & Canonicos Archipresbyter, non ſemper vni; ſed ſucceſſiuè per ordinem.*

11 *Archipresbyter ſi non potuerit, vel noluerit celebrare Miſſas ſibi incumbentes, non poteſt pro ſuo arbitrio eas alteri delegare, ſed aliæ Dignitates, & Canonici per ordinem ſubintrant in eius locum.*

12 *Archipresbyter non debet ſe intromittere in regimine chori, quod ad ſolum Cantorem pertinet.*

13 *Archipresbyter quamuis ſit prima dignitas in choro, debet tamen cedere primum, ac digniorem locum celebranti.*

14 *Archipresbyter quomodo dicatur* in cap. 2. de offic. Archip. *Sacerdotibus Cardinalibus praeſſe, oſtenditur.*

15 *Epiſcopo ſolemniter celebranti aſſiſtit Archipresbyter, & Sacerdotibus tunc præcipit, vt ſacris ſe veſtibus induant.*

16 *Pœnitentes in feria quarta Cinerum ab Ecſia expellit Archipretbyter, & Feria quinta in Cœna cùm reconciliantur, Epiſcopo repræſentat.*

17 *Fontes benedicit Archipresbyter, & Pœnitentiam, aliaque Sacramenta pro Epiſcopo eo infirmo, vel abſente miniſtrat.*

18 *Archipresbyter eſt quaſi Parochialis Sacerdos omnium poſt Epiſcopum, videlicet in adminiſtratione Sacramentorum.*

19 *Cathedralis dicitur Parochia totius ciuitatis, vel diœceſis.*

20 *Archipresbyter omnibus de Diœceſi Sacramenta adminiſtrare poteſt.*

21 *Confeſsiones omnium de Diœceſi audit Archipresbyter, & abſoluit, præterquàm à caſibus Epiſcopo reſeruatis.*

22 *Pœnitentes ſolemniter Epiſcopo inconſulto non abſoluit, vel reconciliat Archipreſbyter.*

23 *Pœnitentiarius hodie in ſingulis Cathedralibus decreto Concilij Trid. inſtitui iubetur ad Cõfeſsiones pro Epiſcopo audiẽdas.*

24 *Vicarius natus Epiſcopi quoad ſpiritualia dicitur Archipresbyter.*

25 *Iuriſdictio, & aliorum cura Archipresbytero incumbens per contrariam conſuetudinem hodie ſublata videtur.*

26 *Officium Archipresbyteri hodie ſecundùm conſuetudinem Eccleſiarum attenditur.*

27 *Archipresbyter ruralis eam habet auctoritatem propter Parochiale officium, quam ei Epiſcopus dare voluerit.*

28 *Archipresbyteri officium non omnis Plebanus habet, ſed is tantùm, quem Epiſcopus ſtatuerit.*

29 *Archipresbyteri præferendi ſunt in proceſsionibus Vicariis Parochialiũ Eccleſiarũ.*

30 *Vicarius non dicitur poſsidere nomine proprio, ſed eius à quo deputatur.*

31 *Archipresbytero ratione ſtolæ debetur præcedentia.*

32 *Deciſio Sacræ Rotæ Romanæ refertur.*

33 *Archipresbyter nullam habet iudicialem iuriſdictionem in ſuo Archipresbyteratu, ſed omnia debet referre Epiſcopo, nec aliquid contra eius decreta ordinare poteſt.*

34 *Archipresbyter in Parochianos non habet iuriſdictionem fori contentioſi, ſed tantùm pœnitentialis.*

35 *Archipresbyter non poteſt inobedientes coërcere, atque pœnam iniungere, ſed omnia debet Epiſcopo denuntiare ad effectum, vt contra eos, prout ipſi viſum fuerit, procedat.*

36 *Archipresbyter poteſt amicabiliter, & non per viam iuris iurgia inter Sacerdotes, & Clericos orta in ſua Eccleſia componere.*

37 *Archipresbyter minora, ſeu minima, quæ expediri poſſunt abſque figura iudicij, per ſe ipſum determinare poteſt.*

38 *Doctores referuntur de Dignitate, officio, & poteſtate Archipresbyteri agentes.*

ARchipresbyter poſt Archidiaco- 1
num primam habet dignitatem, vt
probat tex. *in c. vlt. de offic. Archip.*
[& in dignitatem ſonat iure com-
muni attento, vt ſuprà dictum eſt *c. 4. n. 5 & 6.*
& ibi citatis addo *Rot. deciſ. 683. n. 2. p. 1. recen-
tiſsim.* & ſic eſt maior, & dignior Cantore,
Greg. XV. *deciſ. 482. n. 2.*] Vnde quemadmo-
dum inter Epiſcopos Epiſcoporũ primus ſiue
antiquiſſimus dici cœpit Archiepiſcopus, &
inter Diaconos primus, ſiue cæteris antiquior
dictus eſt Archidiaconus, ita † primus Presby- 2
terorum Archipresbyter vocatur, quaſi Pres-
byterorum primus, ſiue præfectus, [Petr. Greg.
ſyntagm. iuris p. 2. lib. 15. c. 21. num. 1. vbi ait
quòd à Presbyteri nomine Archipresbyter di-
citur, qui Sacerdotibus, ſeu Presbyteris certis
quibuſdam de cauſis præponitur.] Matt. *in
votis nouiſſ. deciſ. voto 77. n. fin.* Reginald. *in
praxi lib. 30. tract. 3. n. 49. verſ. 6.* ideo † vo- 3
catur Decanus Presbyterorum, à Rot. *deciſ.
533. n. 2. d. p. 2.* † & olim ſicut poſt Epiſcopum 4
Archidiaconus honore, dignitate, & iuriſdi-
ctione primus erat, ſic poſt Archidiaconum
proximus eſt Archipresbyter, vnde & poſt tit.
de offic. Archidiaconi, proximè ſequitur tit. *de
offic. Archipresbyteri.* Ita Azor. *inſtit. moral. p.
2. lib. 3. cap. 15. q. 1.* Sebaſt. Cæſar. nobilis Luſi-
tanus *in doctiſsima ſua relectione de Eccleſiaſt.
hierarch. p. 3. diſp. 12. §. 2. n. 1.* Anton. Fabric.
in praxi beneſ. tit. de beneſ. cum Dignitate n. 30.

Eſt autem duplex Archipresbyter, vnus vr- 5
banus, & alius ruralis, ſeu foraneus: † vrba- 6
nus eſt, qui in vrbe degens dignitati præeſt in
Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia; † ruralis 7
verò, vel foraneus, qui ruri Eccleſię præeſt Pa-
rochiali, ſeu plebanię, *cap. ſi in plebibus.* 63.
diſt. [nouiſſimè Mich. Ferrus *in tract. de præ-
cedent. q. 6. n. 1.*] † & hic propriè videtur di- 8
ci Decanus *in cap. ad hæc, in fine, de offic. Ar-
chid.* non quòd neceſſariò decem præeſſe de-
beat, ſed quia facta tranſlatione à perfectio-
ne denarij numeri Decanus ſolet appellari
omnis ille, qui alicuius Ordinis primus, &
pręcipuus eſt, Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris lib.
15. cap. 21. num. 13.* Sebaſt. Cęſar. *d. §. 2. num.
9.* Valer. Reginal. *citato loco.*

Officium Archipresbyteri ciuitatis in Ca- 9
thedrali Eccleſia de iure quidem communi eſt
primò curare, vt cęteri Sacerdotes diuina Of-
ficia, & Miſſas ritè celebrent, & eorum vitę, &
moribus ac correctioni poſt Epiſcopum pręeſt,
ſicut Archidiaconus cęteris Clericis, & eorum
neceſſitatibus prouidet, *cap. perlectis, verſ.
Archipresbyter 25. diſtinct. cap. 1. 2. & 3.
de offic. Archipresb.* Azor. *d. cap. 15. quæſ. 3.*

[Valer.

[Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *cap.* 3. *num.* 49. *verſ. ſexta.* Aſcan. Tamburin. *de iure, Abbatum tom.* 1. *diſput.* 25. *q.* 4. *num.* 3. Michael. Ferrus *d.q.6.num.*1.] Galganet. *de iure public.lib.*3. *tit.* 22. *à num.* 3.
10 Sebaſt. Cæſar.*d.§.*2.*n.*5. † & Miſſas diſtribuit inter Dignitates, & Canonicos, non ſemper vni,ſed ſucceſſiuè per ordinem,nempe ſolemniores inter Dignitates,&ſolẽnes inter Canonicos, ſeruata eorum prærogatiua, vt omnes honorentur, prout cenſuit Sacra Rituum Cõgregat. *in vna Tarentina Cyptaliarum* 27. *Februarÿ* 1610. *& in eadem Tarentin. Cyptalia-*
11 *rum* 24. *Octobris* 1609. fuit reſolutum † Archipresbyterum ins diſtribuendi Miſſas ipſo impedito ſecundæ Dignitati, deficientibus Dignitatibus primo Canonico, & ſic per Ordinem ſucceſſiuè; vnde ſi ipſe non potuerit, vel noluerit celebrare, non poteſt ſuo arbitrio Miſſas alteri delegare: ſed Dignitates,&Canonici per Ordinem ſubintrare eius locum,vt ſupra dictum eſt, ita *d. Tarentin.* 3. *Septembris*
12 1605. vbi etiam fuit dictum quòd non † debet ſe intromittere in regimine Chori, quod ad ſolumCantorem pertinet:& quamuis ſit prima
13 Dignitas in Choro, † debet tamen cedere primum, ad digniorem locum celebranti, eadem Sacra Rituum Congregatio *in vna Arboren. in Sardinia* 27. *Iuly* 1610.

14 Archipresbyterum etiam Sacerdotibus Cardinalibus præeſſe, & eorum miniſterium, & vitam prouidere, ait Leo Pont. *in cap.* 2. *de offic. Archipresb.* quod ad Sacerdotes principales referẽdum eſſe explicat *ibi* gloſſ. Sed qui ſint iſti principales, ſeu Cardinales Sacerdotes, qui Archipresbyteris ſubſunt, non dicit, ideo reiectis latè traditis per Quintanad. *Eccleſiaſt. lib.* 4. *ex num.* 42. non malè, vt ipſe credit, explicat Duaren. *de Sacram. Eccleſ. miniſt. lib.* 1. *cap.* 8. *& cap.* 13. dum interpretatur loqui Pontificem de Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, qui cum Epiſcopo rem diuinam faciunt, atque vnum corpus conſtituunt,& in hunc ſenſum dicuntur Cardinales Sacerdotes,tanquam principales,eò maximè, quia text. ille agit de illis, qui per ſingulas horas ſolemne agere debent officium per totum anni curſum, quod Canonicis incumbit Cathedraliũ,& de his magis agere videtur dictus tex. à Quintanad. *citato loco* relatus *in cap. fraternitatem* 71. *diſt.* ibi, *Eccleſia tua Deo propitio conſtituere Cardinalem*, alloquitur enim *ibi* Gregorius Epiſcopum Neapolitanum, & in eiuſdem Eccleſia iubet conſtitui Gratianum Diaconum Cardinalem, quod ad Parochos adæquare, & propriè referri non poteſt.

15 *Secundò*, Epiſcopo ſolemniter celebranti aſſiſtere, & Sacerdotibus tunc præcipere, vt ſacris ſe veſtibus induant, & quomodo ad

Barboſ. de Canonic. & Dignitatib.

Miſſam procedere debeant, *cap. officium, de offic. Archipresb.* Azor. *d. cap.* 15. *q.* 3. & abſente, vel infirmo Epiſcopo ad vicem eius Miſſarum ſolemnia, & diuina Officia celebrare, *d. cap. perlectis, cap.* 1. *&* 2. *de offic. Archiep.c.Pontifices,*& *ibi* gloſ. 7.*q.*1.

Tertiò, feria quarta Cinerum cùm pœni- 16
tentes ab Eccleſia expelluntur, eorum capitibus cineres imponere; item feria quinta in Cœna Domini cùm reconciliantur in ingreſſu Eccleſiæ, eos Epiſcopo repræſentare, Pont. Rom. *p.*2. *tit. de expulſ. publ. pœnit. feria quarta Cinerum, pag.* 543. Caſtald. *in praxi cæremon. lib.*1. *ſect.*8. *c.*7. *num.* 5.

Quartò, in abſentia Epiſcopi, vel ipſo infirmo 17
fontes benedicere, & Pœnitentiam, aliaque Sacramenta pro ipſo Epiſcopo miniſtrare, *d. cap.* 2. *de offic. Archip.* & ipſi ſpecialiter cura incumbit in communicatione Corporis & Sanguinis Domini, *d. cap. Officium, iuncta gloſſ. eod. tit.* Azor. *d.c.*15.*q.*3. Et deniquè ſicut Archidiaconus Epiſcopo in his, quæ ad miniſtri officium pertinent, ex officio adiuuat, ita Archipresbyter in his, quæ ad munus Sacerdotis ſpectant, eidem inſeruit, *cap.* 1. 2.
& 3. *eod. tit.* † & eſt quaſi Parochialis Sa- 18
cerdos omnium poſt Epiſcopum, in adminiſtratione videlicet Sacramentorum, *cap. in capite,* 50. *diſt. d. cap. officium*, vbi gloſſ. *verb. à foris.*

Dignitate enim præeſt, & habet curam ani- 19
marum in Cathedrali, quæ Parochia totius ciuitatis, & diœceſis dicitur, Vbald. *par.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 24. *& ſeq.* Lauor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 64. Piaſec. *in praxi Epiſc. p.*2. *cap.*3. *num* 24. *verſ. circa feſtum.* Card. *in Clem. dudum, §. verum, de ſepult.* quem refert Bellet. *diſquiſit. clerical.p.*1. *tit de bonis Cleric.*
§. 3. *num.* 43. † Nam & ipſe omnibus de diœ- 20
ceſi Sacramenta miniſtrat, gloſſ. *verb. ſubdito, in cap.* 2. *de pœnit. lib.* 6. Ant. Cuch. *lib.* 5. *inſt. maior. tit.*4.*n.*168. Sanch. *de matrim. lib.*3. *diſp.* 27.*n.*1. Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ,*
verb. Sacramẽtum 2. † ac proinde Confeſſio- 21
nes omnium de diœceſi audit, & abſoluit, ac pœnitentias iniungit, *d.c. officium*, Azor. *d. c.* 15.*q.*8.*verſ.quare*, Sbroz. *de offic. Vicar. lib.*2.*c.* 14. *num.* 2. Oldrad. *conſ.* 230. *num.* 2. *in fine*, præterquam in caſibus Epiſcopo reſeruatis ſine ipſius auctoritate, ſecũdùm Hoſt. & Ioan. Andr. *in cap. ſi Epiſcopus, de pœnit. & remiſſ. in* 6. Sylneſt. *in ſum. verb. Archipresbyter*, *q.* 2.
Azor. *d. c.* 15. *q.* 8. † Nec ſolemniter pœni- 22
tentes eo inconſulto abſoluit, vel reconciliat. gloſſ. per tex. ibi *in d.c. officium, c.*2. *eod. tit.* Sed hodie ex decreto *Concilij Triden. ſeſſ.* 24. *de*
reform. cap. 8. *verſ. pœnitentiarius*, † proprius 23
Pœnitentiarius in ſingulis Cathedralibus inſtitui iubetur ad Confeſſiones pro Epiſcopo

audiendas, de quo multa videbis apud Salaz.
de Mandoça in libello de inſtitut. Canonicatus
Pœnitentiariæ, Nicol. Garc. de benef. p. 5. cap.
4. num. 140. cum multis ſeqq. Nouar. in fin.
Canon. concluſ. 17. & plures alios per me cita-
tos de offic. & poteſt. Epiſc. parte 3. allegat. 55.

24 Et quoad ſupradicta ſpiritualia dicitur Ar-
chipresbyter Vicarius natus Epiſcopi, gloſ.
verb. ſuo ſubdito, in d. c. 12. de pœnit. & remiſſ.
lib. 6. Bald. conſ. 161. Caſus ſuper quo, num. 11.
lib. 2. Card. Tuſch. tom. 1. litt. A. concl. 485. num.
2. Bero. in rub. de offic. deleg. num. 9. & conſ. 22.
num. 3. volum. 1. Decian. reſp. 16. num. 20. vol. 2.
[Franc. Leo in theſauro fori Eccleſ. p. 1. cap. 10.
num. 2. verſ. ſexta] Sbroz. de offic. Vicarij. lib.
1. q. 3. num. 18. & lib. 2. q. 14. num. 2. Azor. d.
cap. 15. q. 4. verſ. alter verò, Moner. de diſtri-
but. quotid. p. 2. q. 1. num. 26. verſ. ratio, Nar-
bona de appellat. à vicario ad Epiſcop. par. 1.
num. 22. & Ordinaria à lege ratione Officij,
& Dignitatis ſibi tributa fruitur iuriſdictio-
ne, gloſſ. verb. referant, in cap. vlt. de offic.
Archip. Azor. d. cap. 15. q. 6. Narbona d.
par. 1. num. 30. Monet. d. q. 1. num. 26. in fine.

25 Verùm in his omnibus Archipresbyteri iu-
riſdictio imminuta videtur, quæ ad Vicarium
nunc Epiſcopi ſpectat, & ſic iuriſdictionem,
& aliorum curam Archipresbytero incum-
bentem per contrariam conſuetudinem ho-
die ſublatam videri refert Moner. dict. quæſt.
1. n. 28. vt de Archidiacono diximus, & ſecun-
26 dùm conſuetudinem Eccleſiarũ, eius † Offi-
cium attenditur, quia generaliter in hac ma-
teria exaudiendam eſſe conſuetudinem fir-
marunt Hoſt. in fine ſum. d. titul. de offic. Ar-
chipresbyt. Rot. deciſ. 9. de præbend. in nouis,
Boër. deciſ. 286. num. 5. Nicol. Garc. de be-
nef. p. 3. cap. 4. num. 26. & p. 5. cap. 1. num. 256.
cum ſeqq. quamuis à iure communi id retinere
videatur quòd Epiſcopo celebranti aſſiſtat, &
fontes conſecret, & ſimilia Sacramentalia exe-
quatur, Pont. Roman. & Caſtald. citatis lo-
cis.

27 Archipresbyter ruralis eam habet auctori-
tatem, præter Parochiale Officium, quam ei
Epiſcopus dare voluerit, vide cap. cùm ab Ec-
cleſiarum, de offic. Ordin. & in Concil. Trident.
ſeſſ. 5. de reformat. cap. 2. ſalubriter diſponi-
tur, vt Archipresbyteri, & alij curam anima-
rum habentes diebus ſaltem Dominicis, &
feſtiuis ſolemnibus plebes ſibi commiſſas pro
ſua, & earum capacitate paſcant, ſalutaribus
verbis docendo ea quæ ſcire omnibus neceſ-
ſarium eſt ad ſalutem, annunciandóque eis
cum breuitate, & facilitate ſermonis vitia,
quæ eos declinare, & virtutes quas ſectari
oporteat. De iure autem communi, de quo
in cap. fin. de offic. Archipr. præeſt plebibus,
vt ſcilicet non ſolùm imperiti vulgi ſolicitudi-
nem gerat, verùm etiam Presbyterorum, qui
per minores Eccleſias habitant, & qua vnuſ-
quiſque induſtria diuinum opus exerceat,
Epiſcopo ſuo denunciet, nihil autem eo in-
conſulto, nec contra eius decreta facere de-
bet, ita Duaren. de ſacris Eccleſiæ miniſt. lib.
1. cap. 8. Petr. Greg. d. lib. 15. cap. 21. num. 14.
Azor. d. cap. 15. q. 4. verſ. alter, Sebaſt. Cæſar.
d. §. 2. num. 2. [Valer. Reginald. d. lib. 30.
tract. 3. num. 49. verſ. ſexta.]

Vnde non omnis Plebanus habet huiuſmo- 28
di Archipresbyteri officium, ſed is tantùm,
quem Epiſcopus ſtatuerit; & hi vocari ſo-
lent Viſitatores, aut Vicarij foranei, quorum
opera Epiſcopus in tota vtitur Diœceſi, cap.
vlt. de offic. Archipresb. † Sunt autem Ar- 29
chipresbyteri præferendi in Proceſſionibus
Vicariis Parochialium, vt cenſuit Rot. deciſ.
326. Fuit concluſum, part. 2. diuerſ. ex eo,
quia nomen Archipresbyteratus de iure ſo-
nat in dignitatem, Rot. deciſ. 9. de præbend.
in nouis, & deciſ. 1. de offic. Archipresbyt. in
antiq. † Vicarius verò non dicitur poſſidere 30
nomine proprio, ſed eius, à quo deputatur,
Vitalin. in Clem. vnic. num. 22. & 23. de officio
Vicarij, Lap. alleg. 1. num. 7. verſ. ſecus in tempo-
ralibus; & potentius eſt ius, quod quis habet
iure proprio, quàm alieno. Iaſ. in l. more, num.
4. de iuriſdict. omn. iudic. quem citat Theodoſ.
de Rubeis in ſingul. ex Sac. Rota Rom. deciſio-
nibus ſelectis p. 1. circa deciſ. Lancell. pag. 343.
vbi pag. 348. refert, in vna Pampilonen. antela-
tionum 10. May 1577. coram Card. Lancell. ſen
fuiſſe dictum, quòd ſicut Archipresbyter de-
bet præferri Vicario Parochialis, ita etiam illi
eſt pręferendus Clerus dicti Archipresbytera-
tus. † Et Archipresbytero ratione ſtolę debe- 31
ri pręcedentiam, cenſuit Sacra Rituum Con-
gregat. in nullius 12. Maij 1612.

Quam autem habeat iuriſdictionem Ar- 32
chipresbyter in ſuos Parochianos, Clericos,
& Sacerdotes nullibi meliùs explicatur, quàm
in vna Materanen. officij Archipresbyteratus
11. Decembris 1598. coram Litta, impreſſa
per Farin. poſt lib. 2. conſil. deciſ. 129. cuius
tenor talis eſt; Stante reſolutione facta in hac
cauſa ſub die 15. Iunij proximi præteriti, quòd
tam Archiepiſcopo, quàm Archipresbytero
dandum ſit mandatum de manutenendo, in iis
tamen, quæ vnicuique competunt tam ex diſ-
poſitione iuris communis, quàm Conc. Trid.
hinc deſcendendo ad particularia nondum de-
ciſa dubitatum fuit an circa infrà ſcripta tria
capita eſſet ita fundata intentio ipſius Ar-
chipresbyteri contra Archiepiſcopum, vt ei
dari debeat mandatum de manutenendo.

Primum caput eſt, an poſſit ſumere infor- 33
mationes ſuper Matrimoniis à forenſibus con-
trahendis, & illas tranſmittere Ordinario
pro gratia obtinenda, iuxta diſpoſitionem
Concilij Triden. cap. 7. ſeſſ. 24. de reformat.
Matrimon.

Matrimon. *circa quod fuit reſolutum Archipresbyterum poſſe quidem in executionem dicti Conc. Trid. ſumere informationes ſuper Matrimonÿs à forenſibus indiſtinctè iuxta declarationem Illuſtriſſ. interpretum eiuſdem Concilÿ*, de qua in ſum. Archiepiſc. num. 5. *& vlterius intelligendo de informatione aſſumenda extraiudicialiter, & non in figura iudicÿ, nec cum receptione teſtium formaliter, cùm iſta fieri non poſsint abſque iuriſdictione, quam Archipreſbyter ipſe non habet, cùm eius effectus ſit omnia referre ad Epiſcopum, nec aliquid contra eius decreta ordinare, vt dicit tex.* in cap. fin. in fine, de offic. Archipresb. *vbi expreſsè Abb.* ſub
34 num. 1. verſ. quæro an ſit Archipresb. † *Tamen non poſſe procedere contra quemquam in figura iudicÿ; & facit quia Archipresbyter non habet iuriſdictionem fori contentioſi in Parochianos, ſed tantùm fori pœnitentialis, vt tenet Petrus de Peruſ.* in tract. de vnion. Eccleſ. cap. 7. num. 3. *Card.* in Clem. 1. q. 2. & 7. de præb. *vbi etiam Imol.* num. 7. *hoc notat.*

35 *Secundum caput eſt; an poſsit ſibi inobedientes in eius officio coercere, eiſque pœnam iniungere? Circa quod fuit reſolutum eum non poſſe inobedientes in eius officio coërcere, nec pœnam eis iniungere, cùm corrigere, & imponere pœnas abſque iuriſdictione eſſe non poſsit, quam Archipresbyter non habet, licèt habeat facultatem eos admonendi, vt munera eis iniungenda præſtent, & facienda ſuo loco, & tempore faciant, prout decet; in caſu inobedientiæ habent facultatem referendi omnia Epiſcopo ad effectum, vt contra eoſdem, prout illi viſum fuerit expedire, procedat; ita notat Anchar.* in d. Clem. 1. in fine, *& alÿ Canoniſtæ* in cap. 1. & 3. de offic. Archipresb.

36 *Tertium caput eſt, an poſsit iurgia inter Sacerdotes, & Clericos orta in ſua Eccleſia componere, & excitantem clamorem in Choro, vel ſacrario punire? Circa quod Domini dixerunt eum poſſe admicabiliter, & prout decet bono Religioſo, iurgia inter Sacerdotes, & Clericos orta in ſua Eccleſia componere; ſed non per viam iuris, excitantes autem clamorem, vel diſcordias ſeminantes in Choro, vel in Sacrario poſſe quidem admonere, vt à prædictis deſiſtant, ſed non propterea eos punire poſſe, cùm, vt dictum eſt, ius coercendi, & puniendi præſupponat iuriſdictionem fori contentioſi, quam non habere Archipresbyterum ex ſupradictis liquet.*

37 *Nec ſupradictis obſtare dixerunt Domini quòd Archipresbyter minora, ſeu minima per ſeipſum determinare poſsit, abſque eo quòd referat Epiſcopo, vt dicit gloſſ.* ind. cap. fin. in verb. referre, in fine, de offic. Archipresbyt. *cuius dictum ſequitur Abb.* in verſ. obliu. *quia intelligi debet de his minoribus, ſeu minimis, quæ determinare poſsit abſque figura iudicÿ, vel in figura iudicÿ, ſecundùm tamen ordinem ipſius Epiſcopi, vt declarant addentes ad dictam gloſſ. & probant verba finalia dicti tex. ibi*, cuncta tamen referant ad Epiſcopum, ne aliquid contra eius decreta ordinare præſumant.

De officio, munere, & poteſtate Archi- 38
presbyteri qui plura alia ſcire cupit, conſulat Gregor. Lop. per tex. ibi, *in l. 8. tit. 6. par.* 1. Lancellot. Conrad. *in templo omnium iudic. lib. 2. cap.* 11. Guillelm. Durand. *in ſpeculo iuris, lib. 4. ſub tit. de offic. Archipresbyt.* Emman. Sa *in aphoriſm. verb. Archipresbyter.* Duaren. *de ſacris Eccleſ. miniſt. lib. 1. cap.* 8. Hieron. Roman. *de Republ. Chriſtian. lib. 3. cap. 10. verſ. ſuccede, fol. 202. verſo*, Petr. Gregor. *Syntagm. iuris, lib. 15. cap. 21.* Ioan. Garc. *de expenſ. cap. 9. num. 5. & 6.* Anton. Fabr. *in praxi & theorica de re beneſ. tit. 9. de beneſ. cum Dignitate, num. 30. cum ſeqq.* Flores de Mena, *var. 1. lib. 1. q. 4. num.* 17. Læl. Zech. *de repub. Eccleſ. tit. 24. num.* 14. Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap.* 15. Galganct. *de iure publico, lib. 3. tit.* 22. Sebaſt. Cæſar. *in relect. de Eccleſiaſt. hierarch. p. 3. diſp. 12. §. 2.* [Valer. Reginald. *in prax fori pœnit. lib. 3. tract. 1. cap. 3. num. 49. verſ. ſexta*, nouiſſimè Mich. Ferrus *in tract. de præced. Eccleſ. q.* 6.]

CAPVT VI.

De Decano.

SVMMARIVM.

1 [*Decanus quare appellatur, qui inter Canonicos alicuius Eccleſiæ primas tenet.*]

2 *Decanus de iure nullam habet iuriſdictionem, ac proinde non ſonat in Dignitatem, niſi pro tali habeatur.*

3 *Decanus in tota ferè Hiſpania, & Gallia in Cathedralibus primum locum obtinet, & dicitur maior Dignitas poſt Pontificalem.*

4 *Decanus in Capitulo, & in Collegio habet primam vocem.*

5 *Archidiaconus vbi non adeſt, in illius locum ſuccedit Decanus.*

6 *Dignitas prima ſemper eſt, & vocatur prima Dignitas, licèt Vicarius ſedeat in ſuo loco.*

7 *Dignitas prima habet munus ordinandi proceſsiones intra, & extra ciuitatem abſente Epiſcopo, & non Vicarius.*

8 *Decano Capituli, & non Cantori pertinent aliquæ præeminentia in Choro.*

9 *Decanatum qui conſequi vult nullo Concil. Trident. Decreto tenetur eſſe Magiſter, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, aut Iure Canonico.*

10 *Dignitas prima poſt Pontificalem, & prin-
cipalis in Collegiata non poteſt eſſe iudex
ordinarius, ſeu delegatus appellationum
in Regnis Caſtellæ, & Legionis.*
11 *Doctores referuntur de officio, & munere
Decani agentes.*

1 [DECANVS ille propriè dicitur, qui
decem præeſt viris, teſte gloſſ. *in
rub. de Decanis lib.* 12. Briſſon. *verb.
Decanus*, Petr. Greg. *ſyntagm. iuris
p. 2. lib. 15. cap. 21. num.* 13. Anguian. *de le-
gib. lib. 2. controu. 4. num.* 9. Sed tranſlatione
facta à perfectione, & præſtantia denarij nu-
meri, Decanus dicitur præcipuus inter aliquos
eiuſdem Ordinis, vel ſtatus; ſic enim quemad-
modum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Ca-
nonici tanquam digniores Decumani appel-
labantur, vt *in l. non plures, C. de ſacroſ. Ec-
cleſ.* ita & is, qui inter Canonicos alicuius Ec-
cleſiæ primos, & principatum tenet, eique
præficitur, ſolet Decanus vocari, gloſ. *verb.
ad Decanum, in cap. cùm inter, de elect.* qui in
Capitulo honorabilior videtur pars Capituli,
*cap. poſt electionem, de conceſſ. prab. cap. cùm
inter vniuerſos* 18. *de elect.* Valer. Reginald.
in praxi fori pænit. lib. 30. tract. 1. num. 48.
Inter Cardinales etiam præcipuus eorum De-
canus appellatur: & inter Rotæ Auditores
honorabilior Decanus eſt in capella Papæ,
propter miniſterium, quod vocatur Mitræ.
Anton. Fabric. *in praxi benefic. tit. de benefic.
cum dignitate, num.* 42. *&* 43. Petr. Greg. *d.
cap. 21. num.* 13.]
2 Iure tamen communi attento Decanus
nullam habet iuriſdictionem, ac proinde non
Dignitatem, niſi pro tali habeatur, vt dixi-
mus ſuprà *cap. 4. num. 31. & ſeqq.* Vnde de
iure Archidiaconos præcedere Decano re-
ſoluit nouiſſimè Mich. Ferrus *in tract. de præ-
3 cedent. Eccleſ. q. 5. num. 2.*] † In aliquibus ta-
men partibus, prout in Luſitania, & tota fe-
rè Hiſpania, & Gallia, locum Archidiaconi,
qui de iure primus eſt, in Cathedralibus ob-
tinet, & tunc dicitur maior Dignitas poſt
Pontificalem, hoc eſt, ei poſt Epiſcopũ maior,
& principalior Cura, & Collegij adminiſtra-
tio competit, vt per Roder. Zamoten. *in ſuo
ſpeculo humanæ vitæ, lib. 2. cap.* 13. [Valer.
Reginald. *in praxi fori pænit. lib. 30. tract. 1.
cap. 3. num.* 48. vbi refert in omnibus ferè
Eccleſiis Galliæ conſuetudinem obtinere vt
Decanus habeat iuriſdictionem in Capitu-
lum, ſeu Collegium Canonicorum, illique
præſit. nouiſſimè Mich. Ferrus *de præcedent.
Eccleſ. q. 5. num. 3. cum ſeqq. & q. 21. num. 1.*]
Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. p. 4.
4 reſolut. 394. num.* 6. † habétque in Collegio
primam vocem, Caſſan. *in catalogo gloriæ mun-
di, p. 4. conſid.* 37. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 394.
num. 6. & ideò Rot. *deciſ. 533. num. 5. & 6.
p. 2. recent.* dixit quòd vbi † Archidiaconus 5
non adeſt, in illius locum ſuccedit Decanus.
[Et quamuis quandoque in iure Archidiaco-
no præferri videatur Decanus, vt *in cap. ad
aures §. 1. de reſcript.* & patebit ſi expendas
in illa Eccleſia, cuius meminit tex. *in cap. eam
te, de reſcript.* adfuiſſe Archidiaconi Digni-
tatem, & tamen in reſcripto dumtaxat De-
cani facta fuit mentio, & reliquæ perſonæ de
Capitulo ſub cumulo, inuolucroque verbo-
rum fuerunt comprehenſæ, quod dubium
non eſt quin Archidiaconus omnibus alijs
Dignior exiſtat, & poſt Epiſcopum primum
locum occupet ipſo Decano Eccleſiæ Cathe-
dralis abſente, tex. expreſſus *in cap. ad hæc,
verſ. ſecundum, de offic. Archid.* Nihilominus
tamen id intelligendum eſt procedere, & ini-
tium ſumpſiſſe non ex lege aliqua, ſiue Ca-
none ſcripto, ſed ex conſuetudine, à qua hęc
Decanatus Dignitas originem traxit, fuiſſe-
que merum conſuetudinis inuentum, certiſſi-
mum eſt. Coſm. *in prag. ſanct. tit. quomodo
diuinum officium §. ſuper his, verb. Decanus*,
Anguian. *d. lib. 2. controu. 4. num. 6. & 7.*
quoties enim mentio fit in iure de aliquibus
Prælatis gratia exempli, ſeu doctrinæ cauſa
dumtaxat, non debet attendi, nec ſeruari or-
do ſcripturæ, iuxta tex. *in cap. cùm in cunctis,
§. inferiora*, ibi, *Decanum, Archidiaconum,
&c. de elect.*]
Dignitas prima ſemper eſt, & vocatur pri- 6
ma Dignitas, licèt Vicarius generalis ſedeat
in ſuo loco, vt declarauit S. Rituum Congreg.
in vna Placentina 19. *Maij* 1607. *in 4. dub.*
† Et habet munus ordinandi proceſſiones 7
intra, & extra ciuitatem abſente Epiſcopo,
eadem S. Congreg. *in vna Tarentina* 10. *Ia-
nuarij* 1597. Vicario autem præſente, ad il-
lum ſpectabit; eadem S. Congrg. *in Vigilien.
28. Septembris* 1630. *& in Biſuntina 3. Apri-
lis* 1631. *& antea in vna Tarentin.* 10. *Ia-
nuarij* 1597. At verò nouiſſimè S. Congreg.
Rituum *in Caſſanen.* 5. *Martij* 1633. cen-
ſuit munus ducendi, dirigendique proceſſio-
nes abſente Epiſcopo eſſe Vicarij generalis
functiones ſolemnes, quas, ſi Epiſcopus prę-
ſens eſſet, obiret, Epiſcopo abſente, vel im-
pedito ſpectant ad digniorem de Capitulo,
non autem ad hebdomadarium, eadem S.
Congreg. Rit. *in Pennen.* 15. *Februarij* 1633.
† Et Decano, maiori Capitulo Dignitati, & 8
non Cantori, pertinent aliquę pręeminen-
tię in Choro, & pręſertim mandare incipi
Officia, dare ictum in ſignum incipiendi le-
ctiones, & facere ſignum exeundi de Choro,
eadem S. Congreg. *in vna Vlixbonen. 2. Se-
ptembris* 1597. [Et Canonici exire volentes
de Choro, ne punctentur, non Cantori, ſed
Decano digniori de Capitulo in choro exi-
ſtenti

ſtenti veniam petere debent, Sacra Congreg. Rit. *in dicta Caſſanen. 5. Martij* 1633. Vide infr. *cap. 9. num.* 12. Maiori enim Dignitati competit manutentio in pręeminentia, Poſt. *de manutent. obſ. 45. num.* 12.]

9 Nullo Concilij Tridentini Decreto ſtatutum eſt vt qui Decanatum conſequi velit, is neceſſariò ſit Magiſter, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, aut Iure Canonico, vt reſcripſit Sacra Congreg. Concilij Archiepiſcopo Hiſpalen. teſte Nicol. Garc. *de benef. p. 7. c. 7. n.* 43. & Zerola *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Canonia* §. 2. *in fine*, & Aloyſ. Ricc. *deciſ.* 248. *num. 5. p.* 4.

10 [Prima Dignitas poſt Pontificalem, quæ de conſuetudine in tota ferè Hiſpania eſt Decanatus, & maior in Collegiata, non poteſt eſſe iudex ordinarius, ſeu delegatus appellationum in tota Prouincia Toletana, vt ſtatuit Paulus V. *in ſua conſtit. incip. Eccleſia vniuerſa, ſub die 17. Auguſti* 1615. quam Gregorius XV. *ſua conſtit. incip. Aliàs à felicis, ſub die 9. Maij* 1622. extendit ad Eccleſias omnes Metropolitanas, Cathedrales, & Collegiatas totius Regni Caſtellæ, & Legionis.

Cur autem aliquando fiat mentio in iure & in reſcriptis Apoſt. de Decano, & Capitulo ſimul, quaſi Decanus, ſicut cæteræ Dignitates non ſit de Capitulo? vide infrà *cap. 42. poſt num. 23. verſ. hinc etiam.*]

11 Plura de officio, & munere Decani ſi quis ſcire cupit, conſulat [Caſſ. in *catal. gloria mundi p. 4. conſid.* 37. Boer. *de authoritate magni conſil. à num.* 71.] Fr. Hieron. Roman. *de Repub. Chriſtiana lib. 3. cap. 10. in princ.* Azor. *inſtit. moral. par. 2. lib. 3. c.* 17. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concluſ.* 60. Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic. lib. 1. quæſt. 1. num.* 86. Vincent. Filliuc. *in qq. moral. tom. 3. tract. 41. c. 1. num.* 29. Iſidor. Moſcon. *de maieſt. militantis Eccleſiæ, lib. 1. part. 1. cap. 13. paulo poſt principium.* [Anton. Fabric. *in praxi benefic. tit. de benefic. cum dignitate, perſonatu, vel officio, num. 41. cum ſeq.* Anguian. *de legib. lib. 2. controu. 8. n. 5. cum ſeq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 1. num.* 48. nouiſſimè Mich. Ferr. *in tract. de præcedent. Eccleſiaſt. q.* 21.]

CAPVT VIII.

De Theſaurario, Sacriſta, & Cuſtode.

SVMMARIVM.

1 *Theſaurarius à theſauro Eccleſiæ cuſtodiendo appellatur.*

2 *Sacellarius vocatur à paruo ſacco, quem ferebat ſecum.*

3 *Theſaurarius cimeliarcha Græco nomine dicitur, id eſt, rerum pretioſarum aſſeruator, ſeu cuſtos.*

4 *Theſaurarius olim nullam Dignitatem, aut beneficium, ſed tantùm Officium Eccleſiaſticum habebat.*

5 *Theſauraria ex conſuetudine, & omnium ferè Eccleſiarum Cathedralium ſtatutis inter Dignitates referri cœpit.*

6 *Theſauria ex quibus probetur Dignitas, oſtenditur.*

7 *Dignitas prima vt dignoſcatur plurimùm operatur communis reputatio, & publica fama loci.*

8 *Cuſtos ille dicitur, cui ea, quæ Eccleſiæ competunt, cuſtodienda committuntur.*

9 *Cuſtos fuit tantùm miniſter Sacriſtiæ, eidémque addictus.*

10 *Cuſtodis ad Officium quæ ſpectent, oſtenditur.*

11 *Sacriſtæ, ſeu Theſaurario minori quæ hodie competant, oſtenditur.*

THeſaurarius à Theſauro Eccleſiæ cuſtodiendo appellatur, vt per Iſidor. *in cap. perlectis, verſ. ad Theſaurarium 25. diſt.* & videtur in Eccleſia introductus tanquam coadiutor Oſtiarij; qui Ordinem quidem Eccleſiaſticum habet, & eius munus eſt claudere, & aperire ianuas, ac fores Eccleſiæ, nam Oſtiarij coadiutorem fuiſſe Sacellarium ex temporali deputatione Sacerdotis, & Sacellario in Eccleſia Cathedrali ſucceſſiſſe Theſaurarium, refert Henriq. *in ſum. lib. 10. cap. 9. §.* 2. Vnde notat Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 16. q.* 5. quòd alicubi † Sacellarius vocabatur à paruo nimirum ſacco, quem ferebat ſecum, vel habebat ad pecunias Eccleſiæ in eo reponendas, & aſſeruandas. Græco nomine † Theſaurarius Cimeliarcha etiam à Iuſtiniano dicitur, *in l. vlt. §. vlt. C. de bon. auctorit. iud. poſsid.* id eſt, rerum pretioſarum aſſeruator, ſeu cuſtos. Petr. Gregor. *ſyntag. iuris, lib. 15. cap. 39. num.* 3. & locus in quo aſſeruantur, Cimeliarchium appellatur *in d. §. vlt.* & Ciminſſle, ſeu Cimilia à noſtris Summis Pontificibus *in cap. cùm inter 29. de verb. ſignif. & in cap. ea quæ. de off. Archid. & in cap. 1. in fine 25. diſt.* (margin: 1, 2, 3)

Propter quam illarum rerum ſacrarum adminiſtrationem, & cuſtodiam olim Theſaurarius nullam Dignitatem, aut beneficium, ſed tantùm officium Eccleſiaſticum habebat, vt tradunt Rebuff. *in praxi titul. ſeculare benef. quotuplex, num.* 9. Petr. Gregor. *d. cap.* 39. Anton. Fabric. *de re beneficiar. titul. de benef. cum Dignitate, num.* 59. [nouiſſimè Mich. Ferrus *in tract. de præcedentiis Eccleſ. q. 48. num.* 2. Moneta *de Conſeruat. cap. 5. num. 103. cum ſeqq.*] 4

5 *ſeqq.*] Deinde † ex conſuetudine, ac omnium
ferè Eccleſiarum Cathedralium ſtatutis, inter
Dignitates referri cœpit, vt per Abbat. *in cap.*
*de multa, num.*23. *verſ. ſecus, de præbend.* vbi
Quintin. *in repet. num.* 89. *circa med.* Azor.
inſtitut. moral. p. 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *quæſ.* 1.
4. *&* 5. *ante fin. verſ. tandem*, Sebaſt. Cæſar.
de Eccleſ. hierarch. q. 292. *num.* 11. *& q.* 5.
num. 5. Rot. *in Pampilonen. Theſaurariæ* 23.
Ianuarij 1617. *coram Reuerendiſſ. D. meo De-*
cano, & latè *in vna Taurinen. Theſaurariæ* 15.
Maij 1620. *coram bon mem. Buratto*, inter eius
impreſſas *deciſ.* 473. *ex num.* 5. vbi aliqua
ponderata fuerunt, ex quibus probari viſum
6 fuit † Theſaurariam eſſe Dignitatem, *primò*
ex collationibus tam Apoſtolica, quàm or-
dinaria auctoritate factis de illa tanquam ter-
tia Dignitate; *ſecundò* ex declaratione Capi-
tuli, viſione Bullæ, electionis Theſaurariæ, &
aliis iuribus in protocollis Capituli exiſtenti-
bus, ex quibus conſtat Theſaurariam eſſe ter-
tiam Dignitatem poſt Pontificalem; *tertiò* ex
pluribus actibus, & functionibus Capitulari-
bus factis, videlicet conuocatione Capituli in
abſentia obtinentium maiores Dignitates, &
in ſimili maioritatem ponderauit eadem Rot.
deciſ. 518. *num.* 3. *par.* 1. *diuerſ.* *Quartò* re-
ſultat probatio communis reputationis ne-
dum Capituli, quòd ſe congregauit de man-
dato Theſaurarij, vt illius præſidis, in defe-
ctum obtinentium maiores Dignitates, ſed
etiam aliorum, penes quos communiter ha-
bita fuit pro Dignitate, quam reputationem
ponderauit Rot. *d. deciſ.* 518. *num.* 2. & ma-
gis in ſpecie eadem Rot. *deciſ.* 29. *num.* 3.
7 *parte* 2 *recent.* & circa dignoſcendam † pri-
mam Dignitatem plurimùm operari commu-
nem reputationem, & publicam famam loci
tradunt Boer. *deciſ.* 286. *num.* 8. Rot. *deciſ.*
585. *num.* 2. *parte* 4. *diuerſ.* Mantic. *deciſ.*
175. *num.* 3. Gregor. *deciſ.* 482. *num.* 3. &
fuit dictum *in Cephaluden. Archidiaconatus*
18. *Martij* 1624. coram bonæ mem. Duno-
zettò ſen. cum aliis per Ferentill. *ad dictam*
deciſ. Buratt. 473.
8 Cuſtos autem ille dicitur, cui ea, quæ Ec-
cleſiæ competunt, cuſtodienda committun-
tur, quamuis enim in pleriſque miniſteriis
idem videatur atque Theſaurarius, ſeu Sa-
criſta, vt inſinuat *cap.* 2. *ad fin. verſ. in ter-*
minis, de offic. Cuſtodis, & Azor. *d. cap.* 16.
q. vlt. [Valer. Reginald, *in praxi fori pænit.*
lib. 30. *tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 50. *verſ. nona.*]
attenta tamen origine diuerſa ſunt officia, vt
conſtat ex diuerſitate titulorum in Decretali-
bus, quia veriſimile non eſt Gregorium IX. in
earum compilatione duos, diuerſóſque titulos
eiuſdem Officij vnum poſt alterum inutiliter
addidiſſe.
9 Quapropter videtur Cuſtodem fuiſſe tan-
tùm miniſtrum Sacriſtiæ, eidémque addictum,
vt ex Anton. de Butr. dicit gloſſ. *in rub. eiuſ-*
dem tit. quam ſequitur Petr. Gregor. *d. lib.* 15.
c. 39. *num.* 7. *& partitionum iuris Canon. lib.* 2.
tit. 9. *cap.* 5. *num.* 10. † Nam vltra munia Sa- 10
criſtæ [qui à rerum ſacrarum nomine dictus
ex Anton. Fabric. *in praxi beneſ. tit. de beneſic.*
cum dignit. num. 59.] incumbentia ſeruandi
ſcilicet, & cuſtodiendi vtenſilia Eccleſiæ, quæ
etiam cuſtodi incumbunt, *cap.* 1. *eod. tit.* ad
eius munus vltrà ſpectat ſigna dare ad horas
Canonicas recitandas per tintinnabuli pulſa-
tionem, & luminaria Eccleſiæ accendere, &
ignem vigilanter cuſtodire ne extinguantur.
d. cap. 1. vinum, hoſtias, incenſum, & alia ad
Altaris ſacrificium neceſſaria præparata ha-
bere, ac denique eleemoſynas, & alia iuſſu
Archidiaconi inter pauperes diſtribuere, vt ha-
betur *in cap.* 2. *eod. tit.* proſequuntur Azor.
d. cap. 16. *quæſ.* 7. Card. Tuſch. *lit D. concluſ.*
419. *num.* 24. Galganet. *de iure publico lib.* 3.
tit. 33. quæ omnia Sacriſtæ, ſeu Theſaurario
de iure non competunt.
Hodie tamen ex conſuetudine hæc omnia 11
in Eccleſiis inferioribus Sacriſtæ, ſeu Theſau-
rarij, propria ſunt, & in Cathedralibus The-
ſaurarij minoris, proindéque attenta conſue-
tudine idem vtriuſque cenſetur eſſe officium,
ad quam fortaſſis conſuetudinem quorun-
dam Eccleſiarum reſpexit tex. *in d. cap.* 2. *in*
fin. verſ. hi tres, eod. tit. dum Cuſtodis appel-
latione Sacriſtam comprehendere videtur,
nullam tamen habent Dignitatem, ſeu be-
neficium Eccleſiaſticum, ſed ſubſunt The-
ſaurario maiori, & ad eius nutum ponuntur,
& de competenti ſalario ab illo prouidentur,
vt omnium ferè Eccleſiarum Cathedralium,
& Collegiatarum ſeruat vſus.

CAPVT IX.

De Primicerio, Cantore, & Præpoſito.

SVMMARIVM.

1 *Primicerius eſt primus in Choro cantan-*
tium, & dicitur ſecundùm alios quaſi
primus cantor, ſeu primus ratione can-
tus, quia cæteros docet quid ſit canen-
dum in Choro.
2 *Cantorum ſchola fuit inſtituta in Eccleſia*
Cathedrali.
3 *Primicerios alij ſic dictos credunt, quia pri-*
mi erant, qui in cera præſentiam, &
abſentiam cæterorum adnotabant.
4 *Primicerius melius ſic dicitur quaſi primus*
in eo officij genere, & anteſignanus in
qualibet arte.

5 *Pri*

5 *Primicerius in rubr. C. de primicer. lib. 12. dicitur primus Notarius Principis, vel Magiſtratus ille, qui Principis litteris cereum ſignum imponebat.*

6 *Primicerij officium de iure Eccleſiaſtico eſt docere Diaconos, & reliquos Clericos cantandi formam, & alia, quæ hic referuntur.*

7 *Primicerius ad regendum Chorum deſtinatus à ſuo officio non eſt dimouendus, vt aſsiſtat Epiſcopo.*

8 *Primicerio quis locus tribuendus, oſtenditur.*

9 *Primicerius licèt dubitetur an ſit Dignitas, debet in Proceſsionibus capere Pluuiale ſicut Dignitas, & non Planetam ſicut Canonicus.*

10 *Præcentor, & Cantor idem ſunt quod Primicerius.*

11 *Succentoris officium eſt abſente Cantore, ſiue Præcentore incipere cantum in Choro, Antiphonas, & Pſalmos inchoare.*

12 *Cantor, qui eſt Dignitas in Cathedrali, debet ſuum munus obire, vel per ſe ipſum, vel per Viceecantorem à ſe aſſumendum, & ab Epiſcopo approbandum.*

13 *Cantoris munus quod ſit, oſtenditur.*

14 *Præpoſiti dicuntur omnes aliorum præfecti, & qui aliis præſunt.*

15 *Præpoſiti caſtrorum dicebantur, qui præfecti erant militibus præſidy cauſa degentibus in Prouinciis.*

16 *Præpoſiti labarorum qui, remiſsiuè.*

17 *Labarum quod ſignum olim fuerit, oſtenditur.*

18 *Præpoſitus regulariter quis.*

19 *Præpoſiti in multis Germaniæ, Poloniæ Flandriæ, & Angliæ Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis præcipuam gerunt Dignitatem cum animarum cura, & iuriſdictione.*

20 *Præpoſitus quem locum habere debeat, oſtenditur.*

PRimicerius eſt primus in Choro cantantium, [ſic dictus quòd in cera, ſiue tabula cerata, in qua Pſallentium ordo in Choro deſcriptus erat, primus eſſet. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. cap. 3. n. 50. in princ.*] accipitur enim pro Cantore, ſupplet Archidiaconi officiũ cùm ipſe abſens fuerit, ipſi namque Archidiacono ſubeſt, *c. 1. de offic. Primicer.* Dictus eſt autem Primicerius, quaſi primus Cantor, ſeu primus ratione cantus, quia cæteros docet quid ſit canendum in Choro, *cap. perlectis, verſ. ad Primicerium 25. diſt.* Læl. Zech. *de Republ. Eccleſ. tit. 24. à n. 16.* Petr. Greg. *ſyntagm. iuris lib. 15. cap. 22. à princip.* [vbi ait Primicerium eſſe primum inter Clericos & Diaconos, quibus præeſt in docendo, ſubditus Archidiacono, Valer. Reginald. *citato loco.*] Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſiaſt. hierarchia quæſt. 2. proœm. num. 10.* Initium inſtitutionis Dignitatis huiuſmodi credit Azor. *inſtit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 16. quæſ. 1.* ex eo proceſſiſſe, quia † olim in 2
Eccleſia Cathedrali fuit Cantorum ſchola inſtituta, quorum munus erat officia diuina, Horarias preces in Choro piè, & ſtudioſè cantare, vt diuinæ laudes religioſè celebrarentur, huic ſcholæ vnus præficiebatur, cuius cura, ſtudio, & opera Clerici ad cantum, & Chorum deſtinati docebantur, vt in Sacrorum librorum lectionibus, & in diuinis Officiis, & precationibus Eccleſiaſticis probè exercitati eſſent; hic igitur præfectus, Primicerius appellari cœpit.

Alij, ex quorum numero eſt Anton. Fabric. 3
in praxi, & theor. de re benef. tit. de benef. cum Dignitate, ex num. 54. putant Primicerij veram etymologiam duci ex veteri more ante chartæ, vel membranarum inuentionem in cera, ſeu in ceratis tabulis ſcribendi: quia ſcilicet iſti veluti in albo primi ſcribebantur, vel quia primi erant, qui in cera præſentiam, & abſentiam cæterorum adnotabant.

Ego verò Primicerium dictum exiſtimo à 4
primatu, vt ſicut officio, ita & nomine à Primate, & Præpoſito differat; dicitur Primicerius quaſi Primus in eo officij genere, & Anteſignanus in qualiber arte, Alciat. *in rubr. C. de Primicer. lib. 12.* Conan. *comment. Iuris Ciuilis, lib. 4. cap. 14. num. 6.* Azor. *d. quæſt. 1.* Cæl. Rhod. *lib. 12. lection. antiq. cap. 6. ad fin.*
explicantes † Primicerium in illa rubrica dici 5
primum Notarium Principis, vel Magiſtratum illum, qui Principis litteris cereum ſignum imponebat, ſequitur Gerard. *in anchora titulorum verb. Primicerius*, vnde inferiores Notarios ſecundos cerios, & tertios cerios dici notat Guido Pancirol. *in theſauro, var. lect. lib. 1. cap. 7.*

Primicerij autem officium de Iure Eccle- 6
ſiaſtico eſt docere Diaconos, & reliquos Clericos cantandi formam, eiſque Lectiones ad Matutinum cantandum diſtribuere, modum cantandi in Choro pro ſolemnitate, & tempore ordinare, *cap. vnic. de offic. Primicer.* [Petr. Gregor. *d. lib. 15. cap. 22. num. 11.* Valer. Reginald. *citato loco*, cuius inſtitutionis Primiceriatus rationem ibi reddit, vt ſcilicet ipſius cura, & opera Clerici ad cantum deſtinati lectione ſacrorum librorum, & optimis moribus inſtituerentur,] & alia circa diuina Officia exercere, quæ ad Archidiaconum ſpectare oſtendimus, eo tamen abſente, & minori cum iuriſdictione, niſi in aliqua Eccleſia Primicerius accipiatur, aut idem ſit qui & Archidiaconus de iure communi,

muni,gloſſ. *in d. cap. vnic.* Nam & ipſe quod
neceſſarium fuerit pro reparatione Baſilica-
rum Sacerdoti denunciat, Epiſtolas Epiſco-
pi pro diebus ieiuniorum Parochianis per
Oſtiarios dirigit, Clericos delinquentes di-
ſtinguit, & quos emendare non valet, eorum
exceſſus Epiſcopo refert, & eo abſente datur
ei ſubſtitutus, & alia his ſimilia, vt docet
Iſidor. *in cap. perlectis. verſic. ad Primicerium
25. diſtinct.* Colliges hæc ex Gregor. Lop.
per tex. *ibi in l. 5. tit. 6. par. 1.* Caſſan. *in ca-
talogo gloriæ mundi, p. 4. cōſid.* 42. *fol.* 97. Gram-
mat. *deciſ. 64. num. 6. cum ſeqq.* [Raynaldus
Sandoual *in tract. de offic. Eccleſ. p. 2. cap. 3.*
Roderic Zamoren. *in ſpec. hum. vitæ lib. 2. cap.*
15. Valenzuel *tom. 1. conſ. 33. num.* 156.]
Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap.* 16. Læl.
Zech. *de Republ. Eccleſ. tit. 24. à num.* 16.
Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris, lib. 15. cap.* 22.
Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. lit. P. concluſ.*
650. Galganet. *de iure publico lib. 3. tit.* 21.
Sebaſt. Cæſar *in relect. de Eccleſiaſt. hierarch.
p. 3. diſp.* 12. §. 3. qui multa de officio, & po-
7 teſtate Primicerij referunt. † Ille autem ad
regendum Chorum deſtinatus à ſuo officio
non eſt dimouendus, vt aſſiſtat Epiſcopo, vt
declarauit S. Rituum Congreg. *in vna Mono-
politana 6. Septembris* 1603.
8 Circa locum Primicerio tribuendum notat
Caſtal. *in praxi cærem. lib. 1. ſect. 8. cap. 7. num.
5. verſ. inter cæteros,* illum, vbicumque fuerit,
videlicet in Choro, in comitiis, & in omni
conſeſſu, Canonicorum gradum, & beneficia-
torum habere locum, quem ſubdit iuxta lo-
corum conſuetudinem diuerſimodè ſtatui, ac
propterea conſuetudini ſtare oportere, & Sa-
cra Rituum Congreg. *in vna Capuana* 28.
9 *Aprilis* 1607. cenſuit † Primicerium, licèt
dubitetur an ſit Dignitas, debere in Proceſſio-
nibus capere Pluuiale, ſicut Dignitatem, &
non Planetam, ſicut Canonicum.
10 Præcentor, de quo fit mentio *in cap. cùm
olim, de conſuetudine,* & Cantor, idem ſunt
quòd Primicerius, nam hæc tria nomina idem
ferè ſignificant; ſolùm enim pro diuerſitate
locorum fit nominis, non tamen muneris, ſeu
officij mutatio; itaut qui alicubi dicitur Pri-
micerius, alibi Cantor, ſeu Præcentor nomi-
netur, vide [Valer. *conſ. 33. q. 89. tom.* 1. Mich.
Ferrum *de præced. q. 30. num.* 1. Valer. Reginal.
d. lib. 30. tract. 3. num. 50. verſ. octaua, vbi
ait quòd ſicut Primicerius ſcholæ Cantorum,
ſic Præcentor Choro eorundem canentium in
Eccleſia præficitor, vt Choro in duos partus
ad canendum alternatim diuina Officia diui-
ſo ipſe cantum incipiat, Antiphonaſque in-
choet, & qui ad ipſius abſentis munus ex-
plendum conſtitutus erat, dicebatur ſuccen-
tor.] Put. *p. 3. deciſ.* 89. in vtraque edit. vbi
dicit Cantorem habere officium, non tamen
ſimplex, ſed cum adminiſtratione, eo quòd
primus intonat, & dat ordinem gerendorum
in Choro, [vel, vt ait Petr. Greg. *d. cap.* 22.
num. 2. quòd voces in Choro moduletur, &c.]
Azor. *d. lib. 3. cap. 22. q. 1.* vbi *q. 2.* ait † Suc- 11
centoris officium, cuius fit mentio *in cap. in-
ter dilectos, de exceſſib. Prælat.* eſſe abſente
Cantore, ſiue Præcentore incipere cantum in
Choro, Antiphonas, & Pſalmos inchoare,
vnde in quibuſdam Eccleſiis vocatur Vice-
cantor, quia Cantoris vice fungitur. [Et di-
cit Anton. Fabric. *in praxi benef. tit. de benef.
cum dignit. num.* 57. quòd ſi ſub Primicerio,
ſiue Cantore ſunt, Præcentor nempe, & Suc-
centor, ſiue Concentor, Perſonatum dumta-
xat habere videatur, ex quo nihil iuris in alios,
ſed certam dumtaxat in Choro, proceſſioni-
bus, & cantu præeminentiam obtineant, *cap.
cleros §. Præcentor* 21. *diſt.* & vocatur Præ-
centor qui voce præit, qui ante omnes in-
cipit, & Concentor qui ſimul concinit. Petr.
Gregor. *d. cap. 22. num.* 2. Ferrus *d. q.* 30.
in fine.]
Cantor enim, qui eſt Dignitas in Cathe- 12
drali, [vt *inf. num.* 13. *in fine* dicitur, cuius, &
Primicerij (nam idem ſunt) miniſterium ad
cœleſtes laudes, ad cultus diuini augmentum
ordinatur, & ipſi incumbit regimen omnium
diuinorum Officiorum tam intra, quàm extra
Chorum, quoad quæ omnia etiam Decano
ipſius Eccleſiæ præeſt, ipſe Acolytos, & cæ-
teros Eccleſię inferioris gradus miniſtros ad
diuina dirigit Officia canendi, & legendi
hymnos, & Pſalmodiam pręuidet, atque in-
ſtruit & quicquid diuinæ laudis in com-
muni Choro decantatur, per eum pręor-
dinatur ſollicitè pſallendi ordinem, orandi
modum ipſe committit, ſilentium indicit, ri-
ſus cohibet, & colloquia, curat etiam ne quis
in pſallendo nimium feſtinet, vel tardet, ne
verſus alter ante alterius finem incipiatur, ip-
ſe cappas, & ſceptra partitur, & alia id genus
multa facit. Ita ex multis dicit Valenzuel.
conſ. 33. num. 159. tom. 1. Aliquę tamen prę-
minentię in Choro non ad illum, ſed ad De-
canum primam Dignitatem ſpectant, vt in
deciſione S. Cong. Rit. relata ſuprà *cap.* 7.
num. 8. quam D. Ildephonſus Furtado de
Mendoza Decanus Metropolitanę Vlixbo-
nen. habet per litteras in forma Breuis à Cle-
mente VIII. prędeceſſori ſuo tranſmiſſas, vt
mihi in hac Curia Matritenſi retulit vir qui-
dam æris ingenij, ac vtriuſque iuris peritiſ-
ſimus, qui de ſe multa & grauia indies polli-
cetur.] debet ſuum munus obire, vel per ſe
ipſum, vel per Vicecantorem à ſe aſſumen-
dum, & ab Epiſcopo approbandum, qui non
ſit de iis, qui alioquin Choro ſunt obligati, vt
cenſuit Sacra Rituum Congreg. *in vna Lu-
cerina* 19. *Martij* 1611.

Canto

13 Cantoris enim munus eſt diſtribuere Le-
ctiones, Antiphonas, & Prophetias, eadem
S. Congreg. *in vna Hydruntina 6. Decembris*
1613. & Chorum regere, itaut in eo guber-
nando nec Archipresbyter, nec alius quiſ-
piam debeat ſe intromittere, ex eadem Sacra
Congreg. *in Tarentina Cryptaliarum 3. Se-
ptembris* 1605. Et nouiſſime eadem S. Con-
greg. Rituum conſulta de Cantoris huiuſ-
modi munere *in vna Caſſanen. 5. Martij*
1633. declarauit illud eſſe diſtribuere lectio-
nes, Antiphonas, Prophetias, Chorum rege-
re, & gubernare, ordinare tabellas, & functio-
nes eccleſiaſticas per turnum ordine ſucceſſi-
uo; ſubiunxitque Canonicos exire volentes
de Choro, non Cantori, ſed digniori de Ca-
pitulo in Choro, exiſtenti veniam petere de-
bere. [Et quòd ſaltem de conſuetudine Can-
toratus, vel, vt aliis placet, Cantoria, ſit de
principalibus Dignitatibus in tota ferè Hi-
ſpania, videtur inſinuare Valenzuel. *tom.* 1.
conſ. 33. *num.* 90.]
14 Præpoſiti ſecundùm nominis proprietatem
dicuntur omnes aliorum præfecti, & qui aliis
præſunt, vt probat tex. *in cap. quamuis 9. in*
15 *princip. de verbor. ſignif.* vnde † Præpoſiti ca-
ſtrorum dicebantur, qui præfecti erant mili-
tibus præſidij cauſa degentibus in Prouinciis,
16 *de quibus in l. viros. C. de diuerſ. offic. lib.* 12. †
& Præpoſiti labarorum, vt *in tit. C. de præpoſit.
labarorum eod. lib.* quem ſic legunt Vaſq. *ad 3.
par. S. Thom. q.* 111. *art.* 4. Orozco *en ſus Em-
blemas morales. lib.* 1. *cap.* 9. *fol.* 44. *verſo.* Ti-
raq. *ad Alexand. ab Alexandro lib. 4. die-
rum genial. cap. 2. pag.* 437. Cardin. Baron.
tom. 3. annal. Eccleſ. anno Christi 312. pag.
58. quicquid legat *labarorum* Gerarch. *in an-
chora titul. verb. Præpoſitus labarorum.* Erat
17 enim † labarum ſignum illud nobile, quod
ante Imperatores ferebatur à tempore Con-
ſtantini Imper. ex auro, & lapidibus pretioſis
Crucis ſigno inſignitum, vt etiam ex aliis, &
ad varios Præpoſitorum modos in Republica
Romana congerit Guid. Pancirol. *in theſauro
var. lect. lib.* 1. *c.* 85. notans ad iſtorum exem-
plum nomen hoc in eadem ſignificatione du-
ctum fuiſſe ad præfectos. Clericorum alicuius
Eccleſiæ, & qui quandam Prioratus curam ſu-
per alios gerunt, vt probatur *in dicto c. quam-
uis.*
18 Præpoſitus [Regulariter dicitur, qui præfe-
ctus aliquibus eſt, ſed & is vſu talis, qui pri-
mam habet inter aliquos Dignitatem. Quam-
obrem & Præpoſitura per ſe ſingulare nomen
beneficij Eccleſiaſtici facit, quod aſſiduita-
tem, ſeu, vt loquuntur iura, reſidentiam exi-
git. *cap. ex parte el 2. de cleric. non reſident.* &
ætatem, & ſcientiam legitimam, & Ordines.
cap. dudum el 2. de elect. In aliquibus tamen
Eccleſiis ex earum conſuetudine vbi offi-
cium nullum gerunt Præpoſiti, Præpoſituræ
Dignitates non ſunt,] vt notant Ioan. Andr.
in cap. 1. num. 3. de conſuet. lib. 6. vbi Gem.
ſub num. 8. & Archid. *num.* 3. [Petr. Gregor.
ſyntag. iuris p. 2. lib. 15. cap. 18. num. 7.] ſecus
verò ſi toti Canonicorum Collegio præfi-
ciuntur, Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Ec-
cleſ. reſol.* 558. *num.* 3. *in 2. edit.* & quamuis
in iure Canonico nullus reperiatur ſpecialis
titulus de officio Præpoſiti, eius tamen non
rarò fit mentio in reſponſis Romanorum Pon-
tificum, vt *in c. Saluator 1. q. 3. & in c. cùm inter
25. & in c. dudum 22. de elect.* † & propriè di- 19
cuntur qui in multis Germaniæ, Poloniæ, Flan-
driæ, & Angliæ Eccleſiis Cathedralibus ſiue
Collegiatis præcipuam gerunt Dignitatē cum
animarum cura, & iuriſdictione, eo quòd toti
Canonicorum Collegio præſunt, & ſic in Ar-
chidiaconorum locum in illis partibus cre-
duntur ſucceſſiſſe, ita Petr. Gregor. *ſyntagm.
iuris lib. 11. cap. 18. à num.* 6. Lęl. Zech. *de
Republic. Eccleſ. tit. 24. num 15. & tit. 26. à
princ.* Azor. *inſtitut. moralium, parte ſecunda,
lib. 3. cap. 18. q.* 1. Anton. Fabric. *in praxi, &
theorica benef. tit de beneſ. cum Dignitate, à
num.* 38. [Valer. Reginald. *in praxi fori pænit.
lib. 30. tract. 3. num.* 48. Redoan. *in tract. de
ſimonia ment. p. 1. cap. 19. num.* 7. Monet. *de
Conſeruator. cap. 5. num.* 91. Tamburin. *de iure
Abbatum tom. 1. diſp. 25. q. 4. num.* 5. Mich.
Ferrus *de præcedent. Eccleſ. q. 41. à num.* 1.]
Fuln. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 27. num. 39.
cum ſeqq. iuncto num.* 45. Sebaſt. Cęſar. *de Ec-
cleſiaſt. Hierarch. p. 3. diſp. 12. §. 5.* Caſtald.
in praxi Cæremon. lib. 1. ſect. 8. cap. 7. num. 6.
vbi ſubdit † quòd in illis partibus, in quibus 20
talis reperitur Dignitas, iuxta locorum con-
ſuetudinem, honorarium locum obtinere de-
bet in Choro, & præcipuè cùm diuina cele-
brantur Officia, Rot. *deciſ. 865. n. 8. & deciſ.
866. num.* 1. apud Farinac. *in 1. collect. nouiſſ.
aliàs p. 4. diuerſ.* vbi quòd Sedes Prępoſiti in
illis partibus poſt Pontificalem ſit dignior. Et
tunc, quando ſcilicet fuerit prima Dignitas
in Cathedrali, ſeu Collegiata, vel Conuen-
tuali Eccleſia, habueritque ſub ſe Clerum, &
Capellas, pręſumitur de iure Prępoſitura Di-
gnitas, aliàs ſecus, vt pluries fuit in Rota re-
ſolutum, & ſignanter *in Aquen. Monaſterij 31.
Maij* 1598. coram Cardin. Lancellotto, &
in Dertuſen. Prioratus 5. May. 1614. coram
Reuerendiſſ. D. meo Coccino, *& in Vicentin.
Parochialis 20. Februarij* 1617. coram Vbald.
ſen. quas refert Maſſob. *in praxi habendi con-
curſum. prælud. 15. dub. 1. ſecundùm Rom. im-
preſſ.* [ſed quòd de iure ſit Dignitas *per d. cap.
quamuis,* vbi gloſ. *de verb. ſignif.* tenet eadem
Rota *deciſ. 483. num. 7. p. 1. recentiſsim.* &
Anton. Fabric. *in praxi benefic. tit. de beneſ.
cum Dignitate num. 49. cum ſeqq.*]

CAP.

Capvt X.

De Magiſtro ſcholæ, ſeu Scholaſticis.

SVMMARIVM.

1 *Magiſter ſcholæ, nonnullis Scholaſticus, eſt ſcholæ præpoſitus, ſiue præfectus.*

2 *Scholaſticum, id eſt, obtinentem Scholaſteriam inſtituendi formam præſcribit* Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 18. verſ. deinde.

3 *Scholaſteria neceſſariò conferenda eſt Doctori, vel Magiſtro, aut Licentiato in Theologia, vel Iure Canonico, dummodo ſit in aliqua Vniuerſitate approbata graduatus.*

4 [*D. Torquatus Perottus intimus cubicularius, & maior Capellanus* S. D. N. Vrbani VIII. *laudatur.*]

1 OLim in Eccleſiis Cathedralibus vnus conſtitui ſolebat, qui Clericos omnes inferiores, cantum, Latinum ſermonem, & alias artes, ac diſciplinas doceret, vt ſcirent Latinè legere, ſcribere, loqui, & cantare, & vt quæ de Officiis diuinis recitarent, probè intelligerent, hic Magiſter ſcholæ dicebatur, qui modò in nonnullis Eccleſiis dicitur Scholaſticus, aliis Scholarchus, hoc eſt, ſcholæ præpoſitus, ſiue præfectus, de quo licèt in iure titulus ſpecialis non extet, nec ab eo cognitus fuerit eo modo, & forma, qua in vſu modò eſt in omnibus ferè Hiſpaniarum Eccleſiis, in eis tamen iam hodie ex particularibus Eccleſiarum ſtatutis, & iſtorum beneficiorum erectione de principalioribus eſt Dignitatibus Cathedralium: vide Duaren. *de beneſic. lib.* 10. *cap.* 15. Hieron. Roman. *de Republic. Chriſtiana, lib.* 3. *cap.* 10. *in med. verſ. Meſtreſcuela,* Greg. Lop. *l.* 7. *tit.* 6. *par.* 1. Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris lib.* 15. *cap.* 19. Sandou. *de offic. Can. p.* 5. *cap.* 3. Azor. *inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 23. Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 27. *ex num.* 107. [Valer. Reginal. *in praxi fori pænit. lib.* 30. *tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 50. *verſ. decima.* Mich. Fettrus *in tract. de præcedent. Eccleſiaſt. q.* 5. *num.* 17. *atque* 30. *per tot.*] Sebaſt. Cæſar. *de Eccleſ. Hierarch. p.* 3. *diſp.* 12. §. 4. qui omnes latè tractant de officio, munere, & dignitate Magiſtri ſcholæ, ſeu Scholaſtici.

2 De eo expeditè fit mentio in Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 18. *verſ. deinde,* vbi poſtquam multa de ſeminario eligendo piè, & ſanctè ſtatuit, formam præſcribit conſtituendi Scholaſticum, id eſt, obtinentem Scholaſteriam, his verbis. *Deinde vt cum minori impenſa huiuſmodi ſcholis inſtituendis prouideatur, ſtatuit Sancta Synodus, vt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & alij locorum Ordinarij Scholaſterias obtinentes, & alios quibus eſt lectionis, vel doctrinæ munus annexum ad docendum in ipſis Scholis inſtituendos per ſe ipſos, ſi idonei fuerint, alioquin per idoneos ſubſtitutos ab eiſdem Scholaſticis eligendos, & ab Ordinariis approbādos etiam per ſubtractionē fructuū cogant, & cōpellant. Quòd ſi iudicio Epiſcopi digni non fuerint, alium, qui dignus ſit, nominent, omni appellatione remota: quòd ſi neglexerint, Epiſcopus ipſe deputet. Docebunt autem prædicti quæ videbuntur Epiſcopo expedire. De cætero verò Officia, vel Dignitates illæ, quæ Scholaſteriæ dicuntur, nonniſi Doctoribus, vel Magiſtris, aut Licentiatis in ſacra Pagina, aut in iure Canonico; & aliàs perſonis idoneis, & qui per ſe ipſos id munus explere poſſint, conferantur, & aliter facta prouiſio nulla ſit, & inualida, non obſtantibus quibuſuis priuilegiis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus.*

Vnde colliges Scholaſteriam neceſſariò 3
conferendam eſſe Doctori, vel Magiſtro, aut Licentiato in Theologia, vel iure Canonico, aliàs prouiſionem eſſe nullam, & tradunt Bennius *de priuileg. Iuriſconſult. priuil.* 28. *num.* 6. Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ Moral. tract.* 6. *cap.* 7. *num.* 61. [Squillante *de priuileg. cleric. cap.* 4. *num.* 104. *&* 105.] dummodo ſit in aliqua Vniuerſitate approbata graduatus, quamuis non ſit ex illis, quæ exiſterent in illa regione, in qua eſſet Scholaſteria, prout refert deciſum Nicol. Garc. *de beneſ. parte* 7. *num.* 35. quem cito ego ipſe *de officio, & poteſt Epiſcopi. parte* 3. *alleg.* 60. *num.* 62.

Huic profectò patrocinatur ſententiæ Illu- 4
ſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. meus Torquatus Perottus, quem ſummæ auctoritatis, & honoris hic cauſſa nomino, Saxoferatenſis patritius, Vrbani VIII. intimus Cubicularius, & maior Capellanus, ac proximus, vir & morum, & generis nobilitate conſpicuus, cui quidem præterquam quòd veluti ſuorum iure hæreditário diuite eruditionum cornu (vt aiunt) cópia circumfluat; nihil adhuc eſt potius, & antiquius quàm ſui ciuis Bartoli ingenio, labore, & meditatione luſtrare, & implere veſtigia. Itaque non mirum eſt, ſi hanc litterarum, quam in ſe videt, in aliis quoque pulchritudinem deamet; atque eos quidem iuuandi, protegendi, & prouehendi amore, & officio proſequatur. Quid plura? vir prætereà, quem ſi ſuis de virtutis, naturæ, & fortunæ dotibus ignoraſſes, intuendo dumtaxat, ex auguſta facie, ad omnia ſumma natum iudicares.

CAP.

Capvt XI.

De Prioribus.

SVMMARIVM.

1 *Priores dicuntur qui aliquibus Eccleſiis præſunt ſuper aliquas perſonas earundem.*
2 *Priores in duplici ſunt differentia, quidam ſeculares, alij Regulares.*
3 *Priores rurales dicuntur, qui curam animarum abſque Collegio habent, & ſic Parochialem ſimplicem.*
4 *Priores Collegiales, qui in Eccleſiis Collegiatis toti præſunt Canonicorum Collegio, Dignitatem habere dicuntur, & non alij.*
5 *Dignitas principalis in Collegiata debet eſſe conſtitutus in ætate 25. annorum inceptorum.*
6 *Dignitas primus in Collegiata neceſſariò non requiritur vt ſit Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico.*
7 *Prior an aliquãdo poſsit excuſari à reſidẽtia, oſtẽditur.*
8 *Prior Collegiatæ non habet præcedentiam ſuper Canonicos Cathedralis.*
9 *Prior Collegiatæ ſi in Cathedrali intereſt, ſimul cum illius Dignitatibus, & Canonicis duplici ductu thuribuli thurificandus eſt.*
10 *Prior magnus inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis inter omnes Collegiatarum Luſitaniæ Priores, primas tenet.*
11 *Eccleſia Collegiata Vimaranenſis inter omnes Regni inſignior, & antiquior eſt.*
12 *Eccleſia Vimaranenſis, ſub Beatæ Virginis tutela, quæ de Oliua nuncupatur, Ioannis Regis Luſitaniæ, huius nominis Primi, ſumptu & munificentia premium extructa.*
13 *Eccleſia Vimaranenſis ſex habet ex Capitulo Dignitates, & Prebendas viginti octo.*
14 *Prior magnus Vimaranenſis omnibus præeſt in Eccleſia, & Vicarium nominat, ad quem minora crimina in Primitiali viſitatione referuntur, ad Primates verò grauiora ſpectant.*
15 *Prior magnus Eccleſiæ Vimaranenſis nunc eſt Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. meus Bernardus Ataydius.*
16 *Concordia inita Eccleſiam Bracharen. & Vimaranen.*

1 PRiores[dicuntur, qui aliquibus Eccle-
ſiis præſunt ſupra alias perſonas ea-
rundem, vnde & Prioratus, Eccleſiæ,
quæ illis in titulum dantur, nominantur. Ita
Petr.Greg. *ſyntagm.iuris p.2. lib.15.c.18.n.1.*]
In duplici quoad propoſitum ſunt differen-
2 tia, quidam ſeculares, alij Regulares. † Secula-
res denique ſunt, qui vel in ſecularibus, vel
ſecularitatis Eccleſiis reperiuntur, Anton. Fa-
bric. *vbi ſuprà num.*39. Ex his alij Rurales, alij
3 Collegiales dicuntur. † Rurales ſunt, qui cu-
ram animarum abſque Collegio habent; & ſic
Parochialem ſimplicẽ, de quibus loquitur text.
in c.licèt Canon.de elect.lib.6. vt ait Federic.de
Senis *conſ.*86.*Caſus talis eſt*, quem refert Card.
Tuſch.*pract.concluſ.tom.6.litt.P.concluſ.*707 *n.*
4 15. † Collegiales verò sũt perſonę principales,
quæ in Collegiatis Eccleſiis toti præſunt Ca-
nonicorũ Collegio, vt colligitur ex ſuperſcri-
ptione text.*in c.vlt.de maior.& obedien.*& iſtos
ſolos, & non alios, qui in Eccleſiis præſunt, non
Collegiatis Dignitates eſſe, ex Selua *de benef.*
Barboſ. de Canonic. & Dignitatib.
*p.1.q.2 n.*62. tradit Monet. *de Conſeruatorib.*
c.5.n.25.& 94.& ex Fulu.Pacian. reſoluit Seb.
Cæſar *in relect. de Eccleſ. hierarchia p.3. diſp.*
13.§.1.n.1.& diximus ſuprà *c. 4. n.29. & 30.*
Et iſte Prior, cùm ſit principalis Dignitas 5
in Eccleſia Collegiata, & regulariter habeat
curam animarum in foro interiori, vel ex-
teriori, debet eſſe conſtitutus in ætate 25. an-
norum inceptorum, vt reſoluunt Nicol. Garc.
de benefic. part. 7. cap. 4. numero 65. Fil-
liuc. *in quæſt. moralib. tom. 3. tract. 41. cap. 5.*
*num.*3. quos refero ego ipſe *de officio, & poteſt.*
Epiſcopi parte 3. allegat. 60. num. 64. † Non 6
tamen neceſſariò requiritur, vt ſit Doctor,
vel Licentiatus in Theologia, aut Iure Cano-
nico, quamuis illi ordinaria iuriſdictio cum
omnibus iuribus quaſi Epiſcopalibus compe-
tat, & Collegiata Eccleſia exempta ſit, quia
hoc nullibi cauetur, & Concil. quando lo-
quitur de Dignitatibus *ſeſſ.24.c.12.de reform.*
hortatur vt conferantur Doctoribus, non præ-
cipit, ita ex ſententia S. Congr. reſoluit Nicol.
Garc.*p.7.c.7.num.*33.
Sed an aliquando excuſetur à reſidentia, ſo- 7
let ab aliquibus in dubium reuocari, at id nul-
libi melius poteſt decidi, quàm ex declara-
tione Sacræ Congregationis Concil. in hæc
verba: *Prior inſignis Eccleſiæ Collegiatæ obti-*
nuit Prioratum prauio examine, & approba-
tione, vt fit in beneficiis curam animarum ha-
bentibus, in cuius litteris collationis dicitur
Prioratui huiuſmodi curam Parochianorum di-
ctæ Eccleſiæ, quæ etiam Parochialis exiſtit, im-
minere cum cura etiam iuriſdictionali, & inter
ſtatuta dictæ Eccleſiæ confirmata à Viſitatore
Apoſtolico diſponitur, quòd in dicta Eccleſia vnus
debeat eſſe Prior, qui præ cæteris nominis præ-
rogatiua, & duplici Præbenda perfruatur in
Ordine Sacerdotali exiſtens, ibique faciens aſſi-
duè reſidentiam perſonalem, niſi ſecum ſuper re-
ſidentia diſpenſatum fuerit per eum, qui pote-
ſtatem habeat diſpenſandi tanquam perſonam,
cui, ſeu cuius Dignitati, & officio Parochiano-
rum eius cura imminet principaliter animarum;
qui etiam habet diſtinctas cameras in domo Ca-
nonicali: in eadem tamen Eccleſia aſſiduè reti-
nentur duo Capellani, qui actu exercent curam
animarum ad formam dictorum ſtatutorum, &
antceſſores per longum tẽpus, & vltra 50. annos
non reſſederunt, immò domus Canonicalis ad lon-
gum tempus, & à multo tempore locata reperi-
tur laicali familiæ. Quæritur an Prior modernus
de iure ad reſidendum in dicta Eccleſia, & in
illius domo Canonicali prædicta dicatur obliga-
tus? S.Congreg.Concil.*die 20 Aprilis* 1602.
reſpõdit hunc Priorem ad reſidentiam teneri.
Et quamuis Prior Collegiatæ non habeat 8
præcedentiam ſupra Canonicos Cathedra-
lis, † eſt tamen, ſi ibi intereſt, ſimul cum 9
illius Dignitatibus, & Canonicis duplici

ductu thuribuli thurificandus, vt cenſuit Sa-
cra Rituum Congreg. *in vna Tuſcanen. 19.
Auguſti 1619.*
10 Inter omnes Collegiatarum Luſitaniæ Prio-
11 res noſter magnus † Vimaranẽſis Prior primas
tenet, ſicut & noſtra Collegiata Eccleſia inter
omnes Regni inſignior, & antiquior eſt, illa
enim in decentiori loco conſtructa cum nobili
Priorali Palatio, S. Benedicti Monialiũ quon-
dam cœnobium fuiſſe conſtat, conditũque an-
no à partu Virginis nongẽteſimo decimono-
12 no. † Hæc ædificij forma ſub Beatæ Virginis
tutela, quæ *de Oliua* nuncupatur, Ioannis Re-
gis Luſitaniæ huius nominis Primi ſumptu,
& munificentia primùm extructa, exteriùs
magnifica, gratiſſimaque proſpectu, intus
triplici teſtudine conformata, Beatum Da-
maſum Pontificem Max. Patronum, & con-
ciuem agnoſcit, itémque Torquatum Sancti
Iacobi Hiſpaniarum Præſidis, vt creditur,
diſcipulum; eſt enim ipſius corpus ad duo
milliaria ſepultum in templo, quod Mona-
ſterium olim S. Auguſtini fuerat; nunc ta-
men vnitum menſæ Capitulari huius Colle-
giatæ Eccleſiæ exiſtit. [de hac inſigni Colle-
giata agit Illuſtriſſimus D. Roderic. à Cunha *in
hiſtor. Archiepiſ. Bracharenſ. part. 2. cap. 7. n. 5.
13 cum ſeqq.* † Sex adſunt in Capitulo Dignitates,
Præbendæ vigintiocto. His omnibus magnus
Prior præeſt, cuius redditus ad ſex millia du-
cata aſcendunt, vt refert Emmam de Faria,
y Soſa *en el epitome de las hiſtor. Portugueſas
part. 4. cap. 8. verſ. Igleſias Collegiadas*, iſte
14 † Vicarium nominat, ad quem minora cri-
mina in Primitiali viſitatione referuntur, ad
Primates verò grauiora, iuxta concordiam
inter Archiepiſcopum Bracharen. & præfa-
tum Priorem initam, originalem, & authen-
ticam caſu inueni Romæ in Bibliotheca Va-
ticana, cuius copiam ibi fideliter mea manu
tranſcripſi ex libro Honorij Papæ III. anno 1.
& 2. *fol.* 197. & hîc inſerendam duxi prout
infrà *num.* 16.
15 Inſignis huius Eccleſiæ, & illuſtris cleri in-
gens nunc eminet Prior Illuſtriſſimus & Re-
uerendiſſimus D. meus D. Bernardus Attay-
dius Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini
D. Antonij Attaydij Caſtri de Avro ac Ca-
ſtaneiræ Comitis filius: qui quidem genitor
præter heroicam antiqui generis claritudi-
nem, qua ſpectabilis fuerat, eò adhuc reddi-
tur ſpectabilior, quòd olim ad Cæſaream
Maieſtatem Regis noſtri Catholici Orator
miſſus, officium tanto ſplendore adminiſtra-
uit, vt tam facundam viri eloquentiam,
eloquentem facundiam, ſingularem in re-
bus tractandis ſpirantem prudentiam non
potuerit Cæſar ipſe non præconiis exor-
nare, non obſeruare, non admirari. De-
inde ex Oratore Prætor totius Regni Lu-
ſitaniæ creatus, vix enarri poteſt qua morum
integritate, qua legum, iuríſque prudentia,
quo Religionis ſtudio, qua muneris vigilan-
tia illud gubernare incipiat. Itaque vir hic
tantus edocuit Maiorum ſuorum gloriam
maiorem eſſe potuiſſe, ſi quæ ei virtus meri-
torum prodiga, promerendi ornamenta præ-
buit, Fortuna occaſionibus auara non inui-
diſſet. Filius tanto parente dignus ipſius im-
plens veſtigia non tam auguſtis Gentilium
ſuorum natalibus innixus, quàm propriis vir-
tutibus confirmatus hunc Prioratum Regio
munere obtinuit, vbi ſapientiam, quam cum
liberalibus coniunctam artibus à puero didi-
cit, cum omni modeſtia, & candore ſemper
excolens, velit nolit, merita maiora expli-
cat; neque fefellit opinio, ſiquidem ſenilibus
ipſe iunior excellens dotibus ad Vimaranenſe
Pontificium euehitur, qua in ſpecula conſti-
tutus dignior in dies magis, ac magis ampliſ-
ſimarum Dignitatum incrementis efficitur.
Concordiæ autem confirmatio, cuius ſuprà
meminimus, eſt vt ſequitur.

Archiepiſcopo Bracharen.

*SAcroſancta Romana Eccleſia, &c. vſque
conſouere, ea propter Ven. in Chriſto F.
tuis iuſtis poſtulationibus grato concurrentes
aſſenſu, compoſitionem inter Eccleſiam tuam,
& Vimaren. Prioratum ſuper ſubiectione,
ac aliis iuribus Diœceſano ipſo debitis ami-
cabiliter initam mediantibus dilectis fil. F.
Zamoren. & F. Aſtoricen. Archid. iudicibus
ſuper iis à ſede Apoſtolica delegatis ſicut ſine
prauitate prouidè facta eſt, & ab vtraque
parte ſpontè recepta, & hactenus obſeruata,
auctoritate Apoſtolica firmamus, & præſenti
ſcripti patrocinio communimus. Ad maio-
rem autem euidentiam compoſitionis eiuſ-
dem tenorem ipſius, prout in litteris delega-
torum ipſorum perſpeximus contineri, de ver-
bo ad verbum præſentibus fecimus annotari,
qui talis eſt. In nomine Domini, Amen. Quàm
fragilis eſt mortalium memoria, vt potè in-
cude, & lubrico conſtituta: ideo neceſſarium
fuit ſcripturæ remediũ propterea, quæ quotidie
oblitterantur, & ad obliuionis tendunt inte-
ritum. Hæc itaque pagina in perpetuum va-
litura notum ſit omnibus tam præſentibus,
quàm futuris, quòd cùm inter Archiepi-
ſcopum Dominum S. & Capitulum Brachar.
ex vna parte, & D. Priorem, & Canonicos, ac*

Portiona

Portionario Vimaranen. ex altera ſuper ſubiectione, & aliis iuribus Diœceſano Epiſcopo debitis; reſtitutione etiam quorumdam ablatorum, & quibuſdam aliis in noſtri ſcilicet F. Zamoren. & F. Aſtoricen. Archidiaconorum iudicum à Domino Papa Innocentio bonæ memoriæ delegatorum præſentia quæſtio verteretur, placuit partibus dictam controuerſiam per compoſitionem amicabiliter terminari, quæ in hunc modum proceſſit, vt Bracharen. Archiepiſcopus liberam, & abſolutam habeat, & exerceat iuriſdictionē in Priore & Eccleſia Vimaranen. quam habet de iure in aliquo ſuo ſuffraganeo Epiſcopo, & eius Eccleſia, hoc addito, quòd ipſi Priori poſſet dare cedendi licentiam ſi ad alium locum ſe transferre vellet, & quod poſſit eum amouere, vel ſuſpendere in perpetuū ſi cauſa exegerit, ſeruato ordine iudiciario. In Canonicis verò, & Portionariis illam habeat iuriſdictionem Archiepiſcopus, & in illis caſibus eam exerceat, quam habeat de iure, & in quibus caſibus eam exerceat in Canonicis, Portionariis alicuius Eccleſiæ ſuæ ſuffraganeæ Cathedralis: Priòr verò iuriſdictionem habet in Canonicis ſuis, & Portionariis quam habet Epiſcopus Diœceſanus in ſuis Canonicis, hoc excepto quòd de grauioribus, quæ depoſitionem, vel ſuſpenſionem perpetuam exigunt, cognoſcat Archiepiſcopus, & non Prior. In aliis autem Clericis & Laicis Vimaranen. iuriſdictio, quam hactenus habuit, eidem Archiepiſcopo non denegetur. Vocatus autem Prior Vimaranen. ad Synodum veniat Bracharam ſemel in anno, collocandus in loco honorabili ſecundùm prouidentiam Domini Archiepiſcopi. Præterea procurationem Canonicam, quæ ratione viſitationis debetur ſemel in anno, exhibebit dicto Archiepiſcopo idem Prior in optione Archiepiſcopi permanente vtrum velit hoſpitari intùs in Clauſtro, vel in domo Prioris cùm dictam procurationem receperit. Item quatuor Capellæ, ſcilicet Eccleſia Sancti Pelagij, & Sācti Michaëlis de Caſtello, & Sanctæ Eulaliæ de Porromondaēs, & Sancti Michaëlis de Creixomir ſint liberæ à præſtatione cenſus, & reſpiciat plenariè Priorem Vimaranen. Pro duabus autem Capellis, ſcilicet Sancti Vincentij de Maſquotelos, & Sancti Petri de Azurei exoluat Prior in Kalendis Maij ſex aureos annuatim, & non amplius, hoc adiecto quòd Eccleſia Vimaranen. ſoluat tertiam partem de omnibus eidem relictis in vltima voluntate ab omnibus illis, qui non fuerint de Villa Vimaranen. Si autem ciuis Bracharen. apud Vimaranen. Eccleſiam elegerit ſepulturam, vel aliquid eidem reliquerit, medietas remaneat apud Eceſiam Bracharen. & è conuerſo idem iuris ſeruetur, putà ſi Vimaranen. Burgen. ſepulturam elegerit apud Eccleſiam Bracharen. vel aliquid ei legauerit. Promiſſum fuit etiam ex parte Prioris Vimaranen. quòd cum Burgen. Vimaranen. voluerit facere teſtamentum, Clerici Vimaranen. qui præſentes fuerint, hortabuntur eum, vt aliquid relinquat tanquam matri ſuæ Eccleſiæ Bracharen. In Eccleſiis autem aliis extra Burgum in quibus Vimaranen. Eccleſia ius obtinet patronatus, habeat Archiepiſcopus iura ſua ſecundùm quòd hactenus habuit, & Prior præſentet in eis Clericos, & Archiepiſcopus confirmet, vel eius Vicarius. Super reſtitutione autem ablatorum facienda Priori, & fautoribus ſuis, & Eccleſiæ Vimaranen. ab Archiepiſcopo hoc placuit inter partes, vt Archiepiſcopus interrogetur, quod bona fide dicat verum, & ea, quæ recognouerit ad ſe perueniſſe, vel culpa ſua fuiſſe deperdita, reſtituat. Super iis vero, de quibus reſponderit ſic, bona fide dicet quod hæc non peruenerunt ad me, nec perierunt culpa noſtra, ſtetur verbo Archiepiſcopi, vt non teneatur de eis. De aliis vero de quibus dubitauerit Archiepiſcopus, ſtetur iuramento Prioris, & Canonici, & Gunſalui Canonici Vimaranen. ita quod iurent in veritate ſic eſſe. Si quæ vero dicentur ad homines Archiepiſcopi perueniſſe, vel eorum culpa deperiiſſe, exhibeat iuſtitiam Archiepiſcopus de hominibus illis. Actum fuit etiam vt Canonici, & alij Clerici Vimaranen. tam fautores Archiepiſcopi, quàm Prioris ad præbendas, & omnia beneficia ſua, quæ habebant tam in Eccleſia Vimaranen. quàm alibi, reſtituerentur. Præterea actum eſt, vt iniuriæ vtrinque illatæ remitterentur, ſtatimque præſentes id humiliter impleuerint. Pro iis autem, quæ ſuperiùs

ſuperiùs ſcripta ſe adimplendis, & obſeruandis præſtitis vtraque pars in noſtris manibus ſuper Sacra Euangelia iuramẽtum. Præterea actum fuit, vt ſi Burgen. Vimaranen. in quæſtione, quam dicunt ſe habere contra Archiepiſcopum Bracharen. non potuerint per ſe, vel per communes amicos concordare, Prior, & Canonici Vimaranen. ſine offenſa, Archiepiſcopi inuent eos; ita tamen quod in cauſa ipſa aliquam malitiam non procurent; inſuper de voluntate communi vtramque partem ad hanc compoſitionem firmiter obſeruandam penes præfatos iudices poteſtas coërcendi remanſit. Facta fuit iſta compoſitio apud Beneuentum in Eccleſia Sancti Petri ſub Æra 1290. menſis Octobris. 10. Kalendis Nouembris, quæ vt perpetuum robur obtineat, eam ſigillis noſtris, & Domini Archiepiſcopi, Prioris, & Capitulorum ſuorum facimus communiri. Nulli ergo, &c. noſtræ confirmationis infringere, vel ei, &c. vſque, contraire. Si quis autem, &c. vſque, incurſurus, &c. Dat. Lateran. 4. Idus Ianuarij, Pontif. noſtri Anno ſecundo.

Capvt XII.

Canonia, & Præbenda in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis quæ?

SVMMARIVM.

1 *Canonia eſt ius ſpirituale per quod quis habet non ſolùm ſtallum in choro, & locum in Capitulo, ſed etiam ius ad præbendam, & facultatem actu percipiendi diſtributiones quotidianas.*

2 *Præbenda eſt ſpirituale ius recipiendi certos prouentus in Eccleſia competentes ex diuino Officio, cui præbendatus deſeruit.*

3 *Præbenda propriè dicitur quando bona Eccleſia ſunt diuiſa.*

4 *Canonica portio, ſeu diſtributio duplex eſt.*

5 *Præbenda dicitur à præbeo, quia præbet reddit us ad congruam ſuſtentationem, vel à prædio, quaſi ſit quoddam prædium pro dote aſsignatum.*

6 *Præbendarum plures ſunt ſpecies.*

7 *Præbenda ſumpta largè pro ipſo titulo beneficij, eſt ius percipiendi prouentus in Eccleſia ratione officij.*

8 *Præbenda interdum ſumitur pro patrimonio, & redditibus ipſius beneficij.*

9 *Canonicatus trahit ad ſe præbendam, cùm non poſsit eſſe ſine præbenda ſaltem diu.*

10 *Canonia eſt mater præbendæ.*

11 *Beneficij in impetratione non eſt opus facere mentionem de præbenda illi annexi.*

12 *Præbenda vnita, & acceſſoria dicitur quoque res ſpiritualis, & ſequitur naturam principalis, quamuis in bonis temporalibus conſiſtat.*

13 *Præbendæ appellatione venit ſpiritualis vbicunque agitur de collatione, vel de titulo conferendo.*

14 *Præbenda quandoque accipitur pro certa portione per ſe diſtincta nihil ſpiritualitatis habente, & laico conceditur pro labore temporali.*

[Præbenda temporalis laico aſsignari poteſt. ibid.]

15 *Præbendæ temporales quamuis ſint plures, & habeantur inſimul cum aliqua Dignitate, non inducunt incompatibilitatem.*

16 *Præbendæ temporales poſſunt vendi ſine aliqua labe ſimoniæ, & permutari propria auctoritate.*

17 *Præbendam temporalem obtinentes non obligantur horas Canonicas recitare.*

18 *Canonia, & præbenda in quibus differant, oſtenditur.*

19 *Canonia eſt ius habendi ſedem in choro ad cantandum, & legendum, ac vocem in Capitulo, proueniens ex electione, ſeu receptione in fratrem.*

20 *Præbenda de ſe non habet ſedem in choro, nec vocem in Capitulo.*

21 *Præbenda ſpiritualis eſt beneficium eccleſiaſticum.*

22 *Canonicus poteſt ſine præbenda creari niſi ſtatuto, aut conſuetudine aliud caueatur.*

23 *Canonia ſupra numerum ad futuram præbendam hodie erigi non poteſt.*

24 *Præbenda, & beneficium tanquam genus, & ſpecies diſtinguuntur.*

25 *Canonia, & Præbenda Canonicalis eſt quocunque alio beneficio præſtantior, & honorabilior.*

26 *Beneficij appellatione in materia odioſa non venit præbenda.*

27 *Beneficium quod vacaret in Cathedrali ſi concedat Papa, non comprehenditur Præbenda Canonicalis.*

28 *Canonicatum ſibi impetrans an, & quando teneatur facere mentionem de Præbenda, oſtenditur.*

29 *[Præbenda, quæ eſt annexa Canonicatui, & Canonico dari conſueuit, ſi conceſſa ſit, cenſetur, & Canonicatus conceſſus non iure acceſſorij, ſed connexitatis.]*

IN

1 IN Canonicis duo diuerſa iura reperiũtur, Canoniæ ſcilicet,& Præbendæ, [nam inter ſe differunt, Innoc. *in c. vlt. num.1. circa finem, de Cleric. non reſid.* Abb. *in cap. cùm M. Ferrarienſis, num. 31. de conſtitut.*] Rot. *deciſ.* 366. *num. 4. p. 2. recentior.* Caoonia eſt ius ſpirituale, per quod quis habet non ſolùm ſtallum in Choro, & locum, ſiue vocem in Capitulo, quæ ſunt propriæ,& particulares prærogatiuæ Canonici, Seraphin. *deciſ.* 1474. *num.* 2. & [Petr. Greg. *Syntag. iuris p. 2. lib.* 15. *cap.* 23. *num.* 12. Valenzuel. *in defenſione monitorij Pauli V. p. 4. num.* 250.] (vnde ea, quæ ſunt diuini Officij, necnon & Capitulares actus, ſi cætera requiſita habeat, exercere poteſt) verùm etiam ius ad prębendã,& facultatem actu percipiendi diſtributiones quotidianas, niſi ignorantia cantus, vel quid ſimile obſtet, vt multis explicat Monet. *de opin. Canon. cap. 7. q. 1. à num.6.* & in parte Azor. *inſt. moral. p.2. lib. 3. cap. 11. q. 1.* quod ius oritur ex receptione in fratrem, Seraph. *d. deciſ. 474. num.* 3. Rot. *deciſ. 684. num. 3. p. 1. diuerſ.* [Quare ſecundùm Hoied. *de incompat. benef. p. 1. cap. 12. n. 1.* & Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 19. num.* 5. Canooicarus eſt ius habendi ſtallum & locum in Choro ad cantandum, ac vocem in Capitulo, proueniens ex electione & receptione in fratrem.]

2 Præbeoda verò eſt ſpirituale ius recipiendi certos prouentus in Eccleſia, cui præbendatus deſeruit, competens ex Officio diuino tanquam viri de Collegio, gloſ. *verb. receperint in c. cùm M. de conſtit.* [Card. in *Clem. fin. q. 10. de præbendis*, Anton. Fabric. *in praxi benef. tit. 5. de præbend. num. 3. lib.* 2. Hoied. *de incompat. benef. p. 1. c. 12. ſub n. 1. verſ. at verò præbendas*, Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 19. num.* 17.] Hoſt. *in ſum. tit. de præb. num.* 28. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 2. cap. 97. n.* 9. Zech. *de Repabl. Eccleſ. cap. 24. de Canon. ſub num.* 2. Monet. *d. cap. 7. q. 1. num.* 13. vbi di-
3 cit † præbendam eſſe ius ſpirituale oriens ex Canonia quoad ea, quæ ſpectant ad perceptionem fructuum, & prouentuum Eccleſiaſtici beneficij, ſicut eſt colligere decimas, primitias, & oblationes competentes ex diuino Officio, cui inſiſtit tanquam vnus de Collegio. Et propriè dicitur Præbenda quando bona Eccleſiæ ſunt diuiſa, *c. ex parte, de conceſſ. præb.* ſed quando ſunt indiuiſa magis propriè dicitur portio, Innoc. *in p. dilectus, de*
4 *præb.* Iacob. de Graff. *d. n.* 9. † quæ quidem Canonica portio, ſeu diſtributio duplex eſt; vna, quæ pro victu conceditur ſeruientibus Eccleſiæ,& recitantibus diuinum Officium: altera quæ datur aſſiſtentibus tantùm in Eccleſia, & iſta potiùs dicitur portio Canonicalis, quàm diſtributio quotidiana, Viu. *commun. opin.*

194. & 195. Iſid. Moſcon. *de maieſt. milit. Eccleſ. lib. 1. p. 1. cap. 16. pag.* 302. *verſ. Canonica.*

Dicitur præbenda à præbeo, quia præbet 5
redditus ad congruam ſuſtentationem, Boniſac. Vitalin. *in Clemen. fin. num. 38. verſ. vnde dicitur, de præbend.* Rot. *deciſ. 26. num. 1. verſ. præterea præbenda, de prebend. in nouis.* [Vnde præbendari ab eo quòd victus cauſa præbetur in Eccleſiis, dicuntur, Petr. Gregor. *lib. 15. cap. 23. in princ.*] Vel dicitur à pretio, quòd quis pro labore recipit, Card. *in d. Clem. fin. num. 11. q. 11.* Rot. *deciſ. 33. ſub num. 1. verſ. dicitur à pretio, de reſcript. in nouis.* Ioan. Selua *de beneſic. parte 1. quæſt. 30. num.* 17. Iacob. de Graff. *d. par. 1. lib. 2. cap. 97. in fine.* Anton. Fabric. *d. tit. 5. de præbendis, num.* 4. Vel forſan dici poſſet quòd dicatur à prędio, quaſi præbenda ſit quoddam prædium ipſius beneficij pro eius dote ſibi aſſignatum; ſicut dicimus de beneficio vnito alteri acceſſoriè quòd ſit quoddam prædium illius, Gonzal. *d. gloſſ. 5. §. 1. à num.* 20. Caputaq. *deciſ. 329. p.* 3. Anton. Fabric. *vbi ſuprà, n.* 6.

Præbendarum plures ſunt ſpecies, de qui- 6
bus gloſſ. *d. verb. receperint, in d. cap. cùm M.* vbi Abb. *num.* 21. Felin. *num.* 3. Dec. *num.* 32. Mant. *num.* 26. & Ripa *num.* 70. vbi quinque refert, Hoied. *de incompatibil. beneſic. par. 1. cap. 12. num. 2. &* 3. vbi ponit quinque modos præbendarum, Petr. Greg. *d. lib. 15. c. 23. n.* 7. Bortel. *in ſum. deciſ. tom. 1. tit. 29. n.* 2. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 1. per tot.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. parte 4. collect.* 749. Cardin. Tuſch. *tom. 6. litt. P. concluſ.* 469. [Anton. Fabric. *d. tit. 5. de præbend. n. 2. & 7. cum ſeqq.* Agimus enim de præbẽda indiſtinctè ſumpta: canonicalis enim vnica eſt, & ea perpetuò ſpiritualis, *c. dilecto §. præterea, de præbend.* Card. *conſ. 143. num.* 1. Lotter. *d. lib. 1. q. 19. n. 14. in princ.*]

In ſumma ad tres reduci ſolent. Prima eſt il- 7
lius, quæ ſumitur pro ipſo titulo beneficij, & ſic largè pro omni beneficio, ſeu iure percipiẽdi prouentus in Eccleſia ratione officij, vt in rubricis *de præbend. & de conceſſ. præbend.* ita Felin. *in cap. poſtulaſt, in. 4. de reſcript.* Rot. *deciſ. 62. eod. titul. in antiq.* Selu. *d. par. 1. q. 3. num. 9. & 17.* Rebuff. *ſuper concord. rub. de collat. §. 1. verb. Canonicatum, & præbendam, in fine*, Petr. Greg. *d. lib. 15. cap. 23. num.* 9. Gonzal. *d. gloſſ. 5. §. 1. n.* 5. Nicol. Garc. *de benef. parte 1. c. 1. n.* 9. & in hoc ſenſu accepta venit ſemper, & vbicunque de eccleſiaſtico beneficio mentio habetur, arg. *c. tua 31. de verbor. ſignif.* ibi, *Nos igitur auctoritate præſentium declaramus, quòd in hoc caſu præbendæ, ac alia beneficia generali beneficiorum nomine contineantur*, & ideò illa non poteſt renunciari ſine auctoritate Superioris, ac de illa in impetratione beneficij debet fieri mentio tanquam de vero titulo, & beneficio;

& de qualitate talis præbendæ facienda eſt
mentio in illius impetratione, & non poteſt
permutari niſi cum alia re ſpirituali, vt de
omnibus latè Gonz. *d.§.1.à n.7.vſque ad n.13.*

8 Secuuda ſpecies eſt illius, quæ ſumitur pro
patrimonio, & redditibus ipſius beneficij, &
tunc dicitur acceſſio titulo Canoniæ, & quædam annexio rei ſpiritualis titulum, & canoniam ſequens, *c. maioribus, cap. relatum, cap. dilecto, de prabend.* Caſſad. *deciſ. 17. n.4. ſub eod. titul.* Gig. *de penſion. quaſt. 33. num.2.* Petr. Greg. *d. lib. 15. c. 23. n. 12.* Camill. Borrel. *d. tit. 29. n. 5.* Pute. *deciſ. 196. lib. 2. in correctis*, vbi dicit quòd non ideo præbendæ videntur annexæ Canonicatibus quòd eſſet certus numerus Canonicorum, & præbendarum; ſed ex eo probatur annexio, quòd tituli vnà cum præbẽdis mutarentur, vel præbendæ eſſent tituli ſpirituales, & præbenda ſic acceſſoria, & annexa titulo beneficij, non tanquam de per ſe, ſed vti acceſſorium venit appellatione beneficij: nam eo ipſo quòd quis recipitur in Canonicũ, debetur illi præbenda tanquam prædium, & redditus Canonicatus; *d. c. cùm M.* & ibi gloſſ. *verb. receperint, de conſtit.* Gonzal. *d. §.1. n.16.*

9 † Et Canonicatus trahit ad ſe præbẽdam, cùm
non poſſit eſſe ſine præbenda ſaltem diu, *cap. ſi quis obiecerit 1. quaſt. 3. d. cap. relatum.* Ac ſicut obligatio eſt mater actionis, *l. licet 42. §. ea obligatio ff. de procurat.* & parit actionem.
10 *princip. Inſtit. de verb. oblig.* ita † Canonia eſt
mater præbẽdæ, & eam parit, ac ſe habet ſicut mater ad filiam, Hoſt. *in ſum. titul. de prabend. num. 1.* Compoſtel. *in d. cap. cùm M. col. 3.* Guillelm. de Monte Lauduno, & Card. *in Clem. fin. de praben. q. 10.* Rot. *deciſ. 11. de conceſſ. prab. in antiq. & deciſ. 33. de reſcript. in nouis,* Prob. ad Monach. *in rub. de prabend. lib. 6. num. 6.* Franc. Marc. *Delphin. deciſ. 1272. num. 1. parte 1.* Iacob de Graff. *d. par. 1. lib. 2. cap. 97. n. 12.* Gonz. *d. §.1. num. 16. & 17.* Monet. *de optione Canonica c. 7. q. 1. num 4.* Aloyſ. Ricc. *in collectan. deciſ. par. 2. collect. 749. in fine.* [Quod vt meliùs percipiatur, ſciendum eſt quòd alia eſt annexio perpetua, per quam ſcilicet ita addictum eſt prædium prębendale certo Canonicatui, vt ab eo non poſſit diuelli, vel per momentum ſeparari, quæ eſt vera & propria annexio, veluti indiuiduum conſtituens per incorporationem. *l. quemadmodum C. de agric. & cenſ. lib. 11.* Alciat. *in l. ſoluendo 114. ſub num. 5. verſ. acceſſione, de verb. ſignif.* Alia eſt annexio reuocabilis, quæ bene ſe compatitur cum ipſo iure optanti, & hæc perpetuò hęrit iuri ſpirituali reſpectu canoniæ, quod colligitur ex correſpectiuitate numeri, Abb. *in c. maioribus n. 4. verſ. quandoque, & in c. dilecto n. 6. de praben.* ac propterea cadit ſub diſpoſitione canonicatus tanquam quid illi perpetuò annexum. Verall. *deciſ. 359. n. 1. p. 2.* Lotter. *d. lib. 1. q. 19. à n. 22.*
Rota *in Conchen. coadiutoria 27. Nouemb. 1619.*
coram Archiepiſcopo Seleucien.] † Vnde fit, vt 11
hoc caſu in impetratione beneficij non opus ſit facere mentionem de præbẽda illi annexa, Staphil. *de litteris gratia, tit. de qualit. & ſtatu beneficij, §. circa iſtam n. 2.* Felin. *in c. noſtra, corol. 33. num. 30. de reſcript.* Gonzal. *d. §.1. n. 24.* de quo latiùs infrà, *num. 28.*

Et huiuſmodi Præbenda vnita, & acceſſo- 12
ria, dicitur quoque res ſpiritualis, & ſequitur naturam principalis, vt reſoluit Gonzal. *d. §.1. n. 23.* quamuis in bonis temporalibus cõſiſtat, quia eſt annexa Canonicatui, vnde à digniori totum illud ius denominatur, arg. *d. c. relatum. & d. c. dilectus el 1. de prabend.* Iacob. de Graff. *d. c. 97. n. 10. in fine.* [cenſetur enim ſpiritualis quando eſt applicata Canonicatui non habenti aliam prębendam, Rot. *deciſ. 520. n. 2. p. 2. recentiſsim. in poſthumis.*] † Et vbicumque a- 13
gitur de collatione, vel de titulo conferendo, appellatione Præbendæ intelligitur ſemper de iure ſpirituali, vndequando Papa narrat vacare Præbendam, & illam confert, ſemper intelligitur de ſpirituali, ita Zabarel. *conſ. 126. num. 4.* Card. Tuſch. *tom. 6. litt. P. concl. 465. num. 5.* Gonzal. *d. §. 1. in fin.*

Tertia ſpecies eſt illius, quæ accipitur pro 14
certa portione per ſe diſtincta nihil ſpiritualitatis habente, velut pro quodam prędio, & commoditate temporali, de qua loquitur tex. *in cap. penult. de Magiſt.* & laico conceditur pro labore temporali, qualis eſt illa, quę conceditur ſymphoniacis, cymbaliſtę, Magiſtro muſicę, organiſtę, Procuratoribus, Aduocato, Syndico, & ſimilibus, gloſſ. *d. verb. receperint in d. c. cùm M.* vbi Rip. *d. num. 170.* Roman. *conſ. 228. n. 8.* Selu. *de benefic. p. 1. q. 7. n. 4.* Duaren. *de ſacris Eccleſ. miniſt. lib. 2. cap. 8.* Nauat. *in c. quando, de conſec. diſt. 1. notab. 7. num. 24.* Iacob. de Graff. *d. c. 97. n. 7.* Pech. *in reg. beneficium n. pen. de regulis iuris lib. 6.* Petr. Greg. *de re benefic. c. 11. num. 15. cum ſeqq.* Rebuff. *in concord. tit. de collation. §. 10. verſ. Canonicatũ, & Prabendam, in fine,* Gonzal. *d. §. 1. n. 6. & 26.* Nicol. Garc. *de beneſ. p. 1. c. 1. n. 8.* [Alex. Rauden. *de analog. c. 6. n. 29.* Lotter. *de re beneſ. lib. 1. q. 19. n. 13.* vbi quòd hoc caſu dicetur prębenda, ſed non canonicalis, & *n. 14.* quòd temporalia iſta non prębenda, ſed prębendalia dicuntur.] Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſ. hierarchia p. 3. diſp. 12. §. 6. n. 29.* Camill. Borrel. *d. tom. 1. tit. 29. num. 4.* [Cùm ego huiuſmodi prębenda conſtituatur ex rebus temporalibus, vel ſtans per ſe non ſit annexa Canonię, & ſic rei ſpirituali, laico aſſignari poteſt. Caſſad. *17. n. 4. de prabend.* Verall. *deciſ. 356. n. 2. lib. 2. & deciſ. 237. n. 2. lib. 3.* Ant. Fab. *in ſuo Cod lib. 1. tit. 11. defint. 2. n. 4.* quos refert & ſequitur Borrel. *d. tit. 29. num. 41. & 42.* Aloyſ. Ricc. *p. 6. collect. 2451. verſ. vnde.*

Vnde fit, vt iſtæ Præbendæ temporales, 15
quamuis

quamuis ſint plures , & habeantur inſimul
cum aliqua Dignitare , non inducant incom-
patibilitarem, Capuraq. *deciſ.* 356.*n.* 3. *par.* 2.
dicẽs quòd ideo vna Monialis poreſt retinere
duas, & tres præbẽdas ſine diſpẽſatione, refert,
16 & ſequitur Gonzal. *d.* §. 1. *num.* 27. † Et poſſunt
vendi ſine aliqua labe ſimoniæ, Caputaq. *deciſ.*
237. *n.* 1. *& per tot. par.* 2. *& d. deciſ.* 356. *n.* 6.
Rot. *deciſ.* 265. *n.* 2. *par.* 2. *diuerſ.* Soar. *de Relig.*
tom. 1. *lib.* 4. *de ſimon. c.* 24. *n.* 21. Gonzal. *d.* §. 1.
n. 28. & propria auctoritate vti res tempora-
les permutari poſſunt, Card. *in d. Clemen. fin.*
ſub num. 11. *de prabend.* Gonzal. *d.* §. 1. *n.* 29.
17 † Et illas obrinenres non tenentur Horas Ca-
nonicas recitare , Nau. *de horis Canon. cap.* 7.
num. 26. Srephan. Duranr. *de ritibus Eccleſia*
lib. 3. *cap.* 22. *n.* 1. Sebaſt. Cæſ. *d.* §. 6. *num.* 29.
18 Ex quibus colligitur aliud eſſe Canoniam,
& aliud Præbendam, vnamque ab altera non
19 parum differre, quia † Canonia eſt ius haben-
di ſedem in Choro ad cantandum , & legen-
dum, ac vocem in Capitulo prouenìens ex
electioue, ſeu receptione in fratrem , vt *in cap.*
in Geneſi. & ibi gloſ. verb. vel quaſi , de elect.
gloſ. in cap. relatum, & in cap. pro illorum, & in
d. cap. dilectus il 1. *de praben. & ad verb. rece-*
perunt in d. cap. cùm M. vbi Abb. *num.* 22. Felin.
à num. 13. & Rip. *n.* 170. gloſ. *in pragm. ſanct.*
tit. de elect. cap ſicut §. *quanta, verb. Eccleſia, &*
in tit. de collation. §. *item cenſuit, verb. Pra-*
bendarum , Hoied. *de incompatibil. benef. p.* 1.
cap. 12. *num.* 1. Petr. Greg. *de re benef. cap.* 10.
num. vlt. Monet. *de opt. Canon. cap.* 7. *num.* 6.
20 † Præbenda verò ex ſe non habet ſedem in
choro, nec vocem in Capitulo , & titulus Ca-
noniæ eſt receptio in frarrem , titulus verò
Præbendæ collatio, vt *in cap. cùm in Eccleſiis,*
de praben. in 6. Cardin. *conſ.* 103. Rip. *lib.* 2. *re-*
ſponſorum cap. 33. *n.* 4. *& in d. cap. cùm M. n.* 25.
21 Differunt quoque Canonia , & Præbenda,
quia Prębenda ſpiritualis , eſt beneficium Ec-
cleſiaſticum, *cap.* [*dilectus* 19. *de prabend.* ibi, *vt*
receptus in Canonicum prabenda beneficio de-
fraudetur, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 19. *num.*
7.] Canonia verò de per ſe non eſt benefi-
cium, vt *in cap. fin.* §. *in illis, de conceſſ. prabend.*
lib. 6. *& in cap. in noſtra* 32. *de reſcript.* ibi, *ali-*
quando in aliis recepti licèt nondum in eis Ec-
cleſiaſticum beneficium ſint aſſequuti , apertè
enim agit de illis , qui ex vi mandati Apoſt. in
Canonicos iam fuerunr recepti, & tamen cla-
rè ait adhuc beneficium Eccleſiaſticum aſſe-
quutos non eſſe ; ergo probat Canonicos, qui
Præbendam non habent, beneficium Eccleſia-
ſticum non habere , vt animaduertit *ibi* Abb.
notab. 2. Barbat. *num.* 28. & Felin. *in princ.*
multis rationibus comprobat Rot. *deciſ.* 26. *in*
princip. & per tot. de prabend. in nouis , & poſt
eam Anton. Fabric. *de re benef tit. de titulo,*
& in titulat. num. 9. 21. *&* 34. *cum ſeqq.*

Ex dictis etiam refertur poſſe quem in Ca- 22
nonicum recipi ſine Prębenda, nam olim Ca-
nonici erant, abſque vllo Præbendarum di-
ſtincto numero, vt teſtantur Ioan. Andr. Abb.
Butr. & alij *in d. cap. cùm M.* quos refert , &
ſequitur Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *q.*
1. *in fine* , ſed nullum ius habet cùm re non ſit,
ſed tantùm nomine Canonicus , & in herba,
vt vulgò dicitur, Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1.
verb. beneficia, §. *ad Dignitatem, verſ. prabenda.*
Azot. *d. cap.* 11. *q.* 4. *&* 5. Sebaſt. Cæſ. *in relect.*
de Eccleſiaſt. hierarchia diſp. 12. §. 6. *n.* 50. niſi
conſuetudine , aut ſtatutis Eccleſiarum aliud
caueatur , quia tunc receptus ſiue auctorita-
te , & conſenſu ipſorum Canonicorum , ſiue
auctoritate Papæ iura Canonici conſequi de-
bet, & nomine , titulo, honore, & commodo
Canonicus eſt , aliaque iura beneficij habet,
vt benè Sebaſt. Cæſar. ſic neceſſariò intelli-
gendus *d. cap.* 12. §. 6. *num.* 45. in multis enim
Eccleſiis conſuetudine eſt introductum , vt
plures homines in Canonicos admittantur,
quibus deinde ordine quodam ſeruato , quæ
vacuę ſunt præbendæ conferuntur , vt teſta-
tur Azor. *d. lib.* 3. *cap.* 11. *q.* 6. *in principio.*
Olim quandoque in Canonicum extra nu- 23
merum quis recipiebatur cum expectatione
futurę Præbendæ, vt ex multis iuribus Decre-
talium, & Sexti videre licet, ſed iam hodie id
non licet ex decreto Concil. Trident. *ſeſſ.* 24.
de reform. cap. 19. dum decernit S. Synodus
mandata de prouidendo , & expectatiuas , &
alias quaſcumque gratias ad vacatura nemini
ampliùs concedi , ex quo decreto cenſuit S.
Congreg. non poſſe eligi Canoniam ſupra nu-
merum ad futuram Prębendam , vt refert
Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 1. *proæm. num.* 64.
& 65. Quamuis in Eccleſiis, vbi ſunt inſtituti
Canonici ſine Prębenda , illam expectantes,
qui dicuntur titulares , id non videatur ſubla-
tum ex dicto decreto, vt in ſequenti declara-
tione. *An in Eccleſia Salamantina in qua ex-*
tant 24. *Canonici , quorum duo poſtremi Pra-*
bendã expectant , conſuetudo immemorialis ha-
ctenus obſeruata, & à Pio IV. Motu proprio con-
firmata, & ex certa ſcientia, quã antequã vacet
aliquis Canonicatus, cuius electio ſpectat ad Ca-
nonicos, eliguntur à Capitulo, pracedente licentia
Epiſcopi, duo, vel tres expectantes locum vltimi
Canonici ſine Prabenda vacaturum , ad quem
iuxta gradum expectantis denuò à Capitulo eli-
gitur vnus, & admittitur pracedente approba-
tione, & confirmatione Ordinarij, cenſeatur ſub-
lata ex Decreto Concilij cap. 19. *ſeſſ.* 24. *de re-*
form. Congregatio reſpondit hanc conſuetudi-
nem non comprehendi illo Decreto Concilij , re-
fert Nicol. Garc. *de benef. part.* 6. *cap.* 1. *num.* 5.
Diſtinguitur tamen Præbenda , & benefi- 24
cium tanquam genus , & ſpecies, quia benefi-
cij appellatio cõplectitur omnes alios benefi-

ciorum titulos, ex quibus ratione officij ſpiritualis Clericis competit ius percipiendi redditus Eccleſiaſticos iuxta beneficij definitionem, de qua Sebaſt. Medic. *de definit. p.2. cap. 16.* Hoied. *de incompatibil. benef. in præfat. n. 2.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſ. 5. in princ. à num. 2.* At verò Præbenda ſpiritualis accipitur pro iure illo, quod competit Canonico ad percipiendas diſtributiones, & alios redditus Eccleſiaſticos ratione ſui Canonicatus, & ita intelligitur tex. *in cap. cùm in Eccleſiis, de præbend. lib. 6.* quatenus præbendam ponit tanquam quid diuerſum à beneficio, nam beneficium poſuit tanquam genus, Præbendam tanquam ſpeciem quandam qualificatam, quod magis oſtenditur ex tex. *in cap. tua 32. de verbor. ſignif.* vbi dubitatur vtrùm appellatione beneficij contineatur Præbenda, & reſpondet Pontifex Præbendas, & alia maiora beneficia contineri, ſic manifeſtè ſentiens Præbendam eſſe quandam beneficij ſpeciem ab aliis beneficiorum ſpeciebus diſtinctam.

25 At cùm Canonia, & Præbenda Canonicalis ſit quocunque alio beneficio præſtantior,
& honorabilior, *cap. ſtatutum; in princip. de*
præbend. lib. 6. Azor. *dicta p.2. lib.3. cap.11. q.*
26 *16. in princip.* † ideò in materia odioſa non
venit appellatione beneficij, vt reſoluunt plures per me citati *in tract. de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignific. appell. 32. n.11.*

27 † Nec vbi concedit Pontifex ad petitionem rogantis beneficium, quod vacaret in Cathedrali, comprehenderetur Præbenda Canonicalis, ſecundùm Archid. *in cap. alienationes 12. q.2. & in cap. cùm non de Sacerdotali, de præbend. lib.6.* Felin. *in cap. in noſtra, corol. 39. de reſcript.* Corraſ. *de benef. par.1. cap.5. num. 4.* Nicol. Garc. *de benef. p. 1. cap. 6. num. 61.* Etiamſi fiat in litteris ſpecialis mentio de Cathedrali, *cap. quamuis, de præbend. in 6.* Calderin. *conſ. 31. eodem tit.* Staphil. *tit. de modo, & forma impetr. §. circa tertium, num. 6.* Selu. *de benef. p. 3. q.11. qualit. 21. num. 38.* Franc. Marc. *deciſ. 525. p. 1.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 10. q.2. num. 25.* Sebaſt. Caſ. *d. diſp. 12. §. 6. ex num. 38.* vbi *num. 42.* limitat hoc non procedere in Eccleſia, in qua alia non ſunt beneficia, niſi Præbendæ.

28 Quæſtio eſt dubia, an impetrans ſibi Canonicatum teneatur in impetratione mentionem facere de Præbenda, ita quòd ſi hoc tacitum fuerit, impetratio ſubreptitia cenſeatur? Quidam tenent abſolutè impetrantem non teneri commemorare Præbendam, ſiue illa diſtincta ſit, ſiue vnita Canonicatui; ita Petr. de Anchar. *in reg. acceſſorium col. 26. num.14. verſ. licèt, de regul. iuris in 6.* cuius opinionem refert, & ſequitur Dec. *in cap. cùm adeò, col. 1. num. 2. de reſcr.* Selua *d. p.3. q.15. verſ. vigeſima ſexta qualitas.* [quia Canonicatus non poteſt eſſe ſine Præbenda, licèt Præbendatus poſſit eſſe ſine Canonia. Ioan. Corraſ. *in paraph. Sacerdot. cap.2. num. 9.* Franciſc. Duaren. *de ſacris Eccleſ. min. lib. 2. cap. 8.* Borrell. *d. tom 1. tit. 29. num. 7.*] Alij non pauciores exiſtimarunt teneri nominare Præbendam, aliàs impetrationem minimè carere vitio ſubreptionis, quia poteſt eſſe Canonicatus ſine Præbenda, & vice verſa Præbenda ſine Canonicatu, ita Rot. *deciſ. 2. Vtrùm ſi Canonicus, de præbend. in antiq. & deciſ. 33. Quidam habens Canonicatum, de reſcript. in nouis.* [Camill. Borrel. *d. tit. 29. num. 17.* Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. 1. verb. Canon.* Aloyſ. Ricc. *p. 6. collect. 2451.*] firmant *in d. cap. cum adeò,* Panor. *in 3. notab.* Barbat. *col. 3. num. 18.* Imol. *in 3. notab.* Ioan. de Anania *num. 1.* & Felin. *col. 1.* qui videntur loqui caſu, quo Canonicatus ſit diſtinctus à Præbenda; nam ſi ſimul ſint annexi (vt in omnibus ferè Hiſpaniæ Eccleſiis ſunt) puto appellatione Canonicatus, & è conuerſo venire Præbendam, vt per Bald. *conſ. 472. In cauſa Prioris, num. 4. verſ. dubitabatur an ſi quis, lib.2.* Ægid. Bellam. *conſ.34. num. 4. & 5. verſ. puto quòd non,* Iacob. de Graff. *d. cap. 97. num. 11.* Card. Tuſch. *tom. 1. lit. C. concl. 29. num. 6.* vbi *num. 13.* ex Bald. *d. conſ. 472. num. 3. lib. 2.* ſubdit appellatione Præbendæ non venire Canonicatum quando vtrumque exprimitur in litteris, niſi in Francia, vbi de conſuetudine Canonici appellantur *Præbendary*, & citat Ægid. Bel-
lamer. *d. conſ. 34. num.7.* † [Præbenda enim, 29
quæ eſt annexa Canonicatui, & Canonico dari conſueuit, ſi conceſſa ſit, cenſetur & Canonicatus conceſſus non iure acceſſorij, ſed iure connexitatis, Franc. Marc. *Delphin. deciſ. 134. n.6. vol.2.* Pute. *deciſ. 201. lib.2.* Surd. *deciſ. 199. num. 19.* Borrell. *d. tit. 29. num. 37.* vbi *num. 38.* poſt Pute. *d. deciſ. 201. num. 2. & 4.* ait ſolam diſtinctionem præbendarum, & Canonicatuum non probare connexionem, ſed eſſe neceſſe probare quòd tituli vnà cum præbenda ſunt ſpirituales. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 6. collect. 2451. verſ. tertiò quòd præbenda.*]

CAPVT XIII.

Dignitates, & Canonici ad Cathedrales, & Collegiatas Eccleſias qua ætate, & qualitatibus eligendi?

SVMMARIVM.

1 *Laici Canonici inſtitui prohibentur.*

2 Ca

2 Canonicatus eſt beneficium ſimplex, & non requirit aliquem ordinem niſi tantum primam tonſuram.

3 Pauperes non ſunt de Præbẽdis Eccleſiæ Cathedralis prouidendi, niſi ſint litterati.
[Præbendæ quæ ſtatuto Eccleſiarum debentur nobilibus ad eos Doctores admittuntur, licèt nobiles non ſint. ibid.]

4 Canonicus Cathedralis Eccleſiæ qua litterarũ ſcientia præditus eſſe debeat, oſtẽditur.

5 Cantum requiſitum ſcire tenetur in Canonicum promouendus.

6 Canonicos cogere poteſt Epiſcopus ad edi-
3 ſcendum cantum Gregorianum, etiam per ſubtractionem fructuum.

7 Examinandus non eſt ab Ordinario ſuper litteratura, ſeu idoneitate ſcientiæ prouiſus per ſedem Apoſt. in forma Dignum de Canonicatu, cuius Ordinem requiſitum iam habet.

8 Approbatus ad Dignitatem Ordinem ſacrum annexum habentem, examini nihilominus ſubiiciendus eſt ad ſuum Ordinem annexum ſuſcipiendum.

9 Canonicatus Subdiaconalis in 21. Diaconalis 22. & Sacerdotalis in 24. anno obtineri poteſt.

10 Canonicatum obtinens in Eccleſia Cathedrali ante factam Ordinum diſtributionem in ea ſaltem ætate oportet eſſe cõſtitutus, vt infra annum ad Subdiaconatum poſsit promoueri.

11 Canonicatus, Portiones integræ in Cathedrali requirunt attingentiam 21. annorum ſi non habeant annexum Ordinem Presbyteratus, vel Diaconatus.

12 Præbendam Presbyteralem vacantem poterit Epiſcopus conferre illi, qui Diaconalem, ſeu Subdiaconalem habet, & hæc illi, qui ætatem habet pro his obtinendis, & Canonicatus natura eſt attendenda, & non Parochialis ei acceſſoriè, & in perpetuum vnitæ.
[Præbenda quando dicatur Sacerdotalis, remiſsimè. ibid.]

13 Canonici ſupernumerary poſſunt recipi in anno 14. ſed adueniente tempore præbendæ debent eſſe in ætate integra.

14 Ætas promouendorum ad Canonicatus Collegiatarum Eccleſiarum illa requiritur, quæ ante Concil. Trid. præſcribebatur, & ſic quatuordecim annorũ, [nec tales tenẽtur ad aliquem Ordinem ſacrũ, niſi requiretur per ſtatutum, aut fundationem.]

15 Prouiſo in 13. ætatis anno de Canonicatu in Eccleſia Collegiata, vbi vigore ſtatuti Eccleſiæ prouiſi ante realem poſſeſsionem, & fructuum perceptionem debent expectare per biennium, obſtat Concil. ſeſſ. 23. cap. 6. de reform.

16 Portiones dimidiæ in Cathedralibus neque Ordines ſacros, neque ætatem ad illos requiſitam exigunt.

17 Canonicus Collegiatæ, quæ curam exercet animarum, quam exigat ætatẽ, oſtẽditur.

18 Ad Dignitates, quibus cura animarum ſubeſt, nullus eſt promouendus, qui ſaltem 25. ſuæ ætatis annum non attigerit, & in clericali Ordine verſatus doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſaria, ac morum integritate commendetur.

19 Ætas incipit à die natiuitatis, non autem à die Baptiſmi.

20 Cura iuriſdictionalis Dignitati adhærens requirit in promouendo ad illam vt ſaltem 25. ſuæ ætatis annum attingat.

21 Ætas 25. annorum inceptorum requiritur principali Dignitate Collegiatæ Eccleſiæ.

22 Ad Dignitates, vel Perſonatus Cathedralium, quibus animarũ cura nulla ſubeſt, requiritur ætas 22. annorum completorũ.

23 Dignitates Collegiatarum Eccleſiarum quam ætatem requirant, oſtenditur.

24 Illegitimi in Canonicos non ſunt promouẽdi.

25 Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum illegitimis ad Canonicatus Eccleſiarum Collegiatarum; quid autem circa Canonicatus Cathedralium Eccleſiarum, oſtenditur, n. 26.

27 Neophyti non prohibentur in Canonicos aſſumi ſi aliàs reperiantur idonei.

28 Eccleſiæ in Hiſpaniis quæ habeant ſtatuta puritatem ſanguinis requirentia referuntur.

29 Statuta aliquarum Eccleſiarum in Hiſpaniis puritatem ſanguinis requirentia non videntur improbanda.

30 Statuta puritatem ſanguinis requirentia in obtinentibus Canonicatus, ſunt exorbitantia, & pœnalia, ac proinde ſtrictiſſimè interpretanda.

31 Statutorum rigor vt excludatur, ſatis eſt de ſanguinis impuritate non conſtare.

32 Prouiſi in Eccleſiis puritatem ſanguinis exigentibus ad effectum, vt admitti poſſint, non grauantur onere probandi ſe deſcendere ex Chriſtianis antiquis, ſed Capitulo excipienti illos deſcendere ex origine infecta, incumbit onus probandi.

33 Natus inter Chriſtianos non grauatur onere probandi ſe eſſe natum ex puris Chriſtianis, ſed hoc in dubio præſumitur.

34 Purus vnuſquiſque præſumitur dum non probatur contrarium.

35 Purum ſe probare quis debet quando cauſa appellationis interpoſita per prouiſum eſſet deſerta, vel quando pro parte Capituli eſt probata aliqua macula.

36 Puritas ſanguinis probatur per teſtes deponentes de publica voce, & fama & communi hominum exiſtimatione.

37 Fama

37 *Fama inconcuſſa in antiquis plenè probat quando habet originem à fide dignis, &orta eſt ex iuſtis, & probabilibus cauſis.*

38 *Sententia lata inter duos facit ius quoad omnes in cauſa ſtatus, & quando agitur de iure reali, veluti de puritate, aut nobilitate ſanguinis.*

39 *Nobilitas, & puritas ſanguinis optimè probatur quando oſtenditur deſcendentes ab eodem genere, & origine habuiſſe officia ad quæ nonniſi nobiles, & puri ſanguinis admittuntur.*

40 *Impuritas ſanguinis poteſt probari per teſtes deponentes de exiſtimatione, ſama, & audita.*

41 *Fama ad probandam impuritatem non aliter recipitur, quàm ſi ſit perpetua, & illæſa apud omnes, & appareat oriri potuiſſe ex aliqua probabili cauſa, quæque contrariis probationibus non debilitetur.*

42 *Fama recens, & præcipuè quæ poſt litem conteſtatam incœpit, non probat impuritatem.*

43 *Teſtes ad probandam famam impuritatis debent atteſtari ſe audiuiſſe à maiori parte populi, prout in negotiis grauibus exigitur.*

44 *Teſtis ſuper puritate, vel impuritate debet etiam non interrogatus rationem dicti ſui concludentem reddere.*

45 *Impuritatis probatione facta ex parte Capituli, poteſt nihilominus prouiſus contraria probatione probare ſuam puritatem.*

46 *Puritatis, & impuritatis facta æquali probatione, ſemper præualet illa, quæ eſt pro puritate.*

47 *Admiſſus ſemel vti purus ad Canonicatum, ſi illum reſignet, poteſt alium in eadem Eccleſia obtinere abſque noua probatione.*

48 *Portugalliæ in Regno excluduntur à Canonicatibus Cathedralium deſcendentes ab Hebræis vſque ad ſeptimam generationem.*

49 *Beneficij Eccleſiaſtici capaces de iure ſunt deſcendentes ab Hebræis.*

50 *Conſtitutio diſponens de Canonicatibus non comprehendit quartenarias, & alia inferiora beneficia Cathedralium.*

51 *Dignitates principales in Collegiatis in Regno Portugalliæ obtinere non poſſunt deſcendentes ab Hebræis.*

52 *Principalis idem ſignificat quòd prima.*

53 *Dictio,* ipſæque, *eſt perſonaliſſima.*

54 *Pluralis loquutio reſoluitur in plures ſingularitates quando diſpoſitio loquitur de pluribus ſubiectis copulatis, non autem de vno tantùm.*

55 *Breuium interpretatio à communi ſtylo, & vſu Curiæ ſumenda eſt.*

56 Reg. 3. Cancel *comprehendit tantum primas Dignitates in Collegiatis, non autem inferiores.*

57 *Indultum primariarum precum dum reſeruat principales in Collegiatis, comprehendit ſolum primas.*

58 *Reſeruationes an ſint odioſæ, vel potius fauorabiles, oſtenditur.*

59 *Statuta excludentia à beneficiis deſcendentes ab Hebræis nihil fauoris continent, ſed odioſa ſunt, & à iure exorbitant.*

60 *Rota à Capitulis conſuetam pietatem, & reuerentiam erga litteras Apoſt. plurimum deſiderat.*

61 [*Littera Clementis VIII. ad Philippum II. Regem Hiſpaniarum apponuntur.*]

[SOlicitè cupiens Concil. Trid.
ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. pro-
uidere Dignitatibus, Canoni-
catibus, & beneficiis Eccle-
ſiaſticis Cathedralium, & Col-
legiatarum Eccleſiarum, vt qui illa obtinent,
poſſint aliis bono exemplo eſſe, ac virtutibus
prælucere, voluit perſonas eſſe tales, quę
poſſent ſuo muneri reſpondere, vt autem ta-
les eſſent, requiſiuit varia, quę ex ordine
prępoſuit, *Primum,* quoad ætatem, & erudi-
tionem, *in verſ. nemo igitur deinceps. Secun-
dum,* quoad ſacros Ordines, *in verſ. neminem
eſſe. Tertium,* quoad gradus promotionem,
in verſ. hortatur etiam. Quartum, quoad prę-
ſentiam, & reſidentiam in Officiis diuinis, &
beneficiis, *in verſ. præterea. Quintum,* quoad
habitum, & veſtitum ipſorum beneficiatorum,
necnon quoad formam, & modum exercendi
Officia diuina in Eccleſiis, *in verſ. veſtitu in ſu
per.* Hîc de aliquibus agemus, nam de aliis ſuis
in locis magis aptè videbimus.] Eligendi igitur 1
ſunt Canonici Cathedralis Eccleſiæ qui ſint
Clerici, nam laici inſtitui Canonici prohi-
bentur, *cap. 2. de inſtit.* ſicut cuiuſlibet alte-
rius Eccleſiaſtici beneficij incapaces eſſe pro-
bat *cap. cùm adeò, de reſcript. cap. ex litteris,
de tranſact.* tradunt Abb. *in cap. Ioannes. num.
7. de cleric. coniug.* Syluest. *verb. beneficium,* il
5. *num.* 8. Ludouic. Gom. *de expectat. num.*
89. Gig. *de penſionib. quæſt.* 86. *num.* 7. *& quæſt.*
22. *num.* 16. Rebuff. *in praxi tit. de different.
inter reſcripta gratia, num.* 38. Lambert. *de iu-
repatron. parte* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 7. *art.* 2. *num.* 15.
Selu. *de benefic. parte* 3. *q.* 6. Azor. *inſtitut.
moral. parte* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *quæſ.* 5. Perez de
Lara *de capellan. & anniuerſ. lib.* 2. *cap.* 5. *à
num.* 2. Nicol. Garc. *de benefic. par.* 1. *cap.* 1.
à n. 9. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 42. *n.* 14.

[nam

2 [nam † Canonicatus eſt beneficium ſimplex.
Nau. *conſ. 97. num. 5. de ſimon. & conſ. 11. de
iniur.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4.
cap. 591. num. 2.* & ideo non requirit certum
aliquem Ordinem, ſed tantùm Clericalem
tonſuram, Marſil. Columna *de redd. Eccleſ. p.
1. cap. 14. num. 19.* Boër. *deciſ. 171. in princ.*
Mandoz. *ad reg. 18. Cancel. de ætate pro Ca-
nonicatu q. 1. num. 4.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel.
gloſ. 5. in princ. num. 94. in fine*, Gratian. *d.
cap. 591. num. 3.* Lotter. *de re benef. lib. 3. q.
5. num. 1.* Quid hodie ſequendum attenta
noua diſpoſitione Concilij Trid. dicemus in-
frà *hoc eod. cap. num. 9. cum ſeqq.*]

3 Pauperes non ſunt Præbendis Eccleſiæ Ca-
thedralis prouidendi, vt monent Staphil. *de
litteris gratiæ, §. nona forma expectatiuarum
num. 40. & 41.* Ludou. Gom. *de expectat. num.
76.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de reſcriptis in
forma communi, & in forma pauperum, num.
181.* Ridiculum enim vulgo foret rudem, &
pannoſum Clericum Canonicũ Eccleſiæ Ca-
thedralis videre, iuxta illud, quod dicit gloſ.
*verb. committantur, in cap. ſtatutum, in princip.
de reſcript. lib. 6.* Staphil. *vbi ſuprà num. 42.*
Ludou. Gom. *de expectat. num. 102. ad med.
verſ. ridiculum*, nam cùm pauper præſuma-
tur vilis perſona, quia paupertas dicitur vili-
tas, vt probat tex. *in l. 2. verſ. quid enim*, ibi, &
*paupertatis detegi vtilitatem, C. quando &
quibus quarta pars, lib. 10.* gloſ. *verb. vilium.
in auth. de mandatis Principum. §. ſit tibi, col-
lat. 3.* & Canonicatus, vel Præbenda in Ec-
cleſia Cathedrali ſit magnus honor, & præe-
minentia, *cap. quamuis, §. quamquam, de præb.
lib. 6.* Rot. *deciſ. 26. num. 6. de præben. in no-
uis, & deciſ. 2. de filiis Presbyt. etiam in nouis;*
ideò pauper non eſt de Præbendis Eccleſiæ
Cathedralis prouidẽdus, niſi ſit litteratus. quia
quotidie olim viri inopes litterati ad Præla-
turas, & conſultorum Principum munera, &
ad alias ſublimes Dignitates promoueban-
tur, Rebuff. *de priuileg. ſcholar. priuileg. 43.*
[Vnde Canonicos Cathedrarum Eccleſia-
rum debere aſſiduè vti veſtitu decenti tam in
Eccleſia, quàm extra illam, ad maiorem ſuæ
Dignitatis ſplendorem, iubet *Concil. Trid. ſeſſ.
24. de reform. cap. 12. verſ. veſtitu inſuper*, &
refert Stephan. VVeyms *ad conſtit. 24. ex iu-
re antiquo deſumptas, & per Concil. Trid. ſpe-
cialim innouatas, conſtit. 8. in fine pag. 77.*

Aduertas tamen in hac materia. quòd ad
Præbendas, quæ ex ſtatuto Eccleſiarum à ſe-
de Apoſt. confirmato debentur nobilibus,
admittuntur Doctores, licèt nobiles non ſint,
Mohedan. *de priuil. dec. 2.* Alovſ. Ricc. *p. 6.
collect. 2451. verſ. ſed quæritur.* Camill. Bor-
rel. *in ſum. deciſ. tom. 1. tit. 29. num. 40.* &
admittitur nobilis ex priuilegio, vt ex eodem
Mohedano reſoluit Gutier. *pract. lib. 4. q. 8.
num. 11. verſ. & in terminis.* Non diſpenſat
Epiſcopus cum ignobili, & virtuoſo, vt in Ca-
nonicum admittatur, ſi ſtatutum eſt in Eccle-
ſia, quòd nemo recipiatur, qui non ſit nobilis,
Selu. *de benefic. p. 4. q. 7. num. 6. & p. 5. q. 7.
num. 13.* Perez *l. 1. tit. 1. lib. 4. Ordin. col. 4.*
quos refert, & ſequitur, Alzed. *de præcellent.
Epiſcop. dignit. p. 2. cap. 6. num. 66.*]

Canonicatum aliquem Cathedralis Eccle- 4
ſiæ, ſeu in ea Dignitatem non habentem iu-
riſdictionem, impetrans, maiori præditus de-
bet eſſe ſcientia, quàm is, qui ſimplex, & reſi-
dentia carens vellet conſequi beneficium.
[Exigitur igitur mediocris ſcientia, vt probat
Hoſt. *in cap. 2. ſub num. 7. ver. idoneis, de inſt.*
Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 50. num. 51.* & vl-
teriùs debet in litteris ita proficere, vt ſuo
conſilio poſſit aliquando Eccleſiam & Epiſco-
pum iuuare ne contingat ad Capitulum duci
oues ac boues, vt dicebat Roder. Zamorenſ.
Epiſcop. *in ſuo ſpeculo p. 2. cap. 19.*] cùm enim
teneatur præter peritiam, & ſcientiam litte-
ratum, ad induſtriam, & conſiliũ in Capitulo,
[nam debet Canonicus vocari ad Capitulum,
& Epiſcopo conſulere, *c. nouit, cap. quanto,
de his, quæ fiunt à Prælat.* Valenz. *conſ. 34. num.
48. tom. 1.*] tenetur habere mediocrem ſcien-
tiam, & eam ſaltem, quæ ſit neceſſaria ad co-
rum munus exequendum; & ad Ordinem,
quem Canonicatus requirit, exercendum,
Abb. *in cap. cùm in cunctis; in princ. num. 4.
de elect.* Menoch. *de arbit. caſu 425. num. 25.*
Monet. *de diſtribut. quotid. par. 2. q. 19. num.
37.* vnde illum ſolertiùs examinatores debent
interrogare, ſtrictiorique examine cum eo
vti; quia beneficium ſimplex, perpetuam ta-
men requirens reſidentiam, comparatur Cu-
rator ex Lap. *alleg. 116.* incipit, *Hiſpanus, ſub
num. 2.* per doctrinam Innoc. & Ioan. Calder.
in cap. clericos, de cler. non reſid. refero ego ipſe
de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 60. num. 69.
† [eo maximè, quia *in c. ſtatutum, de reſcript.* 5
in 6. habetur cauſas ab Apoſt. Sede commit-
tendas inter alios Canonicis Eccleſiæ Cathe-
dralis, & ibi dicit gloſ. *in verbo Canonicis*,
quod pro Dignitate, & loco præſumitur vt
quis ſit peritus, & *ibi* Ioan. Andr. & Franc.
aſſerit quòd Canonicus Eccleſiæ Cathedralis
non poſſit recuſari vt ſuſpectus ratione impe-
ritiæ, qua præſumitur peritus, & non admitti-
tur probatio in contrarium, refert Marc. An-
ton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. q. 612. num.
1. & 3.*] Tenetur quoque talis in Canonicum
promouendus cantum requiſitum ſcire, Con-
cil. Prouin. Mediol. *ſub tit. de diſtrib. verſ. vt
diuinis Offic.* Monet. *d. q. 19. num. 35.* & in tan-
tũ requiritur quòd † poteſt Epiſcopus Cano- 6
nicos cogere ad ediſcendũ cantũ Gregorianũ,
etiam per ſubtractionem fructuum, vt cenſuit
S. Cong. Concilij *in vna Tropien. 9. May 1620.*

Qui

7 Qui iam Sacerdos eſt, & prouiſus per Sedem Apoſt. in forma *Dignum*, de Canonicatu, ſuper litteratura, ſeu idoneitate ſcientiæ, examinandus non eſt ab Ordinario, & idem de quocunque Ordine ſacro illi Canonicatui requiſito. Vnde S. Cong. Concilij cenſuit *in iis, qui Diaconi, vel Subdiaconi, aut Presbyteri ſunt, petúntque admitti in Cathedralis Eccleſiæ Canonicatus, qui eum Ordinem ſacrum, quem habent, requirunt, ſibi in forma Dignum collatos, opus non eſſe examine, quod ad explorandam litteraturam pertinet; eos verò qui Sacros Ordines nondum ſuſceperunt, examinandos eſſe an illa habeant adiumenta doctrinæ, quæ ex præſcripto Sacri Concilij Trid. neceſſaria ſunt illi Sacro Ordini, qui Canonicatui, quem conſequi volunt, erit annexus*, refert Nicol. Garc. *de*
8 *benef. par. 6. cap. 2. num.* 234. † Et eadem S. Cong. reſpondit *eum, qui approbatus eſt ad Dignitatem Ordinem ſacrum annexum habentem, examini nihilominus ſubiiciendum eſſe ad ſuum Ordinem ſuſcipiendum tam eius Epiſcopi, qui non contulit Dignitatem, quàm eius, qui contulit, niſi tamen ſtatim cum collatione Dignitatis examinatus, & ordinatus fuerit, iuxta præſcriptum Concilij Trid. ſeſſ. 23. de reſor. cap. 5.*

9 Ad Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis licèt olim quidam ſeptennium completum, alij decimumquartum annum neceſſarium exiſtimauerint, [vt per Bellam. *deciſ.* 753. Camill. Borrel. *in ſum. deciſ. tom. 1. tit. 29. num.* 13. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 2. cap. 18. de collat. beneſic. num.* 20. Stephan. Gratian. *diſcep. forenſ. tom. 4. c.* 591. *num.* 4. Aloyſ. Ricc. *p. 6. collect.* 2451. *verſ. ſeptimò aduerte.* Thom. Valaſc. *tom. 1. alleg. 7. num.* 8.] quia tamen hodie ex noua diſpoſitione Conc. Trid. *d. cap.* 12. *verſ. neminem*, omnes Canonici Cathedralium tenentur habere Ordinem ſacrum, ideo nulli in tales recipiendi ſunt, qui eo Ordine ſacro non ſint initati, quem requirit, aut in tali ætate, vt infra tempus de iure, vel eadem Sancta Synodo (hoc eſt, annum) ſtatutum initiari valeant; ergo dum Subdiaconatum promoueri quis poteſt in 22. ad Diaconatum in 23. ad Presbyteratum in 25. ex eod. Concil. *ſeſſ. 23. de reſor. cap.* 12. inde fit quòd Canonicatum Subdiaconalem in vigeſimoprimo, Diaconalem in vigeſimoſecundo, & Sacerdotalem in vigeſimoquarto anno obtinere poterit; ita Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 4. q. 9. num.* 11. Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. beneſicium*, §. 2. & 3. Vgolin. *de offic. Epiſc. p. 1. cap. 19. num.* 1. Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 7. cap. 6. num.* 26. Sanch. *in opuſcul. moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 48. num.* 7. Monet. *de diſtrib. quotid. par. 2. q. 19. ex num.* 12. Iſid. Moſcon. *de maieſt. milit. Eccleſ. lib. 1. par. 1. cap. 15. pag. 297. verſic. at alij*, Zech. *de Repub. Eccleſiaſt. cap. 24. de Canonic. num. 3. verſ. ſecundo*, Seraph. *deciſ.* 1138. *num.* 1. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 239. Paul. Laymann. *in Theologia morali lib. 4. tract. 2. cap. 14. num. 1. verſ. porrò.* Squillante *de priuileg. cleric. cap. 4. num.* 65. [Stephan. Gratian. *d. cap.* 591. *num. 5. cum ſeqq.* vbi, *num* 9. ſubdit ſufficere annos illos ingreſſos, non verò requiri completos, & *num.* 18. aduertit quòd habens maiorem ætatem, vel Ordinem, quem requirit Præbenda, non propterea debet excludi, ſed magis erit admittendus, cùm habens maiorem ætatem, non deſinat habere minorem, ſicut habens maiorem Ordinem non recedit à minori, nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtit. 24. deſumptas ex iure antiquo, & innouatas per Concil. Trid. conſtit. 3. num. 23. pag.* 34.] Quod etiam ante factam aliquam Ordinum diſtributionem (de qua *ſequenti cap.* agemus) agnoſcunt Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 20. l. 1. de ætate num. 6. & 7.* Nicol. Garc. *de beneſic. part. 7. cap. 4. num.* 29. vbi teſtatur Sacram Congregat. Concilij *in vna Algarbien.* cenſuiſſe *quod etiam in Eccleſia, vbi non fuit facta diſtributio ſacrorum Ordinum, requiritur quòd prouiſus de Canonicatu ad minus attingat 22. annum, & quòd collatio facta habenti 20. tantùm non valuit*, Ego ipſe *de officio, & poteſt Epiſc.*
par. 3. allegat. 60. num. 70. vbi reſoluo † obti- 10
nentem Canonicatum in Eccleſia Cathedrali non habentem annexum Ordinem Presbyteratus, vel Diaconatus ante factam Ordinum diſtributionem, in ea ſaltem ætate oportere eſſe conſtitutum, vt intra annũ ad Subdiaconatum poſſet promoueri; [non requiritur ergo Ordo actu, ſed aptitudine, Nau. *conſ. 45. de temporib. ordin.* Sanch. *in opuſcul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 48. num.* 9. vbi addit quòd ſi Canonicatus huiuſmodi ex ſpeciali ſtatuto exegerit actu Ordinem, non valeret collatio, niſi
actu haberet illum.] † Et ita ad Canonicatus, 11
& Portiones integras in Cathedrali requiri attingentiam 21. annorum, vt intra tempus à iure, & ab eodem S. Concil. ſtatutum poſſit ſacrum Ordinem Subdiaconatus ſuſcipere, ſcilicet intra annum, reſoluit Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſ. 5. num.* 95. [Seraphin. *deciſ.* 500. *num.* 1. vbi quòd ad obtinendum Canonicatum in Cathedrali, ſufficit quòd prouiſus ſit in 21. ætatis anno vigore Concilij Trid. &
deciſ. 1138.] † & Præbendam Presbyteralem 12
vacantem poterit Epiſcopus conferre illi, qui Diaconalem, ſeu Subdiaconalem habet, & illi, qui ætatem habet pro his obtinendis, ex ſententia S. Congregat. reſoluit Nicol. Garc. *de beneſic. part. 7. cap. 4. num.* 26. [Quando dicatur Præbenda Sacerdotalis, vide Rot. *deciſ. 366. num. 2. cum ſeqq. p. 2. recentior. & deciſ. 421. ead. p. 2.*] Et procedere quamuis Cano-

nicatui

nicatui huiuſmodi vnita eſſet acceſſoriè, & in perpetuum Parochialis, cùm non illius, ſed Canonicatus natura ſit attendenda, referunt deciſum Anaſtaſ. Germon. *de indultis Cardinalium, verb. quibuſuis, num.* 6. Gonzal. *ad regul.*8. *Cancell. gloſ.* 9. *in princip. num.* 4. Seraphin. *deciſ.* 1138. Nouar. *in ſing. iuris Canon. concl.* 16. *in fin.* Campan. *d. cap.* 6. *à num.* 20. nouiſſimè Stephan. VVeyms *citato loco.* Garc. *de beneſ. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 30. vbi teſtatur Sacram Congregationem cenſuiſſe in hæc verba. *Si neque ante, neque poſt Concil. Tridentinum nullus Ordo ſiue Diaconalis, ſiue Preſbyteralis Canonicatui annexus fuit, & Parochialis Eccleſia legitimè, & perpetuò eſſet Canonicatui vnita tanquam principali acceſſorium, attendenda eſt natura Canonicatus, non autem Parochialis, & ita ſufficit, vt is, cui collatio facta eſt, ſit in ea ætate* 20. *annorum, quæ in Canonicatus collatione requiritur.* [ſic etiam licèt Canonicatus habeat Parochialem Eccleſiam vnitam, cui perpetuus Vicarius præficitur, ætas 25. annorum non requiritur, Franc. Marc. *Delphin. deciſ.* 1004. quem refert Aloyſ. Ricc. *p.*6. *collect.*2451. *verſ. quid autem.*]

13 An autem eadem ætas exigatur in Canonicis ſupernumerariis, qui in aliquibus Eccleſiis ex priuilegio Apoſtolico ſolùm participant de diſtributionibus quotidianis, & nullam obtinent præbendam, ſed ad primò vacaturam iuxta eorum prouiſionem admittuntur, eſt quæſtio difficilis, ſed propoſita in S. Cong. *in vna Venafren. ſub die* 13. *Martij* 1603. fuit reſolutũ *quòd tempore receptionis dicti Canon. poſſunt admitti in anno* 14. *ſed aduen. tempore præben. debent eſſe in ætate integra, vt ſup.*

14 Circa ætatem verò promouendorum ad Canonicatus Collegiatarum Eccleſiarum nihil innouauit Conc. Trid. ſed id relictum eſt intra terminos, qui ante dictum Concil. Trid. præſcripti ſunt, vt cenſuit Sacra eiuſdem Concil. Congregatio, ſicut atteſtantur Gonzal. *d. gloſ.* 5. *num.* 92. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 21. *pag.* 330. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 735. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 512. *num.* 3. *in fine in* 2. *edit.* & nouiſſimè *par.*4. *eiuſdem praxis reſol.*57. *num.* 2. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 20. *l.*1. *de ætate n.*8. [Steph. Gratian. *d. tom.* 4. *c.*591. *n.*10. & *c.*482. *n.* 10. nouiſſimè Steph. VVeyms *citato loco.*] Squillante *d. c.*4. *n.*64. Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad c.*2. *n.*2. *diſt.*78. Ego ipſe *d. par.*3. *alleg.*60. *n.*71. At cùm ante Conc. Trident. iure communi [ad Canonicatum Eccleſiæ Collegiatæ non requireretur Ordo ſacer, ſed ſolùm clericalis Ordo, Abb. *in c.*2. *col.*2. *in fine, verſ. nota ibi n.*5. Anch. *n.*3. Butr. *n.*7. *de inſtit.* Mandoſ. *conſ.*20. *num.*1. Steph. Gratian. *d. tom.* 4. *cap.*482. *n.*1. ita ut ſufficeret prima tonſura etiamſi collegiata eſſet inſignis, ex eodem Gratiano *ibidem n.* 12. Ad eundemque Canonicatum eodem iure communi attento] ætas 14. annorum exigeretur, *c. ſuper inordinato*, iuncta gloſ. *verb. pueri, de præbend.* igitur dictum ordinem, & ætatem 14. annorum hodie ſufficere in his canonicatibus reſoluunt Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſ. ætatis num.* 2. Piaſec. *citato loco.* Monet. *de diſtribut. quotid. p.*2. *q.*19. *num.*14. Squillante *d. cap.* 4. *n.* 64. Galet. *in margarita caſuum Conſcient. verb. Canonicus* 3. *pag.* 29. [me citato in hoc loco nouiſſimè Marchin. *de Sacram. Ordinis p.*5. *tract.*1. *cap.*2. *num.* 19. Franc. Leo *d. p.*2. *c.*18. *num.*20. *in fine* Gonzal. *d. gloſ.* 5. *in princ. num.*6. Steph. Gratian. *d. cap.* 591. *n.*12. Zerol. *in praxi p.*1. *verb. Canonia* §. 9.] Aloyſ. Ricc. *in d. ſua praxi aurea reſol.* 239. *n.* 3. vbi id intelligit ſi huiuſmodi Canonicatus Eccleſiarum Collegiatarũ ex ſtatuto, vel conſuetudine nullum requirant ſacrum Ordinem, aliàs enim deberent de illis prouidendi eſſe conſtituti in illis ſacris Ordinibus, quos requirunt ipſi Canonicatus, vel in ea ætate quòd infra tẽpus à iure ſtatutũ poſſint ad illos promoueri, id eſt, infra annũ, prout ſuprà diximus circa Canonicatus Cathedraliũ Eccleſiarum. [de quo etiam nouiſſimè Steph. VVeyms *citato loco* Fr. Leo *d. p.*2. *c.*18. *n.*22. dum ait quòd quãdo Canonicatus in Eccleſia Collegiata habet annexũ Ordinem ſacrũ, tum requiritur illa ætas, quam idem Ordo requirit. Zerol. *d. verb. Canonia* §.9. Steph. Gratian. *d. c.*482. *n.*13. & *d. c.*591. *n.* 13. dum dicit quòd ſi per ſtatutum, ſeu conſuetudinem legitimè introductam, aut fundationem eſſet diſpoſitum quòd talis Canonicatus debeat habere ætatem viginti annorum completam, vel maiorẽ, tunc eſſet ſeruandum quod in eis diſponitur. Quod in tantum verum eſt, vt ſi collatio fieret minori de tali Canonicatu Eccleſiæ Collegiatæ habente annexum Ordinem ſacrum, erit nulla, quia tunc de eo iudicatur ſicut de Canonicatu, & Dignitate in Cathedrali, Puteo *deciſ.*338. *aliàs* 330. *n.*3. & 4. *lib.* 1. Hinc aduertit idem Gratian. *d. c.*482. *n.*18. quòd receptio facta de Canonico nouo, qui iurauit ſeruare ſtatuta, debet intelligi ſaluo tenôre litterarum, propter quos recipitur, vnde ſi in eis continetur quod non teneatur ordinari, non tenebitur etiamſi ſtatuta per eum iurata aliud velint, quia tam ipſe prouiſus, quàm illum recipientes intelliguntur ſe limitaſſe ſecundùm litteras, dummodo tamen tempore, quo iurauit, non fuerint lecta, aut ſpecificata ſtatuta, ſeu cõſuetudines, ſtante enim iſta ſpecificatione videtur iurans renunciaſſe gratiæ, & per iuſiurandum fuit factum validum ſtatutum, quod eius reſpectu erat inualidum, cùm aliud eſſet ſi fuiſſet iuratum in genere abſque eo quòd ſint ſpecificè lecta dicta ſtatuta, nam hoc caſu non cenſetur renuntiaſſe gratiæ.]

15 †Vnde Sacra Congr. Cōcilij *ſub die* 14. *Auguſti* 1586. cenſuit *prouiſo in decimotertio anno ætatis de Canonicatu in Eccleſia Collegiata, vbi vigore ſtatuti Eccleſiæ prouiſi ante realem poſſeſsionem, & fructuum perceptionem debent expectare per biennium, obſtare decretū Concil.* ſeſſ. 23. c. 6. de reform. Ita Nicol. Garc. *d. p. 7. c. 4. n.* 13.

16 Ex his patet quid dicendum de Portionibus in eiſdem Collegiatis Eccleſiis, [& dimidiis Portionibus in Cathedralibus:] cùm Trid. Cōcil. *in d. cap.* 12. loquatur in Canonicatibus, & Portionibus Cathedralium: quinimò cùm eius verba exprimant Portiones in Cathedralibus, non debent extendi ad dimidias portiones in eiſdem Cathedralibus, in quibus propterea neque Ordines ſacros requiri, neque ætatem per Concil. requiſitam ad illos Ordines neceſſariam eſſe, tenuerunt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ. in princip. num.* 93. & Campan. *d. cap.* 6. *num.* 28. [Stephan. Gratian. *d. tom.* 4. *cap.* 482. *num.* 12. *in fine.*]

17 Quid ſi Canonicatus, aut aliud quodpiam beneficium, ſiue hebdomada ſit in Collegiata Eccleſia, quæ curam exerceret animarum, quam exigat ætatem, huius loci eſt inueſtigare; in quo dubio ſic eſt diſtinguendum, aut agimus de Collegiata, in qua penes vnum Canonicum perpetuò reſidet animarum cura, ſeu penes duos dimidios præbendaros (vt in noſtra inſigni Collegiata Vimaranenſi,) & tunc nullus alius præter iſtos cogitur in ætate annorū 25. eſſe tempore impetrationis, iuxta tex. *in cap. cùm in cunctis*, §. *inferiora*, *de elect.* Campan. *d. cap.* 6. *num.* 30. *in princ.* Aut menſatim duo ex hebdomadariis eliguntur à reliquis, vt curæ animarum vacent, & licèt talis cura non pertineat ad ſingulos Canonicos Collegiatæ, ſed ad Collegium, ſeu Capitulum vnicam perſonam Rectoris repræſentans, Pute. *deciſ.* 282. *lib.* 1. *in correctis*, Gonzal. *d. gloſ.* 6. *num.* 71. [Rot. *deciſ.* 226. *num.* 8. *p.* 1. *recentior.*] ita quòd ipſorum quilibet dici Curatus nequeat, Mandoſ. *conſ.* 20. *num.* 8. *&* 9. Campan. *d. num.* 30. *poſt med.* attamen in propoſito caſu arbitror quòd annis 25. non minor ſit habilis ad hanc curam: nam actu illam exercet, tametſi habitu penes totum Collegium illa reſideat, vt tenere videtur Campan. *loco proximè citato.*

18 Ad Dignitates, nempe Decanatum, Archidiaconatum, & alias, quibus cura animarum ſubeſt, nullus eſt promouendus, qui ſaltem 25. ſuæ ætatis annum non attigerit, & in clericali Ordine verſatus doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſaria, ac morum integritate commendetur, ita colligitur ex. *cap. cùm in cunctis, de elect. & ex c. licèt Canon. eod. tit. lib.* 6. & ex Concil. Trid. *d. cap.* 12. *in princ*, & probant Maſſob. *in ſua praxi habendi concurſum, requiſ.* 10. *dub.* 11. *num.* 24. *ſecundùm Romanam impreſſ.* Nouar. *in ſingular. Iuris Canon. concluſ.* 14. Squillante *de priuileg. cleric. cap.* 4. *num.* 72. Campan. *d. cap.* 6. *num.* 22. [nouiſſimè Balth. de Angelis *ad auth. Diaconiſſam. C. de Epiſcop. & Cleric. num.* 4. *pag.* 52. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 49. *num.* 23. *&* 24.] Ego ipſe *in collect. ad d. cap. cùm in cunctis*, §. *inferiora n.* 30.
& cenſuit Sacra Congr. Concil. *in Cottonien.*
4. *Decemb.* 1627. † vbi fuit deciſum *ætate* 25. 19
annorum incœptorum requiri ad obtinēdam Dignitatem, cui ſubeſt animarum cura, ac etiam fuit reſolutum *ætatem incipere à die natiuitatis, non autem à die baptiſmi.* quod procedit quamuis cura iuriſdictionalis ſit, vt per Nau. *conſ.* 42. *de ætate, & qualit. in vtraque edit.*
Sayt. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.* 4. † Vn- 20
de ad Dignitatem principalem in Collegiata
† requiri ætatem 25. annorum incœptorum, 21
cùm regulariter habeat curam animarum in foro interiori, vel exteriori, reſoluit Nic. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 4. *num.* 65. Intellige ſupradicta ſi principaliter cura ſubſit, non verò ibi acceſſoriè Parochialis vnita ſit Dignitati; quia tunc non ætas ad Curatum requiſita, ſed quæ ad Dignitatem idonea, erit quoque in hoc de quo agimus caſu ſufficiens, vt referunt deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Parochus*, §. 6. Campan. *d. cap.* 6. *num.* 22. *verſ. id tamen.*

Ad cæteras verò Dignitates, vel Perſona- 22
tus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, Clericos alioquin idoneos, & 22. annis non minores, eſſe aſciſcendos, ſtatuit idem Conc. Trid. *d. cap.* 12. *verſ. ad cæteras*, & referunt per me citati *d. alleg.* 60. *num.* 65. quibus addo Maſſobr. *d. requiſ.* 10. *dub.* 11. *num.* 24. Nouar. *in ſingul. Canon. concluſ.* 15. Squillante *de priuileg. cleric. cap.* 4. *n.* 74. Qui quidem 22. anni ad Dignitates requiſiti debent eſſe completi, vt reſoluunt Nau. *conſ.* 4. *de ætate & qualit. in vtraque edit.* Sayt. *in floribus deciſ. ſub illo tit. deciſ.* 4. Mandoſ. *in tractat. de ætate minor. cap.* 5. *num.* 10. Leſſi. *de Iuſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 108. vbi dicit illam formulam, *vt non ſit minor viginti duobus annis*, inſinuare annos 22. debere eſſe completos, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 591. *num.* 9. Nicol. Garc. *de benefic. par.* 7. *cap.* 4. *num.* 70. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis, num.* 2. Squillante *d. cap.* 4. *num.* 75. Maſſobr. *d. requiſ.* 10. *dub.* 13. Nouar. *d. concl.* 15. *num.* 2. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *num.* 66. Et ideò S. Congr. Concil. *ſub die* 20. *Septembris* 1631. cenſuit *Dignitatem in Eccleſia Cathedrali non habentem animarum curam non poſſe conferri, niſi qui habuerit* 22. *annos completos, & Epiſcopum non poſſe diſpenſare.*

Contra Emm. Sà *in aphoriſmis, verb. beneficium, num.* 31. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. beneficia.* §. 1. *verſ. ad Dignitates*, Henriq.

riq. *in ſum. lib.* 14. *cap.* 10. §. *in fine*, Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *quaeſ.* 3. *in fine*, exiſtimantes dictos 22. annos ſufficere incœptos, & non requiri completos.

23 Supradicta abſque dubio procedunt in Dignitatibus Eccleſiarum Cathedralium; quoad alias verò in Collegiatis exiſtentes requiſita ætatis remanere in diſpoſitione iuris communis, reſoluunt, deciſúmque referunt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. *num.* 92. Piaſec. *in praxi Epiſc. parte* 2. *cap.* 5. *num.* 21. *pag.* 330. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 735. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 512. *num.* 2. *in fine, in* 2. *edit. in praxi aurea reſolut.* 239. *num.* 2. Nouar. *d. concluſ.* 15. *num.* 2. Squillante *d. cap.* 4. *num.* 76. Fr. Emman. *quaeſt. Regul. tom.* 1. *quaeſt.* 11. *art.* 2. *& in addit. ad Bullam compoſit. num.* 4. vbi refert Chriſtophorum Vellam Archiepiſcopum Burgenſem contuliſſe Dignitatem Scholaſtriæ Collegiatæ Eccleſiæ de Aguillar del Campo, cuidam Scholari, qui non habebat maiorem ætatem 17. annorum, & cùm litigaretur ſuper hoc fuiſſe iudicatum collationem eſſe Canonicam, & iuridicam, refero ego ipſe *d. alleg.* 60. *num.* 67.

Contra Nicol. Garc. *d. p.* 7. *cap.* 4. *num.* 59. *&* 62. *cum ſeqq.* & Armendar. *d. l.* 7. *de Epiſcopis num.* 2. exiſtimantes, deciſúmque referentes prædictos 22. annos, qui deſiderantur ad Dignitates in Cathedralibus, requiri etiam ad eas, quæ ſunt in Collegiatis.

24 Illegitimi in Canonicos non ſunt promouendi, illi enim ſine Papæ, vel Epiſcopi diſpenſatiône nullum beneficium Eccleſiaſticum habere poſſunt, iuxta gloſſ. communiter receptam *in cap. fin. de filiis presbyt.* vt per Nau. *conſ.* 6. *num.* 1. *eod. tit.* Quod in Canonicis non Regularibus eſt indubitabile, in Regularibus autem Eccleſiæ Cathedralis non videtur ita certum quin aliquam non patiatur difficultatem; nam qui tenent Canonicatum in Cathedrali eſſe Dignitatem ſaltem largè, videntur ſentire illigitimum Regularem non poſſe ad illum promoueri abſque diſpenſatione, per tex. *in cap.* 1. *de filiis Presbyt.* & quæ *ibi* notauimus *à num.* 3. iunctis iis quæ tradit nouiſſimè F. Hier. Roder. *in compen. quaeſt. Reg. reſol.* 52. *num.* 47.

25 Cùm his illegitimis ad Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ etiam inſignis, diſpenſat Epiſcopus, Bellet. *diſquiſ. cleric. p.* 1. *tit. de diſcip. cleric.* §. 3. *n.* 27. Nicol. Garc. *de beneſ. par.* 7. *c.* 2. *n.* 69. [Anton. Fabric. *in praxi beneſ. tit. de beneficiis Cathedral. n.* 8. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 4. *c.* 591. *n.* 16. Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. Canonia.* §. 3. Squillante *d. cap.* 4. *n.* 56.] Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. par.* 2. *alleg.* 45. *num.* 20. prout etiam diſpenſat ad dimidias Portiones, ſeu inferiora beneficia Eccleſiæ Cathedralis, Flamin. Patiſ. *de reſign. beneſ. lib.* 2. *q.* 1. *num.* 117. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloſ.* 5. *num.* 98. *& ſeqq.* Gratian. *d. cap.* 591. *num.* 17. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 69. Bellet. *d.* §. 3. *num.* 26. Ratio eſt, quia tam Canonicatus in Collegiatis, quàm dimidiæ Portiones, & huiuſmodi inferiora beneficia in Cathedralibus non habent ſibi annexum Ordinem ſacrum, nec illius ætatem requirunt, vt probaui *d. alleg.* 45. *num.* 21. *&* 24.

Tota autem difficultas eſt, an Epiſcopus poſſit diſpenſare cum illegitimis ad obtinendos Canonicatus in Cathedralibus? Vna ſententia negatiuam tenet partem, quam expreſsè ſequuntur Ioan. Monach. *in cap.* 1. *num.* 7. *de filiis Presbyt. in* 6. Rebuff. *in praxi tit. de diſpen. ſuper defectu natal. num.* 10. *& ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. parte* 1. *verb. Canonia* §. 3. [Anton. Fabric. *vbi ſuprà*, Zerol. *d. p.* 1. *verb. Canonia* §. 3.] Altera ſententia affirmat, eámque tuentur gloſ. *verb. beneficium in d. cap.* 1. Gemin. *ibi num.* 6. Anchar. *num.* 1. Domin. *num.* 7. & Franch. *num.* 6. Selu. *de benefic. par.* 3. *q.* 61. *in fine*, Nau. *conſ.* 3. *num.* 4. *de ætate, & qualit. in antiq. & conſ.* 4. *de filiis Presbyt. in nouis*, Azor. *inſtit. moral. parte* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *quaeſ.* 11. Campan. *in diuerſ. Iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 82. Ego verò nec vni, nec alteri opinioni abſolutè adhærendum eſſe ſentio, ſed exiſtimo primam habere locum de iure nouiori Concilij Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. quo attento omnes Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis requirunt aliquem ex ſacris Ordinibus facta illorum diſtributione, ad quos cùm non poſſit Epiſcopus cum illegitimis diſpenſare, ſequitur quòd etiam non poterit ad beneficia, quæ ſibi illos habent annexos: at ſecundam ſententiam procedere de iure antiquo, & vbi nulla facta ſit Ordinum diſtributio; ita intelligunt, & diſtinguunt Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 11. Zerol. *d. p.* 1. *verb. Canonia* §. 3. Henriq. *in ſum. lib.* 14. *cap.* 8. §. 10. *ad fin.* Sayr. *de cenſur. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 13. Auil. *in ſimili tractat. p.* 7. *diſp.* 3. *dub.* 6. *notab.* 3. Leſſi. *de Iuſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 86. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 85. Squillante *d. cap.* 4. *num.* 52. *cum ſeqq.* 26

Neophyti verò non prohibentur in Canonicos aſſumi, ſi aliàs reperiantur idonei, vt probat tex. *in cap. cum te, de reſcript.* quòd cùm loquatur de Eccleſia Tornacen. ſatis probat hoc procedere etiam in Eccleſia nobili, cùm Eccleſia illa Belgio ſit pluribus nominibus inſignis, & qualificata, vt aliàs conſideraui *de offic. & poteſt. Epiſcopi p.* 1. *tit.* 2. *gloſſ.* 17. *num.* 27. [& ad hoc propoſitum de ea meminit Fr. Hieron. à Cruce *in defenſione ſtatutorum & nobilitatis Hiſpaniæ lib.* 2. *cap.* 8. *pag.* 194. *col.* 2. idem probat *cap. ad decorem* 5. *de inſtit.* ibi, *Mandamus quatenus moneatis eundem vt veros lit-* 27

teratos, & alios idoneos vndecunque originem duxerint in prædictis Eccleſiis, & maximè in maiori, inſtituere non poſponat, &c. & paulo inferiùs rationem præſtat Pontifex, ibi, *non attendens qu d in omni gente, qui facit iuſtitiam, acceptus eſt Deo*, &c. Vnde Abb. ex illo tex. vnum notabile ſic colligit, *Vltimò nota quòd Deus non habet homines alicuius nationis chariores, ſed in omni natione, qui facit iuſtitiam, eſt acceptus.*] & ideo ita docent Marquard. *de Iudæis p. 3. cap. 5. num. 7. & ſeqq.* Reuerendiſſ. D. Anton. Ricciul. *in tract. de Neophytis cap. 4. num. 2.* Tales enim ad fidem conuerſi ſunt honorandi propter adeptam ſacri Baptiſmatis dignitatem, & non vituperandi, vt latè probant Montalu. *l. 2. gloſ. tornadiſo, tit. 3. lib. 4. fori*, Soar. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 16. num. 17. pag. 212.* Vaneg. *parte 1. tit de las differentias de libros, lib. 3. del officio y vſo de la razon cap. 9. pag. 122.* [latè D. Cutelli. *in codice legum Sicularum cap. 63. nota 73. ad leges Federici pag. 211. cum ſeqq.*] quia non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci, nam idem Dominus omnium diues in omnes, qui inuocant illum, Apoſt. ad Rom. *cap. 10. Omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Gentiles*, &c. idem 1. ad Corinth. 12. *& in omnes nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt.* Actor. 10. in fine. [Vide S. Ambroſ. *epiſt. ad Roman. ad finem cap. 3.* ſic ait, *Tam enim Gentiles, quàm Iudæos non aliter, quàm credentes iuſtificauit; quia enim omnium vnus eſt Deus, vna ratione omnes iuſtificauit. Quid enim prodeſt carnis circumciſio, aut quid obeſt præputium, quando Dignitatem & meritum non facit niſi fides.*]

28 In Eccleſiis tamen Toletana, Gienen. Corduben. Pacen. Oxomen. Legionen. & Ouetten. extant ſtatuta à Sede Apoſt. confirmata, quòd in eis Canonici, & Portionarij vbi fuerint, debeant eſſe deſcendentes à Chriſtianis antiquis, nulla Hebræorum, Saracenorum, aut Hæreticorum labe infectis, quæ in cauſa ſunt, vt paſſim Rota Romana ſuper puritate ſanguinis admittendorum ad huiuſmodi Canonicatus, & Portiones defatigetur, infamiæ perpetuentur in familiis, pax & tranquillitas Reip. perturbetur, odia creſcant, & grauia diſſidia inter vtrumque populum, itaut qui veteres habentur Chriſtiani, minus ſe credant nouis, & iſti difficiliùs in Catholica puritate ſolidentur, [optimè hæc omnia expreſſit D. Mar. Cuteli. *d. nota 73. num. 14.* ibi, *his enim odia fouentur, ac occulta æmulorum inſidiæ nutriuntur, quæ cùm honorem maximum ingenui hominis locum officiant, exitiales, ac irreconciliabiles eſſe experiuntur*, &c.] Verùm hoc non ſtatutorum huiuſmodi, ſed hominum, quorum natura ad malum ſemper prona eſt, vitio accidit; nam & Pontificum mens, & intentio in illis confirmandis ſancta fuit, propter honorem Cathedralium huiuſmodi conſeruandum, tum quia ij à tali radice, & genere profecti non benè conueniunt cum aliis in moribus, gratóque conuictu; † nec huiuſmodi 29
ſtatuta videntur improbanda, cùm non generaliter conſtituant differentiam generis, nec præcipiant ſimpliciter quòd neophyti, & deſcendentes ab eis non poſſint obtinere beneficium, id enim non erat admittendum, ſed prohibent ne poſſint illa obtinere in his particularibus Eccleſiis, quo caſu prohibitio poteſt aliqua ratione fulciri; nempe vel quia Eccleſia ſit valdè celebris, & hoc ſibi vſurpat in ſignum ſuæ nobilitatis, vel quia præcipiens quòd in aliqua Eccleſia non poſſint beneficiari niſi deſcendentes ab antiquis Chriſtianis, & quòd repellantur deſcendentes à neophytis, non eſt eos excludere, ſed prouidendos qualificare, & prouiſionem neophytorum reſtringere, & hac ratione probari huiuſmodi ſtatuta concludit Anton. Ricciul. *in tract. de neophytis cap. 6. num. 7.* [& me citato in hoc loco latè & doctè D. Ioann. Eſcobar *in ſuo omnibus numeris abſolutiſſimo tract. de puritate, & nobilit. probanda p. 1. q. 2. per tot. & præcipuè à num. 54.*] Circa quorum ſtatutorum intellectum plura ſunt notanda, quæ paſſim diſcuti ſolent, vbi hac de re tractare oportet.

Et *primò* illa exorbitantia eſſe, & pœnalia, 30
ac proinde ſtrictiſſimè interpretanda, quia auferunt prædictis à Iudæis originem trahentibus habilitatem, quæ aliàs eis competeret de iure communi, *in cap. cam te, de reſcript.* & notauit Rot. *in Vlixbonen. quartenariæ 13. Ianuarij 1624.* coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano, & tum multò magis, quia iſta pœna illis infligitur propter delicta alterius, *cap. non debet*, & *ibi* gloſ. *de regul. iuris in 6.* cum concordantiis *ibidem* per me adductis; & ideò ſic docent Abb. *num. 7.* Felin. *num. 12.* Rip. *num. 29. verſ. vltimò noto, in d. cap. cam te.* [Valenz. *conſ. 90. num. 201. cum ſeqq. & conſ. 91. num. 37. & 76.* Gironda *de priuil. explic. num. 144.*] Perez de Lara *de capellan. lib. 2. cap. 4. num. 39. 40. & 41.* Cardin. Mantic. *deciſ. 307. num. 1.* vbi loquens de ſtatuto Toletano, dicit illud eſſe odioſum, & contra ius commune, & ideò ſtrictiſſimè interpretandum, Ricciul. *d. tract. de neophytis cap. 7. num. 1. & 2.* Rot. *in Colimbrien. Canonicatus 13. Iunij 1616.* coram bonæ mem. Cardin. Sacraro, *& 5. Decembris eiuſdem anni*, coram Cardin. Veroſpio, [me citato *in hoc loco* Eſcobar *de puritate*, & *nobilit. probanda p. 1. q. 3. §. 1. à princ.* vbi ad plura infert, Theod. de Rubeis *ſingular. Rotæ p. 6. obſeru. 14. circa ſtatuta Eccleſ. Tolet. §. 2. pag. 602.*]

Secundò eſt notandum, vt earundem Ec- 31
ſiarum

cleſiarum ſtatutorum rigor excludatur, ſat eſſe de ſanguinis impuritate non conſtare, ſicut plures reſoluit Rot. *deciſ.* 163. *num.* 31. *par.* 1. *recentior.* & *deciſ.* 182. *num.* 4. *ead. par.* 1. & *deciſ.* 186. *num.* 1. & 2. *par.* 1. *diuerſor.* Mantic. *deciſ.* 274. *num.* 1. & coram ſ. mem. Gregor. XV. *deciſ.* 498. *num.* 1. & *deciſ.* 455. *num.* 2. vbi latè Beltramin. *num.* 15. & nouiſſimè *in Legionen. puritatis ſanguinis* 26. *May* 1531. coram R.P.D. Quecipo *ſtatim in princ.* [eandem opinionem tenent Valenzuel. *conſ.* 90. *num.* 55. & 70. Caſtill. *controuerſ. iuris tom.* 6. *lib.* 5. *p.* 2. *cap.* 123. *num.* 17. quicquid dicant Perez de Lara *de anniuerſ. & capell. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 38. Ceuall. *commun. contra commun.* q. 900. *num* 110. *cum multis ſeqq.* nouiſſimè poſt aliquas huius tract. impreſſiones Eſcobar *de puritate & nobilit. proban. p.* 2. *q.* 8. §. 2. *à n.* 59. Nemo enim præſumitur ortus ex infecta radice, ſed ex proba & ingenua progenie. Gutier. *lib.* 3. *practic. q.* 14. *num.* 3. Azeued. *ad rub. tit.* 2. *num.* 163. *lib.* 6. *nouæ Recop.* Pelaez *de maior. p.* 1. *q.* 51. *num.* 24. Rot. *deciſ.* 146. *num.* 1. *p.* 5. *diuerſor.*] Ratio eſt, quia huiuſmodi ſtatuta diſponunt quòd repellatur impuri, vnde quando non conſtat aliquem eſſe impurum, neque purum, caſus eſt omiſſus, & remanet in diſpoſitione iuris communis, *l. commodiſsimè. ff. de liber. & poſth.* & in his terminis notauit Ricciul. *d. cap.* 7. *à num.* 3.

32 *Tertio* eſt notandum prouiſos in huiuſmodi Eccleſiis ad effectum, vt admittantur, non grauari onere probandi ſe deſcendere ex Chriſtianis antiquis, ſed Capitulo excipienti illos deſcendere ex origine infecta incumbere onus probandi. Ratio eſt, quia huiuſmodi ſtatuta non imponunt prouiſis neceſſitatem probandi ſuam puritatem, & ſic illa remanet in diſpoſitione iuris, *d. l. commodiſsimè*, ac proinde nec à nobis grauari debent ad illam probandam, *l. illum*, §. *optimam. C. de collat.* Surd. *deciſ.* 271. *num.* 9. † De iure enim nemo

33 natus inter Chriſtianos grauatur onere probandi ſe eſſe natum ex puris Chriſtianis, ſed hoc in dubio præſumitur, *cap. veniens, in fine, de presbyt. non baptiz.* vbi Card. *num.* 6. Anchar. *num.* 6. Butr. *num.* 5. & Abb. *num.* 1. [Ceuall *communi q.* 900. *num.* 95. Ricciul. *de iure perſonar. in tract. de Neophytis cap.* 7. *num.* 9. & 33. *in fin.* nouiſſimè me citato in hoc loco Eſcobar *de puritate, & nobilit. probanda, p.* 1. *q.* 8. §. 2. *num.* 18. nam ortus in regionibus Chriſtianorum purus præſumitur, gloſ. *in cap. Presbyteris* 68. *diſt.* nouiſſimè Rota

34 *p.* 5. *diuerſor. deciſ.* 292. *num.* 1.] † & vnuſquiſque purus præſumitur dum non probatur contrarium, ad *l. ab ea parte, ff. de probat.* Eſcobar *d. p.* 1. *q.* 892. *num.* 57. Mantic. *deciſ.* 274. *num.* 1. Rot. *deciſ.* 182. *num.* 4. *p.* 1. *recent.* & *in Bracharen. Archidiaconatus* 12. *May* 1623. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano. [Et puritas ſanguinis habet præſumptionem iuris pro ſe, Gregor. XV. *deciſ.* 498. *num.* 1. nouiſſimè Theodoſ. de Rubeis *in ſingularib. Rotæ tom.* 2. *p.* 2. *circa ſtylum, & obſeruantiam Rotæ, verb. ſanguinis puritas* §. 2. *pag.* 93] Et eandem rationem coadiuuat, quòd prouiſus in his Eccleſiis dum petit admitti, non petit vti deſcendens ex antiquis Chriſtianis, neque ſe qualificat eſſe talem, ſed petit immiſſionem vigore ſuæ prouiſionis, quam ſi Capitulum vult excludere, tenetur probare cauſam excluſionis, *cap. electi, de except. l.* 1. *in princ.* vbi gloſ. *ff. ſi quadrupes pauper. feciſſe dicatur*, Eſcobar *d. p.* 1. *q.* 8. §. 3. *à num.* 6. Coccin. *deciſ.* 68. *num.* 1. & 2. ex quibus hoc eſt iam in Rota indubitabile, [vt *in deciſ.* 182. *p.* 1. *recentior.* & *in deciſ.* 167. *eadem p.* 1. & coram Card. Mantic. *deciſ.* 274. *num.* 1. & 307. & coram Seraphino *deciſ.* 355. & coram Reuer. Coccino *deciſ.* 68. & nouiſſimè *p.* 5. *diuerſor. deciſ.* 202. *num.* 2.] & conſtat ex aliis citatis per Ricciul. *d. cap.* 7. *num.* 8. vbi *num.* 13. hoc extendit etiamſi prouiſio habeat clauſulam, *poſtquam ſtatuto ſatisfecerit*, & *num.* 15. extendit etiam quando Capitulum reiiciat prouiſum tanquam impurum; nam ſi prouiſus appellauit in cauſa appellationis, onus probandi impuritatem incumbit Capitulo, ſicut incumbebat in prima inſtantia. [quæ quidem opinio ex mente eiuſdem Rotę *in d. deciſ.* 167. *num.* 32. *verſ. quartò quia.* & *num.* 37. *p.* 1. *recentior.* ſibi locum non vendicat quoties ſtatutum onus probandi imponeret ipſi prouiſo petenti executionem ſuæ gratiæ, refertur *in d. deciſ.* 202. *n.* 3. *p.* 5. *diuerſor.* vbi *à n.* 5. probatur tale non eſſe ſtatutum Cordubēſe confirmato à Sede Apoſtol. in illis verbis, ibi, & *de eo ſufficientem informationem dare teneantur*, intelliguntur enim hæc verba quatenus ex abundanti ipſe prouiſus vellet ſuam puritatem deducere, non ideo ſequitur, quòd ſi non dederit huiuſmodi ſufficientem informationem vnde remaneat excluſus ab admiſſione in Eccleſia.]

Dupliciter tamen declaratur hoc tertium 35
notabile, & primò ne procedat quando cauſa appellationis interpoſitæ per prouiſum eſſet deſerta, tunc enim ipſe grauatur onere probandi ſe purum, Seraphin. *deciſ.* 355. *ante num.* 2. Ricciul. *d. cap.* 7. *num.* 16. vbi plures Rotæ deciſiones refert; & ratio eſt, quia tunc inſurgit præſumptio pro geſtis à Capitulo, & prouiſus venit per viam reſtitutionis in integrum, vel querelæ, quo caſu tenetur iuſtificare cauſam ſuam, & oſtendere plenè iniuſtitiam ſententiæ. Declaratur deinde ne procedat quando pro parte Capituli eſt probata aliqua macula, tunc enim ſi prouiſus vult

illam diluere, tenetur probare ſe purum ex-
plicitè, & poſitiuè, Seraphin. *deciſ.* 50. *verſ.*
quod ſi Capitulum, Mantic. *deciſ.* 274. me ci-
tato in hoc loco Eſcobar, *d.p.*1.*q.*8. §. 2. *num.*
9. *&* 10. quamuis *à num.* 11. contrarium ad-
ſtruere videatur.

36 *Quartò* eſt notandum certiſſimum eſſe in
iure ſanguinis puritatem probari per teſtes de-
ponentes de publica voce, & fama, & com-
muni hominum exiſtimatione, vt ſæpè ſæ-
piùs reſoluit Rot. & ſignanter *deciſ.* 167. *num.*
49. *& deciſ.* 494. *num.* 4. *p.* 1. *recent. & nouiſſimè*
p. 5. *diuerſ. deciſ.* 246. *num.* 16. Mantic. *deciſ.*
317. *num.* 2. & coram ſanctæ memor. Gregor.
XV. *deciſ.* 498. *num.* 4. & complutibus relatis
Gutier. *lib.* 4. *pract. q.* 14. *num.* 33. [Theodoſ.
37 de Rubeis *d. verb. ſanguinis puritas* §. 1.] † cùm
in antiquis fama inconcuſſa plenè probet
quando habet originem à fide dignis, & orta
eſt ex iuſtis, & probabilibus cauſis, *cap. de*
parentela 35. *q.* 6. *l. ſi arbiter. ff. de probat.*
Bart. *in l. de minore*, §. *plurimum*, *num.* 15. *ff.*
de quæſt. & in Hippol. *num.* 108. Valaſc. *conſ.*
187. *num.* 8. & poſt multos Ioan. Garc. *de no-*
bilit. gloſ. 18 §. 1. *ex num.* 6. Farinac. *in*
praxi crimin. q. 47. *ex num.* 101. quæ doctri-
na maximè procedit in probatione nobilita-
tis, & puritatis, aut alterius qualitatis, ſecun-
dùm tex. *in l. prouidendum*, *C. de poſtulando.*
Tiraquel. *de nobilit. cap.* 37. *num.* 84. cum aliis
per Farin. *vbi ſuprà.* Et quando non diſcor-
dat, à præſenti ſtatu, ſed ei conuenit, prædicta
doctrina non habet contradictorem, ex Abb.
in cap. veniens il 1. *de teſtib.* Rip. *in l. rem qua*
nobis, in fine, ff. de acquir. poſſeſ. Corn. *conſ.* 26.
lib. 4. Socin. *conſ.* 194. *in fine*, *lib.* 2. vt refert
Ioan. Garc. *d.* §. 1. *ex num.* 8. & Gutier. *d. q.*
14. *num.* 34. & Rot. *in d. Legionen. puritatis*
ſanguinis. [Omnia in his duobus muneris an-
tecedentibus me tranſcripſiſſe ex Ricciulo aſ-
ſerit nouiſſimè Eſcobar *d.p.*1.*q.*10. §. 2. *num.* 1.
miror Auctorem iſtum tot titulis à me com-
mendatum talia verba prouliſſe, quaſi ſignifi-
caret ex alienis laboribus, & mendicatis, vt
aiunt, ſuffragiis, libros meos edidiſſe, non ad-
uertens Reuerendiſſimum D. Ricciulum Epi-
ſcopum Hieracenſem, in Romana Curia, dum
ibi Eminentiſſimi Cardinalis Vrbis Vicarij vi-
ces gereret, mecum maximam contraxiſſe
amicitiam, noſtraſque opiniones eodem nexu
fuiſſe coniunctas, quas non tacito, ſed citato
eius nomine, aliqua eius verba referendo in
medium proferre non diffiteor: & ſi quid de
vno meo opere in aliud tranſcripſi, non ea de
cauſa fuit, vt plures conficerem libros, ſicut
idemmet Auctor ead. *p.*1. *q.* 3. §. 2. *num.* 19.
aſſerere eſt auſus, ſed ne dicta in tractatibus
de officio, & poteſtate Epiſcopi, & de iure Ec-
cleſiaſtico vniuerſo, omnibus numeris abſolu-
tiſſimis, & magno ob id pretio vendendis,
quæ ad alios inferioris claſſis, & pretij *de of-*
ficio, & poteſtate Parochi, & de Canonicis &
Dignitatibus, maximè conducere videbantur,
ſimplici remiſſione tractarem, ac proinde Pa-
rochos & Canonicos ad alia opera mea non
ſine magno ſui diſpendio emenda obligarem,
quod maius onus & diſpendium reputaui,
quàm quod in vna, vel altera pagina prædicto-
rum tractatuum, iam dixeram in his, multis
tamen additis, iterum repetere, ac denuo ex-
plicare velim: non eſt igitur, nec fuit meæ in-
tentionis lectores amantiſſimos grauare; ſi
quid tamen in hoc peccaui, non culpæ, ſed
bono iuuandi animo tribui debet, vt ſcilicet
maiori Parochorum & Canonicorum vtilitati
conſulerem, minuſque eos plurium librorum
reuolutione, & emptione grauarem: non eſt
enim ingenui animi errores quærere, ad re-
probandum, & de bene, & vtiliter ſcriptis non
recordari.]

Quintò eſt notandum in cauſa ſtatus, & 38
quando agitur de iure reali, veluti puritate,
aut nobilitate ſanguinis, ſententiam latam
inter duos facere ius quoad omnes, iuxta re-
gul. tex. *in l. ingenuum. ff. de ſtatu homin.* & *ibi*
gloſ. Bart. Doct. *in l.* 1. §. *fin. & in l.* 2. *&* 3. *in*
princip. ff. de liber. agnoſc. Couar. *pract. cap.* 13.
num. 5. Pinel. *in l.* 1. *par.* 3. *num.* 50. *C. de*
bonis mat. Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.*
§. 1. *num.* 1. Solis *de cenſib. lib.* 3. *cap.* 2. *num.*
14. Pereg. *de fideicom. art. fin. num.* 84. Molin.
de primog. lib. 4. *cap.* 8. *num.* 3. *in fine*, Otalor.
de nobilit. p. 2. *tertiæ p. princip. cap.* 8. *num.* 7.
latè Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 9. §. 1.
ex num. 84. & ad huiuſmodi ſtatuta puritatis
conſiderauit Rot. *deciſ.* 271. *n.* 2. *par.* 2. *recent.*
& coram ſanctæ memor. Gregor. XV. *deciſ.*
486. *num.* 9. & agens de nobilitate ſanguinis
Ioan. Garc. *d. tract. gloſ.* 6. *num.* 48. cùm iura
ſanguinis ſint realia, naturalia, & perpetua
omnibus quos tangit, *l. qui aliena*, §. *fin. ff. de*
negot. geſtis, *l. iura ſanguinis*, *ff. de regul. iuris*,
ideò mutabilia, §. *fin. Inſtit. de iure natur.* &
ſententia ad fauorem vnius lata omnibus
prodeſt, vt notat. Angel *in d. auth. vt liceat*
matri, & auiæ, §. *ad hæc*, Tiraq. *de nobilit. cap.*
37. *num.* 2. *&* 7. Otalora *in ſimili tract.* 2. *part.*
3. *princip. cap.* 8. *num.* 5. Surd. *deciſ.* 289. *nu-*
mero 17. Cott. *in memorabil. verb. ſententia*,
pag. 759. Salgado *de protect. Regia par.* 4.
cap. 8. *num.* 312. & in terminis ſtatutorum
præfatarum Eccleſiarum, Mohed. *deciſ.* 8.
Achil. *deciſ.* 5. *de ſentent. & re iudic.* Cre-
ſcent. *deciſ.* 18. *de probat.* Gregor. XV.
deciſ. 498. *num.* 9. Reuerendiſſ. D. Cocci-
nus *deciſ.* 68. *num.* 14. Rot. *d. deciſ.* 494.
num. 5. *part.* 1. *recent.* † Et eſſe optimum mo- 39
dum probandi nobilitatem, & puritatem ſan-
guinis quando oſtenditur deſcendentes ab
eodem genere, & origine habuiſſe officia, ad
quæ

quæ non niſi Nobiles, & puri ſanguinis admit-
tuntur, millies notauit Rota, & ſiguanter apud
Cæſ. de Graſſis deciſ. 2. num. 1. verſ. quarto,
qui filij ſint leg. Seraph. deciſ. 29. num. 4. &
deciſ. 297. num. 4. Rot. deciſ. 176. num. 7. p. 1.
recent. & deciſ. 248. poſt 2. vol. conſil. Farin.
& coram Gregor. X V. deciſ. 498. num. 10.
& coram Reuerendiſſ. Coccino deciſ. 68. num.
12. cum ſeqq. & inter recentiſſim. deciſ. 71.
num. 3. p. 1. & eleganter in d. Legionen. puri-
tatis ſanguinis, & latè Eſcobar d. p. 1. q. 17. per
tot. & p. 2. q. 4. art. 2.
40 Sextò eſt notandum impuritatem ſanguinis
poſſe probari per teſtes deponentes de exiſti-
matione, fama & auditu, iuxta gloſ. in l. 1. ff.
de probat. Marſil. in l. de minore. §. plurimum,
num. 88. ff. de quæſt. Auendan. in ſuo Dictionar.
verb. Iudæo. Hoied. de incompatib. benef. par.
1. cap. 23. num. 140. Azeued. ad rub. tit. 2.
lib. 6. nouæ Recop. Mantic. deciſ. 274. num. 9.
Gutier. lib. 3. pract. q. 14. num. 17. Perez de
Lara de capellan. & anniuerſ. lib. 2. cap. 4.
num. 14. Rot. in Corduben. dimidiæ portionis
11. February 1628. coram R. P. D. Duran.
propè fin. & in d. Legionen. puritatis ſanguinis.
41 verſ. impuritas. † Et fama non aliter recipi-
tur, quàm ſi ſit perpetua, & illæſa apud omnes,
& appareat oriri potuiſſe ex aliqua probabili
cauſa, quæque contrariis probationibus non
debilitetur, vt ex multis Rotę deciſionibus re-
ſoluit Ricciul. d. cap. 7. num. 19. nam origi-
nata ex cauſis non probabilibus eſt ſuſpecta,
Mantic. deciſ. 274. num. 9. & deciſ. 317. num.
3. Rot. in d. Cordub. dimidiæ portionis, me ci-
tato in hoc loco Eſcobar d. p. 1. q. 10. §. 4. num. 9.
& 11. prout & illa, quæ non à fide dignis, &
omni exceptione maioribus originem trahit,
ſecundùm tex. in cap. licèt ex quadam, de teſti-
bus, ibi, ſed à fide dignis, & omni exceptione
maioribus, Bart. in d. l. de minore, §. plurimum,
num. 15. Ruin. conſ. 52. num. 7. lib. 5. Oſaſc.
deciſ. 105. num. 17. Afflict. deciſ. 337. num. 2.
Maſcard. de probat. concluſ. 849. num. 14. &
hæc teſtium qualitas debet ſpecificè probari,
Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 30.
[Cæuall. commun. q. 900. num. 110. Farin.
in praxi crim. q. 47. num. 211. me citato in
hoc loco Eſcobar d. p. 1. q. 10. §. 4. n. 31.] Et de-
nique illa, quæ non eſt temporis antiqui, ſci-
licet centum annorum, prout exigitur, Curt.
ſen. conſ. 82. num. 11. Menoch. conſ. 345. n.
41. Manne. de tacitis, & ambig. conuent.
42 lib. 23. tit. 5. num. 10. † cùm fama recens, &
præcipuè, quæ poſt litem conteſtatam incæ-
pit, nullius ſit momenti, d. c. licèt ex quadam,
ibi, & ante litem motam, quia ea fama dicitur
potiùs vana vox vulgi, vel falſus rumor popu-
li, cap. qualiter il 2. de accuſat. vbi gloſ. verb.
& inquirendum, Maſcard. de probat. concluſ.
748. num. 8. Valaſc. conſ. 177. num. 8. tom. 2.
Mantic. deciſ. 174. num. 9. in fine, Sanch. de
matrim. lib. 2. diſp. 46. num. 6. Rot. deciſ. 494.
num. 15. & deciſ. 167. num. 29. par. 1. recentior.
Et † teſtes ad probandam famam impuritatis. 43
debent atteſtari ſe audiuiſſe à maiori parte po-
puli, prout in negotiis grauibus exigitur, Bart.
in d. l. de minore, §. plurimum, n. 20. ff. de quæſt.
Caſſad. deciſ. 3. num. 1. de probat. Mantic. d.
titul. 5. num. 9. Maſcard. concluſ. 749. num.
2. & 9. Sanch. d. lib. 2. diſput. 46. num. 16.
verſ. quarta eſt, & reddere cauſam ſcientiæ,
& dicti ſui, Maſcard. d. concluſ. 749. num. 11.
Hoied. d. c. 28. num. 140. Ruin. conſ. 158. n. 23.
lib. 3. † Nam cùm qualitas puritatis, vel im- 44
puritatis ſenſu corporeo non percipiatur, ſed
intellectu duntaxat cognoſcatur, teſtis etiam
non interrogatus rationem ſui dicti conclu-
dentem reddere debet, Bart. in l. ſolam, num.
3. Bald. num. 1. Salic. num. 2. Caſtr. num. 6. C. de
teſtib. Greg. X V. deciſ. 325. num. 3. & com-
pluribus relatis Farin. de teſtib. q. 70. num. 6.
Septimò eſt notandum, facta probatione 45
impuritatis ex parte Capituli poſſe prouiſum
contraria probatione probare ſuam purita-
tem, Seraph. deciſ. 50. verſ. quòd ſi Capitulum.
Ricciul. d. c. 7. num. 20. † Et ſi contingat fieri 46
duplicem probationē æqualem, nempe puri-
tatis, & impuritatis, ſemper præualet illa, quæ
eſt prò puritate, quia in concurſu ſemper præ-
ualet fama bona, Hoied. d. c. 3. num. 143. & 146.
Perez de Lara de capellan. & anniuerſ. lib. 1.
c. 4. ex num. 35. [Valenz. conſ. 90. num. 50. &
65. tom. 1. relati per Eſcob. d. p. 1. q. 8. §. 2. n.
26. Mantic. deciſ. 274. num. 6. & 12. Rot. deciſ.
167. num. 27. & deciſ. 182. num. 9. p. 1. recent.
& in d. Legionen. puritatis ſanguinis, in fine,
Ricciul. d. cap. 7. num. 22. vbi n. 26. reſoluit
† admiſſum ſemel vti purum ad Canonica- 47
tum, ſi illi reſignet, poſſe alium in eadem Ec-
cleſia obtinere abſque noua probatione, quia
cùm ſemel conſtiterit de generis qualitate, non
eſt opus alia demonſtratione, & num. 30. &
ſeqq. reſoluit Indos, & AEthiopes recenter ad
Fidem conuerſos non excludi ab Eccleſiis, à
quibus vigore ſtatuti repelluntur deſcenden-
tes à Iudæis, vel Mauris, niſi eadem ſtatuta
repellant neophytos, vel deſcendentes ab
infidelibus, [ſequitur nouiſſimè poſt hæc ſcri-
pta viſus, & me citato in hoc loco Eſcobar d.
p. 1. q. 3. §. 3. à num. 54. Et idem Ricciul. d. cap.
7. num. 33.] poſt Perez de Lara ſubdit expo-
ſitos non repelli ab Eccleſiis, in quibus vi-
gent ſtatuta quòd admittantur tantùm de-
ſcendentes ab antiquis Chriſtianis. [de quo
vide metipſum de officio & poteſt Epiſcopi, p. 3.
alleg. 51. num. 151. nouiſſimè Eſcobar d. p. 1.
q. 8. §. 3. num. 42. cum multis ſeqq.]
Pro noſtro Portugalliæ Regno extant quo- 48
que Pontificiæ aliquæ conſtitutiones, quæ in
parte huiuſmodi ab Hebræis deſcendentes

excludunt,nam ſ.mem.Clem.VIII.per eius lit-
teras in forma Breuis *ſub die* 18.*Octobris* 1600.
ſtatuit, vt ex tunc Canonicatus, Præbendæ,
ac Dignitates in Cathedralibus Eccleſiis,prin-
cipaleſq; ipſæ Dignitates in Collegiatis, nec
non Parochiales Eccleſiæ, & earum perpetuæ
Vicariæ, cæteraq; eccleſiaſtica beneficia cu-
ram animarum habentia in Regnis Portugal-
liæ, & Algarbiorum exiſtentia non conferan-
tur aliquibus perſonis de genere, ſeu ſtirpe
Hebræorum deſcendentibus vſque ad ſepti-
mum gradum incluſiuè, quas litteras poſtmo-
dum etiam ſanctæ mem. Paul. V. *ſub die* 17.
Ianuary 1612. confirmauit, & innouauit, de
nouo declarans illas habere locum in cuiuſuis
Ordinis Regularibus Eccleſiis, & ad illos ex-
tendi qui ſub quouis prætextu Vicariæ etiam
amouibilis curam animarum exercere inten-
derint.[de qua conſtitutione meminit Eſco-
bar *d.p.*1.*q.*3.§.2.*num.* 19. & Rota *deciſ.* 307.
& 335.*p.*2.*recentiſsim. in poſthumis.*]

49 Eadem Rot. *in d. Vlixbonen. Quartenariæ*
15.*Ianuary* 1624. coram Reuerendiſſ.D.meo
Coccino Decano, ita cantat. *Quantum atti-
net ad primam difficultatem, Capitulum nihil
probat, & Capitulo allegantı imparitatem in-
cumbit onus probandi illam, quia de iure nemo
natus inter Chriſtianos grauatur onere proban-
di ſe eſſe natum ex puris Chriſtianis, ſed in du-
bio præſumitur,ex reg. tex. in cap. fin. de præ-
ſumpt.& in l. ab ea parte, ff. de probat.* & in
punct.Seraph. *deciſ.*50. *&* 355. Mantic. *deciſ.*
274.*num.*1.*& deciſ.*307. *num.*2. *Immò ſi Capi-
tulum dictam impuritatem probaret, non rele-
uaret, quia nihilominus eſſet capax beneficy
Eccleſiaſtici, cap.* eam te de reſcript. ibi, *pro eo
quòd Iudæus extiterit,ipſum dedignare non de-*
50 *bes.* † *Nec huic vltimo dicto obſtarent Breuia
Summorum Pontificum Clementis VIII. &
Pauli V. quia loquuntur de Dignitatibus, &
Canonicatibus, vnde non comprehendunt iſtas
Quartenarias, quæ ſunt diuerſa à Dignitati-
bus, & Canonicatibus, ſed remanent in diſpo-
ſitione iuris communis,* l. commodiſſimè, ff.
de liber. & poſth. *ſecundùm quod impari ſunt
capaces beneficiorum,* d. cap. eam te, in fi-
ne. Hactenus Rota. Idem quoque ex ea-
dem ratione dicendum eſt de Tertiariis, di-
midiis Præbendis, & aliis inferioribus bene-
ficiis, iuxta per me dicta *cap. præced.num.vlt.*
[Circa intellectum dictæ conſtitutionis Cle-
mentis VIII. adeſt in terminis Rotæ deciſio
in Colimbrien.Canonicatus 13. *Iuny* 1616. co-
ram Card. Sacrato, quæ reperitur impreſſa *p.*
2. *recentiſsim. deciſ.* 307. *in poſthum.* vbi *num.*
5. dicitur dictam conſtitut. non habere lo-
cum ſtante diſpenſatione Papæ, & *num.*
7. habetur eam non comprehendere filios iu-
daizantium, ſed ſolùm filios Iudæorum, &
idem fuit repetitum in alia *deciſ.* 355.*d.p.*2.
*num.*5.vbi *num.* 6. ad obiectionem illam quòd
ſi dicta conſtitutio non intelligeretur de filiis
iudaizantium, eluſoria redderetur, cùm de
tempore, quo illa emanauit, nulli adeſſent
ex Iudæis deſcendentes, & reſpondet quòd
dato quòd verificetur in Regno Portugalliæ
de dicto tempore nullos Hebræos extitiſſe,
poterant nihilominus iſti ſuperuenire, & *num.*
7. ſubdit quòd licèt dicta conſtitutio de iu-
daizantibus loqueretur, non tamen eſſet in-
telligenda de iis, qui Eccleſiæ fuiſſent incor-
porati.]

Et quatenus dictæ conſtitutiones eaſdem 51
perſonas excludunt à principalibus Dignita-
tibus in Collegiatis, ibi, *principaléſque ipſa
Dignitates in Collegiatis*, illas tantùm com-
prehendunt, quæ primæ ſunt, non autem in-
feriores, ex ſequentibus.

Primò attenta particulæ, *principalis*, ſigni- 52
ficatione, cùm idem importet quod prima,
Plin. in Paneg. Troiani, *vt ille nos principali-
bus rebus exiſtimet dignos*, Iureconſ. Paul. *in l.
pen.ff. quemadmod. teſtam.aper.* verba, *princi-
palium tabularum*, de primo teſtamento in-
telligit. In eadem ſignificatione ſumitur par-
ticula, *Princeps*, teſte Cic. in Verrem, act. 7.
*quiſquis in fuga poſtremus ita in periculo prin-
ceps.* Leui. *lib.* 1. *decad.* 3. *de Annibale* ita ait:
*Princeps prælium inibat, vltimus confecto præ-
lio recedebat.*

Secundò ex diſpoſitione, & verbis prędicta- 53
rum conſtitutionum, dum enim loquuntur de
Cathedralibus, ſimpliciter loquuntur de Di-
gnitatibus; dum verò agunt de Collegiatis,
nō ſimpliciter,ſed de Dignitatibus principali-
bus loquuntur, per neceſſe dicendū eſt ibi de
ſolis primis Dignitatibus, non autem de aliis
inferioribus agi, quod facilè colligitur ex iſta
diſcretiua loquutione, quæ clarè demonſtrat
intentionem, *l. quantum,§. idem reſpondit, ff.
de fundo inſtr.* latè Surd. *conſ.* 426. *num.* 18.
lib. 3. Deinde hoc ipſum deprehenditur ex
illa particula, *ipſaque*, quæ eſt perſonaliſſima,
ac proinde non ad alias, quàm ad primas Di-
gnitates dumtaxat extendenda, Bald. *conſ.*
304. *libro* 4. Natt. *conſ.* 163. *num.* 8. plures ci-
tati per me *de dictionibus vſufreq. dict.* 177.
num. 5. *ſecundùm Lugdun. impreſſ.* & paſſim
dicimus de clauſ. *à nobis ipſis*, in Breuibus
Cameralibus apponi ſolita, quòd non exten-
datur ad alios Pontifices, vt videtur probare
tex. *in cap.litteris* 39.*de reſcript.* iunctis iis,quę
adduximus *in tract. de clauſul. vſufreq. clauſ.*
99. Nec obſtat quòd Pontifices in dictis con-
ſtitut. vſi fuerunt plurali verbo, *principalibus*,
quia cùm non de vna Eccleſia Collegiata, ſed
de omnibus Eccleſiis Portugallię agerent, ideò
dum controuertitur de aliqua ex iſtis, tunc
eius reſpectu † pluralitas reſoluitur in ſingula- 54
ritatem; quando enim diſpoſitio loquitur de
pluribus

pluribus ſubiectis copularis, non autem de vno tantùm, pluralis loquutio reſoluitur in plures ſingularitates, *l. 2. §. fin. ff. de condit. inſtitut.* Signot. poſt Butrigar. quem allegat, *in conſ. 92. num. 10. verſ. item huic non poteſt adaptari*, citati per me *in tract. de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificat. appell. 169. num. 1.*

55 *Tertiò*, attento communi ſtylo, & vſu Curiæ, à quo horum Breuium interpretatio ſumenda eſt, Veral. *decis. 84. num. 3. & 4. parte 2.* Rot. *deciſ. 196. num. 2. parte 1. recent.* Stylus autem Curiæ docet particulam illam, *principales*, de primis dumtaxat intelligi, vt in fortioribus terminis videmus *in reg. 3. Can-*
56 *cell.* † quæ non loquitur ſimpliciter de Dignitatibus in Cathedralibus, ſicut in dictis Breuibus, ſed de maioribus poſt Pontificalem, & de principalibus in Collegiatis, & tamen comprehendere primas tantùm Dignitates in Collegiatis, non autem cæteras Dignitates inferiores, reſoluunt *ibi* Mandoſ. *q. 3. num. 2. verſ. contrarium*, Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſ. 21. num. 7.* Nicol. Garc. *de benef. par. 5. cap. 2. num. 262.* Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcop. parte 1. art. 2. gloſ. 17. num. 30. & parte 2. alleg 45. num. 16. & par. 3. alleg. 57. num. 7.*

57 Eodem modo intelligitur Indultum primariarum precum à Paulo V. Ferdinand. Imper. conceſſo, dum *in §. 2.* habet hæc verba, *dummodo Dignitates ipſæ in Cathedralibus, & Metropolitanis poſt Pontificales maiores, aut Collegiatis principales*, &c. & ideò Eraſm. à Cochier *in ſchol. ſuper illa verba, aut Collegiatis principales, litt. N. pag. 42.* quærit tantummodo quæ dicatur principalis Dignitas, quæ ibi excluditur, & ſe remittit ad dicta *in comment. ad d. reg. 3. Cancell.* Et denique ſic intelliguntur, & practicantur diſpenſationes Apoſtolicæ pro illegitimis dum excipiunt principales Dignitates in Collegiatis, vt primas tantùm diſtributiuè capiant, ſicut quotidianus vſus obſeruat, qui eſt notorius, & probatione non indiget, Mantic. *deciſ. 59. num. 8. & 9.*

58 Non obſtat, quòd exempla ſuprà adducta de reſeruatione *reg. 3. Cancellariæ*, Primariis precibus, & diſpenſationibus pro illegitimis, videntur eſſe odioſa, ac proinde nil mirum ſi reſtringantur, & ſtrictè interpretentur, quia illa nihilominus aliqua ex parte fauorabilia conſiderari poſſunt, at conſtitutiones præfatæ à iure exorbitant, & odioſiores ſunt. Nam quoad reſeruationes, licèt quodammodo odioſæ cenſeantur reſpectu Ordinariorum, nihilominus fauorabiles iudicantur non habito reſpectu ad incidens præiudicium Ordinariorum, ſed ad principalem Papæ intentionem, quæ eſt prouidere Clericis, pauperibus, & perſonis benemeritis Romanam Curiam ſequentibus, Simon. *de reſeruat. quæſt. 5. circa finem*, Rot. *deciſ. 457. num. 11. parte 1. diuerſ. & in Comen. capella 7. February 1620.* coram bonæ memoriæ Remboldo. Et quoad primarias preces dicendum eas etiam poſſe dici fauorabiles, cùm Pontifex illas concedens motus fuerit ob fauorem, & merita Cæſaris, iuxta doctrinam Baldi *in l. 1. colum. 10. verſ. ſed hic quæro de effectu, C. de ſumma Trinit.* & Bart. *in l. exceptionem, ff. de condictione indeb.* tum quia Principum priuilegia latè ſunt interpretanda, *l. vlt. de conſtit. Princip.* vt videmus in facultatibus diſpenſandi, quæ vti fauorabiles extendi poſſunt, Sanch. *de matrim. lib. 8. diſputat. 2. num. 1. cum ſequentib.* etiam ad caſum mixtum, Pute. *deciſ. 39. n. 1. ad fin.* & in ipſis diſpenſationibus poteſt aliquo modo ratio fauoris conſiderari, Sanch. *d. lib. 8. diſput. 1. à num. 5.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſolut. 195.*

Quòd autem iſtæ conſtitutiones ſint odio- 59
ſæ, & à iure exorbitent, latè conſtat ex dictis, [& in ſpecie Rota *deciſ. 307. num. 7. & deciſ. 355. num. 5. verſ. cùm tamen p. 2. recentiſſim.*] & quòd in eis nihil fauoris conſiderari poſſit, ex eo apertè oſtenditur, quia ſi illa propter odium parentum, vel propter ſuſpicionem, quæ haberi poteſt, ne deſcendentes ex illo genere infecto, maiora crimina imitentur, rationabilia, & in aliquo fauorabilia exiſtimemus, hoc eſſet ſi ad ſummum ad quartum gradum fuiſſent reſtricta, argum. *cap. 2. §. credentes, & cap. vt commiſſi, §. credentes, & cap. ſtatutum in 2. de hæret. lib. 6.* Sed cùm illa prohibeant ne beneficia ibi expreſſa perſonis in Hebræis originem trahentibus vſque ad ſeptimum gradum incluſiuè, vllis non exceptis, conferantur, iam odium parentum, vel ſuſpicio à iure conſiderata, in exiſtentibus vltra illum quartum gradum minimè poteſt timeri, cùm ſi quæ macula parentes tetigit vltra quartum gradum, præſumatur extincta, *l. non facile, ff. de gradibus, cap. non debet, de conſanguinit. & affin.* tum quia in veteri lege etiam Moabitæ vltra illum gradum non repellebantur ab Eccleſia, *cap. cito 1. q. 1.* vt optimè conſiderauit Reuerendiſſ. D. Anton. Ricciul. *d. tract. de neophytis cap. 6. n. 15.* D. Mari. Cutelid. *nota 73. num. 6. pag. 212.*

Demum, quia in executione litterarum 60
executorialium Rotę, pro falſo de impuritate notatis, plura naſcuntur impedimenta, & datur occaſio recurrendi ad iudices laicos, ipſa Sacra Rota à Capitulis conſuetam pietatem, & reuerentiam erga litteras Apoſtolicas in huiuſmodi negotiis plurimùm deſiderat, cùm aliquando needum tot ſubterfugiis paritionem protrahere tentent, ſed etiam Notarium exhibentem litteras Rotales, & procuratorem,

rem, vel ipſum principalem inſtantem pro exequutione acrioribus verbis imperunt, & à iudicibus ſecularibus abſque metu cenſurarum capi faciunt; graue enim delictum, & deterrimi exempli, eſt inobedientia, & contumacia, gloſ. *in cap. duo ſunt 96. diſt.* Abb. *in cap. 1. num.* 10. & *ibi* Rip. *num.* 29. *de iudic.* Couar. *in cap. alma mater, par. 1. §. 9. n.3. de ſent. excom. lib. 6.* quippe quæ ex contemptu proficiſcitur, & alios ad contemptum prouocat, & ideo cenſuris coërcenda. Ita hæc omnia piè dicit Rot. *in Cordub. dimidiæ portionis 1. Iuly* 1630. coram R. P. D. Merlino.

Poſt primam huius tractatus impreſſionem inueni litteras in forma Breuis per ſanctæ memoriæ Clementem VIII. ad Catholicum Regem noſtrum Philippum II. tranſmiſſas, vbi deſertiſſimis verbis deplorat hac de re violatam iuriſdictionem Eccleſiaſticam in Regno Portugalliæ, quæ cùm paſſim non inueniantur, eas hic apponere non dubitaui, prout ſequitur.

61 *CLEMENS, Papa VIII. Chariſſime in Chriſto fili, ſalutem & Apoſt. benedictionem. Clamor grauium incommodorum, quæ in Regno Portugalliæ, magna cum Dei offenſione, & animarum detrimento quotidie magis exereſcunt, venit ad nos, vt eam in nobis diutius diſſimulare non liceat, neque à Maieſtate tua Catholico Rege, tanta erga Deum pietate, tanta erga Apoſtolicam Sedem obſeruantia vllo modo ſit amplius toleranda. Iuriſdictio Eccleſiaſtica in Regno Portugalliæ palam violatur, ſacroſanctæ Apoſtolicæ ſedis auctoritas, quam Chriſtianiſſimi Reges & Principes ab omni antiquitatis memoria, ſuo & populorum ſuorum ſanguine defendere non dubitarunt, paſſim, & publicè in Regno Portugalliæ imminuitur, in Regno inquam Chriſtiano, & qui de te Rege per Dei gratiam viuo, atque incolumi. Nam vt multa ſilentio prætereamus, illa certè non ſilere poſſumus, nec ſine multo dolore referre, quod venerabiles Fratres noſtri Archiepiſcopi cum rei Eccleſiaſticæ controuerſia agitur, à laicis hominibus ad ſeculares Iudices pertrahuntur, quaſi noſter Apoſtolicæ ſedis Legatus in eo Regno non eſſet, aut nullus omnino Apoſtolicus miniſter exiſteret, ad quem iuſtitiæ conſequendæ gratia confugere liceat. Quid? quod Eccleſiaſticæ ſententiæ Eccleſiaſtico iudicio iterum atque tertio confirmatæ à prophano Iudice reuocantur, & ne inconſpectis quidem cauſæ actis nullæ, atque irritæ declarantur? Quin etiam (quod dictu horribile eſt) & progreſſa ſecularium Iudicum audacia, vt cenſuras Eccleſiaſticas ab Eccleſiaſtico Iudice recte atque ordine latas, & communicationis ſententiam non eſſe ſeruandam pronuntient, & declarent. Denique eo res redacta eſt, vt dum plerique omnes Eccleſiaſtici Iudicis ſententia damnati ad Iudicem Regiæ Coronæ appellant, & illud contumaciæ ſuæ ſiue laici, ſiue Cleri profugium habent. Tam omnia fere Eccleſiaſtica iudicia, & ipſa etiam Apoſtolica decreta in Portugallia eludantur. Nulla enim in re magis hoc tempore videtur peruigilare Iudicum, & gubernatorum Regni illius induſtria, & diligentia, quam in opprimenda iuriſdictione Eccleſiaſtica, & tunc maximè ſe egregiam laudem reportare, & de tua Majeſtate benemereri arbitrantur, cum ſimulato iure, quave iniuria, ſiue aſtu, ſiue vi aliquid de iure, & auctoritate Eccleſiaſtica detrahunt, & imminuunt, ad ſe pertrahunt, & adiungunt. Peſſimo ſane conſilio, & deteſtabili; nihil cum alienis non ſolum à tua pietate, ſed vere vtilitate, & recta Regni illius gubernatione. Quid enim boni expectandum? aut quid non potius metuendum mali? cum ſacrorum Canonum diſciplina infringitur, cum ſummorum Pont. conſtitutiones, & veneranda Conciliorum decreta violantur, cum termini, quos poſuerunt Patres noſtri, reuelantur, cum Eccleſiaſticæ auctoritati & dignitati, quæ antiquiſſima eſſe debet, derogatur. Denique quod animus torret cogitare cum Rex Regum Deus ipſe contemnitur in miniſtris ſuis, de quibus illud eſt inſigne Chriſti Domini pronuntiatum, Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Audi igitur nos fili chariſſime, qui te verè in Domino amamus, qui te in viſceribus Chriſti gerimus, qui te in hoc ſæculo, & multo magis in futuro omni gloria & felicitate florentem eſſe cupimus, qui pro tua, & Principis filij tui nobis dilectiſſimi ſalute, & incolumnitate aſſiduè Deum deprecamur, qui nihil magis*

optamus,

optamus, quàm vt tot Regna, & Nationes, quæ à Deo honorum omnium auctore habes pacatas, & tranquillas, vnico filio tuo, & nepotibus tradas, & reliquas. Audi non tam blanda, & beneuolentiæ ſpecie fucata, quàm vera, & ſalutaria. Falliunt, & falluntur qui Eccleſiaſtica iuriſdictione imminuenda ius tuum retinere, & vtilitati tuæ ſeruire ſe iactant. Errauerunt ab vtero, loquuti ſunt falſa, & ſiue ſcientes, ſiue imprudentes magnis malis, & quod dicere neceſſe eſt, regno euertendo viam muniunt. Nemo te magis Chriſtianæ Reip. calamitates nouit, nemo prudentius de illis te vno iudicare poteſt, qui iudicio abundas, & diuturno maximarum rerum vſu excellis. Reuoca quæſumus ad animum tuum ſuperiorum temporum memoriam. An non hæc ſemina ingentem malorum ſegetem ediderunt? An non per has rimas, & per hos cuniculos hæreſes ingreſſæ, longè lateque peruagatæ ſunt. An non ex illis veluti ſauillis maxima ſunt incendia incitata? Quibus Regna & Prouinciæ quamplures miſerandum in modum conflagarunt. Nimium iam nos experientia docuit; vbi ius Eccleſiaſticum læditur, vbi Apoſtolicæ ſedis auctoritas labefactatur; vbi Dei miniſtris debitus honos & reuerentia non habetur; vbi denique quæ Dei ſunt, Deo non redduntur, ibi Regum poteſtatem, Regnorum quietem, populorum obedientiam, Religionis integritatem, diu conſiſtere non poſſe. Agè igitur, fili chariſſime, prò tua pietate, & æquitate, proque tua perpetua erga hanc Apoſt. ſedem obſeruantia, cuius te obedientiſſimum filium eſſe ad hæc Beatorum Apoſtolorum ſacra corpora, tanquam in totius Orbis terræ theatro per Legatos, & Oratores tuos toties profeſſus es. Cura & effice omnino, vt miniſtri tui ſe intra ſuos limites contineant, neve in Eccleſiaſtici iuris fines irrumpant, neque verbo tantum, & lingua, ſed opere, & veritate ſe Catholicos præſtent, & obedientes Romanæ Eccleſiæ, ne forte aliquando illud de eis meritò dicatur. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt. Neque enim Deus irrideri poteſt. Quod ſi animaduertimus eos obdurare corda ſua, & vos mitioribus medicamentis, & ſpiritu lenitatis parum (quod abſit) proficere, cogemur virgam accipere, & ea poteſtate vti, quam dedit nobis Deus in ædificationem Eccleſiæ Catholicæ, vt in die tremendi iudicij ante tribunal Chriſti, & Paſtoralis Officij noſtri, & animarum nobis creditarum, & tuæ in primis, fili Rex, cuius ſalutem ex intimo corde concupiſcimus, rationem reddere poſſimus. Sed quemadmodum facile de tua Majeſtate nobis perſuademus, multa, te inſcio, fieri à miniſtris tuis, ita confidimus ea tibi nequaquam probari, ac propterea ea ſtatim mandata hoc de genere daturum, quibus tam grauia incommoda penitus remoueantur, neque à nobis neceſſario acriora ſint remedia adhibenda. Scripſimus de hoc etiam negotio quod nobis valde cordi eſt, dilecto filio noſtro Alberto Cardinali noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in eodem Portugalliæ Regno Legato à latere, & propterea ad Venerabilem Fratrem Camillum Patriarcham Alexandrinum noſtrum Apoſtolicum Nuntium apud Maieſtatem tuam, qui tecum coram vberius aget, cui propterea vt fidem cumulatam habeas, à te requirimus. Datum Romæ apud SS. Apoſtolos ſub annulo Piſcatoris die 2. Auguſti 1594. Syluius Antonian.

Caput XIV.

Canonicatuum, & Præbendarum prouiſio ad quos ſpectet?

SVMMARIVM.

1. *Canonicatuum, ſeu Præbendarum Eccleſiæ Cathedralis prouiſio ad quem, ſeu quos pertineat, non eſt expreſſo iure cautum.*
2. *Prouiſio Præbendarum in Cathedralibus ex communi Doctorum ſententia eſt ſimultanea Epiſcopi, & Capituli.*
3. *Prouiſio Præbendarum in Cathedralibus, licèt ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul pertineat, tamen vllo illorum impedito, vel conferre nolente, alter refert validè.*
4. *Prouiſio Præbendarum in Cathedralibus non debet fieri per Epiſcopum, & Capitulum collegialiter.*

5 Digni

5 *Dignitates Eccleſiarum Cathedralium ſunt ſimultaneæ collationis Epiſcopi, & Capituli.*

6 *Portiones & dimidiæ Portiones Eccleſiæ Cathedralis ſunt ſimultaneæ collationis Epiſcopi, & Capituli.*

7 *Collationibus ſimultaneis Epiſcopi, & Capituli tantam poteſtatem habet Epiſcopus ſolus per ſe, quantam habet totum Capitulum, & è contra.*

8 *Vox Epiſcopi, vel alterius Prælati tanta eſt, quanta ſolius Capituli quando de iure ſpeciali ius eligendi ſpectat ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul, vel ad Prælatum, & Capitulum, non ita quando de iure communi electio ſpectat ad Prælatum, & Capitulum.*

9 *Beneficia ſimultaneæ collationis ſi Epiſcopus conferat vni, & Capitulum alteri, neutra collatio valebit, quia adinuicem ſe impediunt.*

10 *Papæ prouiſio de beneficiis ſimultaneæ collationis in caſu diſcordiæ inter Epiſcopum, & Capitulum, eſt valida.*

11 *Capitulum tradendo poſſeſſionem prouiſo ab Epiſcopo de beneficio ſimultaneæ collationis, an cenſeatur etiam ipſum conferre, remiſſiuè.*

12 *Epiſcopus ſi in collatione beneficij ſimultaneæ collationis expreſſerit ſe conferre vigore alternatiuæ, Capitulum tradendo poſſeſſionem non poteſt intelligi, quod contulerit.*

13 *Sede Epiſcopali vacante collatio ſtante ſimultanea, ſpectat ad Capitulum iure proprio.*

14 *Regula* 2. *aliàs* 3. *Cancell. non capit beneficia ſpectantia ad collationem Capituli.*

15 *Collegiatæ Eccleſiæ ſecularis Canonicatus, ſeu Prabendæ vacantes ſpectant ad electionem, & præſentationem Prælati inferioris, & Capituli eiuſdem Eccleſiæ Collegiatæ, & ad inſtitutionem Epiſcopi de iure communi.*

16 *Adminiſtratio in Collegiatis Eccleſiis ſpectat ſimul ad omnes.*

17\. *Forma* cap. quia propter, de elect. *non requiritur in Canonicatuum, & Dignitatum prouiſionibus faciendis.*

18 *Eccleſia non viduatur per inferiores.*

19 *Canonici votantes in Capitulo non extra votare debent.*

20 *Conſuetudine, ſeu præſcriptione, vel ſtatuto introduci poteſt, quòd Prabendæ collatio in Cathedralibus ad ſolum Epiſcopum, vel è conuerſo ad ſolum Capitulum ſpectet.*

21 *Collatio Prabendarum, & Canonicatuum quando ad Epiſcopum tantùm ſpectat, vacationes in menſibus Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Auguſti, Octobris, & Nouembris, ad Papam ſpectant.*

22 *Alternatiuæ gratia gaudens Epiſcopus ſi reſideat apud Eccleſiam, aut Diœceſim ſuam verè, & perſonaliter, in menſibus Februalij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris, Canonicatus, & Prabendas vacantes prouidet.*

23 *Alternatiua non gaudet Epiſcopus abſens etiam ex cauſa à Concilio approbata.*

24 *Alternatiuæ acceptione recepta in Dataria in aliquo menſe Apoſtol. non incipit vſus illius niſi toto menſe peracto, ſecus ſi in menſe Ordinarij.*

25 *Menſes Aprilis, & Octobris ſemel facti Apoſtol. propter abſentiam Ordinarij, ſemper remanent Apoſtolici quamuis ipſe reuertatur de nouo.*

26 *Menſes Februarij, & Auguſti ſemel per abſentiam Ordinarij facti Apoſtolici talis eſſe non deſinunt reuertente Ordinario ad ſuum Epiſcopatum.*

27 *Epiſcopus ſi initio menſis, vel per momentum abfuerit à ſua Diœceſi nihil illi proderit, ſi eodem menſe redeat antequam vacet beneficiũ quominus Papa de eo prouideat.*

28 *Epiſcopus ſi initio menſis præſens fuerit, & vacuerit beneficium, illúdque vi alternatiuæ contulerit, móxque receſſerit, nihilominus irrita erit illius prouiſio, & Papa prouidebit.*

29 *Menſes Iunij, & Decembris nunquam ſunt Apoſtolici, quamuis Ordinarius nunquam reſideat.*

30 *Canonicatus vacans de menſe Septembris Epiſcopo gaudente alternatiua, ſed tunc temporis abſente à ſua Diœceſi, an ſpectet ad prouiſionem ipſius Epiſcopi, an potius ad Papam, pro Epiſcopo qui teneant, referuntur.*

31 *Ad Papam huiuſmodi prouiſionem ſpectare qui melius reſoluant.*

32 *Reſpondetur contrariis, & n.* 33. *&* 34. *&* 35.

36 *Prouiſus ab Epiſcopo ad ſuæ gratiæ validitatem nihil tenetur iuſtificare, quia prouidet Motu proprio Eccleſiis, non autem perſonis.*

37 *Prouiſus ab Ordinario quando agit ad excluſionem prouiſi Apoſtol. de beneficio vti de reſeruato ratione menſis, tenetur probare vacationem in menſe Ordinario.*

38 *Ordinarij in prouiſione non requiritur expreſſio beneficiorum, quæ obtinet is, cui confertur.*

39 *Fructus beneficij collati ab Ordinario non exprimuntur in eius prouiſione.*

40 *Epiſcopus non ponit clauſulam non obſtantibus, &c.*

41 Epi

41 *Epiſcopi in collatione requiritur præſentia duorum teſtium.*
42 *Forma collationis, quæ fit per Epiſcopum de Canonicatu, & Præbendæ Eccleſiæ Cathedralis vacantibus per obitum, ponitur.*

1 AD quem, ſeu quos pertineat pro-
uiſio Canonicatuum, ſeu Præ-
bendarum Eccleſię Cathedralis,
non eſt expreſſo iure cautum, [vt
probat Lotter. *de re benef. lib. 2.
q. 21 num. 9. & 10.*] quia iura omnia, quæ hac
de re loqui videntur, vel loquuntur ſecun-
dùm conſuetudinem, & ius ſpeciale Eccleſiæ,
de qua agebatur, vel narratiuè, & ex ſuppo-
ſitione factum poſſibile ſupponendo, non au-
tem diſpoſitiuè, & ita loquuntur textus ſi be-
ne expendantur, *in cap. fin. de ſupp. neglig.
Præl. & in cap. cognoſcitur, de his, quæ fiunt à
Prælat. & in cap. poſtulaſtis, de conceſſ. Præ-
bend. & in cap. ſi collatione, de appellat. in 6.*
cum aliis in hac materia allegati ſolitis, & ideò
non mihi viſum fuit iura expendere, quæ in-
tentum probare non poſſunt, ſed potiùs Do-
ctores recenſere, qui quæſtionem hanc opti-
mè diſputarunt. Quare Compoſtel. *in cap.
cùm Eccleſia Vulterana 31. de elect.* quem ſe-
quuntur Selu. *de benef. par. 2. q. 22. conſu 4. à
num. 12.* Duaren. *de benef. lib. 3. cap. 4.* Burſat.
conſ. 126. n. 45. lib. 2. Quintanad. *de Eccleſiaſt.
lib. 1. cap. 5. num. 4.* exiſtimauit prouiſionem
huiuſmodi ſpectare ad Epiſcopum cum con-
ſenſu Capituli.

2 At communis Doctorum ſententia tenet
ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul ſpectare,
& dici ſolere prouiſionem præbendarum in
Cathedralibus eſſe ſimultaneam Epiſcopi, &
Capituli, [quia Epiſcopus, vti caput, & Ca-
nonici, vti membra conſtituunt in Eccleſia
vnum corpus, *cap. nouit, de iis, quæ fiunt à
Præl.* Quare hanc partem tenent] gloſ. *verb.
poſtulauit, in cap. cùm Eccleſia Vulterana*, gloſ.
*verb. communiter in d. cap. fin. de ſuppl. negl.
Præl.* Federic. de Senis *conſ. 232. Caſus talis,
in princip.* Ioann. Andr. *num. 14. in d. cap. cùm
Eccleſia.* vbi Panorm. *col. 3. num. 8.* Anan. *num.
4. verſ. nota quòd in Eccleſia*, Rebuff. *de nomi-
nat. q. 8. num. 3. & conſ. 60.* Mandoſ. *in reg. 8.
Cancell. q. 14. ex num. 2. & conſ. 28. num. 7. &
conſ. 29. num. 1.* [Franc. Marc. *Delphin. deciſ.
109. num. 4. vol. 2.* Camill. Bortel. *in ſum. deciſ.
tom. 1. tit. 29. num. 22.* Lotter. *d. lib. 2. q. 21.
num. 8.* Pereg. *conſ. 28. num. 1. tom. 2.*] Rendina
in prompt. recept. ſent. tom. 1 tit. 3. num. 9. Nicol.
Garc. *de benef. par. 5. cap. 4. ex num. 13.* Card.
Tuſch. *tom. 1. lit. A. concl. 35. ex num. 1. & lit.
E. concluſ. 261.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ.
45. num. 5. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in collect.
deciſ. par. 4. collect. 1388.* & ſecundùm hanc
ſententiam fuit ſæpè ſæpiùs in Rota tentum,
& ſignanter apud Caſſador. *deciſ. 22. de Præ-
bend.* & apud Pute. *deciſ. 172. lib. 3. in vtraque
edit.* & apud Mantic. *deciſ. 56. num. 2.* & apud
Seraphin. *deciſ. 980. n. 2. & 9. & deciſ. 1296.
num. 7. & deciſ. 1402. num. 4. & deciſ. 1091.
num. 3.* & apud Caualer. *deciſ. 97. num. 2. &
parte 1. recent. deciſ. 232. num. 2. cum ſeqq.* &
apud Greg. XV. *deciſ. 95. num. 1. & in Vrge-
len. optionis 10. Ianuarij 1622.* coram bonæ
mem. Remboldo, [*& deciſ. 124. num. 1. p. 1.
recentiſſim. & deciſ. 683. num. 1. ead. p. 1. &
deciſ. 245. n. 2. p. 2. etiam recentiſſim. & in Fer-
rarien. Canonicatus 11. Decembris 1624.* co-
ram bonæ memor. Vbaldoſen. Ferentil. *ad
deciſ. Buratti 805. n. 10.*] † quorum vno im- 3
pedito alter ſolus confert, Oldrad. *conſ.
200. Principium.* Feder. de Senis *conſ. 1. num.
7. verſ. præterea*, Card. Tuſch. *tom. 3. litt.
E. concl. 262.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef.
lib. 7. q. 23. num. 39.* nam licèt collatio, ſi ab
altero eorum tantùm fiat, nulla ſit, tamen ex
quo ius conferendi competit, quilibet in ſo-
lidum, ſi vnus conferre nolit, cenſetur con-
ſentire collationi per alterum factæ, ex ad-
ductis per Gonzal. *d. gloſ. 45. à num. 69.* &
Pute. *deciſ. 116. lib. 3.* notabiliter dicit † quòd 4
huiuſmodi collatio non debet fieri per eos
collegialiter, quia Epiſcopus, & Capitulum
in hac prouiſione conſiderantur vt duo cor-
pora, quæ ad inuicem non confunduntur:
[& idem Pute. *deciſ. 62. de Præbend.* quem ſe-
quitur Lotter. *d. q. 21. num. 24.* tenet ſimulta-
neæ locum eſſe ſi conferat Epiſcopus ſolus,
vel Capitulum ſolum, ſtatim enim ius acqui-
ritur prouiſo, cùm ſufficiat alterum non con-
tradicere, nam quamuis ſit actus ſimultaneus,
eſt tamen in ſolidum apud vtrumque, & ſic
diuiduus reſpectu exercitij: quocirca nihil eſt
quin poſſit fieri ſeparatim, Achil. *deciſ. 4. num.
9. & 10. de Præbend.* Gonzal. *d. gloſ. 45. in
princ. num. 52.* Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 4. num. 42.*
& hanc ſententiam probauit Rota *in Tarra-
conen. ſacriſtiæ 19. Martij 1602.* coram Iuſto,
& apud Coccin. *deciſ. 212. num. 4.* Et propter-
ea dum explicatur per vnum, nec alius con-
tradicit, remanet in ſtatu validitatis, Achil.
d. deciſ. 4. num. 11. etſi Papa interim conferat
cum clauſ. dummodo tempore datæ, *&c.*
quia per illam cenſetur præſeruatum ius ex
tali prouiſione acquiſitum quantumcunque
ea prouiſio poſſit videri imperfecta, Pute. *d.
deciſ. 62.* Lotter. *d. q. 21. num. 26. & 27.* vbi
num. 29. poſt Seraphin. *deciſ. 980. num. 11.* ſub-
dit quòd ſi diuidatur exercitium iſtius iuris
inter Epiſcopum, & Capitulum (vt fieri con-
ſueuit) aut per turnum, aut per genera bene-
ficiorum, vt ſcilicet Epiſcopus conferat
vnum, & Capitulum conferat aliud genus, ha-
bebuntur iſtæ omnes prouiſiones tanquam

ſimultaneæ, & coniunctim factæ, qua licèt exercitium ſit diuiduum, non eſt ramen diuiduum ius illud poreſtatis,& *num.*33. aduertit quòd dum Epiſcopus confert ſolus, non ſtatim interpretabimur eum voluiſſe facere collationem priuatiuè ad Capitulum, ſed potiùs eidem Capitulo præſeruare ius ſuum, veluti actui traditionis poſſeſſionis implicitum.

In perquirenda verò ratione prædictæ principalis reſolutionis laborant Doctores; quidam enim id conſtituunt in magna communione, quam habet Epiſcopus cum ſuo Capitulo, itaut dicantur conſtituere vnum corpus, *d. cap. nouit*, referunt Bellam. *deciſ.* 69, *num.* 2. *de Prebend.* & Lotter. *d.q.*21. *num.*13. *&* 14. Alij,& meliùs, id euenire contendunt quòd Præbendæ in Eccleſia Cathedrali præſumantur inſtitutæ de bonis communibus Epiſcopi & Capituli, vnde ſiue de hoc expreſsè liqueat, ſiue præſumatur, videtur æquale ius vtrique competere, ne aut Epiſcopus, aut Capitulum Canonicos minus gratos ſortiatur, & hanc rationem poſuit Abb. *in cap. cùm Eccleſia Vulterana, ſub num.* 8. *verſ. ego dicerem, de elect.* quem probauit Præpoſ. *in cap.* 1. *col.*7. *verſ. Panormit. diſt.* 22. & cum hac ratione tranſiuit Rota *apud Bellam. d. deciſ.*22. *ſub num.* 1. *verſ. alio tempore, de Prabend.*]

5 Amplia ſupradictam reſolutionem procedere etiam in Dignitatibus Eccleſiæ Cathedralis. gloſ. *in verb. diſponit. in d. cap.* 1. *diſt.* 22. Et bene reſoluunt Caſſal. *deciſ.* 22. *ſub num.* 2. *de Prabend.* Rebuff. *conſ.* 60. *col.* 2. *verſ. & licet varia*, Rota *in Barbaſtren. Archipresbyt.*15. *Iunij* 1615. coram R.P. D.Pironano, Nicol. Garc. *d. parte* 5. *cap.*4. *num.*20. vbi *in addit. num.* 21. plures Rotæ deciſiones refert, Caualer. *deciſ,* 238. *à princ.* vbi *num.* 2. aduertit quòd poteſt induci diuerſa, vel contraria conſuetudo, & Nicol. Garc. *d. loco num.* 27. refert quòd in multis Eccleſiis Hiſpaniæ, quamuis in Præbendis Capitula habeant collationem cum Epiſcopo, in prouiſione tamen Dignitatum nihil habent, ſed ad ſolum Epiſcopum ſpectat, vt in Eccleſia Burgen. Segobien. Carthaginen. & Abulen.[nouiſſimè Theodoſ. Ruben *in ſingular. Rota tom.* 2. *p.* 2. *circa ſtylum.*§.7. *pag.*25. Lotter. *d. quaſt.* 21. *num.* 19.]

6 Amplia etiam in Portionibus, & dimidiis Portionibus Eccleſiæ Cathedralis habere locum ſimultaneam Epiſcopi, & Capituli collationem, vt pluries Rota iudicauit in deciſionibus citatis per Gonzal. *d. gloſ.* 45. *num.* 42. & per Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 21. & per Aloyſ. Ricc. *d. collect.* 1388. *verſ. nihilominus.* [Rot. *deciſ.* 683. *num.* 4. *p.* 1. *recentiſsim. & in d. Barbaſtren. & in alia Parmen. beneficij* 10. *Martij* 1619. coram Card. Pamphilio iun. quicquid dicat Lotter. *d. quaſt.* 21. *num.* 20. *&* 21.

Quamuis in aliis beneficiis ſuæ diœceſis Epiſcopus vſque adeò ſuper iure conferendi de iure communi fundatam habeat intentionem, *cap. omnes Baſilica, cap. nullus* 16. *q.* 7. ram reſpectu beneficiorum exiſtentium de tempore talis actus, quàm erigendorum, Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 21. *à num.* 77. nihilominus hoc minimè ſibi locum vendicat in Canonicatibus, & Præbendis Cathedralis Eccleſiæ, cùm in iis Epiſcopus non habeat hanc ſolidæ collationis vniuerſalem cauſam, Lotter. *d. q.* 21. *num.*81. vbi *num.*82. addit quòd propterea quando Epiſcopus, & Capitulum ſe adinuicem circa huiuſmodi collationem protrudunt, prætendendo liberam collationem, non autem ſimultaneam, & vertitur quæſtio ſuper manutentione, nihil aliud conſideratur, quàm ipſa poſſeſſio de facto reſpectu cuiuſlibet Canonicatus, & Præbendæ, quæ tunc demum iuſtificatur ſi collatio effectuata appareat. & *num.*95. monet nihil potiùs eſſe ad alterutrius intentionem fundandam, quàm docere Præbendam, de qua contenditur, aut etiam omnes doratas fuiſſe de propriis redditibus, aut pro earum erectione, ſuppreſſa & applicata fuiſſe beneficia, quæ priùs eſſent ad propriam electionem.

Verùm autem præcedat etiam in Canonicatibus Doctoralibus, quibus annexum eſt onus lectionis, vel aliud? Vide latè Lotter. *de re beneſ. lib.* 2. *quaſt.*21. *num.*127. *cum multis ſeqq.*

Limita in Eccleſiis Regularibus, in quibus ſimultanea locum non habet, cùm in eis diuerſo iure vtamur, nam ſi exemptæ non ſint, Epiſcopus fundat intentionem ſuam ſuper libera poreſtate conferendi. *cap.* 1. 18. *quaſt.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 23. *num.* 21. Seraph. *deciſ.* 1353. *num.* 3. *verſ. etiam in Regularibus*; at vbi proceditur per præſentationem, vel electionem, ipſe idem fundatam habet intentionem ſuam pro iure inſtituendi, & confirmandi, Abb. *in cap. cùm veniſſent, ſub num.*9. *verſ. & idem dicit, de inſtit.* adeò quòd Conuentus habeat quidem electionem Prælati, Epiſcopus verò confirmationem, vt per rex.innuit gloſ. *verb. inſtituere in d. cap.* 1. 18. *q.* 2. Abb. *in cap. cùm venerabilis, ſub num.*45. *verſ. dic tamen, de except.* Si verò ſint exemptæ, & de Conuentualibus agatur, indubitatum eſt prouiſionem ſpectare ad Prælatum, & Conuentum ſimul; ſi verò non ſint Conuentualia, ad ſolum Prælatum, vt poſt Ioan. de Selua *in tract. de beneſ. p.* 2. *q.* 22. *ex num.* 45. *&* 51. declarat Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 23. *num.* 20. *&* 21.]

In his collationibus ſimultaneis Epiſcopi, 7

&

& Capituli, tantam poteſtatem habet Epiſcopus ſolus per ſe, quantam habet totum Capitulum, & è contra, l. Titio, & heredibus. ff. de vſufruct. l. mulierum liberis ff. de hered. inſtit. Selu. de beneſ. par. 2. q. 17. num. 9. Rot. deciſ. 783. lib. 3. parte . diuerſ. Gonzal. d. gloſ. 45. à num. 51. Nicol. Garc. d. c. 4. num. 28. Lotter. d. lib. 2. q. 21. num. 39. Verùm hac in re Rota in vna Cæſaraugustana electionis 20. Martij 1623. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano cenſuit opinionem Hoſt. in cap. poſtulaſtis, de conceſſ. Præb. tenentis tantam eſſe
8 † vocem Epiſcopi, vel alterius Prælati, quantam ſolius Capituli, habere locum quando de iure ſpeciali ius eligēdi ſpectat ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul, vel ad Prælatum, & Capitulum, non ita quando de iure communi electio ſpectat ad Prælatum, & Capitulum, quia tunc vox Prælati computatur pro vna voce, ſecundùm Collect. in d. c. poſtulaſtis n. 5. Abb. num. 14. Imol. num. 15. verſ. quod tamen an ſit verum, Anchar. num. 9. verſ. contrarium determinat ipſe, Cardin. num. 5. Ioan. Andr. num. 10. & latiſſimè in c. pen. de appel. in 6. Feder. de Senis conſ. 1. ex num. 7. Abb. conſ. 37. num. 2. in fine, & num. 3. p. 2. & fuit reſolutum in Placentina voti 26. Aprilis 1599. & 6. Nouembris 1600. & 16. Decembris 1604. coram bonæ mem. Penia.

9 Si autem Epiſcopus conferat vni, & Capitulum alteri, neutra collatio valebit, quia adinuicem ſe impediunt, vt poſt multos à ſe relatos reſoluunt Gonzal. d. gloſſ. 45. num. 58. Nicol. Garc. d. c. 4. num. 29. vbi num. 3. cum ſeqq. ex multis Sacræ Rotæ deciſionibus
10 oſtendit, quòd † cùm neutra collatio valeat, ſi Papa prouideat tertio etiam ſequenti die, ille dicitur habere potius ius, & eius prouiſio erit bona, refert Gonzal. vbi ſuprà num. 62. ſe vidiſſe ſæpe prouideri à Sede Apoſtolica de tali beneficio iure præuentionis, & prouiſiones Apoſtolicas effectum habuiſſe, & citat Rot. in Hiſpalen. portionis 19. Ianuarij 1594. coram bonæ memor. Card. Pamphilio ſen. vbi etiam fuit dictum, quòd ſtante dicta diſcordia inter Epiſcopum, & Capitulum Papa non tenetur conferre tale beneficium vni, vel alteri ex nulliter per Epiſcopum, & Capitulum pronifis, nec gratificari digniori.

11 Sed vtrùm Capitulum tradendo poſſeſſionem prouiſo ab Epiſcopo de Canonicatu, Dignitate, vel Portione huiuſmodi, cenſeatur etiam ipſam conferre? eſt multùm controuerſum, & Rota fuit diuiſa, vt apud Putc. deciſ. 119. in fin. lib. 3. in correctis, & Achil. deciſ. 4. num. 2. de Præb. Card. Caualer. deciſ. 238. n. 5. vide apud eos. [Sed pro affirmatiua ſentētia faciunt quę Lott. d. lib. 2. q. 21. à n. 85.]

12 Verùm ſi Epiſcopus in collatione expreſſit ſe conferre vigore Alternatiuæ (quæ qualitas non poteſt conuenire collationi Capituli) ipſum Capitulum tradendo poſſeſſionem non poteſt intelligi quòd contulerit, cùm eam tradiderit vti filius obedientiæ in vim præcedentis collationis factæ per Epiſcopum, præſertim cùm in illo actu abſque vlla contradictione expreſſerit velle parere litteris Epiſcopi. [Illud in hac materia eſt magna conſideratione dignum indultum conceſſum Cardinali Epiſcopo habenti ſimultanea cum ſuo Capitulo, non capere beneficia ſubiecta eidem ſimultaneæ, ſed tantùm remouere obſtacula reſeruationum, & conſeruare ipſum Cardinalem in ſua poteſtate ordinaria, non autem etiam eandem poteſtatem ampliare, vt poſſit ſolus in præiuditium ſimultaneæ conferre, Caſſad. deciſ. 3. ex num. 2. de priuil. Putc. deciſ. 200. ſub num. 1. verſ. & quia indulta, & deciſ. 93. num. 3. lib. 3. in correct. Greg. XV. deciſ. 291. num. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 24. num. 25. & 68. Rota deciſ. 537. p. 3. diuerſ. lib. 3. & in Ferrarien. Canonicatus 26. Aprilis 1624. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Cremonen. Canonicatus etiam 26. Aprilis 1624. coram R. D. meo Coccino Decano, reiecta opinione Nicolai Garc. de beneſic. p. 5. c. 1. num. 628. non aduertentes Caſſadori deciſ. 8. de præbend. ſuper qua ſe fundat, procedere ſecundùm terminos tex. in cap. cum illis §. vlt. de præbend. cuius diſpoſitio reſpicit Cardinales indultarios non habentes ordinariam collationem, prout intelligunt Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 24. num. 66. Moneta de opt. canon. cap. 3. q. 3. num. 89. & 90. Vnde quando collatio præbendarum eſt ſimultanea, indultum conceſſum Epiſcopo ſuffragatur Capitulo, ex quo eſt annexum Epiſcopo, vt per tex. in l. commune fundum 10. ff. quemadm. ſeru. amit. tenuit Rota in Cremonen. Canonicatus, & in Gerunden. adminiſtrationis 2. Decembris 1630. coram R. D. meo Coccino, cuius meminit Ferentil. ad deciſ. Buratti 805. num. 11. Ex his quidem S. D. N. Vrbanus VIII. per ſuam conſtit. incip. Sanctiſsimus 10. Septembris 1626. declarauit in indultis huiuſmodi minimè conſeruari Capitulis Cathedralium ius nominandi, eligendive, aut ſimultaneam, neque eiuſdem talia indulta in aliquo ſuffragari, quæ reperitur impreſſa in fine mei tract. de officio & poteſt. Epiſcopi, inter conſtitutiones, & decreta ibi relata pag. 17.]

Sede autem Epiſcopali vacante collatio 13
ſtante ſimultanea ſpectat ad Capitulum iure proprio, cap. 1. ne ſede vacante, lib. 6. Rebuff. in praxi beneſic. tit. de deuolut. à num. 74. Quarant. in ſum. Bullarij verb. Capitulum Sede vacan. verſ. qua concluſio pag. mihi
138. & ſequenter non intrat † reg. 2. aliàs 14
3. reſeruatoria, quia non capit beneficia ſpectantia ad collationem Capituli, vt fuit

dictum, *in Salamantina Portionis* 25. *Iunij* 1599. coram recolendæ mem. Card. Millino, vbi etiam fuit reſolutum procedere etiam quòd vigore concordiæ prouiſio ſpectaret iure proprio ad liberam collationem illius, qui eſt in turno, quia per hanc concordiam non diuiditur proprietas iuris conferendi, ſed remanente communione in proprietate diuiditur tantùm exercitium, propter quam diuiſionem exercitij ius conferendi ſpectat ad illum, qui eſt in turno,& ideò etiam eſt locus alternatiuæ ad fauorem Epiſcopi; quia prouiſio in ſuo turno propter diuiſionem exercitij ſpectat ad eius liberam collationem, & non cum alijs, ſed Sede Epiſcopali vacante hoc fundamentum ceſſat; quia concordia in hoc caſu non habet locum, & ceſſante concordia ceſſat diuiſio exercitij, & remanet collatio communis, & exiſtente collatione communi, collatio Sede Epiſcopali vacante eſt libera Capituli, vt ſuprà diximus.

15 Collegiatæ quoque Eccleſiæ ſecularis Canonicatus, ſeu Præbendæ vacantes, ſpectant ad electionem, & præſentationem Prælati inferioris, & Capituli eiuſdem Eccleſiæ Collegiatæ, & ad inſtitutionem, ſeu confirmationem Epiſcopi de iure communi, ita Federic. de Senis *conſ.* 34. *Quæritur, per tot. & conſ.* 73. *num.* 2. *verſ. nam aliqui.* Mohedan. *deciſ.* 297. *num.* 2. Pute. *deciſ.* 130. *libro* 1. *incorrect.* [Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 6. *collect.* 2451. *verſ. octauò nota.* Biſignet. *deciſ.* 8. *de Præbend.* AEgid. Bellam. *deciſ.* 69. & 717. Ioan. de Selua *in tract. de benef. p.* 2. *q.* 22. *verſ. quintus caſus*, Marc. Anton. Cuch. *inſtit. canon. minor. lib.* 2. *tit.* 6. *verſ. in quarum collatione*, Bordell. *in ſum. deciſ. tom.* 1. *tit.* 29. *num.* 19. Garc. *p.* 5. *cap.* 4. *num.* 6. Ferentil. *vbi ſuprà num.* 13.] Card. Tuſch. *tom.* 1. *litt. C. concluſ.* 36. *à princ. & concluſ.* 459. *ex num.* 2. Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 21. *num.* 135. Gonzal. *d. gloſ.* 55. *ex num.* 50. [& ſic non pertinent de iure ad liberam ſolius Epiſcopi collationem. Caſſad. *deciſ.* 22. *de præben. num.* 3. Rota *deciſ.* 289. *num.* 2. *p.* 1. *recentiſsim. in poſthumis.*] niſi contraria ſit conſuetudo, quæ attendi debet, ex eod. Fedetic. de Senis *d. conſ.* 34. *num.* 2. Caſſad. & Rota *locis cit.* Cuch. *d. loco* & Card. Tuſch. *d. concluſ.* 36. *num.* 2. & 3. qui etiam tenent in prima erectione Eccleſiæ Collegiatæ ordinationem ſpectare ad Epiſcopum, ex

16 quo à principio non extat Capitulum. † Sic etiam apud omnes ſimul debet eſſe adminiſtratio, *cap. nouit, cap. quanto, cap. ea noſcitur*, vbi Abb. *num.* 4. *de iis, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capit.* Lap. *alleg.* 31. Ioan. Selua *de benef. parte* 2. *quæſt.* 22. *num.* 45. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 2. *q.* 62. *art.* 7. & 8. & *q.* 78. *art.* 12. & 13. Rot. *in Gerunden. adminiſtrationis* 6. *Februarij* 1629. coram R. P. D. Veroſpio iun.

Non requiritur tamen in huiuſmodi Canonicatuum, & Dignitatum prouiſionibus faciendis obſeruare formam *cap. quia propter, de elect.* cùm illa non ſe extendat ad inferiores Dignitates, Abb. *in cap. Eccleſia veſtra. num.* 7. *de elect.* Imol. *ibidem num.* 3. Franc. Marc. *deciſ.* 922. *num.* 3. *lib.* 1. Rot. *in Leodien. Decanatus* 15. *Decembris* 1627. coram R. P. D. Merlino 17

Pirouano, quia † Eccleſia non viduatur per inferiores, gloſ. Abb. Ioan. Andr. Butr. & Imol. *in d. cap. quia propter*, Franc. Marc. *d. deciſ.* 922. *num.* 1. *lib.* 1. Rot. *in d. Leodien. Decanatus.* 18

Debent tamen ipſi Canonici votantes votare in Capitulo, non extra, itaut voces eorum, qui votauerint extra Capitulum, non ſint computandæ ad augendum numerum, immò vti contempti potuerunt petere electionem ſine eorum interuentu factam caſſari, Butr *in cap. auditis, num.* 18. *verſ. ſed certè, & in cap. Eccleſia, num.* 9. & *ibi* Anch. Abb. & cæteri, *de elect.* idem erit ſi conſignata voti cedula in manibus Præſidentis non aliter expectato ſcrutinio continuò è Capitulo exierint, cùm vota dari debuerint in ipſo actu ſcrutinij, non antè, expreſsè tex. *in cap. penult. §. fin. in fine, de elect. lib.* 6. Butr. *in cap. Geneſi, num.* 22. & 28. *in fine*, & *ibi* Abb. *num.* 11. *eodem titul. in Decretalib.* & optimè aduertit idem Abb. *num* 7. & *in d. cap. quia propter, num.* 12. non eſſe ſpeciale in caſu illius text. proximè relati, ſed generale in omnibus explicandis per Capitulum, & vniuerſitatem, vt collegialiter, & ſimul in vnum conſenſus, vel diſſenſus præſtetur, & Butt. *in cap. auditis, num* 8. *eod. tit.* notat quòd etiam ante formam *d. cap. quia propter*, exigebatur conſenſus, vt in vnum, & certo tempore, & ad idem allegari ſolet Bald. *in l.* & *ſuum*, *§. dic tamen, num.* 1. *ff. de pactis*, & *ibi* Angel. *num.* 1. immò etiam Butt. *in d. cap. in Geneſi*, *num.* 28. poſtquam dixit formam *d. cap.* non habere locum in electionibus inferiorum Dignitatum, ſubdit, ſi ille tamen actus ſpectet ad Capitulum, fiat per Capitulum à Congregatis, vt Capitulum, & ſimul in vnum. Nec contrarium ſentit Card. *conſ.* 103. *num.* 10. dum ait ſufficere quòd Canonici ſingulatiter conſentiant, dummodo in Capitulo, quia per illud aduerbium, *ſingulariter*, non excludit ſimultaneum Capituli conſenſum; ſed excludit communem illam electionem poſt ſcrutinij publicationem ab vno nomine Capituli per verba ſingularis numeri faciendam in terminis *d. cap. quia propter*, & *d. cap. in Geneſi*, vt per gloſ. *in eod. cap. in Geneſi. verb. communiter*, & *verb. repeti*, & Abb. *ibi notab.* 4. *in tertio requiſito, ex cap. ſicut, de elect. lib.* 6. Ita Rot. *in Hiſpalen. Canonicatus* 18. *February* 1619. coram bonæ mem. Buratto, inter eius impreſſas, *deciſ.* 380. 19

Verùm

20 Verùm licèt, vt ſuprà diximus, ex communi Doctorum reſolutione, Præbendæ in Cathedralibus ſint ſimultaneæ collationis Epiſcopi & Capituli, & in Collegiatis ad Capitulum ſpectet electio, ſeu præſentatio, & ad Epiſcopum confirmatio, ſeu inſtitutio, conſuetudine tamen, ſeu præſcriptione, vel ſtatuto poteſt contrarium introduci, videlicet, quòd vel ad ſolum Epiſcopum ſine Capituli conſilio, conſenſu, vel interuentu, ſeu alio miniſterio ſpectet, vt *in cap. ex frequentibus, de inſtit.* [*c. cum Eccleſia*, vbi Abb. *n.1. & 10. de elect.* Selua *de benefic. p.2. q.22. n.32.* Caſſad. *deciſ.22. n.1. & 2. de Præbend.* Rota *deciſ. 124. n.1. p.1. recentiſsim. & deciſ. 232. n. 3. p.1. recentior. & deciſ. 245. n.2. & 3. p.2. recentiſsim. in poſthumis*, vbi quòd præſcriptio 40. annorum neceſſaria ad mutandum ſtatum.] Vel è conuerſo ad ſolum Capitulum, vt *in cap. ex parte, de conceſſ. præbend.* Ita Caſſad. *d. deciſ. 22. n. 2. de Præbend.* Rebuff. *conſ. 60. col.2. verſ. quod tamen fallit*, Gonzal. *d. gloſ.45. in princ. num.71.* Rot. *deciſ. 160. num.1. p.1. diuerſ. & deciſ. 134. p.3. lib.3. etiam diuerſ.* Caualer. *deciſ.97. num.3. & deciſ. 238. num.2.* [Vnde ſi ſoli Canonici irrequiſito Epiſcopo conſueuerunt eligere, Epiſcopus autem confirmare, ſeu inſtituere, valet conſuetudo, tex. expreſſus *in d. cap. cùm Eccleſia Vulterana*; & è contra ſi ſolus Epiſcopus irrequiſito Capitulo conſueuit conferre, ſeu eligere, valet conſuetudo ad excluſionem Capituli, *cap. ea noſcitur, de his, quæ fiunt à Prel.* bene Pereg. *conſ.28. num.2. lib.2.* At quia conſuetudo in iſtis Præbendis Collegiatis repugnat iuri communi, in vtroque caſu debet eſſe legitimè probata, & præſcripta, *cap. cùm Eccleſia Sutrina, de cauſa poſ. cap. cùm dilectus, & cap. fin. de conſuet.* Peregr. *d. conſ. 28. num. 3.* Et præſcripta conſuetudo dicitur iure Canonico attento quæ obſeruata fuerit non minore ſpatio 40. annorum, *gloſ. fin. in princ. in d. cap. fin.* vbi Abb. *num.7.* Iaſ. *in l. de quibus, num. 45. ff. de legib.* vbi quòd non requiritur quòd ſit obtenta in contradictorio iudicio, ſed ſolus vſus quadragenarius ſufficit, Pereg. *d. conſ. 28. num. 4.* vbi *num. 5.* quòd ad inducendam conſuetudinem non requiritur aliquis titulus coloratus, cùm ſufficiat ſolus vſus.]

21 Quando verò Præbendarum, & Canonicatuum huiuſmodi collatio ad Epiſcopum tãtùm ſpectat, (idem erit ſi ad Capitulum ſimul) vacationes in menſibus Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Auguſti, Octobris, & Nouembris ad Papam ſpectant, in reliquis verò menſibus ad Epiſcopum, vt habetur *in reg.8. aliàs 9. Cancellariæ.* [nam licèt Alternatiua non intret quando beneficia ſunt de ſimultanea collatione cum Capitulo, ex Rota *deciſ. 245. num. 1. & deciſ. 683. n.1. p.1. recentiſsim.* Seraphin. *deciſ.1296. num.8.* Attamen, quando ſunt de libera collatione Epiſcopi, Alternatiua intrat, Rota coram Greg. XV. *deciſ.314. num. 4.* repetita *deciſ.232. num.4. p.1. recentior.*]

22 †Cuius gratia ſi gaudere velit Epiſcopus, gratificationis ergò illi petenti, & acceptanti (iuxta formam, quam ponunt Fuſc. *de viſit. lib.2. cap.28. n.33.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloſ.62. in fine*, & ego ipſe *in formalario Epiſc. form.89. 90. & 91.*) concedit ſua Sanctitas, quamdiu apud Eccleſiam, aut diœceſim ſuam verè, ac perſonaliter reſederit dumtaxat, vt in menſibus Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris Canonicatus, & Præbendas vacantes ad liberam ipſius dumtaxat, non autem aliorum cum eo diſpoſitionem, ſeu præſentationem, vel electionem, nec etiam cum conſilio, vel aſſenſu, ſeu interuentu Capitulorum, vel aliorum, aut aliàs pertinentes, liberè prouidere valeat, dummodo aliàs diſpoſitioni Apoſt. reſeruati, ſeu effecti non fuerint, ſicut pariter legitur *in ead. reg. 9. Cancellariæ.*

23 †Vnde colligitur Epiſcopum non reſidentem in ſua diœceſi Alternatiua nõ gaudere, quãuis abſens ſit ex cauſa à Concilio approbata nam licèt olim attento tenore regulæ Greg. XIII. contrarium voluiſſet Flamin. Pariſ. *de reſign. lib.1. q.10. n. 58.* quia in illa tunc non erat appoſita dictio illa, *verè*, attamen cùm hodie adſit in moderna regula, dicendum videtur veram reſidentiam præcisè requiri, & non ſufficere fictam, & ideo ita Sanctiſſimum reſpondiſſe referunt Nicol. Garc. *in addit. ad ſuum tract. de beneſ. p.5. c.1. num.463.* Ioan. Anton. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, prælud. 23. dub. 3. ſecundùm Romanam impreſſ.* & faciunt quæ tradunt Galet. *in margarita caſuum Conſcientiæ, verb. Epiſcopus*, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.156.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ.43. n.84.* [De Alternatiua autem conſtat ex acceptione illius facta per Epiſcopum extracta formiter ex libro Datariæ, Seraphin. *deciſ.1108. num.4.* Rota *deciſ.205. num.2. p.2. recentiſsim. in poſthumis.* Et dicitur Alternatiua, quia alternatim proceditur, vt incipiendo à menſe Ianuarij, qui eſt D. Papæ, Februarius eſt Epiſcoporũ, Martius Papæ, & ſic de ſingulis, nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. Eccleſ. c.48. n.18.* Epiſcopi, qui dictam gratiã Alternatiuæ acceptauerunt, ad tria inuiolabiliter obſeruanda ſunt obnoxij. *Primò*, quod in beneficiis in aliis ſex menſibus Papæ reſeruatis, vel quomodolibet ad Sedem Apoſt. ſpectantibus, non ſe intromittãt, quià Papa *in reg.9. Cancel.* vt Epiſcopi ſi in collatione, aut alia diſpoſitione beneficiorũ in aliis ſex menſibus reſeruatorũ, vel affectorũ ſe intromiſerint, dicta gratia Alternatiuæ eo ipſo ſint priuati. *Secundò*, quòd non præſtent impedimentum quominus prouiſiones, & gratiæ Sanctitatis ſuæ debitum non conſequantur effectum, ſimiliter vſu, & facul-

tate dictæ Alternatiuæ ſunt priuati. *Tertiò*, & vltimò quòd reſidere debeant in eorum Eccleſiis verè & perſonaliter, vt ſuprà dicebamus, ita nouiſſimè Marcel. Vulpe *in ſua praxi cap.48.num.* 22. 23. *&* 24. *& num.* 26. *in fine*, ſubdit quòd ſi Epiſcopus contrauenerit in aliquo prædicatorum caſuum, priuatur Alternatiua ratione contrauentionis, ſed non propterea priuatur ſuis quatuor menſibus, & *n.* 30. tenet quòd ſi Epiſcopus acceptauerit gratiam Alternatiuæ in aliquo ſuo menſe ex quatuor, putà in menſe Martij, ille menſis ſtatim acceptata Alternatiua efficitur D. Papæ. Ex quibus autem probetur acceptatio Alternatiuæ? Vide Rotam apud Poſtiu. *in fine ſui tract. de manutent. deciſ.* 279. *n.*4. Seraph. *deciſ.*46. *n.*1. *cum ſeqq.* vbi *n.* 3. reſoluit quòd Alternatiua ab Epiſcopo recuſata amplius non reuiuiſcit, ſed dicitur conſumpta. Et quòd Alternatiua non comprehendat beneficia ſimultaneæ collationis, tenent Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 45. Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 1. *n.*474. Beltramin. *ad Gregor. XV. deciſ.* 95. *n.*6. vbi *n.* 7. diſſerit quid dicendum quando Epiſcopus, & Capitulum diuidunt per turnum ius, & exercitiũ conferendi beneficia ſimultaneæ collationis.]

Sed circa vſum Alternatiuæ huiuſmodi, an & quando amittatur, & quot menſes ea amiſſa remaneant Epiſcopo, ſolet ſæpè ſæpiùs dubitari, pro cuius dubij deciſione quatuor regulę ſunt à nobis proponendæ, & explicandę.

24 *Prima* igitur eſt. *Alternatiua acceptatione recepta in Dataria in aliquo menſe Apoſt. non incipit vſus illius, niſi toto menſe peracto, ſecus ſi in menſe Ordinarij.* Ratio eſt, quia acceptatio, vel non acceptatio Alternatiuæ eſt in ſola facultate Ordinarij, qui ſi acceptauerit in principio alicuius ſui menſis, ſibi imputet, cùm potuiſſet acceptare poſt finem talis menſis; ſi verò acceptauit in aliquo menſe Papæ, non eſt rationi conſonum, vt hoc Papæ præiudicet cùm ipſe etiam potuerit in facultate Ordinarij quando velit acceptare Alternatiuam. [refert me citato Alzed. *d. par.*1. *cap.* 6. *num.*75. Et Alternatiuæ vt locus eſſe incipiat non requiritur ſcientia Epiſcopi de illius impetratione, quia eius conſenſus ſatis iuſtificatur ex litteris ab eodem Epiſcopo ad Curiam tranſmiſſis pro impetranda hac gratia alternatiuæ, & ideo non eſt opus alia ſcientia ipſius Epiſcopi, ſed perfecta gratia, ſtatim ſequuto conſenſu Papæ, cœpit eſſe Apoſtolicus qui primus ſucceſſit menſis poſt acceptatam Alternatiuam. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 63. *n.* 20. Nicol. Garc. *de benef. p.*5. *cap.*1. *§.*12. *num.* 764. *&* 768. Rota *deciſ.* 144. *p.* 2. *recentior.* & apud Poſtium *in fine ſui tract. de manutent. deciſ.* 279. *num.* 4.]

25 *Secunda* regula. *Menſes Aprilis, & Octobris ſemel facti Apoſtolici propter abſentiam Ordinarij ſemper remanent Apoſtolici, quamuis ipſe reuertatur de nouo.* Ratio eſt, quia Ordinarius lucratur illos duos menſes Papæ, Aprilem ſcilicet, & Octobrem, abſque aliqua menſium ipſius permutatione, & nullo alio niſi reſidentiæ onere adiecto. Vnde cùm eos gratis accipiunt, æquiſſimum erit, vt quantocunque paruo tempore à ſua diœceſi abſuerit, illos amittat, ita vt ſemel facti Apoſtolici, ſemper remaneant Apoſtolici vſque ad vltimum diem illius menſis, quo abſuerit. Et licèt ratio exigere videretur, quòd redeunte Epiſcopo, & ſic ceſſante cauſa ſuſpenſionis vſus Alternatiuæ, ceſſat effectus ſuſpenſionis ad regulam, Ceſſante cauſa ceſſat effectus; cùm tamen fuerit ab initio acquiſitum ius Papæ in illo menſe integraliter, & non per dies menſis, intrat limitatio, quòd ceſſante cauſa non ceſſat illius effectus, vbi ius iam fuit quæſitum alteri ex cauſæ exiſtentia; quamuiſ enim illa poſtea deficiat, ius tamen illud quæſitum retinetur, Ioann. And. *in regul. decet. num.* 5. *ad fin. verſ. & eidem in ſimilibus, de regulis iuris in* 6. Tiraquel. *in tract. Ceſſante cauſa, limitat.* 11. *num.* 1. *&* 2. Non obſtat, quòd hoc modo Epiſcopus egeret noua acceptatione Alternatiuæ, quia cùm ipſe per abſentiam non amittat proprietatem Alternatiuæ, ſed ſolùm ſuſpendatur illius vſus, & Papa habet ius quæſitum in illo menſe, reſultat quòd finito menſe abſque alia noua acceptatione intret vſus Alternatiuæ, vt in ſimili habet indultum percipiendi fructus beneficiorum primi anni vacantium vſque ad quinquennium, ſi aliqui de ſpeciali priuilegio fructus dicti primi anni debeantur, licèt non poſſit gaudere fructibus primi anni, in quibus alteri eſt ius quæſitum, non propterea amittit indultum, ſed eo vti poterit in fructibus anni ſequentis, *gloſ. fin. in cap. ſi propter in* 2. *intellectu, verſ. alij dicunt*, & *ibidem* Butr. *num.* 4 *&* 1. *verſ. iſta ratio, de reſcript. in* 6. Nec etiam obſtat ſi dicatur, quòd ſi Epiſcopus non gauderet vſu Alternatiuæ ſtatim poſt eius reditum, contractus diceretur claudicare, atque ita vel ſtandum eſſe Alternatiuæ in totum, vel ab ea recedendum, *l. Iulianus*, *§. ſi quis colludente*, ibi, *aut ſtatur emptioni, aut diſcedatur, ff. de action. empti*; quia datur diuerſitatis ratio inter reſeruationem octo menſium, quæ eſt pura, & inter eius limitationem ad fauorem Ordinariorum cum qualitate reſidendi, qua ſtante diuerſitate, & quod propter abſentiam Epiſcopi fuit acquiſitum ius Papæ in illo mẽſe integrali ſtatim à principio, vt dictum fuit, contractus non dicitur claudicare, nec Epiſcopus ab eo poteſt recedere, vltra quòd non eſt inconueniens, vt contractus poſſit claudicare vbi adeſt ratio diuerſitatis, gloſ. & Caſtren. *in d. §. ſi quis colludente.* Cagnol. *in l. ſingularia*

gularia, num. 160. *cum ſeqq. ff. ſi certum pet.* Sud. *deciſ.* 187. *num.* 11. *verſ. propterea.* Ex quibus hanc ſecundam regulam firmauit Rota *in Papien. beneficij* 10. *Aprilis* 1617. coram bonæ mem. de Martino Andrea, quæ reperitur inter eius impreſſas *deciſ.* 110. *aliàs vlt.*

26 *Tertia* regula. *Menſes February, & Auguſti ſemel per abſentiam Ordinary facti Apoſtolici, tales eſſe non diſinunt reuertente Ordinario ad ſuum Epiſcopatum.* Ratio eſt, quia ſicut Papa conceſſit Epiſcopis gratiam hanc diſtributiuè in ſingulos alternatos menſes propter reſidentiam, ita cenſetur exigere eandem reſidentiam in ſingulos eoſdem menſes integros, adeò quòd non ſequuta reſidentia initio menſis, illico totus menſis ſit affectus, neque ſuperueniens reſidentia in ipſo menſe tollat eam affectionem, quæ ſemel à principio totum menſem tanquam vnum indiuiduum peruaſit, quemadmodum qui diurnas operas dare damnatus eſt, ſi non à manè, ſed à ſexta diei hora det, nihil dediſſe videtur, *l.* 2. *ff. de annuis legat.* Mens enim Papæ concedentis, & Epiſcopi acceptantis ſufficit, vt ex illa diſtributione temporis in menſes certos dicatur conſtitutum indiuiduum, id quod aliàs natura diuiduum eſt, *l. cùm eiuſdem ff. de adil. edicto.*

27 † Vnde ſi initio menſis Epiſcopus, vel per momentum abfuerit à ſua diœceſi, nihil illi proderit ſi eodem menſe redeat antequam vacet beneficium quominus Papa de eo prouideat: reſeruat enim *reg.* 8. *aliàs* 9. *Cancellaria*, non beneficia vacantia in menſibus ibi enumeratis, ſed ipſos menſes, & ſic partem anni integralem, proindeque cùm initio menſis propter abſentiam Epiſcopi ſit ius quæſitum Papæ ratione menſis, ſemper ille menſis remanet reſeruatus, vt *in d. Papien. beneficij*, coram bonæ mem. Martino Andrea, & priùs *in Fauentina Canonicatus* 16. *Decembris* 1585. coram Card. Blanchetto, & exactè fuit etiam deductum *deciſ.* 144. *à num.* 1. *par.* 2. *recent.* [Germon. *de indultu Cardin.* §. *volumus autem, ex n.* 21. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 40. *n.* 87. vbi *n.* 88. ſubdit quòd quamuis Garc. *d. c.* 1. *ex num.* 695. & Gonzal. *d. gloſ.* 43. *ex n.* 140. reluctentur contra Rotæ auctoritatem, ea potiſſimum ratione, quòd ſimpliciter debeat attendi tempus vacationis in ſtatuenda, vel excludenda reſeruatione, iuxta doctrinā Archid. *in c. ſtatutum ſub n.* 2. *verſ. Guglielmus enim, de præbend. in* 6. Rota *diuerſ. p.* 3. *lib.* 3. *deciſ.* 774. *n.* 3. *&* 10. attamen hæc ratio nihil valet, cùm vinculum reſeruationis iniectum ſit à principio menſis, & illud totum, tanquam verum quod integrale, peruadat, vt iam dictum eſt: quapropter quandocunque vacet beneficium, ſemper dicetur reſeruatum Papæ, & ſic, etiam inſpecto tempore vacationis, optimè dicetur intrare reſeruatio.] E conuerſo ſi initio menſis præſens fuerit Epiſcopus, & vacauerit beneficium, illúdque vi Alternatiuę contulerit, móxque receſſerit, nihilominus irrita erit illius prouiſio, & Papa poſſidebit tanquam de reſeruato: nam ab aduentu colligitur Epiſcopum non habuiſſe animum reſidendi per totum menſem, §. *pauonum, verſ. reuertendi autem animum, Inſtit. de rerum diuiſ.* perinde ergo acſi nec tunc præſens fuiſſet; quia non dicitur is eſſe in loco quem corpore occupat, qui mente, & animo abeſt, *l. poſtliminy captiuus, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* cum latè adductis per Rot. apud Greg. *deciſ.* 10. *num.* 3. *&* 4. *& per tot.* reſidentia enim non conſtituitur ex ſola præſentia, ſeu commoratione continua, Archid. *in cap. licèt canon num.* 5. *de elect. in* 6. & in his terminis ſic cenſuit Rot. *Eluen. beneficij S. Saluatoris* 30. *Octobris* 1602. coram bonæ memor. Card. Lancellotto *deciſ.* 613. *num.* 1. *par.* 4. *diuerſ. &* 15. *Nouembris eiuſdem anni*, coram bonæ mem. Pena, impreſſa per Marcheſ. *de cōmiſſ. tom.* 1. *pag.* 350. *in* 2. *impreſſ.* [Vnde ſi Epiſcopus verè reſideat tempore vacationis, nec detur præexiſtens aliqua cauſa remigrandi ad alium locum, in quo teneretur reſidere, verumtamen poſt factam prouiſionem, receſſit à ſua reſidentia, itaut nullo modo poſſit dici quòd per totum menſem verè ac perſonaliter reſederit, prouiſio iam facta valet, quia cùm illa fuerit facta de tempore habili, ex quo verè & perſonaliter reſidebat, non debet retractari, licèt caſus poſtea eueniat à quo non potuit inchoari, *cap. factum legitimè* 73. *de reg. iuris in* 6. & in his terminis induxit & probauit Rota *in d. Papien. beneficij*, & reſoluit Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 40. *à n.* 83. Verùm ſi præſumatur in Epiſcopo animus perpetuò apud ſuam Eccleſiam non morandi, propter neceſſitatem ſibi iniectam aliò remigrandi, ex munere aliquo antea ſuſcepto, quod itidem perſonalem exigit reſidentiam, quamuis non ſolùm tempore vacationis, ſed etiam initio menſis, & per totum continuatiuè præſens eſſet, minimè gauderet beneficio Alternatiuæ, quia cùm non detur animus perpetuò morandi apud ſuam Eccleſiam, non poteſt videri reſidens, neque enim is dicitur eſſe in loco, quem corpore occupat, dum mente, & animo abeſt, *d. l. poſtliminy*; abeſſe autem mente intelligitur, dum præexiſtit cauſa remigrandi in locum, in quo conſueuit continuam habere reſidentiam, §. *in his autem animalibus, Inſtit. de rerum diuiſ.* & ita concludit Rota apud Greg. *deciſ.* 70. *num.* 3. *&* 4. & priùs idem conſueuerat *in eadem cauſa Eluen. beneficij S. Saluatoris* 23. *Octobris* 1602. coram Card. Lancellotto, impreſſa *p.* 4. *diuerſ. deciſ.* 613. *num.* 1. *& in eadem die* 15. *Nouembris eiuſdem anni coram Pena*, impreſſa per Marcheſ. *de commiſſ. tom.* 1. *pag.* 350. *num.* 4. refert

Lotter *d.lib.* 2.*q*.40.*num*.81. *&* 82.

Verùm autem quando Epiſcopus fuit præſens tam in principio menſis, quàm tempore vacationis, ſed ante ipſam vacationem receſſit ad modicum tempus, poſſit vti Alternatiua? Hic caſus difficilis eſt, vnde *in vna Regien. Canonicatus* coram R. P. D. meo Pirouano, articulo hoc ſæpiùs propoſito, Dominorũ ſuffragia ſemper fuerunt ita æqualiter ſecta, vt non potuerit capi reſolutio, adeò quòd in vltima poſitione, quæ fuit habita *ſub die Veneris* 26. *May* 1628. iuſtum fuerit cauſam omnino concordari, in qua erar Aduocatus pro prouiſo Apoſt. Lotterius, vt ipſe teſtatur *d q*. 40. *n*. 92. vbi, *& numeris ſeqq*. probat neque hoc caſu poſſe Epiſcopum vti Alternatiua in eo menſe.]

29 *Quarta* regula. *Menſis Iunij, & Decembris nunquam ſunt Apoſtolici, quamuis Ordinarius nunquam reſideat*. Ita Nicol. Garc. *de benef. par*. 5. *cap*. 1 *n*. 506. *in fine*, vbi ſubdit ita videri cõmuni ſententia, praxi receptum, [me citato Alzed. *de præcellentia Epiſc. Dignit. p*. 1. *c*.6. *n*. 71. *verſ menſe autem*. quicquid contrarium teneat Gonzal. *gloſ*.43. *à n*. 121. & nihil firmari audeat Rot. *in d. Papien. beneficij, verſ. nec etiam, in fine*. Ratio eſt, quia cùm Papa retineat ſibi medietatem ſuorum octo menſium, Ianuarium ſcilicet, Maium, Iulium, & Nouẽbrem, in quibus nullo caſu voluit competere Ordinario ius aliquod etiam perpetuò reſidenti, æquiſſimum etiam erit, quòd Ordinarius ſibi etiam retineat medietatem ſuorum quatuor menſium, Iunium ſcilicet, & Decembrem, in quibus nullum vnquam ius poſſet competere Papæ, Ordinario nunquam in ſua diœceſi reſidente: nam in Alternatiuæ acceptatione dicitur Ordinarius quaſi contrahere cum Papa ſub ſpecie cuiuſdam permutationis menſium, ex adductis per Gonzal. *ad reg*.8. *Cancel. gloſ*.43. *num*. 106. *& gloſſ*.58. *num*. 14. Vnde ratio poſtulat, quòd æqualitas inter Papam, & Epiſcopos ſeruetur, ſicut inter omnes contrahentes de iure ſeruari iubet tex. *in l. ſi id quod*, §. *fin. ff. de reſcind. vendit*. Quòd autem ſeruata ſit æquitas in ſupradictis regulis, apparet ex eo quòd Papa iuxta primam partem regulæ 8. *Cancel*. habet octo menſes, nempe Ianuarium, Februarium, Aprilem, Maium, Iulium, Auguſtum, Octobrem, & Nouembrem: Ordinarius verò quatuor, Martium, Iunium, Septembrem, & Decembrem. Vnde in Alternatiua lucratur Ordinarius mẽſes Aprilis, & Octobris, mutuàtque Martium pro Februario, & Septembrem pro Auguſto; menſes autem Iunij, & Decembris nec lucratur, nec mutuat, ſed illos retinet, vt priùs, quos ideò menſes fixos appellamus.

30 Vidi ſæpe ſæpiùs dubitari extra Curiam, an Canonicatus vacans de menſe Septembris Epiſcopo gaudente Alternatiua: ſed tunc temporis abſente à ſua diœceſi, ſpectet ad prouiſionem ipſius Epiſcopi, vel potiùs ad Papam pro Epiſcopo, eſto quòd acceptauerit Alternatiuam, & reſederit perſonaliter apud Eccleſiam, vel diœceſim, facit quia licèt ſecundùm Alternatiuam menſis Septembris ſit reſeruatus; tamen ex quo Epiſcopus tunc temporis non reſedit, ceſſauit Alternatiua, quæ non ſolùm acceptationem, ſed etiam reſidentiam requirit; & ideò intrauit reg. 8. menſium, ſecundùm quam menſis Septembris eſt Ordinarij, & ſic hanc partem Epiſcopi in his terminis tenuit Rot. *in Sulmonen. Canonicatus* 4. *Martij* 1583. coram Cantuccio, impreſſa per Garc. *de benef. p*.5. *c*.1. *n*. 688. vbi refert Anaſt. Germon. idem ſequutum.

31 Sed contrarium, immò ad Papam huiuſmodi prouiſionem ſpectare, verius eſt, & ex eo ſuadetur, quia dictus menſis Septembris, ſicut & Martij, qui aliàs erat Ordinarij vigore acceptationis Alternatiuæ efficitur Apoſtolicus, per quam acceptationem non dicitur Epiſcopus conſequi merum priuilegium, nec illa acceptatio eſt ſimplex remotio obſtaculis ſed per conceſſionem Papæ, & acceptationem Epiſcopi fit quædam permutatio menſium, vt per Mohed. *deciſ*. 3. *de reſcript. num*. 1. quia Papa ex octo menſibus reſeruatis, Ianuario ſcilicet, Februario, Aprile, Maio, Iulio, Auguſto, Octobre, & Nouembre, concedit Epiſcopo quatuor, Februarium, Aprilem, Auguſtum, & Octobrem; & viceuerſa Epiſcopus ex ſuis quatuor, Martio ſcilicet, Iunio, Septembre, & Decembre, dimittit Papæ duos, Martium ſcilicet, & Septembrem, & ſic lucratur Ordinarius menſes Aprilis, & Octobris, mutuatque Martium pro Februario, & Septembrem pro Auguſto: vnde inter Papam, & Epiſcopum initur quoad hoc quædam conuentio, ſeu quaſi cõtractus, propterea non poſſit Epiſcopus poſt acceptationẽ abſque ſcientia, & conſenſu Papæ ab huiuſmodi permutatione, & conuentione recedere, & dicere ſe nolle vti Alternatiua, velle ad menſes Ordinarios redire, Putc. *deciſ*. 88. *lib*. 3. Achil. *deciſ*. 2. *num*. 3. *ſuper regul. modif. indulti*, additio ad Simonat. *de reſeruat. benef. quæſt*. 71. *num*. 5. & regulare eſt contractus ab initio eſſe voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis, *l. ſicut. C. de action. & obligat*. cum adductis per me *in tract. Axiomatum Iuris vſufreq. Axiom*. 57. *num*. 4. aliàs ſequeretur inconueniens quòd ius conferendi Sedis Apoſtol. eſſet in incerto, & quòd eſſet in facultate Epiſcopi facere de menſibus reſeruatis ordinarios, & liceret ei reſidendo frui menſe Februarij, & propter abſentiam menſe Martij, & deinde poſt reditum menſe Aprilis, & ſic de aliis menſibus Auguſti, Septembris,

&

& Octobris, quod abſurdum ponderauit Rot. *in cauſa Fauentina Canonicatus* 16. *Decembris* 1585. coram Blanchetto, vbi etiam fuit conſideratum quòd Alternatiua conceſſa Epiſcopis ad illos inuitandos ad reſidentiam, contrarium effectum operaretur. Ex quibus hanc partem meritò ſuſtinent Mandoſ. *conſ.* 18. *n.* 8. *&* 9. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 43. *à num.* 106. latè & eleganter Rot. *in Sulmonen. Alternatiuæ* 14. *Maij* 1610. coram Card. Lancellotto iun. recedens ab alia deciſione Sulmonen. Canonicatus, cuius ſuprà memini. [& in hac opinione reſediſſe Rotam contra ſententiam, quam antiquitus habuit huic contrariam, dictum fuit *in Paduana Prioratus* 5. *Decemb.* 1614. coram R. P. D. meo Pirouano, *& in d. Papien. beneficij*, *& in Oueten. Canonicatus* 7. *Iunij* 1630. coram R. P. D. Veroſpio, impreſſa per Poſt. *in fine ſui tract. de manut. deciſ.* 279. *num.* 5.]

32 Non obſtat quòd licèt Alternatiua contineat pactum permutationis menſium inter Papam, & Ordinarium, tamen hoc pactum ſit qualificatum, illa qualitas, *quandiu apud Eccleſias reſederint*, itaut ceſſante qualitate reſidentiæ, videatur ceſſare pactum; nam quamuis reſpectu Ordinarij ad effectum vt ipſe poſſit vti beneficio Alternatiuæ, pactum ſit qualificatum hac qualitate reſidentiæ, tamen reſpectu Papæ, dum in ſecunda parte conceſſionis Alternatiuæ reſeruat ſibi alios menſes, talis reſeruatio eſt pura, & non qualificata, cùm in ea non ſint addita illa verba, *quandiu*, *&c.* quia potiùs Papa reſeruat ſibi alios menſes vt præfertur, ſcilicet modo, quò ſuprà in regula, ſi purè reſeruauit, & conſequenter pactum reſpectu Papæ ſibi alios ſex menſes reſeruantis, non eſt qualificatum, ſed purum. Ratio diuerſitatis eſt, quia cùm Regula incipiat à reſeruatione pura octo menſium, dum poſtea limitat reſeruationem, requirit qualitatem reſidentiæ ad inducendum Ordinarios ad reſidendum: nam contemplatione reſidentiæ Papa concedit Alternatiuam, dum verò alios ſex menſes ſibi reſeruat, tunc non reperit eandem qualitatem, quia facultas Papæ non debet pendere à beneplacito Ordinariorum reſidentium, vel non reſidentium, nec propterea poteſt dici pactum claudicare ſtante conceſſione Papæ cum hac qualitate, & acceptatione Epiſcopi cum eadem qualitate, & ſic accedente conſenſu vtriuſque, *dict. l. ſicut*, *C. de actionibus & obligationib.* Rot. *in d. Sulmonen. alternatiuæ*.

33 Nec obſtat quòd per abuſum Epiſcopus perdit Alternatiuam, & reuertitur ad quatuor menſes Ordinarios, quia prædicta procedunt in ſuis terminis ob conſenſum Papæ; nam aut volumus Epiſcopum conferentem in menſibus Papæ propter huiuſmodi abuſum iure ipſo priuari beneficio Alternatiuæ, itaut non ſit neceſſaria alia Papæ acceptatio, vel declaratio; & tunc in hoc caſu, adeſt contentus Papæ ab initio in conceſſione ipſius Alternatiuæ recedendi ab Alternatiua, & permutatione in ipſius acceptatione ab Epiſcopo facta, ſequuta ipſius Epiſcopi contrauentione, itaut Epiſcopus non poſſit amplius vti huiuſmodi beneficio abſque nouo conſenſu, & noua conceſſione ex parte Papæ, & noua acceptatione ex parte Epiſcopi, quæ non applicatur in caſu quando Epiſcopus ob non reſidentiam non poteſt frui beneficio Alternatiuæ: nam in hoc caſu nullus adeſt Papæ conſenſus nec diſſoluitur permutatio prædicta facta in acceptatione Alternatiuæ; ſed tantùm ſuſpenditur illius vſus durante abſentia, & conſequenter non poteſt Epiſcopus firma remanente conceſſione, & acceptatione Alternatiuæ ob non reſidentiam ipſius redire ad menſes in dicta acceptatione datos Papæ. Aut volumus etiam in hoc caſu amiſſionis Alternatiuæ propter abuſum requiri acceptationem & conſenſum expreſſum, vel tacitum Papæ, & tunc eo magis procedunt ſuprà adducta quòd Epiſcopus non poteſt ab Alternatiua recedere, & ad ſuos menſes redire ſine conſenſu Papæ.

Nec etiam obſtat quòd hoc modo Epiſcopus ex ſex menſibus ſibi conceſſis duos tantùm habeat; quia duos amittit ex quo non reſidet, cùm abſens non poſſit gaudere beneficio Alternatiuæ, propter verba regulæ, *quamdiu verè*, *& perſonaliter reſederit*, alios verò duos menſes vigore conceſſionis, & permutationis, vt dictum eſt, intra propter acceptationem Alternatiuæ, & cùm Epiſcopus mediante acceptatione Alternatiuæ duos menſes lucretur ex Apoſtolicis, hoc poteſt æquiualere periculo admittendi duos ex Ordinariis, & nihilominus ſibi imputet, vel quià Alternatiua acceptauit, & acceptando ita conuenit, vel quòd poſtquam illam acceptauit, reſidentiam deſeruit. 34

Nec denique obſtat quòd Alternatiua non habeat locum Epiſcopo abſente propter prædicta verba, *quandiu reſederint*, &c. per quæ *in d. Sulmonen. Canonicatus* fuit dictum quòd Epiſcopus amittit Alternatiuam, ſtatim atque recedit à diœceſi, & intrat reſeruatio octo menſium; quia hoc procedit quoad ipſius præiudicium, qui cùm non adimpleat ex parte ſua, non poteſt gaudere commodo permutationis; ſed non inde ſequitur quòd Alternatiua ſit reſoluta, & poſſit fieri præiudicium Papæ abſque eius conſenſu ad effectum vt Epiſcopus poſſit prouidere in menſibus ad eundem Papam vigore Alternatiuæ ſpectantibus, vt fuit reſolutum *in Maioricen. Canonicatus* 15. *Nouembris* 1593. coram bonæ memo- 35

memoriæ Cardinal. Milino.
[Finitur autem Alternatiua morte Ponti-
ficis concedentis, aut Epiſcopi acceptantis,
& renuntiatione, ſeu morte ciuili tam Papæ,
quàm Epiſcopi, Nau. *conſ.* 31. *num.* 2. *de præ-
bend. & Dignit.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §.
5. *proœm. à num.* 2. Alzed. *d p.* 1. *c.* 6. *num.* 72.
Vel ſi Epiſcopus transferatur ad aliam Eccle-
ſiam, ſeu remoueatur alio quouis modo, quia
talis tranſlatio, ſeu remotio dicitur mors ci-
uilis: & ſi vult in nouo Epiſcopatu Alternà-
tiuam habere, de nouo petere & acceptare
tenetur, Gonzal. *gloſ.* 54. *à num.* 14. Alzed. *d.
p.* 1. *c.* 6. *num.* 73. Extra hos caſus non ceſſat
Alternatiua, niſi amittatur, ad quod requiri-
tur Papæ declaratio, Gonzal. *gloſ.* 56. Volun-
tariè tamen non poteſt Epiſcopus ab ea rece-
dere, & dicere, Nolo ea vti, & habere menſes
ordinarios, quia iam non eſt in eius poteſta-
te, Gonzal. *gloſ.* 43. *num.* 135. *& gloſ.* 59.
num. 17. *& gloſ.* 50. *per tot.* quem refert Alzed.
d. p. 1. *c.* 6. *num.* 77. vbi *num.* 78. reſoluit
Alternatiuam non comprehendi in generali
reuocatoria, niſi de ea expreſſa mentio ha-
beatur.]
36 Cuius iam ex ſupradictis clarè appareat ad
quos, & in quibus menſibus Canonicatuum,
& Præbendarum prouiſio ſpectat, remanet,
vt ſaltem pauca quædam circa collationem,
& qualiter ſit facienda dicamus; omiſſa verò
illa, quæ fit à Papa, vtpotè quia Romanæ Cu-
riæ ſtylus circa eius formam omnibus patet;
collatione tamen ab Epiſcopo facienda, eſt
adnotandum prouiſum ab eo ad ſuæ gratiæ
validitatem nihil teneri iuſtificare, quia Or-
dinarius tanquam informatus de ſtatu Eccle-
ſiæ, & perſonarum prouidet Motu proprio Ec-
cleſiis, non autem perſonis, Felin. *in cap. ad
aures, num.* 15. *de reſcript.* Cardinal. *in Clem.
vlt. num.* 13. *de offic. Ordin.* Selu. *de beneſic.
parte* 3. *quæſt.* 25. Menoch. *de arbitrar. caſu*
201. *num.* 154. *& ſeq.* Gonzal. *ad regul.* 8.
Cancell. §. 6. *proœm. num.* 10. *& gloſ.* 5. *num.*
175. *&* 184. Seraph. *deciſ.* 1026. *num.* 3. *&
deciſ.* 1467. *num.* 1. Rot. *deciſ.* 190. *num.* 1.
p. 2. *recent. & in Placentina Canonicatus* 14.
Ianuarij 1600. coram Card. Lancelloto, *& in
Pampilonen. de Augero* 12. *Iunij* 1609. coram
Ortembergo, *& in nullius beneficij S. Sixti* 26.
Iunij 1615. coram Card. Sacrato, *& in Leo-
dien. Canonicatus S. Dionyſij* 27. *Martij* 1623.
coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Deca-
no, *& in eadem* 25. *Maij* 1626. coram R.P.D.
meo Pirouano. Quod procedit etiamſi Ordi-
narius prouideat vigore indulti, quia nihi-
lominus non deſinit prouidere Motu proprio,
Put. *deciſ.* 395. *num.* 2. *lib.* 3. *in correctis*, &
ſequuta eſt Rot. *in dicta Leodien. Canonicatus*
coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & R. P.
D. meo Pirouano, limitatur tamen hæc reſo-
lutio quando Ordinarius prouidet ad preces
prouiſi, Buratt. *deciſ.* 484. *num.* 6. † Et quan- 37
do prouiſus ab Ordinario agit ad excluſionem
prouiſi Apoſt. de beneficio vti de reſeruato
ratione menſis, tunc enim tenetur probare
vacationem in menſe ordinario, in quo fun-
dat intentionem ſuam, Ferret. *conſ.* 2. *num.*
13. *lib.* 1. Pute. *deciſ.* 206. *lib.* 3. *in correctis*,
Marelcot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 176.
& ſeq.
Ex qua principali reſolutione iam primò 38
colligitur non requiri in huiuſmodi prouiſio-
ne per Epiſcopum facienda expreſſionem be-
neficiorum, quæ obtinet is, cui confertur,
Ioan. de Selua *de benefi. p.* 3. *q.* 12. *num.* 53.
Menoch. *de arbitr. caſu* 201. *num.* 150. [cùm
aliàs in impetratione à Sede Apoſt. obtenta
fieri debeat mentio de quolibet beneficio ob-
tento, quamuis modico, gloſ. *verb. taceat*, per
tex. *ibi in c. ſi motu proprio* 33. *de præbend. in* 6.
vbi *in noſtris collect. num.* 9. Flamin. *de reſignat.
lib.* 10. *q.* 2 *num.* 73. *&* 74. Nicol. Garc. *de
beneſ. par.* 1. *cap.* 2. *à num.* 122. Seraphin. *de-
ciſ.* 445.] † Secundò colligitur nec eſſe opus 39
exprimere fructus beneficij collati, ſicut in
prouiſione Apoſtolica, Felin. *in d. cap. ad au-
res num.* 15. *de reſcript.* Caſſad. *ſuper regul.
Cancel. deciſ.* 31. *num.* 5. Sarnen. *de valore
exprimendo q.* 3. [in qua ſolent impetrari cum
expreſſione 24. ducatorum, Rota *deciſ.* 79.
num. 2. *p.* 2. *recentiſſim. & deciſ.* 202. *num.* 8.
Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 122. plures
Rotæ deciſiones refert Lotter. *de re beneſic.
lib.* 29. 15. *num.* 38. nam diſtributiones quo-
tidianæ non computantur in valore beneficij
ad effectum exprimendi, Oldrad. *conſ.* 118.
num. & ſeq. Felin. *in c. ad aures, num.* 14. *de
reſcript.* Rot. *deciſ.* 8. *de præb. in nouis, & in
d. deciſ.* 79. *num.* 2.] ex ea etiam ratione, quia
Ordinarius præſumitur habere certam noti-
tiam beneficiorum, & impetrantium ſuæ
Diœceſis, ex quo præſumitur eam diligenter
viſitare, Felin. *in d. cap. ad aures, num.* 15.
† Tertiò eſt notandum, Epiſcopum non po- 40
nere clauſulam non obſtantibus, &c. Rebuff.
*in concord. in forma mand. Apoſt. verb. non ob-
ſtantibus*, quia nullus inferior à Principe hac
clauſula vti poteſt, vt reſoluunt per me ci-
tati *in tract. de clauſ. vſufreq. clauſul.* 82. *num.*
2. *ſecundùm Lugdunen. impreſſ.* † Denique eſt 41
notandum in collatione Epiſcopi ad multa
requiri præſentiam duorum teſtium, iuxta
gloſ. *in verb. litteras in cap. poſt ceſſionem, de
probat.* Rot. *in Verdunen. Canonicatus* 12. *Maij*
1589. coram Giptio. Peregrin. *deciſ.* 15. *lib.* 1.
in manuſcriptis.

Forma

Forma collationis factæ per Epiſcopum familiari præſenti de Canonicatu, & Præbenda Eccleſiæ Cathedralis vacantibus per obitum.

41 *Dom. Rodericus à Cunha Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus ac Dominus Bracharæ Auguſtæ, Hiſpaniarúmque Primas, &c. Dilecto nobis in Chriſto N. in Iure Canonico Licentiato familiari noſtro clerico N.Diæceſis,ſalutem in Domino ſempiternam. Grata familiaritatis obſequia,quæ nobis hactenus impendiſti, & adhuc ſolicitis ſtudiis impendere non deſiſtis, necnon litterarum ſcientia, vitæ, ac morum honeſtas,aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita,quibus perſonam tuam tam familiari experientia, quàm etiam fide dignorum teſtimoniis iuuari percipimus, nos inducunt,vt tibi reddamur ad gratiam liberales. Cùm itaque Canonicatus, & Præbenda Cathedralis noſtræ Eccleſiæ Bracharenſis, quarum collatio,prouiſio, & omnimoda diſpoſitio ad nos hac vice ſpectare dignoſcuntur, & quos quondam N. qui extra Romanam Curiam de menſe Aprilis, nobis perſonaliter,& verè reſidentibus,Alternatiuæ beneficio gaudētibus, diem clauſerit extremum, vacauerint, & vacent ad præſens, non volentes tibi, qui à dilectis noſtris examinatoribus in Diæceſana Synodo deputatis,examinatus,& idoneus,repertus fuiſti, qui etiam continuus commenſalis noſter, & in ſacro Subdiaconatus Ordine conſtitutus exiſtis, præmiſſorum obſequiorum, & meritorum tuorum intuitu gratiam facere ſpecialem, Canonicatum, & Præbendam prædictos ſic, vt præmittitur, vacantes cum plenitudine iuris Canonicalis, ac omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis tibi auctoritate noſtra Ordinaria tenore præſentium conferimus,& prouidemus de eiſdem. Téque coram nobis perſonaliter conſtitutum in corporalem poſſeſſionem Canonicatus,& Præbendæ, iuriumque & pertinentium prædictorum per annuli noſtri traditionē, & bireti tui capiti tuo impoſitionem inducimus, & inueſtimus de eiſdem emiſſa prius Orthodoxæ fidei profeſſione iuxta formam traditam in Bulla fel.record. Pij IV.necnon recepto à te in manibus noſtris corporali ad Sancta Dei Euangelia iuramento, quòd Sanctiſſimo Romano Pont. ac nobis, & Succeſſoribus noſtris Archiepiſcopis Bracharenſibus gratiam,& communionem Sanctæ Sedis Apoſt.habentibus, obediens eris, & fidelis, ac Sanctæ Matri Eccleſiæ, noſtriſque, & Succeſſorum noſtrorum parebis mandatis, eidémque Canonicatui, & Præbendæ,ac ipſi Eccleſiæ ſecundùm ipſius ſtatuta, & conſuetudines, ordinationeſque deſeruies, & deſeruiri facies in Diuinis,iuraque, & libertas eiuſdem Eccleſiæ, ac Canonicatus, & Præbendæ prædictorum manutenebis, & defendes pro poſſe, nihilque quod ad dictos Canonicatum, & Præbendam pertinet, alienabis, ſeu diſtrahes, ſed alienata, & diſtracta ad ius, & proprietatem eorūdem Canonicatus, & Præbendæ reduces,& reduci procurabis pro poſſe. Quocirca vniuerſis, & ſingulis perſonis eccleſiaſticis, & præſertim Decano, Canonicis, & Capitulo dictæ noſtræ Eccleſiæ Bracharen. aliiſque Notariis, ac Tabellionibus publicis quibuſcunque per ciuitatem,& Diæceſim noſtras prædictas,ac aliàs vbilibet cōſtitutis,tenore præſentiū cōmittimus, ac damus in mādatis, quatenus ipſi, vel eorum alter,qui ſuper hoc fuerit requiſitus, ad prædictam Eccleſiam accedant,ſeu accedat,téque, vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem Canonicatus,& præbendæ,iuriumque & pertinentium prædictorum ponant,& inducant, ac defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac te vel procuratorem tuum tuo nomine in præfata Eccleſia Cathedrali in Canonicum recipi faciant, ſeu faciat, & in fratrem,ſtallo tibi in choro, & loco in Capitulo ipſius Eccleſiæ cum plenitudine iuris Canonicalis aſſignatis, tibique de ipſorum Canonicatus,& Præbendæ fructibus, redditibus, & prouentibus,iuribus, & obuentionibus vniuerſis integrè reſpondeant, & faciant ab aliis quantùm in eis fuerit, plenariè, & integrè reſponderi. Contradictores*

eadem

eadem auctoritate, & per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes litteras fieri, & per Notarium noſtræ Cameræ Archiepiſcopalis infraſcriptum, ſubſcribi, & publicari mandauimus, ſigillique noſtri iuſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum Brachara Auguſtæ in noſtro Archiepiſcopali Palatio ſub anno à Natiuitate Domini... Indictione...... die verò ...... Menſis.... Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac D. N. ...... præſentibus N. N. teſtibus ad præmiſſa ſpecialiter vacatis, habitis, atque rogatis.

[Quia verò aliquando contingere poteſt quòd Archiepiſcopus, ſiue Epiſcopus S. R. E. Cardinalis ſit, ac proinde vigore indulti à ſede Apoſt. ſibi conceſſi in quolibet menſe de Dignitatibus & Canonicatibus ſuæ Eccleſiæ vacantibus idoneam perſonam prouidere valeat, necnon pro collatione obtinenda ac litteris Apoſt. expediendis Romam mittere teneatur ſic prouiſus cum nominatione Archiepiſcopi Cardinalis, ideo talis nominationis formulam hic apponere operæ pretium duxi, prout ſequitur.

43 *Beatiſſime Pater. Cùm quidam Archidiaconatus, Canonicatus, & præbenda, &c. meæ Cathedralis Eccleſiæ Bracharenſis per obitum N. illorum dum viueret vltimi poſſeſſoris extra Romanam Curiam defuncti vacauerint, & vacent ad præſens. Ego tanquam S. R. E. Cardinalis ac dicti Archiepiſcopatus Bracharenſis Archiepiſcopus & vigore indulti Apoſtolici à Sede Apoſtol. mihi conceſſi, dilectum mihi in Chriſto N. quem omnia litterarum & virtutum ornamenta ad prædictos Archidiaconatum, Canonicatum, & Præbendam, ſic, vt præfertur, vacantes, nominaui, & deputaui, prout harum ſerie coram S. V. deputo, ac nomino, ob idque Sanctitatem V. humiliter exoro vt eorundem Archidiaconatus, Canonicatus, & præbendæ dictæ Eccleſiæ Bracharenſis titulum, collationem, ac litteras Apoſtolicas, deſuper neceſſarias, & opportunas dicto N. præbere, facere, & concedere dignatur. In quorum fidem præſentes litteras manu mea ſcriptas, ſigilloque meo munitas, ac per Secretarium meum infraſcriptum refrendatas eidem N. duxi concedendas, & conceſſi. Datum Brachara Auguſtæ die......*

Humillimus S. V. ſeruus

N. Card. Archiep. Bracharenſis.

Verùm quia etiam contingere poteſt quòd collatio talis Dignitatis, ſiue Canonicatus non vacet per orbitum, ſed per liberam reſignationem in manibus D. Archiepiſcopi ſponte factam, ideo collationis illius ſic vacantis formulam quatenus à ſupradicta diſtat, hîc apponere curaui, prout ſequitur.

Cùm itaque Archidiaconatus, ac Canonicatus, & Præbenda Cathedralis Eccleſiæ 44
noſtræ Bracharenſis, quos nuper venerabilis vir N. obtinebat, per liberam reſignationem dicti N. de eis, quos tunc obtinebat, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos autoritate noſtra ordinaria admiſſam liberè vacare noſcantur, ad præſens nos Dom. Rodericus à Cunha, Dei & Apoſt. Sedis gratia Archiepiſcopus Bracharenſis dilecto nobis in Chriſto N. &c. & ſequitur prout ſuprà.

Capvt XV.

Canonicatus, ſiue Dignitatis poſſeſsio qualiter capienda.

Svmmarivm.

1 *Prouiſio de Canonicatu, ſiue Dignitate, quæ ſit de Capitulo, capitulariter capi debet, & aliter capta non eſt manutenibilis.*

2 *Poſſeſsio capitulariter capta in Capitulo dicitur, etiam aliquibus Canonicis contradicentibus, vel illis ad alia negotia ibi congregratis.*

3 *Poſſeſsio, quòd ſit capitulariter capta, ſufficienter probatur per teſtes deponentes fuiſſe captam coram repræſentantibus maiorem, & ſaniorem partem Capituli.*

4 *Inſtrumentum narrans tantummodo poſſeſsionem Canonicatus fuiſſe captam coram Notario, & teſtibus, nulla facta mentione de præſentia Capituli, non probat pro ſuſtinenda manutentione.*

5 *Poſſeſsione Canonicatus in apprehenſione debet Capitulum congregari, & ab eodem*

eodem ſic congregatio poſſeſſio tradi.

6 Poſſeſſio debet capi in ſede propria Canonicali, ſeu Dignitatis.

7 Poſſeſſio non capitulariter capta de Canonicatu non ſuffragatur quamuis fuiſſet capta de mandato executoris litterarum Apoſtol.

8 Poſſeſſio de Canonicatu ſine conſenſu Capituli, ſeu capitulariter, non valet etiamſi data eſſet facultas capiendi eius poſſeſſionem propria auctoritate.

9 Poſſeſſio de Canonicatu capta à Canonicis de Capitulo, ſed non capitulariter, non valet.

10 Conſuetudo Eccleſiæ capiendi poſſeſſionem Canonicatus etiam non capitulariter valet.

11 Capitulum ſi denegauit tradere poſſeſſionem, tunc ea aliter capta habetur ac ſi capitulariter capta eſſet.

12 Impedimento aliquo exiſtente propter quod poſſeſſio capitulariter adipiſci non poſſit, ſufficit ſi aliter acquiratur.

13 Capitulum ſi habet iuſtam cauſam non tradendi poſſeſſionem, tunc non ſuffragatur poſſeſſio non capitulariter capta.

14 Impedimentum ab alio, quàm à Capitulo præſtitum non excuſat à capiendi poſſeſſione capitulariter, ſed illud tantùm, quod ab ipſo Capitulo præſtatur.

15 Canonicis ſi ſucceſſiuè poſt adeptam poſſeſſionem non capitulariter, aut aliàs legitimè captam ex patientia Canonicorum ad actus Canonicales Canonicis tantùm competentes admiſſus fuerit, tunc cenſetur legitimus poſſeſſor.

16 Canonicatus poſſeſſio quòd ſit legitimè capta iuſtificatur ex actibus Canonicalibus per Canonicum geſtis cum præſentia, & patientia Capituli.

17 Canonicatus iniuſtè poſſidens ſuperueniente ſibi nouo titulo valido poteſt continuare poſſeſſionem ipſam de facto, mutato ſolùm primo iure, & titulo poſſeſſionis, quæ mutatio ipſo iure ſtatim facta intelligitur data notitia ſecundi tituli.

18 Canonicus falſus ſi diu ſtetit in poſſeſſione, & deinde à Papa obtinuit prouiſionem, non eſt neceſſaria noua apprehenſio, & inſtallatio.

19 Renunciatio ſtrictè eſt interpretanda, vt minus lædat renunciantem.

20 Renuncians, ſiue cedens liberè, licèt dicatur perdere dominium, & poſſeſſionem ſaltem de iure, attamen ſi poſtea incumbat de facto, & realiter inhæreat poſſeſſioni, adhuc ad ſtatum eſt manutenendus, & reintegrandus ſi ſpolietur.

21 Poſſeſſionis nouæ acquiſitio de manu executoris non contradicit retentioni primæ poſſeſſionis naturalis.

[Canonicatus poſſeſſio dicitur capta ſi Canonicus per Eccleſiam deambulauerit, & in ſtallo ac in Choro ſederit. ibid.

Beneficij poſſeſſionem ſufficit apprehendere per amplexum Altaris, & alios actus, qui fiunt in Eccleſia, & etiam per tactum annuli Eccleſiæ clauſæ ſi fiat in præſentia habentis poteſtatem tradendi poſſeſſionem, & non appareat eſſe aliquem intus animo poſſidendi. ibid.

Poſſeſſio beneficij ſine interuentu Notarij, aut alicuius perſonæ Eccleſiaſticæ tradi non poteſt. idid.

Poſſeſſio quando acquiratur per ſolum aſpectum, & probetur per publicum inſtrumentum. ibid.]

22 Poſſeſſione Eccleſiæ, ſeu Canonicatus capta, cenſetur capta poſſeſſio omnium bonorum, & iurium dictæ Eccleſiæ, ſeu Canonicatus.

23 Intellige de bonis in quorum poſſeſſione conſtat Eccleſiam reperiri, & ſic de illis, quæ de præſenti erant vacantia.

24 Epiſcopus cum conſenſu Capituli ſtatuere non poteſt, vt aliquid minimum ſoluatur in ingreſſu Canonicorum.

25 Epiſcopis non licet quicquam ſibi capere pro collatione Canonicatus, non obſtante quacunque conſuetudine etiam immemoriali.

26 Canonici cogi non debent, ad quid ſoluendum in ingreſſu, etiamſi conuerti debeat in reſtauratione prædiorum, & bonorum Capituli.

27 Dulciaria multa prohibentur exigi à Capitulo pro admiſſione in poſſeſſionem alicuius noui Canoniſti.

28 Conſuetudo donandi aliquid in ingreſſu, & admiſſione alicuius ad Canonicatum eſt ſublata per Concil. ſeſſ. 24. c. 14. de reform.

29 Conſuetudo ſiue ſtatututum admittitur per quod aliquid exigitur ab obtinentibus Canonicatus, quod non in ipſorum exigentium vtilitatem, ſed Eccleſiæ, in alióſque pios vſus conuertatur.

30 Conſtitutio facta per Epiſcopum, & Capitulum poſt Concil. Trid. ad ſoluendam certam quantitatem ratione nouæ poſſeſſionis Canonicatus, quæ integrè cedat in fabricam, valet.

31 Conſuetudo valet, vt fructus primi anni reſeruentur hæredibus beneficiarij.

32 Conſuetudo, vt per triennium fructus Canonicatuum à nouis prouiſis exigi non poſſint, eſt abuſus.

33 Conſuetudo, quæ imponit onus recepto, quod tendat in vtilitatem Canonicorum, non valet in vtilitatem Eccleſiæ.

34 *Conſuetudo Eccleſiæ Aſten. quòd fructus ſpectent ad Capitulum, donec beneficiatus ſit Sacerdos, eſt obſeruanda.*

35 *Forma inſtrumenti capiendæ poſſeſſionis.*

1 POST prouiſionem ritè factam [ſupereſt vt Canonicus in Eccleſia recipiatur, in qua, etiamſi tum numerata, receptio Canonicorum ſpectat ad ſuperiorem & Canonicos. Oldrad. *conſ.* 97. *num.* 1. Lap. *alleg.* 31. *num.* 1. Rota *in Pampilonen. Canonicatuum de Ronce-valles.* 4. *Aprilis* 1631. coram R. P. D. Dunozetto, *&* 24. *Nouemb. eiuſdem anni*, coram R. P. D. Pirouano; & ſic] poſſeſsio capitulariter capienda eſt de quocunque Canonicatu, ſiue Dignitate, quæ ſit de Capitulo, ita Innoc. *in cap. litteris*, & *ibi* Ioan. Andr. *col.* 5. *verſ. credimus etiam*, Butt. & alij communiter, *de reſtitut. ſpoliat.* Federic. de Senis *conſ.* 61. *num.* 5. Ferret. *conſ.* 4. *num.* 8. *lib.* 1. Caſſad. *deciſ.* 8. *de cauſa poſſeſſ.* [nouiſsimè Theodoſ. de Rub. *in ſingul. Rota tom.* 2. *par.* 2. *verb. poſſeſſio* §. 1. *pag.* 78. Lotter. *de re benefic. tom.* 2. *lib.* 3. *q.* 5. *num.* 33. *cum ſeqq.*] Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 3. *proœm. num.* 81. Seraph. *deciſ.* 1044. Melch. Lotter. *de re benefic. tom.* 1. *lib.* 2. *q.* 21. *num.* 34. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 992. *num.* 23. Beltramin. *ad Gregor. XV. deciſ.* 364. *litt.* B. Coccin. *deciſ.* 235. *num.* 11. Caualer. *deciſ.* 359. *num.* 3. Burat. *deciſ.* 512. *num.* 10. vbi Ferentill. *in annot.* Rot. *deciſ.* 1156. *parte* 3. *diuerſ. & deciſ.* 701. *n.* 5. *par.* 2. *recent.* [*& deciſ.* 341. *num.* 1. *p.* 1. *recentiſsim. & deciſ.* 686. *num.* 2. *ead. p.* 1.] *& in nullius Caſtri Durantis Prapoſituræ* 3. *Iuly* 1623, coram bonæ mem. Remboldo, *& in Cæſaraugustana onerum, eadem die, & anno*, coram R. P. D. meo Pirouano, apud Poſtium *deciſ.* 175. *num.* 4. *& in Alexandrina Archipresbyteratus* 28. *Iuny* 1627. coram R. P. D. Merlino, [apud Ludou. Poſt. *deciſ.* 57. *& in Spallaten. Canonicatus* coram Patriarcha Manzanedo, impreſſa per Ludou. Poſtium poſt *ſuum tract. mandati de manutenendo deciſ.* 95. *num.* 1. & *in Mediolanen. Optionis* coram eodem, *ibid. deciſ.* 112. *num.* 5. *& in Aſturicen. Scholaſtriæ* coram Vbaldo *ibid. deciſ.* 177. *num.* 4. quarum deciſionum meminit Ludou. Poſt. *in tract. mandati de manutenendo obſeru.* 30. *num.* 3.] & ideò poſſeſsio aliter capta [non eſt conſiderabilis. Innoc. *in cap. in litteris, num.* 8. & Imol. *num.* 7. *de reſtitut. ſpoliat.* Caſſad. *d. deciſ.* 8. *de cauſ. poſſeſ.* Rot. *deciſ.* 280. *num.* 2. *p.* 1. *recentiſsim.* ac proinde nec] manutenibilis, Stephan. Gratian. *d. cap.* 992. *num.* 24. Rot. *in Meten. Canonicatus* 4. *Iuly* 1619. coram R. P. D. meo Pirouano, & in aliis relatis per Beltramin. *vbi ſuprà.* latè Ferentill. *ad deciſ. Buratti* 318. vbi plures ampliationes, & limitationes affert, [& per Ludou. Poſt. *d. obſeruat.* 30. *num.* 2. Seraphin. *deciſ.* 1044. *num.* 1. vbi ait quòd poſſeſsio Canonicatus capta non capitulariter non eſt manutenibilis de iure, niſi adeſſet conſuetudo tradendi poſſeſsionem, etiam non capitulariter, prout probari ibi dicitur ex tribus inſtrumentis poſſeſsionum captarum in eadem Eccleſia.

Dixi, *ſiue Dignitate quæ ſit de Capitulo*, quia de iure communi Dignitates non ſunt de Capitulo, niſi in erectionis Bulla dicatur quòd habeant ſtallum in Choro, & vocem in Capitulo, vt tenet Seraphin. *deciſ.* 98. *num.* 1. *&* 2. & tunc quando huiuſmodi Dignitates non ſunt de Capitulo, poſſeſsio Capitularis non eſt neceſſaria, Rot. apud Ludou. Poſtium *poſt tract. mandati de manutenendo deciſ.* 175. *num.* 5. Vnde forſan, quia Decanatus Placentinus eſſet de Capitulo, Rota ſeruat illam opinionem quòd poſſeſsio huius Decanatus non eſt manutenibilis quando non fuit capta capitulariter, vt nouiſsimè atteſtatur Theodoſ. Rub. *in ſingularib. Rota tom.* 2. *p.* 2. *circa ſtylum, verb. Decanus pag.* 40.]

Dicitur autem capitulariter capta poſſeſ- 2
ſio in Capitulo, etiam aliquibus Canonicis contradicentibus, Rot. *in Carthaginen. Canonicatus* 6. *Aprilis. &* 25. *May* 1609. coram bonæ mem. Card. Lancellot. iun. Vel illis ad alia negotia ibi congregatis, iuxta gloſ. *verb. factum in cap. ſi Capitulo. de conceſſ. præb. lib.* 6. Rot. *in Theatina iuriſdictionis Sancti Ioannis in Venere*, coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, *& in Legionen. Canonicatus* 16. *Decembris* 1622. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, *& in Sorana beneficij* 11. *Ianuarij* 1630. coram R. P. D. Merlino. [Vel ſi tradita ſit poſſeſsio ab aliqua Dignitate, ſeu Canonico nomine Capituli, & de eius facultate, Innoc. *in d. cap. in litteris, num.* 2. *de reſtit. ſpoliat.* Rota *deciſ.* 594. *num.* 5. *p.* 1. *recentiſsimar.* Vnde ſuſtineretur præſertim poſſeſsio ſi fuiſſet tradita, putà ab Archidiacono nomine Capituli præſentibus, & ſcientibus Capitularibus, vel ab alio per Capitulum deputato. Rota *deciſ.* 314. *num.* 2. *p.* 1. *recentiorum*, & apud Poſt. poſt *ſuum tract. mandati de manutenendo, deciſ.* 177. *num.* 6. *cum ſeqq.*]

Probatur ſufficienter poſſeſſio capitulariter 3
capta per teſtes deponentes fuiſſe captam coram repræſentantibus maiorem, & ſaniorem partem Capituli, Burat. *deciſ.* 522. *num.* 5. [nam capitulariter factus diceretur actus etiam quòd aliqui non interueniſſent, Ludou. Poſtius *tractatu mandati de manutendo obſeruat.* 30. *num* 7. Rota apud eundem *deciſ.* 3. *num.* 2.] Vnde *in vna Syracuſana Canonicatus* 1. *Februar.* 1623. coram R. P. D. meo Pirouano,
fuit dictum quòd † cùm inſtrumentum nar- 4
ret tantummodo poſſeſſionem fuiſſe captam

cotam

cotam Notario, & teſtibus in ſtallo Canoni-
cali, nulla facta mentione de præſentia Capi-
tuli tunc congregati, meritò poſſeſſionis
actus temanſit inualidus, & irreleuans pro ſu-
5 ſtinenda manutentione; quia † in apprehen-
ſione poſſeſſionis Canonicatus debet Capi-
tulum congregati, & ab eodem ſic congrega-
to poſſeſſio tradi, *c. ſi Capitulo*, iuncta gloſ. *de
conceſſ. præb. in* 6. Rot. *deciſ.* 701. *num.* 5. *part. re-
centior.* Ferret. *conſ.* 220. *num.* 13.

[At verò ſi capta fuerit poſſeſsio hora Miſſa-
rum ſolemnium cum aſsignatione ſtalli in
Choro, & loci in Capitulo, videtur ſufficere.
Butr. & Imol. *in cap. in litteris, de reſtit. ſpoliat.*
Roman. *conſ.* 482. *num.* 2. præcipuè ſi moder-
nus hic Canonicus poſtmodum fecit profeſ-
ſionem Fidei coram Capitulo, & Canonicis
capitulariter congregatis, & ſic conſtat de
conſenſu & approbatione Capituli, quæ opti-
mè dictam poſſeſsionem iuſtificat. Ita Rota *de-
ciſ.* 496. *n.* 2. *p.* 2. *recentiſsim. in poſthumis.* Bu-
rat. *deciſ.* 249. *n.* 3.]

6 Et debet poſſeſsio capi in ſede propria Ca-
nonicali, ſeu Dignitatis, vt reſoluunt Innoc. *in
cap. in litteris n.* 7. *verſ. item ſi ſint deputata. de
reſtit. ſpol.* Bald. *in l.* 2. *n.* 54. *verſ. reſpondeo ad
primū. C. de ſeruit. & aqua*, [Bellam. *n.* 17. *verſ.
ſed qualiter in d. c. in litteris*, Ferret. *conſ.* 14. *n.*
1. *lib.* 1. Abb. *in cap.* 2. *in fine, de conſuet.* Ludou.
Poſt. *d. tract. mandati de manutenendo, obſer-
uat* 30. *n.* 1.] & fuit reſolutum *in Vercellen. vni-
tatis Capituli* 12. *Iunij* 1598. coram bonæ
mem. Penia, *& in Tarraconen. Canonicatus* 26.
Iunij 1609. coram bonæ mem. Ortembergo,
& nouiſſimè *in Bracharen. Archidiaconatus* 2.
Decembris 1630. coram Reuerendiſsim. D.
meo Coccino, & coram Caualer. *deciſ.* 198.
num. 2. Rota *deciſ.* 594. *num.* 4. *p.* 1. *recentiſsim.*

7 Quæ quidem ſupradicta reſolutio, quate-
nus habet minimè ſuffragari poſſeſsionem nō
capitulariter captam de Canonicatu, ſeu Di-
gnitate, quæ ſit de Capitulo, ampliatur ali-
quibus modis, & *primò*, vt procedat etiamſi
poſſeſsio fuiſſet capta de mandato executoris
litterarum Apoſtol. Abb. *in c.* 2. *num.* 16. *de con-
ſuet. & in c. tranſmiſſam n.* 3. *de elect.* Caſſad. *d.
deciſ.* 8. *de cauſa poſſeſ.* firmauit Rot. *in d. Meten.
Canonicatus*, [& in vna *Senen.* & alia *Taruiſ-
ſana Canonicatus.* quarum meminit Beltram.
in annot. ad Greg. XV. *deciſ.* 364. *n.* 7. *poſt princ.
verſ. & concluſio procedit*, Ludou. Poſt. *in d.
tract. mandati de manutenendo, obſeru.* 30. *n.* 4.
niſi vocatis omnibus de Capitulo ad ſonum
campanæ, vel aliàs, & ipſis non comparenti-
bus, capta fuerit poſſeſſio ad mandatum ſu-
perioris, & executoris Apoſt. Buratt. *deciſ.*
318. *num.* 17. *verſ. primò amplia.*]

8 Ampliatur *ſecundò*, etiam ſi data eſſet fa-
cultas capiendi poſſeſsionem Canonicatus
propria auctoritate, vt in decreto regreſſus,
quia nihilominus ſine conſenſu Capituli, ſiue
capitulariter non valet, Pute. *deciſ.* 20. *aliàs*
22. *lib.* 2. Mandoſ. *in tract. Signaturæ gratiæ,
tit. de regreſſu. col.* 3. *verſ. illa verba.* Lotter. *de
re benefic. tom.* 2. *lib.* 3. *q.* 5. *num.* 34.

Ampliatur *tertiò*, etiamſi capta fuiſſet à Ca- 9
nonicis de Capitulo, ſed nō capitulariter, Caſ-
ſad. *d. dec.* 8. *n.* 1. Rot. *deciſ.* 3. *lib.* 3. *part.* 3. *diuerſ.*

Tribus aliis modis limitatur eadem reſolu- 10
tio, & *primò* ſtante conſuetudine in Eccleſia
capiendi poſſeſſionem Canonicatus etiam nō
capitulariter, Caſſad. *deciſ.* 4. *num.* 2. *de cauſa
poſſeſ.* Buratt. *deciſ.* 748. *num.* 12. vbi *n. ſeq.* de-
claratur quomodo probetur talis conſuetudo.
[Seraphin. *deciſ.* 1044. *num.* 1. Beltramin. *ad*
Greg. XV. *deciſ.* 364. *n.* 7. Lott. *d. lib.* 3. *q.* 5. *n.* 35.]

Limitatur *ſecundò* quando Capitulum nul- 11
la vrgenti ratione denegauit tradere poſſeſ-
ſionem, quia tunc aliter capta habetur acſi
capitulariter capta fuiſſet, *d. c. ſi Capitulo, de cō-
ceſſ. præb. lib.* 6. & *ibi* Anchar. *num.* 2. *verſ. quæro*,
poſt gloſ. *ibi verb. exequatur*, Greg. XV. *deciſ.*
364. *n.* 2. Caualer. *deciſ.* 369. *n.* 4. Lotter. *d. lib.* 3.
q. 5. *n.* 36. Rot. *in d. Cæſarauguſtana onerum* 3.
Iulij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano, *&
in Alexandrina Archipresbyteratus* 28. *Iulij*
1627. corā R. P. D. Merlino [apud Poſt. *deciſ.*
57. *n.* 20. Beltramin. *ad* Greg. XV. *deciſ.* 364. *n.* 7.
verſ. Verùm prææallegata concluſio & Capitulum
tenetur reſtituere fructus pro tempore, quo
denegauit tradere poſſeſſionem Canonico, &
etiam pro tempore receſſus, ex Seraphin. *deciſ.*
1015. *n.* 1.] Et ſemper † exiſtente aliquo im- 12
pedimento, propter quod poſſeſſio capitulari-
ter adipiſci non poſſit, ſufficit ſi aliter acquira-
tur, vt aliis deciſionibus relatis fuit dictum *in
nullius Præpoſituræ Caſtri Durātis* 3. *Iulij* 1623.
coram bonæ mem. Remboldo. [Et quòd in
Eccleſiaſticis poſſeſsio habeatur pro tradita
vbi fuit præſtitum impedimentum ex recurſu
ad iudices laicos, Ludou. Poſt. *d. tract. obſeru.*
21. *n.* 17. Rota apud eundem *deciſ.* 175. *n.* 15.]

Intellige hanc ſecundam limitationem 13
procedere quatenus Capitulum ſine iuſta cau-
ſa præſtet impedimentum, vel recuſet tradere
poſſeſsionem, quia ſi habet iuſtā cauſam, non
ſuffragatur poſſeſsio non capitulariter capta,
vt fuit dictum *in d. Cæſarauguſtana onerum.* &
in his terminis loquitur deciſio *in Alexandri-
na Archipresbyteratus*, de qua ſuprà, & fuit re-
ſolutum *in Cauallicen. Canonicatus* 4. *Martij*
1616. coram bonæ mem. Card. Sacrato, teſte
Beltramino *vbi ſuprà*, ſubdens dicta deciſione
firmari quòd vlteriùs requiritur Capitulum
fuiſſe legitimè congregatum, & abſque iuſta
cauſa recuſaſſe tradere poſſeſsionem. † Nec 14
impedimentum ab alio, quàm à Capitulo pręſ-
ſtitum excuſat à capienda poſſeſsione capitu-
lariter, ſed illud tantùm, quod ab ipſo Capitu-
lo præſtatur, vt ſupponitur *in d. c. ſi Capitulo*,

& ibi Anch.n.2.& fuit reſolutum in d. Meten.
Canonicatus coram R.P.D. meo Pirouano.
15 Limitatur tertiò, ſi Canonicus ſucceſsiuè
poſt adeptam poſſeſsionem ex patientia Ca-
nonicorum ad actus Canonicales Canonicis
tantùm competẽtes admiſsus fuerit, Innoc. in
c. in litteris, & in c. ex parte, de reſtit. ſpol. col.
vlt. Caſſad. d. deciſ. 8. num. 3. Rot. deciſ. 91.
num. 6. part. 1. recent. & fuit dictum [in
Spalaten. Canonicatus 8. Iunij 1605. coram
Vbaldo, impreſſa per Ludouic. Poſt. poſt ſuum
tract. mandati de manutenendo deciſ. 95. n. 3.
Beltramin. ad Greg. XV. deciſ. 364. verſ. tertio.
Lotter. d. lib. 3. q. 5. n. 36. & ſeq. eadem Rota]
in Carthaginen. Canonicatus 5. Aprilis, & 25.
Maij 1609. coram bonæ mem. Card. Lancell.
iun. vbi dicitur procedere non obſtante aliqua
præcedente contradictione Capituli, Rot. in-
ter impreſſas R.D. mei Coccini Decani deciſ.
235. n. 11. & 12. & in d. Alexand. Archipresb.
16 Burat. deciſ. 522. n. 12. vbi habetur † Canoni-
catus poſſeſſionem quòd ſit legitimè capta
iuſtificari ex actibus Canonicalibus per Cano-
nicum geſtis cum præſentia, & patientia Ca-
pituli, quæ tamen patientia non ſufficit ad va-
lidandam poſſeſsionem in præiudicium tertij,
qui ante actus prædictos Canonicales appre-
hendit poſſeſſionem Capitulariter, Rot. de-
ciſ. 1156. verſ. nec patientia, p. 3. lib. 3. diuerſ. &
fuit dictum in Callien. Canonicatus 29. Ianua-
rij 1619. coram Card. Pamphil. iun. optimè
Ferentil. in annot. ad deciſ. 318. Buratti.
17 Sed poteſt dubitari, an apprehendens capi-
tulariter poſſeſsionẽ alicuius Canonicatus ſibi
nulliter per Ordinarium collati, & deinde
ſciens illius collationem ſpectare ad Sanctiſſi-
mum, ab eo impetrauerit prouiſionem cum
decreto, quòd renũciet præſentationi, & inſti-
tutioni, ac poſſeſſioni exinde ſequutæ, ac di-
ctum Canonicatum vti reſeruatum, & non ali-
ter in futurum poſſidere ſe velle declaret, ſine
noua poſſeſſionis apprehenſione poſtquã de-
creto ſatisfecit ſit manutenendus? in quo du-
bio eſt reſoluendum talem Canonicum ſuper-
ueniente ſibi nouo titulo mediante prouiſio-
ne Apoſtolica potuiſſe continuare poſſeſſio-
nem ipſam de facto mutato ſolùm primo iure,
& titulo poſſeſſionis, l. non ſolùm, §. quòd vulgo,
ff. de vſucap. l. 3. §. illud, l. qui bona, §. 1. cum ibi
notatis, ff. de acquir. poſſeſſ. Rot. apud Achil. de-
ciſ. 4. de cauſa poſſeſſ. & prop. Pute. deciſ. 165. n.
3. lib. 1. & deciſ. 441. eod. lib. & in recent. deciſ.
200. n. 8. par. 1. Hieron. Gabr. conſ. 51. n. 1. & 28.
lib. 1. quæ mutatio ipſo iure ſtatim facta intel-
ligitur data notitia ſecundi tituli, etiã abſque
alia declaratione, iuxta conſil. Decij 400. quod
ſequitur Rot. & per Achil. d. deciſ. 4. Pute. d.
deciſ. 441. lib. 1. Creſcent. deciſ. 168. aliàs 5. de
reſtitut. ſpoliat. Rot. deciſ. 224. n. 2. p. 1. diuerſ.
& deciſ. 601. n. 3. par. 3. diuerſ. Cardin. Mantic.
deciſ. 71. n. 1. neque opus erat, vt exiret de poſ-
ſeſſione, & poſtea iterũ ingrederetur, ad l. cùm
nemo, & ibi gloſ. in verbo extrinſecus, C. de ac-
quiren. poſſeſſ. Pute. d. deciſ. 441. lib. 1. & Achil.
d. deciſ. 4. vbi quòd hęc opinio eſt magis æqua,
& conſona iuribus, & ſemper ſeruatur à Rota,
vt in deciſ. 345. n. 4. & deciſ. 613. n. 5. par. 1. &
deciſ. 143. n. 4. par. 2. diuerſ. & in Tuden. Paro-
chialis 4. Nouembris 1591. coram bonæ me-
moriæ Cardin. Pamphilio ſen. in quibus fuit
reprobatum conſil. 131. lib. 1. Socini ſen. contra-
rium ſentientis. Et in puncto dicit Bald. in l. 2.
n. 63. verſ. ſed pone, C. de ſeruit. & aqua. quòd
† ſi falſus Canonicus diu ſtetit in poſſeſſione, 18
& deinde à Papa obtinuit prouiſionem, non
eſt neceſſaria noua apprehenſio, & inſtallatio,
quia ipſo iure fit quædam conuerſio ex nouo
titulo ſuperueniente, Baldum ſequitur Cra-
uet. conſ. 171. num. 1. verſ. ſecundò pro hac, vbi
num. 19. declarat Baldi ſententiam non pro-
cedere quando ante prouiſionem Papæ ius
tertio fuerit quæſitum, & Crauettam ſequitur
Riminald. iun. conſ. 100. num. 25.
Non obſtat renunciatio facta de prima poſ- 19
ſeſſione, quia eatenus renunciauit Canonicus
quatenus credidit eſſe conſultum ſuæ poſſeſ-
ſioni, & continuationi, ſicque hæc renuncia-
tio ex defectu conſenſus non operaretur, &
conſequenter primam poſſeſſionem à ſe non
abdicaſſet: ad dimittendam enim poſſeſsio-
nẽ requiritur animus, d. l. 3. §. in amittenda, vbi
Alexand. ff. de acquiren. poſſeſſ. Caſſador. deciſ.
4. num. 3. de reſtitut. ſpoliat. Pariſ. conſ. 114. n.
7. lib. 4. Rot. apud Achil. deciſ. 11. de penſion.
& renunciatio ſtrictè eſt interpretanda, vt
minus lædat renunciantem quàm fieri poſsit,
l. ſi domus, ff. de ſeruitutibus vrban. præd. Bec.
conſ. 111. ſub num. 31. Surd. conſ. 446. num. 22.
& propterea renunciatio reſtrictiuè ad poſſeſ-
ſionem inde ſequutam non eſt trahenda ad
omnem poſſeſsionem, ad Clemen. quòd circa,
de elect. Bald. in l. 2. num. 2. C. de legibus Ro-
land. conſ. 86. num. 33. lib. 2. Et hæc duo, ſci-
licet quòd quis renunciet præſentationi, &
poſſeſsioni inde ſequutæ, & quod velit poſsi-
dere ex prouiſione Apoſtolica, non inuicem
repugnat, quia vult inſiſtere in poſſeſsione de
facto, & reiicere primum titulum poſſeſsionis.
Secunda quoque poſſeſsio, ſcilicet poſtquam 20
renunciauit, eſt manutenibilis, quia etiã liberè
cedens, & renuncians, licèt dicatur perdere
dominium, & poſſeſsionem ſaltem de iure,
attamen ſi poſtea incumbat de facto, & reali-
ter inhæreat poſſeſsioni, adhuc ad ſtatum eſt
manutenẽdus, imò, & reintegãdus ſi ſpolietur,
Innoc. in c. ſuper hoc, de renunciat. Calder. conſ.
4. eod. tit. & ſequitur Rot. deciſ. n. 2. in nouis eod.
tit. Caſſad. d. deciſ. 4. reſtit. ſpol. n. 2. & 4. verſ.
credit tamen, vbi firmat dictum Innocentij
procedere etiam in beneficialibus ſi incũbens
poſſeſsio

poſſeſſioni de facto habet titulum præſumptum, vnde multò magis quando habet verum, & Canonicum ex prouiſione Apoſtolica, & ſequitur Gom. *ſuper reg. de annali q.57. in princ.*Pariſ. *de reſig.benefic.*1 *lib.q.*5.*n.*28.

21 Neque obſtat, quòd renunciatio facta per Canonicum fuerit in executione decreti litterarum Apoſtolicarum, in quibus committitur executori, vt illum introducat in poſſeſſionem; quia acquiſitio nouæ poſſeſſionis de manu executoris non contradicit retentioni primæ poſſeſſionis naturalis. Et menti Papæ ſatisfactum videbatur ſi intelligatur dictum decretum ad cumulandum poſſeſſionem poſſeſſioni, ad tradita per Caſſad. *d. deciſ.* 4.*num.* 12. *& ſeqq. de reſtit. ſpol.* Menoch. *de adipiſcen.remed.*4. *quæſt.* 43.*n.* 337. *& ſeqq.* Gabr. *commun. concluſ.*7. *num.*6. *de acquir.poſſeſſ.* Ita eleganter habentur hæc omnia *in d.Alexandrinæ Archipresbyteratus*,coram R.P.D.Merlino, [quæ reperitur impreſſa per Poſtium *deciſ.*57.

Canonicatus poſſeſſio dicitur bene capta ſi Canonicus, vel eius procurator ſuo nomine per Eccleſiam deambulauerit,& in ſtallo & Choro ſederit, de quibus actibus poſſeſſoriis in inſtrumento publico teſtibus præſentibus fidem facere tenetur notarius. Ita Rota *in Cæſaraugustana onerum* 3. *Iul.* 1622 coram R.P.D. meo Pirouano, impreſſa per Ludou. Poſtium *poſt ſuum tract. mandati de manutenendo deciſ.* 175. *num.* 2. acquiritur enim poſſeſſio iuris Canonicalis cum ſtallis in Choro, & locus in Capitulo datur, cap. *cùm inter, de renunc.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de miſsione in poſſeſsionem num.* 36. Hinc idem Rebuff. *in concord. tit. de collation.* §. 1. *in verb. Canonicatum & Præbendam, verſ. & eſt quoddam, pag. mihi* 543. ait poſſeſſionem Canonicatus ex ſequentibus probari. *Primò* in lectione Euangelij in ſua hebdomada. *Secundò* quando Epiſcopi electioni, & aliarum negotiorum tractantibus interfuit. *Tertiò* quando domum obtinuit, quæ nonniſi Canonico conſueuerat aſſignari. *Quartò* quando ad oſculum pacis cum aliis Canonicis eſt receptus. *Quintò* quando lectiones legit in Eccleſia. *Sextò* quando reſponſoria, & alia cantauit.

Nam in beneficialibus ſufficit apprehendere poſſeſſionem beneficij per amplexum Altaris, & alios actus, qui fiunt in Eccleſia, & etiam per tactum annuli Eccleſiæ clauſæ, vt cenſeatur acquiſita poſſeſſio non ſolùm Eccleſiæ, ſed omnium rerum, & iurium illius, vt per Cancer. *var. reſol.p.*3.*cap.*14. *ſub num.* 53. Ludou. Poſt. *in tract. mandati de manutenendo, obſeru.* 21. *num.* 15. Et quòd poſſeſſio beneficij & Eccleſiæ acquiratur etiam per apprehenſionem, & tactum anuli portæ Eccleſiæ clauſæ ſi fiat in præſentia habentis poteſtatem inducendi in poſſeſſionem, tenent Rot. *deciſ.* 1. *aliàs* 202. *num.* 1. *& deciſ.* 5. *aliàs* 153. *de cauſa poſſeſ. & propr. in antiq.* Biſign. *deciſ.*8.*num.*1.*de reſtit. ſpoliat.* Ludou. Poſtius *d. obſeru.* 21. *num.* 15. Et quòd per annuli portæ clauſæ tactum acquiratur poſſeſſio niſi appareat aliquem eſſe intus animo poſſidendi, reſoluunt Achil. de Graſſis *deciſ.* 2. *&* 3. *de cauſa poſſeſ.* Federic. de Senis *conſ.* 3.*num.*16.*lib.*1. Rota apud Ludou. Poſtium *d. deciſ.* 175. *num.* 3. vbi dicit quòd ſi Canonicus in Capitulo actus ſedendi non fecerit propter clauſuram ianuæ Capituli, ſufficit portæ annulum tangere, ſi intus nullus ſit animo poſſidendi.

Poſſeſſio Præbendę quomodo probetur? vide Maſcard. *de probat concluſ.* 1213. *num.* 4. *cum ſeqq.* Et quòd tradi non poſſit ſine interuentu Notarij, aut alicuius perſonæ Eccleſiaſticæ, Rota *deciſ* 634. *ſubn.* 3. *p.* 2. *recentior.* cuius meminit Ludou. Poſt. *d. tract. obſeruat.* 21. *num.* 74.

Probatur poſſeſſio per ingreſſum ipſius rei, ſicuti per ingreſſum in locum animo poſſidendi, ipſa poſſeſſio acquiritur, Ruin. *conſ.*28. *num.* 10. *lib.* 4. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de miſsione in poſſeſ. num.*26.*cum ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1183. *num.* 14. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*615. *num.* 36. Ludou. Poſtius *in d. tract. obſeruat.* 21. *num.* 1. Et etiam poſſeſſio acquiritur per ſolum aſpectum ſine introitu & apprehenſione in beneficialibus eo tantum caſu, quo conſtaret de impedimento, & de non tuto acceſſu, & quòd adſit decretum executoris, vt poſſeſſio tradatur, & quòd interueniat nuncius publicus habens poteſtatem tradendi poſſeſſionem, Card. Caualer. *deciſ.* 169. Ludou. Poſtium *d. tract. obſeur.* 21. *num.* 17. *verſ. ſed quod in beneficialibus*; Vnde per publicum inſtrumentum impreſſus adeptionis immiſſionis, & inductionis in poſſeſſionem, probari poſſeſſionem tenent *l. prædia*, vbi Bart. *num.* 3. *ff. de acquir. poſſeſ. l. non idcirco C. de fide inſtrum.* Honded. *conſ.* 86. *num.* 28. *&* 29. *lib.*2. Surd. *conſ.*160. *num.*1. Ceni. *de cenſib. p.* 2. *cap.* 2. *q.* 5. *art.* 9. *in addit. num.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 732. *num.* 11. Caualer. *deciſ.* 150. *num.* 1. vbi de inſtrumento adeptionis poſſeſſionis à tergo litterarum Apoſt. *& deciſ.* 565. *num.* 3. *& deciſ.* 478. *num.* 1. Greg. XV. *deciſ.* 138. *num.* 1. Coccin. *deciſ.* 14. *num.* 2. *& deciſ.* 113. *num.* 1. *& deciſ.* 233. *num.* 1. *&* 6. Rot. *deciſ.* 106. *num.* 1. *& deciſ.* 275. *num.* 2. *& deciſ.* 397. *num.* 1. *& deciſ.* 634. *num.* 4. *p.* 1. *recentior. & deciſ.* 35. *num.*1. *& deciſ.*56. *num.* 1. *& deciſ.* 211. *num.* 1. *& deciſ.* 601. *num.*1.*p.*2. *etiam recentior.*

Vtrùm autem mandatum de manutenendo ſit concedendum ſucceſſori in Dignitate,

Canonicatu, vel beneficio ex poſſeſſione anteceſſoris? Vide latè Ludou. Poſt. *d. tract. mandati de manutenendo obſeruat.* 55 *num.* 89. *cum ſeqq.* & late & eleganter Rota *in Colimbrien. præſtimoniorum* 18. *Iunij* 1632. coram R. P. D. Dunozetto, impreſſa per eundem Ludou. Poſtium poſt *dictum tract. deciſ.* 330. vbi agit de quadam cauſa Illuſtriſſimi D. Roderici à Mello Marchionis de Ferreira filij, ſed ſuarum executorialium executio indebitè impeditur à miniſtris Regiis eo prætextu, quo noſtratum quoque impediunt executionem.]

22 Capta poſſeſſione Eccleſiæ, ſeu Canonicatus, cenſetur capta poſſeſſio omnium bonorum, fructuum, annexorum & iurium dictæ Eccleſiæ, ſeu Canonicatus,[Pont. *de ſpol. lib.* 2. *cap.* 15. *ſub num.* 157. *& lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 149. Peregrin. *de fideicom. art.* 48. *num.* 79. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 34. *num.* 109. Cancer. *var. par.* 3. *cap.* 14. *num.* 53. *in fine*, Mari. Anton. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 112. *caſu* 72. *in fine*. Moner. *de decim. cap.* 8. *q.* 3. *num.* 31. Chriſtoph. de Paz *de tenuta cap.* 50. *num.* 25. Iul. Viuian. *in praxi iuriſp. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 8. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 425. *num.* 18. *&* 19.] Rot. *deciſ.* 171. *num.* 2. *& deciſ.* 199. *num.* 6. *& deciſ.* 639. *num.* 3. *& deciſ.* 658. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* Caualer. *deciſ.* 240. *num.* 2. *& deciſ.* 565. *num.* 2. Buratt. *deciſ.* 80. *num.* 5. *& in Leodien. Parochialis* 4. *Iulij* 1625. coram R. P. D. Merlino. [Mantic. *deciſ.* 105. *num.* 4. Seraph. *deciſ.* 1497. *num.* 2. Greg. XV. *deciſ.* 54. *num.* 2. *& deciſ.* 364. *num.* 1. *&* 557. *num.* 4. Coccin. *deciſ.* 14. *num.* 6. *& deciſ.* 30. *num.* 2. *& deciſ.* 212. *num.* 8. Rota apud Poſtium poſt *dictum tract. deciſ.* 100. *n.* 1. *& deciſ.* 327. *num.* 17. & *deciſ.* 330. *num.* 25. & apud Marcheſ. *de commiſſ. p.* 1. *pag.* 369.

Sicuti etiam capta poſſeſſione Dignitatis, & Eccleſiæ principalis cenſetur capta poſſeſſio aliarum Eccleſiarum, Capellarum, & beneficiorum ſubiectorum, & annexorum, ſeu vnitorum, Melch. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 28. *num.* 99. Greg. XV. *deciſ.* 557. *per tot.* vbi Beltram. *num.* 6. Caualer. *deciſ.* 330. *num.* 6. vbi *ſub num.* 5. limitat in duabus Eccleſiis, ſeu Dignitatibus ſimul vnitis æquè principaliter. Ratio eſt, quia poſſeſſio bonorum & iurium beneficij vacantis eſt penes Eccleſiam tanquam perſonam factam & repræſentatam. Salluſt. Tiber. *in pract. Auditoris Cam. lib.* 2. *cap.* 1. *in fine*, Redoan. *de ſpol. Eccleſiaſt. q.* 7. *num.* 35. *cum ſeqq. & q.* 15. *num.* 10. *cum ſeqq.* Cyriac. *controu. forenſ. lib.* 2. *controu.* 300. *num.* 37. *cum ſeqq.* Seraphin. *deciſ.* 1497. *num.* 3. Rota *deciſ.* 19. *num.* 8. *p.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 639. *ſub num.* 3. *p.* 2. *recentior.*

23 Intellige *primò* de bonis, in quorum poſſeſſione conſtat Eccleſiam reperiri, ſecus in iis, in quorum poſſeſſione non erat, vel non conſtat fuiſſe, Beltram. ad Greg. XV. *deciſ.* 364. *num.* 6. Rota apud Poſtium *deciſ.* 100. *num.* 3. *& deciſ.* 330. *ſub num.* 30. *in fine*, *& in Romana beneficij de Cacabatis* 13. *Nouembris* 1623. coram R.P.D.Nauarro.

Intellige *ſecundò* de bonis tunc temporis vacantibus, & per alium non poſſeſſis, ſecus autem reſpectu illorum, quæ à tertio poſſidentur, Iulian. Viuian. *d. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 8. Seraph. *deciſ.* 1497. *num.* 2. Beltram. ad Greg. XV. *deciſ.* 54. *num.* 3. Caualer. *deciſ.* 209. *num.* 3. *& deciſ.* 589. *num.* 6. Rota *deciſ.* 171. *num.* 3. *p.* 2. *recent.* & apud Poſtium *deciſ.* 315. *num.* 2. Vel quæ poſt vacationem fuerint medio tempore ab alio occupata, Beltramin. ad Greg. XV. *deciſ.* 364. *num.* 6. Seraph. *deciſ.* 1497. *num.* 2. Caualer. *deciſ.* 209. *num.* 2. Rota *deciſ.* 865. *num.* 4. *p.* 4. *diuerſ. & deciſ.* 322. *ſub num.* 3. *p.* 1. *recentior.*]

Decreto Sacri Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 14. prohibetur, vt in admiſſione ad poſſeſſionem Canonicatuum, aut Præbendarum, vel partem prouentuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas certæ conditiones, ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones, compenſationéſve illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Eccleſiis dicuntur Turnorum lucra, interponatur, ac poſtmodum Pius V. *ſua conſtit. incip. Durum nimis*, *ſub Dat. pridie Kalendis Iulij* 1570. reuocauit priuilegia, & conſuetudines Eccleſiarum aliquid recipiendi in collatione, ſeu admiſſione ad poſſeſſionem beneficiorum. Vnde Sacra Congreg. Concilij cenſuit *Epiſcopum cum conſenſu Capituli ſtatuere non poſſe, vt aliquid nimium ſoluatur in ingreſſu Canonicorum*, hoe enim eſt prohibitum per *d. Bullam Pij V.* item declarauit † *non licere Epiſcopis quicquam ſibi capere pro Collatione Canonicatus, non obſtante quacunque conſuetudine etiam immemorabili*, & ideò † non poſſunt cogi noui Canonici ad quid ſoluendum, etiamſi conuerti debeat in reſtaurationem prædiorum, & bonorum Capituli, ac extet ſtatutum, quando cadit in vtilitatem ſingulorum, vt cenſuit eadem S. Congreg. Concilij. 24 25 26

Dulciaria multa ſunt de genere prohibitorum à Concilij Trident. *d. cap.* 14. ab aliquo Capitulo exigendorum pro admiſſione in poſſeſſionem alicuius noui Canonici, vt refert deciſum Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *verb. poſſeſsio beneficij* §. 5. *in fine*. Dulciaria quædam, vulgò nuncupata *confetture*, non poſſunt exigi pro admiſſione ad poſſeſsionem Canonicatus, ſeu Dignitatis ex diſpoſitione Concil. *cap.* 14. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* etiam concurrente conſuetudine antiquiſsima, Sacra Congreg. Concilij *in Tridentina* 19. *Februarij* 1533. 27

Conſue

28 Conſuetudo quoque donandi aliquid in ingreſſu & admiſsione alicuius ad Canonicatum, eſt ſublata per Concil. *d. cap. 14.* vt teſtatur reſolutum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num. 10. reſp.* 8. prout & illa, ſecundùm quam prouiſi ſoluunt cæteris prandium, ex ead. S. Congr.

29 Valere tamen poteſt conſuetudo, & similiter ſtatutum laudabile admittendum eſt, per quod aliquid exigitur ab obtinentibus Canonicatus, & quotidianas diſtributiones, quod non in ipſorum exigentium vtilitatem, ſed in Eccleſiam, alióſque pios vſus conuertatur, modò non pro ingreſſu ipſo, & admiſſione, ſed ad alium finem accipiatur; ita Abb. & Felin. *in cap. cùm M. Ferrarienſis, de conſtit.* idem Abb. *in cap. Iacobus, num. 3. de ſimon.* Rip. *reſp. 1. num. 21. de arbit.* Iacob de Graff. *in aureis deciſ. par 1. lib. 2. cap. 96. num.* 49. Flamin. Pariſ. *de confident. q. 38. num.* 28. Monet. *de diſtribut. quotid. par. 1. q. 18. num.* 55. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 567. num. 2. in 1. edit. aliàs reſol. 489. num. 2. & 6. in 2. edit.* Non cenſentur autem laudabiles conſuetudines, quæ ſunt pro inſtauratione, vel reparatione bonorum menſæ Capitularis, cederent enim in vtilitatem ſingulorum, Nicol. Garc. *de benef. par. 8. cap. 1. num* 90.

30 Valet etiam conſtitutio facta per Epiſcopum, & Capitulum poſt Concil. Trident. ad ſoluendam certam quantitatem ratione nouæ poſſeſſionis Canonicatuum, quæ integrè cedat in fabricam, nihil autem ex pecunia Notariis, Curſoribus, Campanarijs, aliiſvè Eccleſiæ Miniſtris, quibus aliàs conſtituta ſunt ſalaria, attribuendum, eadem S. Congreg. *in vna Segobien. 11. Iuly* 1590. in hæc verba. *An conſtitutio quædam ab Epiſcopo, & Capitulo poſt Concil. Trid. de ſoluendo certum pecuniæ quantitatem ratione nouæ poſſeſſionis Epiſcopatus, & Canonicatuum, ac Dignitatum diſtribuendam in fabricam, & ſalaria Notarij conuocatorum, campanarij, & aliorum miniſtrorum Eccleſiæ, quibus iam aliàs conſtituta ſunt certa ſalaria, ſit valida, necnè? S. D. N. ex ſententia Congregationis reſpondit, huiuſmodi conſtitutionem ſeruandum, nihil tamen ex ea pecunia Notariis, Curſoribus, & Campanario, aliiſque Eccleſiæ miniſtris tribuendum, ſed integram ſummam in vſus fabricæ conuertendam, atque ita libenter ſoluendam tam à Capitularibus, quàm ab Epiſcopo, cùm ſeparari poſſit officium, Eccleſiæque Dignitatem, quæ ob huiuſmodi largitatem in ædificium, ornatumvè Eccleſiæ facta ſumitur exordium ad myſticam quoque Eccleſiæ ædificationem feliciter in Domino proceſſurum*, refert Nicol. Garc. *de benef. p. 3. cap. 2. num. 198. declar. 9.*

31 Valet quoque conſuetudo, etiam ſtante diſpoſitione *ſeſſ. 24. c. 14.* vt fructus primi anni reſeruentur hæredibus beneficiarij. Rot. *deciſ. 660. p. 4. diuerſ.*

32 Cùm in Eccleſia Sancti Foliani Leodien. Diœceſis vigeret abuſus, vt noui Canonici florenos 153. aliis Canonicis ſoluere cogerentur, nec fructus vllos ſuorum Canonicatuum per triennium perciperent, ſed inter alios Canonicos diuiderentur. S. Congregatio cenſuit *nec dictam ſummam florenorum, neque fructus Canonicatus à nouis prouiſis exigi poſſe refragante Concilio* ſeſſ. 24. cap. 14. de reform. *Quinimò ſi in vnam ſabricæ, vel Sacriſtiæ, ſiue in alium pium vſum vltra ſemeſtre tempus ſui Canonicatus fructus reperirentur conceſſi, horum duntaxat dimidiam partem ipſi fabricæ, aut pio loco tribuendam eſſe, alteram verò ipſi prouiſo, iuxta ſanctæ mem. Pij V. conſtitutionem. Ita die 8. Octobris* 1592. refert Nicol. Garc. *d. tract. de benef. p. 8. c. 1. num. 84.*

33 Hinc eadem Sacra Congr. cenſuit *conſuetudinem, quæ imponit onus recepto, quod tendat in vtilitatem Canonicorum, non valere, ſecus in vtilitatem Eccleſiæ, vel augmentum cultus Diuini, item quod conuertitur in vtilitatem fabricæ, intelligendum Eccleſiæ, quia conſuetudo, quæ id, quod à recepto in Canonicum ſoluebatur, conuerteretur in reparationem, & inſtaurationem molendinorum menſæ Capitularis, eſt per Concil.* d. ſeſſ. 24. c. 14. de reform. *reprobata.* Refert Nic. Garc. *d. p. 8. c. 1. num. 90.*

34 Dubitatum fuit an conſuetudo Eccleſiæ Aſten. quòd fructus ſpectent ad Capitulum donec Beneficiatus ſit Sacerdos, obſeruanda eſſet? Sacra Conc. Congr. *die 6. May* 1617. cenſuit *valere huiuſmodi conſuetudinem, quia intentio Concilij d. c. 14. fuit ne ratione colluſionis aliquid reciperetur.*

Forma poſſeſſionis capiendæ per Dignitatem, ſeu Canonicum prouiſam à Papa, vel Archiepiſcopo.

35 *IN nomine Domini. Amen. Per hoc præſens publicum poſſeſſionis inſtrumentum notum ſit quod anno .... die .... menſe .... coram venerabilibus, & circumſpectis viris dominis N. Decano, atque N. N. & N. Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Primatis Bracharenſis in loco capitulari dictæ Eccleſiæ propter, & ad infraſcripta capitulariter congregatis, atque Capitulum ipſius Eccleſiæ Bracharenſis facientibus, & repræſentantibus, in mea Notarij publici, teſtium-*

que infraſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutus honorabilis vir D. N. principalis pro ſe ipſo ſi fuerit cum mandato procuræ prouiſi, dicat. *diſcreti viri Domini N: principalis procurator, prout de ſuæ procurationis mandato mihi notario publico infraſcripto extitit legitimè facta fides) publicè dixit, & expoſuit quod nuper talis Dignitas, ſeu Canonicatus & Præbenda in dicta Eccleſia Bracharenſi, per mortem quondam N. vltimi eorundem Canonicatus, & Præbendæ, ſiue Dignitatis N. dum vixit poſſeſſoris extra Romanam Curiam defuncti vacauit, & de eadem, aut de eiſdem per Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum D. D. Rodericum à Cunha Archiepiſcopum ac Dominum Bracharæ, &c.* (ſi vero ſit à ſede Apoſt. facta prouiſio) *per S. D. N. Vrbanum Diuina prouidentia Papam VIII. prouideri obtinuit, prout in litteris prouiſionis ibidem in medium exhibuit, ipſiſque DD. Decano, Canonicis, & Capitulo intimauit, plenius continetur. Quapropter dictus N. ſe (vel nomine quo ſupra procuratorio) in & ad prædictorum Canonicatus, & Præbendæ, vel Dignitatis præfatæ Eccleſiæ N. admitti, ac in & ad corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem eorundem, vel eiuſdem cum omnibus iuribus & pertinentiis per eoſdem dominos Decanum, Canonicos, & Capitulum recipi, & admitti, ſibique de illarum fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & diſtributionibus vniuerſis integre reſponderi inſtanter poſtulauit. Quibus quidem litteris in dicto Capitulo lectis, & intellectis, dicti domini Decanus, Canonici, & Capitulum eundem dom. N. perſonaliter, vel dicto procuratorio nomine, in & ad prædictorum Canonicatus, & Præbendæ, vel Dignitates N. in præfata Eccleſia corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis vigore dictarum litterarum concorditer, & nemine contradicente receperunt, induxerunt, ac ad Cononicatum, & Præbendam præfatos, aut Dignitatem N. admiſerunt, & in ſignum veræ & realis adeptæ poſſeſſionis huiuſmodi dictus dom. Decanus ipſi dom. N. (vel nomine quo ſupra procuratorio dicti dom. N.) ſtallum in parte dextera, vel ſiniſtra chori dictæ Eccleſiæ, necnon locum in Capitulo realiter aſſignauit.* (hîc fiat iuramentum præſtari ſolitum iuxta Capituli conſuetudinem) *Super quibus omnibus & ſingulis dictis dom. N. per me notarium publicum infraſcriptum fieri petiit inſtrumentum. Actum in tali loco ſub anno die & menſe quibus ſupra: præſentibus ibidem pro teſtibus N. N. & N. in dicta ciuitate reſidentibus ad præmiſſa vocatis, habitis, & rogatis, & dicti dom. Decanus, ac duo, vel tres ex dictis dominis Capitularibus pro toto dicto Capitulo, ſuis hic ſe ſubſcripſerunt nominibus, &c. Vel fiat ſubſcriptio iuxta ſolitum fieri in dicta Eccleſia.*

[Aduerte quòd nouiſſimè Theodoſius de Rubeis *in ſingularib. Rotæ tom. 2. p. 2. circa ſtylum & obſeruantiam Rotæ verbo mandatum §. 1. pag. 69.* ex multis eiuſdem Rotæ deciſionibus tenet in ea fuiſſe ſæpe definitum mandatum ſpeciale requiri ad capiendam beneficij poſſeſſionem per procuratorem.]

CAPVT XVI.

Canonici, ſeu Dignitates, an & quando, & ſub qua pœna teneantur ſuſcipere Ordines annexos ſuis Canonicatibus, Dignitatibus, Officiis, vel Præbendis?

SVMMARIVM.

1 *Canonici qui in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis obtinent Dignitates, Perſonatus, Officia, vel Præbendas, quibus aliqui Ordines ſunt annexi, tenentur eundem Ordinem requiſitum intra annum ſuſcipere.*

2 *Præbendæ regulariter non habent Ordinem annexum, ſed poteſt illerum annexio ſtatuto, conſuetudine, vel inſtitutione fieri.*

3 *Canonicatus quando dicatur Sacerdotis.*

4 *Canonicus, qui eſt Sacerdos non ob id impeditur quin poſsit Præbendam Subdiaconalem retinere.*

[*Epiſcopus non poteſt cogere vt omnes Canonici efficiantur Sacerdotes. ibid.*

Epiſcopus debet cùm conſilio Capituli deſignare

deſignare quibus Canonicatibus quiſque ſacer Ordo annexus eſſe debeat.

5 *Promoti ad Dignitates, Perſonatus, Officia & Præbendas debent in ea ætate conſtituti eſſe, vt infra annum poſsint ad Ordinem requiſitum promoueri.*

6 *Canonicus Ordinem requiſitum ſuſcipiens ante legitimam ætatem non ſatisfacit ſuæ obligationi.*

7 *Annus de ſe promoueri faciendo ad ſacros Ordines computari debet à die habitæ poſſeſsionis, dummodo per prouiſum non ſteterit quominus antea poſseſsionem perceperit.*

8 *Beneficiarij, qui ad ſacros Ordines ſuis Dignitatibus, Perſonatibus, Officiis, vel Præbendis annexos ſe intra ſtatutum tempus promoueri non faciunt, quas pœnas incurrant, oſtenditur, & num. 9.*

10 *Prouiſus de Canonicatu habente annexum Ordinem ſacrum, qui eſt completæ ætatis, vt poſsit intra annum Ordinem requiſitum ſuſcipere, non habet vocem in Capitulo, ſed non perdit partem aliquam diſtributionum.*

11 *Beneficiarius ſi non promoueatur infra annum ad Ordinem requiſitum propter iuſtum impedimentum, adhuc percipit poſt annum integras quotidianas diſtributiones.*

12 *Diſpenſatus per Papam, vt non teneatur ſe promoueri facere, debet quotidianas diſtributiones percipere ac ſi promotus fuiſſet.*

13 *Priuatio dimidiæ partis diſtributionum, quam incurrunt Canonici, & alij intra annum requiſitos Ordines non ſuſcipientes, intelligenda eſt de iis dumtaxat diſtributionibus, quæ propriè, & ſtrictè diſtributiones quotidianæ dicuntur, non autem de extraordinariis.*

14 *Pœna priuationis dimidiæ partis diſtributionum, quam incurrunt Canonici requiſitos Ordines non ſuſcipientes, intrat quamuis reliqua dimidia pars, quæ ſupereſt, non ſufficiat ad ſuſtentationem Clerici.*

15 *Pœna priuationis dimidiæ partis diſtributionum, quam incurrunt Canonici requiſitos Ordines non ſuſcipientes, locum habet quamuis interſint Diuinis, & Officium recitent.*

16 *Conſuetudo non valet, quòd Canonici reſidentes dimidia diſtributionum non priuentur vbi intra annum non promouentur.*

17 *Beneficia obtinentes in Collegiatis Ecclecleſiis, quibus nullus ſacer Ordo eſt annexus, percipiunt diſtributiones, licèt nunquam Ordinem ſacrum ſuſcipiant.*

18 *Vocis priuatio in Capitulo intelligitur de voce actiua, quæ ſimpliciter vox dicitur.*

19 *Dignitatem cum Canonicatu, ſeu Portione ſimul habens, quibus eſt annexus Ordo diuerſus, an amittat vocem in Capitulo ſi non habeat vtrumque Ordinem, oſtenditur.*

20 *Canonicus ad requiſitos Ordines infra annum non promotus poteſt aliis pœnis etiam priuationis puniri præcedente ſolemnitate Concil.* ſeſſ. 22. de reform. cap. 4.

21 *Ordinarius an poſsit abſque Adiunctis procedere ad priuationem Canonicorum, eo quòd requiſitos Ordines infra annum non ſuſceperunt, oſtenditur.*

22 *Canonicatum, aut Dignitatem habentem ſacrum Ordinem ſuſcipientes ſine intentione illum aſſumendi an peccent mortaliter, & teneantur ad reſtitutionem, oſtenditur.*

II, qui in Cathedralibus, & Colle- 1
giatis Eccleſiis obtinent Dignitates, Perſonatus, Officia, vel Præbendas, quibus aliqui Ordines ſunt annexi, [prout ſuprà diximus *cap. 2. n. 28. cum ſeqq.*] tenentur eum Ordinem requiſitum intra annum ſuſcipere, vt expreſsè probat tex. *in Clem. 2. de ætate, & qualit.* innouatus per Concil. Trid. *ſeſſ. 22. de reformat. cap. 4.* quorum iurium verba infrà ſubnectam, *n. 8. & 9.* Monet. *de diſtribut. quotidian. parte 2. quæſt. 19. num. 3.* [Cardoſ. *in praxi iudic. verbo Canonicus num. 4.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo Canonia* §. 2. nouiſſimè Steph. VVeyms *in conſtit. 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas conſtit. 4. per tot. pag. 38. cum ſeqq.*]

Dixi, *quibus aliqui Ordines ſunt annexi,* 2
quia Præbendæ regulariter non habent Ordinem annexum, ſed poteſt illarum annexio ſtatuto, conſuetudine, vel inſtitutione fieri, poſt Abb. Rot. *deciſ. 421. num. 1. part. 1. re-*
cens. † [poſſunt enim Canonicatus, & alia be- 3
neficia, fieri Sacerdotalia non ſolùm primæua eorum inſtitutione, ſed etiam poſtea ex aliquo ſtatuto, vel conſuetudine, gloſ. *verb. ætatem ad fin. in cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6. & verb. annexi in d. Clem. 2.* Roch. de Curte *in tract. de iurepatr. verb. honorificum num. 21. verſ. poſtea.* Leſſius *de Iuſtit. lib. 2. cap. 34. dub. 19. n. 106. verſ. his adde,* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. cap. 1. num. 40. verſ. & alia, & num. 44. & 58.* nouiſſimè Ciatlin. *controu. forenſ. lib. 1. cap. 38. num. 6. & 7.* vbi *num. 9.* aduertit quòd Canonicatus dicitur Sacerdotalis, etiamſi expreſsè non dicatur oportere eſſe, vel fieri Sacerdotem, dummodo habeat

onus

onus Miſſarum, ſeu celebrandi certis diebus. Quod pariter intelligendum eſſe puto non ſolùm quando dicitur quòd Canonicus debeat celebrare, ſed etiam quando non arctatur abſolute ad celebrandum, ſed electiue, veluti ſi dicatur quòd teneatur per ſe, vel per aliũ ſui ſimilem celebrare, non enim id præſtat liberam Canonico electionẽ, vt fieri ſolet, ſed debet intelligi analogicè, vt ita demum Canonicus poſſit per aliud ſatisfacere oneri Miſſarum, ſiue ſolemnium, ſiue non ſolemnium, ſi iuſto aliquo impedimento fuerit detentus, vel infirmitatis, vel abſentiæ, ne ipſe valeat phyſicè per ſe adimplere, ſic enim iuſtum eſt, vt per ſubſtitutum ſeruiat, vt infrà probatur, *cap.* 31. *poſt num.* 4. nam dato quòd liceret Canonico per alium celebrare vigore alicuius ſtatuti, vel conſuetudinis, tamen hoc non facit ceſſare quin Canonicatus ſit Sacerdotalis, quod exinde conuincitur, quia etiam Curatus, quem annexum habere Ordinem Sacerdotij nemo ambigit, Leſſius *d. cap.* 34. *dub.* 19. *num.* 106. *verſ. his adde*, tamen per ſe & per alterum munus celebrandi adimplere poteſt, vt inquit Azori. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *q.* 2. *in princ.* dummodo id paſſim non faciat, & ad longum tempus, Poſſeuin. *de officio Curati, cap.* 2. *num.* 5.]

4 Canonicus, qui eſt Sacerdos, non ob id impeditur quin poſſit Præbendam Subdiaconalem retinere, Seraphin. *deciſ.* 924. *num.* 1. [& ſacra Congr. cenſuit *Epiſcopum non poſſe cogere vt omnes Canonici efficiantur Sacerdotes, ſed ſufficere quòd dimidia pars Canonicorum ſint Presbyteri, inter quos is ſit, qui prima Dignitate fulget, cæteri verò Diaconi, aut ſubdiaconi ſint*, Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Capitulum* §. 10. *& verb. Canonia* §. 2. niſi aliud ſeruetur, vt *ibi* §. 4. qui pariter Sacram Congregat. cenſuiſſe refert *Epiſcopum debere cum conſilio Capituli deſignare quibus Canonicatibus quiſque ſacer Ordo annexus eſſe debeat, non quibus Canonicis.* & *p.* 2. *verb. Capitulum* §. 1. eandem Sacram Congreg. protuliſſe aſſeruit *Epiſcopum ſolummodo teneri adhibere Capituli conſilium, & non conſenſum.* vide infrà *cap.* 42. *poſt num.* 20.]

5 Promoti igitur ad huiuſmodi Dignitates, Perſonatus, Officia, & Præbendas debent in ea ætate conſtitutos eſſe, vt infra annum poſſint ad Ordinem requiſitum promoueri, vt expreſsè habetur *in d. ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *verſ. nec alij, & ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 12. *verſ. neminem etiam deinceps*, & adnotarunt Zerol. *in praxi Epiſc. parte* 1. *verb. Canonici, verſ. ad* 2. Seraph. *deciſ.* 318. *num.* 5. Monet. *d. q.* 19. *num.* 9. vbi *num.* 10. ſubdit prouiſionem factam illi, qui hanc ætatem non habet, nullam eſſe, & irritam, vt apertè cauetur *d. cap.* 4. *in fine*, & diximus ſuprà *cap.* 13. *num.* 10.

cum ſeqq. † Nec ſufficit, quòd quis Ordinem 6
requiſitum ſuſcipiat ante legitimam ætatem, ne videatur ex delicto ſuo aſſequi, quod ſine illo non fuiſſet aſſequutus, ita Fr. Emm. *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 23. *art.* 12. nouiſſimè Fr. Hier. Roder. *in compend. quæſt. Regul. reſol.* 15. *num.* 24.

Verùm autem annus huiuſmodi computari 7
incipiat à tempore collationis factæ, an à die pacificæ poſſeſſionis, vidi ab aliquibus in dubium reuocari, ſed illud ad Sacram Congreg. Concilij delarum, ipſa tandem reſpondit prout ſequitur. *Die* 13. *Septembris* 1631. *Sacra Congregatio Cardinalium Concil. Trid. interpretum reſpondit annum de ſe promoueri faciendo ad Sacros Ordines computari debere à die habitæ poſſeſſionis, dummodo per prouiſum non ſteterit quominus antea poſſeſſionem perceperit. R. Card. Vbaldinus, Franc. Paulutius Sacræ Congregationis Conc. Secretar.* quam declarationem vidi authenticam, & originalem.

Contra huiuſmodi Beneficiarios, qui ad 8
Ordines ſuis Dignitatibus, Perſonatibus, Officiis, vel Præbendis annexos ſe intra ſtatutum tempus promoueri non faciunt, ſtat expreſſa diſpoſitio tex. *in d. Clem. vt ij* 2. *de ætat. & qualit.* cuius hæc ſunt formalia verba. *Ij verò, qui Dignitates, Perſonatus, Officia, vel Præbendas, quibus certi Ordines ſunt annexi, pacificè non obtinent in eiſdem Eccleſiis, vel obtinuerint in futurum, niſi (iuſto impedimento ceſſante) ad huiuſmodi Ordines ſe promoueri fecerint intra annum, ex tunc donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocem in Capitulo habeant earundem. Ipſis quoque diſtributionum, quæ dantur his, qui certis Horis interſunt, pars dimidia ſubtrahatur, non obſtantibus quibuſcunque conſuetudinibus, vel ſtatutis, pœnis aliis, quæ contra tales promoueri ad Ordines recuſantes, ſtatuuntur in iure, nihilominus in ſuo robore permanſuris.*

Innouatur à Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 22. *de re-* 9
form. cap. 4. his verbis. *Ij verò, qui Dignitates, Perſonatus, Officia, Præbendas, Portiones, ac quælibet alia beneficia in dictis Eccleſiis obtinent, aut in poſterum obtinebunt, quibus onera varia ſunt annexa, videlicet vt alij Miſſas, alij Euangelium, alij Epiſtolas dicant, ſeu cantent, quocunque ij priuilegio, exemptione, prærogatiua, generis nobilitate ſint inſigniti, teneantur, iuſto impedimento ceſſante, infra annum Ordines ſuſcipere requiſitos, alioquin pœnas incurrant iuxta Conſtit. Concilij Viennen. quæ incipit, Vt ij, qui, quam præſenti decreto innouat, cogántque Epiſcopi eos diebus ſtatutis dictos Ordines per ſe ipſos exercere, & cætera omnia officia; quæ debent in cultu Diuino præſtare ſub eiſdem, & aliis etiam grauioribus pœnis arbitrio eorum imponendis.*

Ex

10 Ex quibus Concilij Trid. decretis *primò* colligitur optimè cēſuiſſe Sacram Concilij Congregationem prouiſum de Canonicatu habente annexum Ordinem Sacrum, qui eſt completæ ætatis, vt poſſit intra annum Ordinem requiſitum ſuſcipere, non habere vocem in Capitulo, ſed non perdere partem aliquam diſtributionum, quæ dantur his, qui cæteris locis interſunt pro primo anno, infra quem ad Ordines poteſt ſe facere promoueri; elapſo verò anno ſi non fuerit ad Ordinem Sacrum annexum promotus, ſubtrahatur illi dimidia pars diſtributionum, nec habet vocem in Capitulo, licèt aliàs ſit in Sacris, ex quo non habet Ordinem requiſitum iuxta diſpoſitionem dictæ *Clem. vt ij*, iuncta gloſ. *verb. ex tunc*, ita refert Nicol. Garc. *de beneſ. p. 7. cap. 4. num. 26.* [vnde bene Monet. *de diſtrib. quotid. p. 2. cap. 19. num. 6.* reſoluit quòd ſi huiuſmodi clericus infra annum ad dictos Ordines requiſitos non promoueatur, non ideo beneficium ipſo iure amittit, prout de Parochiali Eccleſia ſtatutum fuit *in cap. licèt canon de elect. lib. 6.* ſed ſubtrahenda erit dimidia pars diſtributionum quotidianarum, vt *in d. Clem. vt ij.*] At ſi quis forte receptus fuerit antequam requiſitos Ordines ſit adeptus, ac poſtea monitus eos non receperit, denuntiari poterit Dignitate, beneficio, vel portione priuatus, ſecundùm ea, quæ aliàs fuerunt *in Concilio Conſtantienſi* ſtatuta *ſeſſ. 43. de diſpenſat.* & ſic declaraſſe Sacram Congreg. Concilij refert Stephan. VVeyms *citato loco num. 4.*]

11 *Secundò* colligitur, quòd ſi iſte obtinens huiuſmodi beneficium non promoueatur infra annum propter iuſtum impedimentum, quòd ex culpa, & voluntate ſua non prouenerit, putà quia toto illo anno ægrotauit, quia abſens erat Epiſcopus, neque commendaritias litteras habere potuit, vel eum Epiſcopus ordinare noluit, aut his ſimilia, prout exemplificat gloſ. *verb. iuſto impedimento, in cap. commiſſa, de elect. lib. 6.* ad quæ etiam exempla ſe remittit gloſ. *verb. impedimenta in d. Clem. vt ij*, adhuc percipiet poſt annum integras quotidianas diſtributiones; ratio manifeſta eſt, quia per eum non ſtat quin promoueatur propter iuſtum impedimentum, quod approbauit *d. Clem. 2.* ad effectum, vt euitentur pœnæ, de quibus ibi, inter quas eſt amiſſio dimidiæ partis diſtributionum poſt annum, ita Monet. *d. p. 2. q 19. num. 22.* vbi *num. 23.* poſt Borgaſ. *de irregular. & diſpenſat. tit. de in-*
12 *terpret. diſpenſat. num.* 25. ſubdit quòd † diſpenſatus per Papam, vt non teneatur ſe promoueri facere, ita debet quotidianas diſtributiones percipere acſi promotus fuiſſet, & hoc ipſum reſcripſit Sacra Congreg. negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita Archiepiſcopo Calaguritano, his verbis. *Congregationi datus eſt ſupplex libellus Ioannis Ferret. velle Amplitudinem tuam ei Canonicatum cum Præbenda, quæ iſtic obtinet, adimere ob eam cauſam, quòd intra annum non ſit promotus ad Sacros Ordines ex decreto Concilij, qui cùm tantummodo 18. annos, vt ab eo relatum eſt, natus ſit, neque per decretum Concilij ſeſſ. 23. cap. 12. ante 22. annum Sacris initiari poſſit, non videtur eſſe cogendus, vt niſi Sacros Ordines ſuſcipiat, Canonicatu priuetur, de quo Pontificias litteras expediunt. Itaque ſi res ita eſt, mandat tibi Sua Sanctitas, vt conſeruata iſti Ioanni poſſeſſione eum priùs non cogas ad Sacros Ordines promoueri, quàm ad 22. annos peruenerit.* refert Nicol. Garc. *de beneſ. par. 3. cap. 4. num. 17.* Quapropter nouiſsimè Sacra Congregat. Concil. *in vna Reatina* 13. *Septemb.* 1631. *& in Mediolanen. 6. Martij* 1632. cenſuit *Canonicum, qui propter defectum ætatis non potuit ordinari ad Sacros Ordines, & prouiſus fuit à Papa cum expreſſione ætatis, debere lucrari diſtributiones quotidianas ſi Choro interſit.*

Tertiò colligitur priuationem dimidiæ par- 13
tis diſtributionum, quam incurrunt Canonici, & alij intra annum requiſitos Ordines non ſuſcipientes, intelligendam de iis dumtaxat diſtributionibus, quæ propriè, & ſtrictè diſtributiones quotidianæ dicuntur, nempe quæ dantur iis, qui Horis, ſeu Officiis ordinariis interſunt, de quibus loquitur *dict. Clement.* 2. non autem de extraordinariis diſtributionibus, quæ dantur pro funeribus, ſeu anniuerſariis defunctorum, & aliis huiuſmodi, quæ largè, & generaliter diſtributiones dicuntur, vt contra Petr. Gregorium bene reſoluit Monet. *de diſtribut. quotidianis part. 1. quæſt. 3. num.* 12. Quod intellige niſi diſtributiones funeralium, ſeu anniuerſariorum ſint vnitæ cum Horis, nam tunc ſicut ille amitteret dimidiam partem diſtributionum Primæ, ita & anniuerſarij, ſeu Miſſæ Primæ, quæ ſimul cum Prima lucrifit, ita Nicol. Garc. *dicta part. 3. cap. 4. in addit. ſub num.* 15.

Quartò colligitur pœnam præfatam priua- 14
tionis dimidiæ partis diſtributionum intrare, quamuis relicta dimidia, quæ ſupereſt, non ſufficiat ad ſuſtentationem Clerici, ita gloſ. *verb. pars dimidia in d. Clem.* 2. quam ibi ſequuntur Paul de Eleazar. Ioann. de Lignano Card. *num.* 20. & Imol. *num.* 33. Monet. *d. p. 2. q. 19. num.* 20. ob eam præcipuè rationem, quam tradit *d. gloſ.* quòd ſibi prouidere poteſt, & hanc pœnam euitare per promotionem.

Quintò colligitur præfatam pœnam etiam 15
locum habere, quamuis iſte non promotus interſit Diuinis, & Officium recitet, vt apertè ſentiunt Doctores magis communiter *in d. Clem. 2. §. illi verò*, & in ſpecie Nau. *conſ. 8. num. 3. & 5. de Præbend.* Monet. *d. p. 2. q. 19. n.* 30.

Et

16 Et † non valet conſuetudo, quòd Canonici reſidentes huiuſmodi dimidia diſtributionum non priuentur, vbi intra annum non promouentur, vt ſingulariter tradit Roch. de Curte *in repet. cap. fin. de conſuet. ſect. 6. num. 39. in vlt. impreſſ.* quem refert Monet. *d. p. 2. q. 19. num. 5.*

17 *Sextò* colligitur obtinentes beneficia in Collegiatis Eccleſiis, quibus neque iure communi, neque ex conſuetudine, inſtitutione, aut ſtatuto annexus eſt aliquis Ordo, præſertim ſacer, obtinere poſſe, & percipere diſtributiones, licèt nunquam huiuſmodi Ordinem Sacrum ſuſcipiant, ſed ſimplices Clerici remaneant. Ita Monet. *d. p. 2. quæſt. 19. num. 27.*

18 *Septimò* colligitur priuationem vocis in Capitulo intelligendam videri de voce actiua, quæ ſimpliciter, & abſolutè vox dicitur, non autem de voce paſſiua. Ita Nicol. Garc. *d. p. 3. cap. 4. in addit. ſub num. 15.* quamuis Leſſi. *de Iuſtit. lib. 2. cap. 34. num. 105.* dicat, quòd qui negligunt Ordinem debitum intra annum ſuſcipere, amittunt vocem in Capitulo non ſolùm paſſiuam, ſed etiam actiuam.

[*Octauò* colligitur vt ſi diſpenſetur cum minore vt poſſit habere Parochialem, ſiue Canonicatum, cenſetur etiam diſpenſatum vt non promoueatur, vel requiſitum Ordinem ſuſcipiat intra annum, quia vna diſpenſatio ſine alia ſuſtineri non poteſt. Abb. *in cap. cùm in cunctis §. cùm verò, num. 9. de elect.* Sayr. *de cenſuris lib. 7. cap. fin. num. 14. & 21.* Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 1. num. 19.* Rota *deciſ. 327. num. 2. p. 2. recentiſſim. in poſthumu.*

Nonò colligitur optimè cenſuiſſe Senatum Pedemontanum apud Anton. Fabr. *in ſuo Cod. tit. de ſumma Trinit. diffinit. 72.* quod licèt regula de triennali poſſeſſore iuuet eum, qui non eſt promotus ad Sacros Ordines intra annum, ſi tamen non promotus iuſſus ſit ab Epiſcopo ſuo promoueri, nec paruerit, ſuccumbere debet non tantùm in petitorio, ſed etiam in poſſeſſorio, tametſi temporum licentia, vel ſuperiorum indulgentia per 30. aut 40. annos pacificè beneficium poſſederit.]

19 Sed eſt difficultas, an habens Dignitatem, & Canonicatum, ſeu Portionem ſimul, quibus eſt annexus Ordo diuerſus, v. g. Dignitari Presbyteratus, Canonicatui, ſeu Portioni Diaconatus, ſi non ſuſcipiat intra annum Ordinem vtriuſque tituli, quia non eſt ad Sacerdotium promotus, amittat omnino vocem in Capitulo competentē ratione vtriuſque, tam ratione Dignitatis, quàm Canonicatus, ſeu Portionis, etiamſi habeat Ordinem vnius, nempe Diaconatum? Et quidem quando vox ſolùm competit ratione Canonicatus, ſeu Portionis, certum videtur illam non amittere ſi habeat Ordinem illius, quamuis Ordinem Dignitatis, quam ſimul obtinet, intra annum non ſuſcipiat, nam cùm vox non competat ratione Dignitatis, non debet eam amittere ob non ſuſceptionem Ordinis ipſius Dignitatis. Difficultas verſatur quando vox competit etiam ratione Dignitatis ex conſuetudine, vel aliàs; & dicendum videtur non amittere omnino vocem, ſed ſolùm quoad Dignitatem, cuius Ordinem habet, nam in ſeparabilibus vtile per inutile non viciatur, *cap. vtile, de regul. iuris, in ſexto,* innixis reſolutis per me *de Axiomatibus iuris vſufrequentior. Axiom. 231. num. 2.* & pœnæ ſunt reſtringendæ, non autem amplianda, vt eſt vulgatum. Nihilominus tamen in prædicta difficultate verius videtur amittere vocem omnino ex *d. Clem. 2. §. ſi verò*, ibi, *nullo modo vocem in Capitulo habeant earundem*, nam illud vniuerſale negatiuum, *nullo modo*, excludit omnino vocem; diuerſum autem eſt in diſtributionibus, in quibus dicendum ſolùm amittere dimidiam partem earum, quæ dantur præcisè ratione Dignitatis, ſeu Præbendæ, cuius Ordinem non ſuſcepit, quia reſpectu diſtributionum, & priuationis earum non ſunt verba ita ampla, & vniuerſalia *in d. §. ſi verò*, quæ comprehendant diſtributiones Præbendæ, cuius Ordinem habet. Ita Nicol. Garc. *d. p. 3. cap. 4. in addit. ſub num. 23.*

Præterea talis ad requiſitos Ordines infra annum non promotus poterit aliis pœnis etiam priuationis puniri, vt colligitur ex *d. Clem. 2. in fine*, dum vult etiam alias pœnas in iure ſtatutas in ſuo robore permanere, & ita declarauit Sacra Congreg. Concilij Epiſcopo Patauino his verbis. *Canonici, qui Ordines ſacros debitos poſt monitionem ſumere recuſant, ab Ordinario priuari debent*; prout refert Nicol. Garc. *d. p. 3. cap. 4. num. 16.* Vnde datur intelligi priuationem ipſo iure non incurri, quia *d. cap. licèt canon. de elect. lib. 6.* ſolùm procedit in Parochialibus, ex gloſ. *ibi, verb. Parochialis.* Ita in his terminis Nicol. Garc. *d. cap. 4. à num. 10.* Monet. *d. q. 19. num. 6.* Squillante *de obligat. cleric. par. 1. num. 202.* Non licèt tamen Epiſcopo ad huiuſmodi priuationem procedere abſque ſolemnitate à Concil. *d. cap. 4.* requiſita, vt à Sacra Congregat. deciſum refert Garc. *in addit. ad d. tract. de beneſic. par. 3. cap. 4. num. 22.* 20

Vtrùm autem in Eccleſiis, vbi ſunt Adiuncti, de quibus in Concilio Trident. *ſeſſ. 25. de reſor. cap. 6.* poſſit Ordinarius abſque Adiunctis procedere ad priuationem Canonicorum ex prædicta cauſa, quòd Ordines ſuis Præbendis annexos non percipiunt? Poſſe procedere ſuſtinent Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 567. in 1. edit. aliàs reſol. 486. num. 2. & 3. in 2. edit.* Ludou. à Sarauia *de Iuriſd.* 21

Adiun

*Adiunctorum q.*18. Ego ipſe *de offic. Epiſcopi, par.* 3. *alleg.* 73. *num.* 12. Nicol. Garc. *d. c.* 4. *num.* 21. qui tamen *in addit. ſub num.* 22. poſt Ioann. Vel. *in tract. de modo procedendi in cauſis crimin. cap.* 1. *num.* 15. atteſtatur Sacram Congreg. cenſuiſſe non licere Epiſcopo ad priuationem procedere ob non ſuſceptos Ordines contra Canonicos ſuæ Eccleſiæ abſque ſolemnitate à Concilio dicto loco requiſita. Quid autem dicendum in Coadiutoribus, vide quæ diximus inf. *cap.* 29.

22 Sed quæſtio eſt dubia, an accipientes Canonicatum, aut Dignitatem habentem annexum Sacrùm Ordinem ſine intentione illum aſſumendi, peccent, & teneantur ad reſtitutionem; quidam cenſent eos peccare mortaliter, & ad fructuum reſtitutionem teneri, quia ratio diſpoſitionis text. *in cap. commiſſa, §. caterùm, de elect. lib.* 6. ibi, *cùm eos receperis fraudulenter*, militat etiam in hoc caſu, & dum ratio eſt in lege pœnali expreſſa ad alios caſus, in quibus illa militat, fit extenſio. Ita Gabr. *in 4. diſt.* 15. *q.* 8. *art.* 3. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 97. *num.* 55. Quintanad. *Eccleſiaſt. lib.* 4. *num.* 66. & dicit hanc ſententiam ſibi placere Nicol. Garc. *d. c.* 4. *ex num.* 37. Alij verò exiſtimant eos ſolùm peccare mort. non tamen teneri ad fructuum reſtitutionem, cùm diſpoſitio *d. cap. commiſſa, §. caterùm*, ſit odioſa, ac proinde ſine identitate, vel maioritate rationis non extendenda extra câſum ſuum, *l. interpretatione, ff. de pœnis, cap. pœnæ, de Pœnit. diſt.* 1. *cap. odia, de regul. iuris lib.* 6. Ita Sot. *de Iuſtit. lib.* 10. *q.* 5. *art.* 6. *col.* 2. *verſ. de aliis*, Nau. *in man. cap.* 25. *num.* 118. *& de horis Canon. cap.* 21. *à num.* 44. *vſque ad num.* 57. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 45. *num.* 13. *&* 14. Gutier. *Canon. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 24. Monet *d. q.* 19. *num.* 29. Ego verò has contrarias opiniones fœdere diſtinctionis componendas eſſe puto, vt ſcilicet *prima* intelligenda veniat de illis, qui recipiunt Canonicatus cum intentione non ſuſcipiendi Ordines illis annexos, vt interim ex illis fructus percipiant, & deinde eos relinquendi, vt *in d. cap. commiſſa, §. caterùm. Secunda* verò in recipientibus dictos Canonicatus cum intentione Ordines illis annexos non ſuſcipiendi dum fuerit eis permiſſum, nec eos aſſumere compellantur, iſti enim, etſi ratione intentionis non obſeruandi ius, nec eorum adimplendi obligationem peccent mortaliter, non tamē ad interim perceptorum fructuum reſtitutionem tenebuntur, quamuis de facto non fuerint promoti, ex quo non fuere coacti, cùm illos fraudulenter minimè receperint, vt *in d. §. caterum*. Colliguntur hæc ex Nic. Garc. *d. c.* 4. *num.* 41. & Squillante *de obligat. Cleric. p.* 1. *num.* 111. [me citato in hoc loco nouiſſimè Marchin. *de ſacram. Ordinis p.* 8. *tract.* 1. *c.* 1. *num.* 20.]

Capvt XVII.

Canonicus in Eccleſia Cathedrali, an & intra quod tempus teneatur Fidei profeſſionem emittere, & ſub quibus pœnis?

Svmmarivm.

1 *Prouiſi de Dignitatibus, & Canonicatibus in Eccleſiis Cathedralibus quomodo teneantur profeſſionem Fidei emittere, oſtenditur.*

2 *Formam profeſſionis Fidei emittendæ qui adducant, referuntur.*

3 *Profeſſionem Fidei faciens coram Vicario etiam Epiſcopo non impedito ſatisfacit conciliari diſpoſitioni.*

4 *Profeſſio Fidei, vt Epiſcopo præſente ſemel fiat in Capitulo ſatis eſt.*

5 [*Profeſſio Fidei poteſt fieri per Procuratorem.*]

6 *Profeſſio Fidei emittere tenentur Dignitates, & Canonici Cathedralium, ſiue ſint ſeculares, ſiue Regulares, & ſiue ſint ſubiecti, ſiue exempti, & num.* 7.

8 *Profeſſionem Fidei ſemel emittens tenetur eam iterum emittere in adeptione ſimilis Dignitatis, vel Canonicatus.*

9 *Prouiſus Sede Epiſcopali vacante tenetur emittere profeſſionem Fidei.*

10 *Prouiſus per obitum, ſiue per reſignationem, tenetur emittere profeſſionem Fidei.*

11 *Prouiſi de Dignitatibus, & Canonicatibus in Cathedralibus tenentur vltro ſe offerre ad profeſſionem Fidei emittendam.*

12 *Coadiutores Dignitatum, ſeu Canonicorum in Cathedralibus non tenentur durante coadiutoria Fidei profeſſionem emittere.*

13 *Portionary, & alij prouiſi de Capellaniis in Eccleſia Cathedrali non tenentur profeſſionem Fidei emittere.*

14 *Dignitates, & Canonici Eccleſiarum Collegiatarum non tenentur profeſſionem Fidei emittere.*

15 *Profeſſio Fidei emittenda eſt intra duos menſes ad minus à die adeptæ poſſeſſionis Dignitatis, vel Canonicatus in Cathedrali Eccleſia.*

16 *Profeſſionem Fidei etiam poſt duos menſes facere tenetur prouiſus de Dignitate, l Canonicatu in Cathedrali, quia ille terminus non eſt præfixus ad terminandam obligationem.*

17 *Prouiſo, qui non accepit poſſeſſionem, non*

currit terminus duorum menſium ad emittendam Fidei profeſſionem præſcriptus, quamuis per eum ſtet quominus illam accipiat.

18 *Prouiſus tenetur probare ſe feciſſe Fidei profeſſionem quando Ordinarius ſuper illa inquirit ex officio.*

19 *Profeſſio Fidei emiſſa creditur ſi pars dicat illam feciſſe dummodo collatio beneficij ſit decennalis.*

20 *Profeſſionem Fidei omittens peccat mortaliter, niſi per ignorantiam, ſeu inaduertentiam non fecerit, vt num. 21.*

22 *Fructuum amiſſionem incurrit, qui intra duorum menſium ſpatium à die captæ poſſeſſionis numerandum Fidei profeſſionem non emiſerit.*

23 *Profeſſio Fidei facta non proficit ad recuperandum fructus amiſſos poſt dictos duos menſes, ſed tantùm ad quærendum futuros.*

24 *Profeſſionem Fidei non emittens intra duos menſes minimè tenetur in conſcientia fructus ſic amiſſos reſtituere donec condemnetur, ſeu ſequatur ſententia declaratoria, contra citatos num. 25.*

26 *Diſtributiones quotidianæ ob non emiſſionem profeſſionis Fidei non amittuntur.*

27 *Fructus amiſſi ob non factam Fidei profeſſionem ſunt impendendi, vel in vſus pauperum, vel in fabricam Eccleſiæ.*

28 *Ordinarius non poteſt condonare fructus amiſſos ob non factam Fidei profeſſionem.*

29 *Profeſſionem Fidei omittens quoad fructus amiſſos retinendos non poteſt regula de annali ſe tueri, nec longiſſima poſſeſſio ei prodeſt, quoad fructus percipiendos quamdiu profeſſionem non emiſerit.*

30 *Profeſſionis Fidei omiſſio non excludit prouiſos, nec tollit omnino poſſeſſionem, ſed impedit illius effectum quoad fructuum perceptionem.*

31 *Poſſeſſio adepta per prouiſum, qui tenebatur facere Fidei profeſſionem eſt manutenibilis poſt tempus præfixum ad faciendam profeſſionem.*

32 *Poſſeſſores Dignitatum, vel Canonicatuum in Cathedralibus, qui non fecerunt Fidei profeſſionem intra duos menſes, iuuantur reg. de triennali ad effectum ne poſſint moleſtari ſuper titulum.*

33 *Canonici Cathedralium qui non fecerunt primam reſidentiam, nec Fidei profeſſionem emiſerunt, non poſſunt pro præſentibus haberi, licèt pro cauſis, & negotiis Capituli abſentes fuerint.*

34 [*Bulla Pij IV. ſuper forma iuramenti profeſſionis Fidei.*]

PRouiſi de Dignitatibus, & Canonicatibus in Eccleſiis Cathedralibus tenentur à die adeptæ poſſeſſionis ſaltem intra duos menſes, è manibus ipſius Epiſcopi, vel eius generalis Vicarij Orthodoxæ ſuæ Fidei publicam facere profeſſionem, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondere, ac iurare debent, idque etiam in Capitulo facere præcipiuntur. Ita ſtatuit Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. *verſ. prouiſi*, de quo agunt Doctores, quos plena manu retuli *de officio, & poteſt. Epiſcopi parte* 3. *alleg.* 61. quibus addo Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.* 1. *c.* 13. Viu. *in praxi iuriſpatr. lib.* 15. *cap.* 3. *ex num.* 23. *in vlt. impreſſ.* [nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.* 48. *à num.* 52.] Squillante *de oblig. Cleric. p.* 1. *ex num.* 86. [nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtit.* 24. *ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas conſt.* 3. *num.* 22. *pag.* 33.] † Formã verò dictæ profeſſionis 1
faciendæ ordinauit Pius IV. *in eius Conſtit. incip. Iniunctum, ſub dat. Idibus Nouemb.* 1564. quam referunt Quarant. *in ſumm. Bullarij, verbo Fidei profeſſio*, Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 26. *pag.* 540. Lauor. *var. lucubr. tom.* 1. *tit.* 4. *c.* 16. *num.* 41. & eſt in calce huius cap. 2

Satisfieri autem poteſt ſupradictæ Conciliari diſpoſitioni faciendo huiuſmodi profeſſionem coram Vicario etiam Epiſcopo non impedito, vt benè reſoluunt Nicol. Garc. *de benefic. parte* 3. *cap.* 3. *num.* 33. Filliuc. *in quæſt. moral. tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 6. *num.* 8. Squillante *d. parte* 1. *num.* 92. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *num.* 16. aduertentes verba illa Concil. Trid. *d. c.* 12. videlicet, *in manibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedito*, &c. ſolùm poni ad monitionem, & denotandum conuenientiùs eſſe eam facere coram ipſo Epiſcopo ceſſante impedimento. 3
† Nec eſt neceſſarium, vt profeſſio huiuſmodi priùs coram Epiſcopo, vel eius Vicario, poſtmodum coram Capitulo ſeparatim fiat, ſed ſi Epiſcopus adſit in Capitulo, ſatis eſt, vt Epiſcopo præſente ſemel fiat in Capitulo, vt cenſuit Sacra Congreg. Concilij *in vna Seguntina* 18. *Aprilis* 1590. relata per Garc. *de benefic. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 51. [& per Squillante *de obligat. cleric. p.* 1. *num.* 93. Marcel. Vulpe *in d. praxi cap.* 48. *num.* 56.] 4

Et non ſolùm per ſe, ſed etiam per Procuratorem habentem ſpeciale mandatum ſupradicti tenentur, & poſſunt huiuſmodi profeſſionem facere, vt rectè reſoluunt Nau. *conſ.* 4. *ſub num.* 2. *de ſumma Trinit. in antiquis, aliàs conſ.* 11. *de iureiur. in nouis.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. parte* 2. *tract.* 1. *cap.* 4. *poſt* 10. *concluſ. diffic.* 6. Azor. *inſtit. moral. parte* 2. *lib.* 7. *t.* 2. *quæſ.* 6. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *ver'.* 5

verb. Fidei profeſſio, Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1. lib.2. cap.5. num.7.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.8. cap.3. num.19.* Ricciul. *d.lib.1. cap.13. à num.21.* Viuian. *d. lib.15. cap.3. num.27.* Nouar. *in ſingularib. Canon. concl. 114. num.8. in fine*, latè & eleganter Maſſobr. *in tract. de Synodo Diœceſana cap.4. dub. 40. per tot. ſecundum Romanam impreſſ.* vbi pluribus, & validiſſimis fundamentis hanc ſententiam enixè pro me defendit, contrariis omnibus ſatisfaciens, Tamburin. *de iure Abbatum tom.1 diſput.8. quæſt. 3. num.11.* Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom.1. tit.4. cap.22. num.2.* Ferentill. *in annot. ad deciſ.* 522. Butatti *num.* 16. Ego ipſe *d. alleg. 61. n. 20.* nouiſſimè Homobon. de Bonis *in conſultationib. & reſponſ. quæſt. moral. parte 1. reſp.16. in fine.* Rot. *in Varmien. Canonicatus 13. Iunij* 1608. coram bonæ mem. Card. Sacrato, vbi etiam fuit dictum ſpeciale mandatum ad hoc cenſeri datum non ſolùm quando datur expreſſum ad faciendam Fidei profeſſionem, ſed etiam ex mandato ad capiendam poſſeſſionem Dignitatis, vel Canonicatus. Ratio eſt, quia neque Conc. Trid. neque Conſtit. Pij IV. de qua in fine huius cap. vtuntur verbis ſignificantibus perſonalitatē, & propterea ſuccedit reg. Quicunque poteſt aliquid facere per ſemetipſum poteſt illud facere per procuratorem, *l.1. ff. de procur. cap. qui per alium, & cap. poteſt quis, de reg. iuris lib.6.* tum quia id expreſsè colligi videtur ex *cap. optatum in fine*, 100. *diſt.* in illis verbis, *nec aliquem, qui hanc iureiurando firmaret, miſeris*, vbi Præpoſ. hoc expreſsè notat.

Contra *addit. ad d. conſ. Nauarr.* 11. Gonzal. *ad regul.8. Cancell. §.7. proœm. num.169. verſ. ſimiliter*, Squillante *d. par.1. num.91.* Vgolin. *de offic. Epiſcopi cap.50. §.16. num.1.* Nicol. Garc. *de benefic. part.3. cap.3. num.75.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.166. num.22.* [nouiſſimè Stephan. VVeyms *citato loco.*] Fr. Sigiſmund. à Bononia Capuccin. *de elect. dub.* 50. *num.* 3. nimis acriter hanc partem ſuſtinentem, exiſtimantes abſque bono fundamento hanc Fidei profeſſionem debere fieri per ſemetipſum, adeò vt non ſufficiat fieri per procuratorem, quorum fundamentis ſigillatim reſpondet latiſſimè Maſſobr. *dicto dub.* 40. vide illum, quæſo, quia non te pœnitebit.

6 Amplia *primò* Dignitates, & Canonicos Cathedralium Fidei profeſſionem emittere teneri, ſiue ſint ſæculares, ſiue Regulares, vt per Nicol. Garc. *d.p.3. cap.3. num.16.* Ricciul. *d.lib.1. cap.13. num.13.* metipſum *d. alleg.* 61. *num.*6. Homobon. de Bonis *in conſultationibus, & reſponſis quæſtionum moral. p.1. reſp.16. verſ. reſpondit etiam*, vbi refert pro hac parte Fr. Emman. Molfeſ. & Laymann. [Circa tamen Prælatos Regulares aduertere oportet Conſtitutionem Pij IV. de qua *in fine huius cap.* illos obligantem ad profeſſionem Fidei, in vſu non fuiſſe receptam in aliquibus Religionibus, vt per Hieron. à Sorbo *in annot. ad compend. priuileg. tract. profeſſio Fidei num.* 3. Villalob. *in ſum. tom.2. tract.1. diffic.6. num.* 3. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1. lib. 2. cap. 5. num.3.* Sigiſm. à Bononia *de elect. p.1. cap.7. dub.50.* Aſcani. Tamburin. *de iure Abbatum tom.1. diſp.8. q.3. num.3.* Diana *reſolut. moral. tract.2. de dub. Regular. reſol.78.*]

Secundò amplia, ſiue ſint ſubiecti, ſiue exempti, Nau. *conſ. 1. de ſumma Trinit. in antiq. aliàs conſ.9. de iureiur. in nouis*, Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. de ſumma Trinit. deciſ.1. in fine*, Petr. de Ledeſma *in ſum. par.2. tract.1. cap.4. diffic.* 9. Nicol. Garc. *d. cap. 3. num. 21.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. collect.579. ampl.1.* Vgolin. *d. §.16. num.2.* Sanch. *d. cap.5. num.2.* Ricciul. *d. lib. 1. cap. 13. num. 14.* Ego ipſe *d. alleg.61. num.5.* 7

Tertiò amplia in eo, qui ſemel emiſit Fidei profeſſionem in ademptione alterius ſiuulis Dignitatis, vel Canonicatus, vt per Azor. *d. par.2. lib.7. cap.2. q.8.* Vgolin. *d. §. 16. in princ.* Nicol. Garc. *d. cap.3. num.17.* Squillante *d.p.1. n.90.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub 8. cap. 3. n.20.* Ricciul. *d. lib.1. cap.13. n.19.* Sigiſm. à Bononia *d dub.50. num.4.* Lauor. *d. tit.4. c.22. num.5.* Tamburin. *d. q. 3. num.* 8. Ego ipſe *d. alleg.61. num.* 8. Contra Sanch. *d. lib.2. cap.5. num.6.* [quia ille, qui fuit Canonicus, & poſtea Canonicatum dimiſit, præſtito iuramento adſtrictus non remanet, immo ſi Canonicus denuo ibi efficiatur, iterum iurare tenetur, *cap. venerabilem, de elect. cap. ex inſinuatione, de ſimonia.* Federic. de Senis *conſ.* 264. *num.6.* Marcheſ. *de commiſſionib. p.3. §. 2. de commiſſ. relaxationis iuramenti ad effectum agendi num.* 79. *pag.* 219.] 8

Quartò amplia etiam in prouiſo Sede Epiſcopi vacante, Nicol. Garc. *d. cap. 3. num. 24.* Squillante *d. par.1. n.94.* Ricciul. *d. lib.1. cap. 13. num.* 15. Ego ipſe *d. alleg. 61. num.* 17. & 18. qui etiam reſoluunt non ſufficere facere huiuſmodi profeſſionem coram Capitulo, ſed coram eius Vicario. 9

Quintò amplia ſiue ſit prouiſus per obitum, ſiue per reſignationem, Flam. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.3. q.9. in princ.* Ricc. *d. lib.1. c.13. n.17.* 10

Sextò amplia vt prouiſi teneantur vltrò ſe offerre, adeò vt non requiratur de neceſsitate monitio ad faciendam profeſsionem, Nicol. Garc. *d.c.3. n.19. & 20.* Ricciul. *d. cap.13. n.18.* 11

Limita *primò* in Coadiutoribus Dignitatum, ſeu Canonicorum durante coadiutoria, Nicol. Garc. *de benefic. part. 4. cap. 5. num.76.* Sarauia *in tract. de iuriſdict. Adiunctor. q. 29. num.37.* Ego ipſe *d. alleg. 61. num.* 13. 12

Limita *ſecundò* in Portionariis, & aliis prouiſis de Capellaniis in Eccleſia Cathedrali, 13

Nicol.Garc. d.p.3.c.3.n.13.Sanch. d. cap.5.ſub
num.1.Ricciul.d.cap.23.num.57.

14 Limita tertiò in Dignitatibus, & Canoni-
catibus Eccleſiarum Collegiatarum, quia de
prouiſis tantùm in Eccleſiis Cathedralibus
loquitur Concil. Trident. d. cap.12.verſ. pro-
uiſi, ita Nicol.Garc. d. cap.3. num.13. Ricciul.
d. cap.13.num.56. Squillante d.par.1.num.89.
Ego ipſe d. alleg. 61. num. 15. contra Zerol.
in praxi Epiſcop.part.1. verb. beneficium, §. 5.
dicto 4. & Vgolin. d. §. 16. num. 3. exiſtiman-
tes Dignitates Eccleſiaſticas Collegiatarum
teneri Fidei profeſſionem emittere.

15 Hæc Fidei profeſſio emittenda eſt intra
duos menſes ad minus à die captæ poſſeſſionis
Dignitatis, vel Canonicatus in Cathedrali
Eccleſia, vt ſtatuit Concil. Trident. citato loco,
cuius meminit Tamburin. d. quæſt. 3. num. 9.
16 Si † verò intra præfatum tempus non fiat, non
ob id facere debens ſolutus remanet ab obli-
gatione illam in poſterum emittendi, ſed ni-
hilominus ſemper ad eam faciendam tene-
tur; quia terminus duorum menſium à Con-
cilio aſſignatus non eſt præfixus ad remitten-
dam, ac terminandam obligationem, ſed ad
differendam pœnam; ita Fr. Emman. in ſum.
tom.1.cap.119. num.7. Petr.de Ledeſma d.cap.
4.poſt 10. concluſ.differ.3. Azor. d.part.2. lib.7.
cap.2.quæſ. 5. Nicol.Garc. d.par.3. cap.3.num.
29. Aloyſ. Riccius in deciſ. Curia Archie-
piſc. Neapol. deciſ.220. num. 4. part.1. Ricc.
d.lib.1. cap. 13. num. 37. Squillante d. part.1.
num.96. Lauor. var. lucub.tom.1.tit.4.cap.22.
num 6. Tamburin. dicta quæſtion. 3. num. 9.
Ego ipſe d. allegat. 61. num.22.

17 Qui quidem terminus duorum menſium
datus ad faciendam poſſeſſionem non currit
prouiſo, qui non accepit poſſeſſionem, quam-
uis per eum ſtet quominus illam accipiat, vt
tenet Nicol.Garc. d.cap.3. num.32. quem re-
fero ego ipſe d.alleg.60.num.25. addo Ricciul.
d.cap.13.num.50. vbi num.62. dicit quòd ad
effectum, vt incipiant currere prædicti duo
menſes, non ſufficit fuiſſe adeptam poſſeſſio-
nem, ſed requiritur poſſeſſio pacifica, & num.
63. ſubdit quomodo poſſeſſio dicatur pacifi-
18 ca. † Tenetur autem probare prouiſus ſe fe-
ciſſe Fidei profeſſionem quando Ordinarius
ſuper illa inquirit ex officio, vt tenent Nicol.
Garc. d.p.3.num.48. cum ſeqq. Ricciul. d. cap.
19 13. num. 40. † Quam Fidei profeſſionem
emiſſam credi ſi pars dicat illam feciſſe dum-
modo collatio beneficij ſit decennalis, re-
ſoluunt Campan.d.cap.3. à num.24. Aloyſ.Ric-
cius in praxi fori Eccleſ. deciſ.681. in 1. edit.
aliàs reſol. 580. in 2.edit. Ego ipſe d. allegat.
61.num.21.

20 Omittens Fidei profeſſionem peccat mor-
taliter, quia Concil. Trident. citato loco, vtitur
grauibus verbis, & infert grauem pœnam. Ita
Petr.de Ledeſma d. tract. 1. cap.4.concl.10. Fr.
Emman.d.cap.119.n.7. Nicol.Garc. d.cap.3.n.
65.in fine. Squillante d.p.1. n.95. Sanch. d. lib.2.
cap.5.ante n.2. Ricciul. licèt dubie, d.lib.1.cap.
16.n.1. nouiſſimè Homobon. de Bonis in con-
ſultation. & reſpōſis quæſtion.moral.p.1.reſp.16.

Verùm ſi per ignorantiam, incogitantiam, 21
ſeu inaduertentiam non fecerit illam, peccare
mortaliter non videtur, cum bona fide legem
humanam tranſgrediens mortale peccatum
non committat, ita Nau. conſ. 2. de ſumma Tri-
nit. in antiq. aliàs conſ. 12. de iureiurand. in
nouis, Sayr. in floribus deciſ. ſub illo tit. de ſum-
ma Trinit. deciſ. 3. Flamin. Pariſ. de reſignat.
benefic.lib.10. quæſt. 9. num.8. cum ſeqq. Azor.
dict.part. 2. lib.7. cap.2. quæſ. 2. Proſp.de Au-
guſtino in addit. ad Quarant. in ſumma Bulla-
ry, verb. beneficiorum poſſeſſio litt.B.verſ.inter
alia, Molin. de Iuſtit. tract.4. diſput.71. num.
8. Squillante dict. par. 1. num. 100. Sanch. d.
cap.5. n.13. Anton. Ricciul. latè diſtinguens
dict.lib.1. cap. 13.num.43. Ego ipſe dict. alle-
gat. 61. num. 29. & me citato in illo loco Ho-
mobon. de Bonis de examine Eccleſ. tract. 15.
cap. 8. q.25.reſol. 1. & 2. & d.p.1. reſp.16.[no-
uiſſimè Marcel.Vulpe in d.praxi cap.48.n.55.]

Vltra peccatum incurrit quoque fructuum 22
amiſſionem qui intra duorum menſium ſpa-
tium à die captæ poſſeſſionis Canonicatus nu-
merandum Fidei profeſſionem non emiſerit,
vt idem Concil. Trid. d. cap. 12. ſtatuit, quòd
quidem intelligitur de fructibus decurſis poſt
lapſum duorum menſium, non verò de decur-
ſis in ipſis duobus menſibus, vt cum Nicol.
Garc. d.par.3. cap. 3. num. 39. reſoluo d. alleg.
61. num. 23. † Et profeſſio exinde facta non 23
proficit ad recuperandum fructus amiſſos
poſt dictos duos menſes, ſed tantùm ad quæ-
rendum futuros, ſecundùm Nau. d. conſ. 4.
aliàs conſ. 11. num. 3. Flamin. Pariſ. d. lib. 10.
q. 9. num. 12. & ſeqq. Nicol. Garc. d. cap. 3.
num.30. Ricciul. d cap.13.num.39. Squillante
d.par. 1. num. 97. Ego ipſe dict. alleg. 61. num.
23. Rot. in Oueten. mercedis 12. Decembris
1605. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino
Decano, impreſſa poſt tract. Moneta de diſtrib.
quotid. quod intelligitur niſi ſibi gratioſè per
S. Congregat. remittantur, nam Angelo
Conſtantino Cathedralis Eccleſiæ Tuſcanēſis
Primicerio fructus omnes ſui Primiceriatus,
quos ob non emiſſam Fidei profeſſionem non
fecit, Sacra Congreg. Concil. auctoritate ſibi
tributa benignè remiſit, & condonauit, mo-
dò tamen Fidei profeſſionem iuxta formam à
fel. rec. Pio IV. præſcriptam tunc emiſerit, &
aliquid eleemoſynę arbitrio ſui Cōfeſſarij pau-
peribus Chriſti erogauerit, die 5. Martij 1614.

Non tenetur tamen in conſcientia fructus 24
ſic amiſſos reſtituere donec condemnetur,
ſeu ſequatur ſententia declaratoria, ita Nau.
conſ.3.

conſ.3. num.1. de ſum.Trin. in antiq. aliàs conſ. 12.num.1.de iureiur.in nouis, Fr.Emman.*quaſt. Regul.tom.2.q.72. art.3.* Sanch. *d. cap.5.num.* 10. Ego ipſe *d. alleg.* 61. *num.* 28. aſſerentes decretum Concilij *in d. cap.* 12. eſſe pœnale, ac proinde etiamſi pœnam ipſo iure irroget, non obligare in foro conſcientiæ.

25 Contra Azor. *d.c.2.q.1.in fine*, Nicol. Garc. *d. cap.3. num.* 35. Petr. de Ledeſma *d. tract.1. cap.4. concluſ.10. diffic.1.* Vgolin. *d.§.16.n.4.* Squillante *d.p.1.num.98.* Ricciul. *d.cap.13.n.* 43. exiſtimantes intra dictos mêſes Fidei profeſſionem non emittentes, ita fructus ſuos non facere, vt in conſcientia teneantur illos reſtituere, etiã aliqua ſcientia non interueniente.

26 Hæc ſuperius reſoluta rectè procedunt in fructibus, non autem in diſtributionibus quotidianis, quæ ob omiſſionem profeſſionis Fidei minimè amittuntur, cùm dentur ratione miniſterij, & ſeruitij perſonalis, [& propriè loquendo fructuum nomine non veniant, neque corpus beneficij augeant, vt *in cap.28.num.6. cum ſeqq.* dictum eſt: quare] ſic docent, deciſúmque referunt Azor. *d.c.2.q.3.* Gonzal. *ad reg.8.Cancel.§.2.proœm.n.17.in 1.edit.aliàs §.6.proœm.n.170.* Aloyſ. Ricc. *in collect.dec.p.5. collect.* 1451. *verſ. infertur ſextò, & in deciſ. Curia Archiep.Neapol. deciſ.112.par.4.* Galet. *in margarita caſuum Conſcient. verb.profiteri. num.2.* Monet. *de diſtribut. quotid. part.2. q.19.n.* 39. Vgolin. *d.§.16. num.5.verſ.ſecundo,* Proſp. de Auguſtino *citato loco*, Stephan.Gratian. *diſcept.forenſ.cap.166.n.22.* Nicol. Garc. *d.cap.3.n.60.* Campan. *d.cap.3.n.18.* Ricciul. *d. lib.1.c.13.num.51.* nouiſſimè Steph. VVeyms *citato loco.* Squillante *d.par.1. num.99.* Nouar. *in ſingul.Canon.concluſ.115.num.3.* vbi *num.* 5. quòd nec amittunt anniuerſaria defunctorum, Rot. *in Varmien. Canonicatus* 28. *Aprilis, &* 13.*Iuny* 1611. coram bonæ mem. Cardin. Sacrato, & aduertit Ricciul. *d. cap.13. num.* 55. quòd quando beneficium, ſeu Canonicatus, aut Dignitas, non haberet aliquos fructus, ſed emolumenta omnia conſiſterent in diſtributionibus quotidianis, tunc vt pœna adiecta per Concil. *d. cap.* 12. poſſit in aliquo verificari, debet intelligi de diſtributionibus.

27 Cui autem ſint aſſignandi, & applicandi fructus amiſſi ob non factam Fidei profeſſionem, cùm id Concil. non determinet, dubitari ſolet, ſed eos eſſe impendendos, vel in vſus pauperum, vel in fabricam Eccleſiæ ſicut fructus eorum, qui non reſident, per *cap.1. verſ. ſi quis autem, ſeſs.23.de reform.* aſſerunt Azor. *d.cap.2.quæſ.3.* Vgolin. *d.§.16.num.4.in fine,* Sanch. *d. cap. 5.num.10.ad fin.* Nouar. *d.concluſ.115.num.9.* & loquentes de Parocho firmarunt Fuſch. *de viſitat. lib.2.cap.13.num.* 4. Læl. Zech. *de benefic. & penſion.cap.13.num.* 4. *verſ.quod ſi Paſ. chiales*, Flamin. Pariſ. *d.lib.* 10. *quaſt.9. num.123. & ſeqq.* Nicol. Garc. *d. parte 5. cap. 3. num.* 36. vbi *num.* 30. ſubdit quòd in Dignitatibus habentibus fructus diſtinctos, & ſeparatos à menſa Capitulari videtur amiſſos ob non factam Fidei poſſeſſionem eſſe reſtituendos, & applicandos fabricæ Eccleſiæ quatenus indigeat, aliàs alteri pio loco arbitrio Ordinarij, per *cap.3. ſeſs.*31: *de reform.* refero ego ipſe *d. alleg.* 61. *num.* 31. vel Cameræ Apoſtolicæ, iuxta diſpoſitiones, hac de re editas.

28 Ordinarius non poteſt condonare huiuſmodi fructus amiſſos ob non factam Fidei profeſſionem, quia ille minimè poteſt remittere pœnam inflictam à Concilio, niſi in caſibus ibi expreſſè permiſſis. Ita Nau. *conſ.3.num.* 1. *de cleric. non reſid.* Nicol. Garc. *d.cap.3.num.* 53. Ego ipſe *d. alleg.* 61. *num.* 32. Neque ante Fidei factam profeſſionem prouiſus poteſt haberi pro præſente a Capitulo, ſecundùm Nicol. Garc. *d. cap.3. num.* 50. Rot. *in d. Oueten. mercedis.* Ricciul. *d.lib.1.c.16.num.8.* vbi *num.* 9. declarat, niſi fortè hoc factum fuiſſet ex indulto Apoſtolico non ſolùm explicitè concedendo, vt poſſit percipere fructus ante factam Fidei profeſſionem, ſed etiam implicitè, nempe ſi pauló poſt prouiſionem concedatur ſibi indultum de percipiendis fructibus in abſentia.

29 Quoad iſtos fructus, vt ſuprà amiſſos retinendos non poteſt Fidei profeſſionem omittens regula de annali ſe tueri, nec longiſſima poſſeſſio ei prodeſt quoad dictos fructus percipiendos quamdiu profeſſionem non emiſerit, ſicut reſoluunt Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. libro 8. quaſt. 9. num.* 122. Nicol. Garc. *d. cap. 3. num.* 34. Fr. Emman. *in Sum. tom. 1. cap. 119. num.* 7. Proſper. de Auguſtino *vbi ſupra, litt. B. in fine*, Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia* Archiepiſc. Neapol. *deciſ.* 220. *num.* 11. *parte* 1. Anton. Ricciul *d. lib.1.cap.16. num.13.* [nouiſſimè Marcel. Vulpe *in d.praxi cap.48.num.54.*] Ego ipſe *d.alleg.* 61.*num.*26.

30 Circa titulum, & proprietatem ſciendum eſt profeſſionis Fidei omiſſionem non excludere prouiſos, nec tollere omnino poſſeſſionem, ſed impedire illius effectum quoad fructuum perceptionem. Ita Nau. *conſ.5.in antiq. aliàs 3.in nouis, de verbor.ſignif. & conſ.7. & 8. de iureiur.* Flamin. Pariſ. *de reſign.benef.lib.8.q.9.n.122.* Sayr. *in floribus deciſ.ſub illo tit. de verbor.ſignif.deciſ.6.* Sanch. *d.lib.2.c.5.n.10.* Azor. *d.c.2.q.3.* Vgolin. *d.§.16.n.4.* Campan. *d.rub.8. c.3.n.17.* Ricciul. *d.lib.1.c.16.n.10.* Ferentill. *in annotat.ad deciſ.122.* Buratti *n.17.* [nouiſſimè Marcel. Vulpe *d.cap.48. n.54.verſ.quod verò.*] Ego ipſe *d. allegat.* 61. *n.* 26. Rot. *in Varmien. Canonicatus* 28. *Aprilis. &* 13. *Iuny* 1608. *&* 4. *Februariÿ* 1611. coram bonæ mem. Card. Sacrato, vbi fuit reſolutum † poſſeſſionem 31

adeptam per prouiſum, qui tenebatur facere Fidei profeſſionem, eſſe manutenibilem etiam poſt tempus præfixum ad faciendam poſſeſſionem, & *in Tiburtina Parochialis 27. Iunij 1629.* coram R.P.D. meo Pirouano, vbi quòd ita cenſuit Sacra Congregatio eiuſdem Con-
32 cilij interpres in illa cauſa. Et ideò † tales poſſeſſores iuuari regul. de triennali ad effectum ne poſſint moleſtari ſuper titulum, tenent Flamin. Pariſ. *d. lib. 10. quæſt. vlt. num. 4. & ſeq.* & Sanch. *d. cap. 5. num. 9.* ac Ricciul. *d. cap. 16. num. 12.*

33 Canonici Cathedralium, qui nondum fecerunt primam reſidentiam, nec Fidei profeſſionem emiſerunt, non poſſunt pro præſentibus haberi, licèt pro cauſis, & negotiis Capituli abſentes fuerunt. Ita ex ſententia Sacræ Congregat. Garc. *d. parte 3. cap. 3. num. 52.*

[Bulla Pij Papæ IV. felic. record. ſuper forma iuramenti profeſſionis Fidei.

34 P*IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum nobis Apoſt. ſeruitutis Officium requirit, vt ea, quæ Dominus omnipotens ad prouidam Eccleſiæ ſuæ directionem Sanctis Patribus in nomine ſuo Congregatis Diuinitus inſpirare Dignatus eſt, ad cuius laudem & gloriam incunctanter exequi properemus. Cum itaque iuxta Concilij Trid. diſpoſitionem omnes, quos deinceps Cathedralibus, & ſuperioribus Eccleſiis præfici, vel quibus de illarum Dignitatibus, Canonicatibus, & aliis quibuſcunque beneficiis Eccleſiaſticis curam animarum habentibus prouideri contingat, publicam Orthodoxæ Fidei profeſſionem facere, ſeque in Romanæ Eccleſiæ obedientia permanſuros ſpondere, & iurare teneantur. Nos volentes etiam per quoſcunque, quibus de Monaſteriis, Conuentibus, domibus, & aliis quibuſcunque locis Regularium quorumcunque Ordinum etiam Militiarum, à quocunque nomine, vel titulo prouidebitur, idem ſeruari, & ad hoc, vt vnius eiuſdem Fidei profeſſio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaque & certa illius forma, cunctis innoteſcat, noſtræ ſolicitudinis partes in hoc alicui minimè deſiderari formam ipſam præſentibus annotatam publicari, & vbique gentium per eos ad quos ex decretis ipſius Concilij, & alios prædictos ſpectat, recipi & obſeruari, ac ſub pœnis per Concilium ipſum in contrauenientes latis iuxta hanc, & non aliam formam profeſſionem prædictam ſolemniter fieri auctoritate Apoſtolica tenore præſentium diſtrictè præcipiendo mandamus, huiuſmodi ſub tenore.*

Formula profeſſionis Fidei.

Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & ſingula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo ſancta Romana Eccleſia vtitur, videlicet. Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium, & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, deſcendit de cælis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, & Homo factus eſt, crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas, & aſcendit in Cælum, ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis: & in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit, qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur: qui loquutus eſt per Prophetas, & vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma, in remiſſionem peccatorum, & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſeculi. Amen. Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector. Item ſacram Scripturam iuxta eum ſenſum quem tenuit, & tenet ſancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum

Scriptu

Scripturarum admitto, nec eam vnquam niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe verè & propriè ſacramenta nouæ legis à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licèt non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum Omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia & ſingula, quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in Sacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro viuis, & defunctis, atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, & realiter, ac ſubſtantialiter corpus & ſanguinem vnà cum anima, & Diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam conuerſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat: fateor etiam ſub altera tantùm ſpecie totum atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis iuuari, ſimiliter & ſanctos vnà cum Chriſto regnantes venerandos atque inuocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandos firmiſſimè aſſero, imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nomen aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam, indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fu:ſſe, illarumque vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe, affirmo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſco, Romanoque Pontifici B. Petri Apoſtolũm Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac iuro. Cætera item omnia à ſacris Canonicis, & œcumenicis Conciliis, ac præcipuè à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor: ſimulque contraria omnia atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reiicio, & anathematizo. Hanc verò Catholicam Fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam, vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè (Deo adiuuante) retinere & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. ſpondeo voue, ac iuro, ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Volumus autem quòd præſentes litteræ in Cancellaria noſtra Apoſt. de more legantur, & vt omnibus facilius pateant in eis quinterno deſcribantur, atque etiam imprimantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1564. Idibus Nouembris, Pontificatus noſtri anno quinto.

FEDERIC. Card. CESS.IVS.

CÆSAR GLORIERIVS.]

Capvt XVIII.

Canonici Eccleſiarum Cathedralium, vel Collegiatarum, an & quomodo ſe præcedant in Eccleſia, Choro, & proceſsionibus, ac aliis actibus ratione Ordinis, vel ſecundùm tempus prouiſionis, ſeu admiſsionis?

SVMMARIVM.

1 *Præcedentia ſecundùm vnam ſententiam debetur Canonicis, & Magiſtratibus qui priores in poſſeſſione apprehendenda fuerunt.*

2 *Senator, ſeu Magiſtratus ex pluribus ad idem Officium eodemmet tempore creatis, ille præferri debet, qui maioribus qualitatibus, ſeu prærogatiuis decoratus reperitur.*

3 *Prærogatiuam tenet inter alios creatos eodemmet tempore ad Magiſtratum qui ex alio aſſumptus fuit.*

4 *Doctoratus gradum prius accipiens præferri debet ille, qui poſtea eum aſſumpſerit, & quid ſi eodem tempore ſint Doctores creati, vel vnus in vtroque iure ſit factus.*

5 *Præcedentia datur illi qui primus fuerit nominatus in litteris creationis.*

6 *Prærogatiuæ cauſa eſt ſi quis ediderit aliquem librum.*

7 *Paternis meritis ſi quis fulgeat, prærogatiuam habet.*

8 *Canonici præcedunt inter ſe ſecundùm tempus datæ prouiſionis, & gratiæ ſibi factæ.*

9 *Canonicis ratione maioris Ordinis præcedentiam alij concedunt.*

10 *Cardinales licèt ſint pares officio, Presbyteri Cardinales præferuntur Diaconis Cardinalibus.*

Expenduntur tex. in cap. præcipimus, fin. 93. diſt. & in cap. ſtatuimus, de maior. & obed.

11 *Canonicus Doctor an præcedat incedendo alios Canonicos.*

12 *Canonicus qui præuenit in apprehendenda poſſeſſione, & antiquiore receptione, debet aliis præcedere in ſtallo, voce, optione, & cæteris prærogatiuis.*

Præcedentia honor datur antiquiori Canonico propter eius maiora onera, & ſeruitia, quæ in Eccleſia ſubit. ibid.

Et procedit ſi in Eccleſia ſit conſuetudo, & Præbendæ non ſint diſtinctæ in Presbyterales, Diaconales, & ſubdiaconales, vel omnes Canonici ſint actu Presbyteri. ibid.

13 *Impedimentum perſtans ne quis poſseſsionem adipiſcatur, in eius tantum præiudicium pro capta habetur quoad præcedentiam, non ſic in præiudicium tertij.*

14 *Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ de Canonicatu ſibi à Papa collato obtinens, ſi ea capta, & in ſe translata, & ceſſa per Commiſſarium Cameræ poſt aliquos annos ad Cathedralem accedat, vt ſuo Canonicatui inſeruiret, debet ſedere, & incedere ante alios Canonicos, qui de nouo poſt poſſeſſionem captam nomine Cameræ hoc medio tempore poſſeſſionem ingreſsi ſunt.*

15 *Canonicus aliquis ſi poſt adeptam poſſeſſionem omni iure Collegij priuetur, & deinde reſtituatur, non recuperat primum locum.*

16 *Canonicus, qui Canonicatum dimiſit, & alium in eadem Eccleſia impetrauit, locum vltimi Canonicatus obtenti habere debet.*

17 *Canonicus, qui Canonicatum permutauit, ſi ad eundem Canonicatum redierit, quia permutatio effectum non habuit, debet habere locum, & ſtallum antiquum.*

18 *Rediens ad ſuum Canonicatum vigore regreſſus, recuperat locum, & ſtallum antiquum.*

19 *Regreſſus conceſſio operatur reſtitutionem tituli, non autem tranſlationem.*

20 *Regreſſu obtento ad beneficium dicitur conceſſum id, per quod ad beneficium perueniri ſolet.*

21 *Decanus, qui ex conſuetudine ſimul eſt Canononicus, & vna hebdomada ſeruit, vt Decanus, & altera vt Canonicus, in hebdomada, qua ſeruit vt Canonicus, debet ſedere in loco Canonicali circumſcripta conſuetudine.*

22 *Clauſula*, dummodo Eccleſia in Diuinis non patiatur detrimentum, *quomodo intelligenda, oſtenditur.*

23 *Canonicus iunior debet publicare feſta mobilia in die Epiphaniæ, niſi alius ex conſuetudine Eccleſiæ ſit aſsignatus, & ſecundùm eam ſupplere vices hebdomadarij abſentis.*

24 *Canonicus, vel Presbyter paratus Officium faciens debet præcedere omnibus, etiam Decano.*

25 *Canonici ſacris veſtibus induti debent præcedere Vicario generali.*

26 *Canonicus Epiſcopo aſsiſtens ſuperueniente digniore Canonico debet cedere locum aſſiſtenti digniori.*

27 *Vicario generali dantur candelæ, & palmæ ante Canonicos, ac Dignitates, exceptis iis, qui cum paramentis aſsiſtunt Epiſcopo*

po in Sede Epiſcopali exiſtenti.

28 *Canonici parati præcedant Vicario generali, non obſtante conſuetudine in contrarium.*

29 *Canonici parati thurificandi ſunt ante Vicarium.*

30 *Canonicus Hebdomadarius Officium faciens debet habere locum ſupra omnes Dignitates, & Canonicos.*

31 *Canonicus, vel Dignitas factus Epiſcopus cum retentione Canonicatus, vel Dignitatis, debet præcedere omnibus aliis Dignitatibus, & Canonicis, etiam ipſo antiquioribus.*

32 *Vicarius generalis Canonicus cùm ſedet vti Canonicus, debet ſedere in loco ſuæ receptionis, & in habitu Canonicali, aliàs ſi vti Vicarius, præcedit omnibus Canonicis, & Dignitatibus, ſed non lucratur diſtributiones quotidianas.*

33 *Vicarius foraneus ratione ſui Vicariatus nullam in quauis functione, & loco habet præcedentiam ſupra alias Dignitates, & Canonicos antiquiores.*

34 *Protonotarius Canonicus cùm ſedet vti Canonicus, debet ſedere in loco ſuæ receptionis, quamuis habita Protonotary in Eccleſia, choro, proceſsionibus, & Diuinis aſsiſtat.*

35 *Canonicus ſi cum habitu Protonotary in Eccleſia incedat, & Diuinis aſsiſtat, non lucrabitur fructus, & diſtributiones ſui Canonicatus.*

36 *Canonicus Protonotarius poteſt in actibus non competentibus ſibi tanquam Canonico vti habitu Protonotary.*

37 *Canonicus Protonotarius poteſt in Eccleſia, choro, & proceſsionibus portare ſubtaneam violaceam, dummodo in cæteris omnibus gerat habitum Canonicis congruentem.*

38 *Rochetto ſub cotta non poteſt vti Canonicus Protonotarius dum in choro aſsiſtit Horis Canonicis.*

39 *Canonicus, qui ſit Miles Regularis, non poteſt ſupra habitum Canonicalem deferre Crucem Ordinis Militaris.*

40 *Canonicus Locumtenens Epiſcopi debet in choro ſedere in loco ſuæ receptionis in habitu Canonicali, nec ei competit pacis, & thuris honor ante Dignitates, & non lucratur diſtributiones quotidianas niſi ſedeat in ſuo ſtallo cum habitu Canonicali.*

41 *Canonici debent ſedere in ſuo ſtallo, nec aſcendere ad ſedes Decani, & Archidiaconi ſi fortè abſint.*

42 *Canonici digniores debent ſedere in ſedibus, quæ ſunt viciniores ſedi Epiſcopali.*

43 *Canonici celebrantes non debent ſedere coram Epiſcopo in ſede cum poſtergali, ſed in aliquo ſcamno oblongo tapete cooperto in latere Epiſtolæ.*

44 *Canonici Cathedralium Eccleſiarum cæteris Canonicis Collegiatarum digniores ſunt.*

45 *Canonici Cathedralium præcedunt aliis Beneficiatis, & Prælatis Eccleſiarum inferiorum.*

46 *Canonici Cathedralis dicuntur clerici primi gradus, & ideò omnibus debeat præcedere.*

47 *Cathedralis Eccleſia Collegiatam honore vincit, & ſuperat Dignitate.*

48 *Canonici Cathedralis præcedunt Canonicis Collegiatæ, non obſtante conſuetudine in contrarium etiam in omnibus actibus, & functionibus in propria Collegiata exercendis.*

49 *Prior Collegiatæ tanquam in propria Eccleſia dicitur habere pro ſe iuris aſsiſtentiam in præcedendo cæteris omnibus, ſecundùm aliquos.*

50 *Capitulum Eccleſiæ maioris ſi inuitetur ad aliquas functiones, præcedere debet aliis Canonicis & Prælatis inferioribus etiam in propriis Eccleſiis.*

51 *Cathedralis præcedit Collegiatæ in aſſociandis funeribus defunctorum propria ipſius Collegiatæ Parochiæ, & in Synodo.*

52 *Clerici inferiores debent reuerentiam Capitulo ſicut Epiſcopo, & ideò ſicut præcedit Epiſcopus, ita & Capitulum debet præcedere.*

53 *Capitulum Cathedralis repræſentat perſonam Epiſcopi.*

54 *Canonici Eccleſiæ Cathedralis dicuntur Fratres Epiſcopi.*

55 *Vicarius non poteſt interponi inter Epiſcopum, & Capitulum.*

[Canonicatus Collegiatæ in Romana ciuitate eſt dignior Canonicatu Cathedralis alterius ciuitatis. ibid.]

56 *Abbas Canonicis Cathedralis debet anteferri, quando Canonici incedunt, vt ſinguli, non ita ſi collegialiter.*

57 *Parochus in propria Eccleſia tantam habet poteſtatem, quantam Epiſcopus in ſua Diæceſi.*

58 *Parochus in propria Eccleſia omnibus quantumuis in Dignitate conſtitutis, præcedere debet.*

59 *Canonici Cathedralis in funeralibus, & aliis proceſsionibus præcedunt proprio Parocho cotta, & ſtola induto, non verò quando Canonici ſine Cruce, & conſenſu Capituli, vti ſinguli incedunt, vt num. 63.*

60 *Capitulo, & Clero Eccleſiæ Cathedralis locus dignior in funeralibus ſemper relinquitur.*

61 *Parochus defuncti, vel Parochus Eccleſiæ,* ad

ad quam corpus defuncti defertur, digniorem locum obtinere debet, & pracedere quibuſcunque aliis Presbyteris, non autem Eccleſia Cathedralis.

62 *Officium facere in Eccleſia vbi corpus defuncti ſepelitur, pertinet ad Parochum ipſius Eccleſia.*

64 *Canonici Eccleſia Cathedralis licèt non ſint Doctores in Congregationibus, vbique praficiendi ſunt Presbyteris non Canonicis, licèt ſint Doctores.*

65 *Canonici Collegiatarum Eccleſiarum omnibus aliis Clericis pracedunt poſt Cathedralem, quia Collegiata eſt dignior quacunque alia inferiori Eccleſia etiam Parochiali.*

66 *Canonici Collegiata thurificari debent duplici ductu thuribili.*

67 *Canonici Eccleſiarum Collegiatarum pracedunt Parochis in funeralibus, licèt aliter ſentiant aliqui, vt num.* 68.

69 *Canonici Cathedralis, vel Collegiata Eccleſia ſemper pracedere debent Regularibus etiam in ipſorum Regularium Eccleſiis.*

70 [*Refertur deciſio ſacra Congreg. Rituum.*

71 *Clericus ſecularis etiam in propriis Eccleſiis Regularium illis pracedere debet.*]

72 *Canonici Collegiata non debent in proceſſionibus incedere parati ſicut Canonici Eccleſia Cathedralis.*

73 *Referendarius vtriuſque Signatura extra Eccleſiam pracedit Canonicis, & Dignitatibus Cathedralium.*

74 *Canonici Cathedralis ſunt praferendi Magiſtratui ſeculari quando non eſt de perpetuis, & maioribus.*

75 *Canonici Cathedralis ſunt ante Magiſtratum thurificandi, tam in Cathedrali Eccleſia, quàm in aliis in quibus ſimul conuenerint, vbi talis eſt conſuetudo.*

1 [IN hac quæſtione, quæ ſatis à Doctoribus inuoluitur, non diſtinguentibus caſum à caſu, viſum fuit nobis aduertere, antequam ad illius materiam propiùs accedamus, quòd hîc non loquimur de Dignitatibus, quarum præcedentia eſt certa, ſicut & locus certus eſt in Eccleſia, Choro, Capitulo, & proceſſionibus, ad quod meliùs dignoſcendum, vide quæ diximus ſuprà *cap. 4. num. 7. cum ſeqq.*

De Canonicis ſolummodo eſt ſermo noſter, quos conſiderare oportet, vel electos, creatos, & nominatos in litteris fundationis Eccleſiæ Cathedralis, vel poſt ipſam erectam de Canonicatibus, qui pro tempore vacauerint, prouiſos ſi primo modo eos accipiamus, repetere oportet, valde difficilem quæſtionem eſſe quis ex tribus, quatuor, vel aliis pluribus magiſtratibus, vel officialibus ſimilibus vnius tribunalis eodem tempore, creatis præcedere debeat? multi multa tradiderunt, & in varias diuiſi ſunt ſententias.

Vna fuit eorum, qui exiſtimarunt præcedentiam deberi illi, qui prior in poſſeſſione fuit. Ita Surg. de Neapol. *illuſt. cap. 27. num. 39. in fine*, & iudicatum fuiſſe in Luſitania aſſerit Cabed. *deciſ. 3. par. 1.* & ibi *num. 11.* refert decretorum Senatus, licèt *num. 12.* aſſerat id limitari quando Senatores plures ſimul iunctim de vno Senatu ad alterum tranſlati ſint, vel pluries Senatores ſint electi ſimul ad expeditores cauſarum grauaminum ex eodemmet Senatu, quia tunc decreto Regis Sebaſtiani, illi præferri debent, qui in Senatu, ſeu Officio aliquo antiquiores erant, licèt in apprehendenda noui poſſeſſione fuiſſent poſteriores. Faciunt pro hac parte adducta per Stephan. Gratian. *Marchia deciſ. 16. in addit. num. 6. & 7.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 3. proœm. num. 23. cum ſeqq.* Valenz. *conſ. 34. num. 36. tom. 1.*

Alia ſententia, cui tanquam probabiliori accedimus, tenet quòd inter plures Senatores, Magiſtratus, ſeu Officiales ad idem officium eodemmet tempore creatos, ille præferri debet, qui maioribus qualitatibus, ſeu prærogatiuis decoratus reperiatur. Ita Vincent. de Franchis *deciſ. 365.* Garc. Maſtril. *Sicil. deciſ. 130. num. 19. vol. 2. & de Magiſtratib. lib. 5. cap. 4. à num. 14.* Et data paritate temporis ille dicitur dignior, qui plures habet, & maiores qualitates præcedendi. Burſat. *conſ. 443. num. 16. lib. 4.* Decian. *conſ. 84. num. 14. lib. 5.* Ponte *conſ. 14. num. 43.* Ioan. Andr. de Georg. *alleg. 35. num. 19. & 20.* 2

Plures qualitates, & prærogatiuas referunt Doctores ad hanc præcedentiam concedendam. *Prima* eſt in eo, qui de alio magiſtratu ad præſentem, de cuius præcedentia agitur, aſſumptus fuerit. *l. 1.* vbi Platea *in 2. not. C. de conſul. lib. 12.* Rebuff. *in tract. nominat. q. 21. num. 1.* Vincent. de Franchis *Neapol. deciſ. 144. num. 2. cum ſeqq.* vbi refert quòd cùm fuiſſent de anno 1566. creati Præſides Regiæ Cameræ ſummariæ Alphonſus de Salazar, Annibal Moles & Franciſcus Antonius de Dauid, & contenderent de præcedentia inter ſe, fuit iudicatum debere præferre dictos Alphonſum & Annibalem qui per priùs fuerant Regis Officiales, & in Dignitate conſtituti, quia ipſe Dauid dum eſſet Aduocatus coram ipſis & in eodem domibus multoties, & etiam tempore creationis ipſorum, & in tribunali vbi reſidebânt, comparuerat ab eis ius poſtulando, ſeu petendo, eos vt iudices Regios colendo. Idem Vincent. de Franchis *deciſ. 365.* vbi quòd creatis duobus ducibus vno eodemque tempore, quorum vnus erat iam 3

Comes,

Comes, alter verò nullum titulum habebat, fuit prælatus in ſedendo, & alius, ille qui titulum comitatus habebat. Garc. Maſtrill. *d. lib.5. cap.4. num.26.*

4 *Secunda* prærogatiua quando neuter erat in officio, conſideratur ad hunc effectum in eo, qui priùs doctoratus gradum accepit. Ita Petr. Lenaud. *de priuileg. Doct. p. 3. q. 4.* Valenzuel. *conſ. 34. num. 33. & num. 66. cum ſeqq.* Garc. Maſtrill. *Sicil. deciſ. 130. num. 21. & 22.* Aloyſ. Ricc. *in addit. ad d. deciſ. 365.* Vincent. de Franchis, Marta *in votis nouiſsim. deciſ. voto 101. num.6.* Hermoſil *ad Greg. Lop. ad gloſ.2. prol. part.5. num. 29.* vbi alios refert Doctores. Et ſi ſunt duo Doctores eodem tempore facti, ætate prærogatus, & aliis conditionibus ſuffultus præcedere debet, Caſſan. *in catal. gloriæ mundi. p.7. conſid. 46.* Cyr. Maſtrill. *conſ. 136. num. 6. inter conſilia Fabij de Anna lib.2.* Garc. Maſtrill. *d. tract. de Magiſtratib. lib. 5. cap.4. num. 15.* vbi *num.* 19. ſubdit illum, qui vtriuſque iuris Doctor eſt, præferri illi, qui vnius tantùm gradum aſſumpſit, licèt priùs Doctoratus gradum aſſumſerit, & *num.* 37. poſt Caſſan. & Cyr. Maſtrill. tenet quòd inter Doctores ad Magiſtratum electos, præfertur ille, qui Aduocati officium exercebat.

5 *Tertia* prærogatiua colligitur ex prima denominatione, nam præferri debet ille, qui primus fuerit nominatus in litteris creationis. *l. cùm pater. §. ante. ff. de legat. 2. cap. ſi quis iuſto §. verum, in fine,* vbi *gloſ. verb. nominatus. de elect. lib. 6.* Fabi. de Anna *conſ. 406. num. 12.* Aloyſ. Ricc. *in addit. ad Vincent. de Franchis deciſ. 144. verſ. & primò,* Garc. Maſtrill. *d. tract. de magiſt. lib. 5. cap. 4. num. 24. & 25. & à num. 57.* à Ponte *conſ. 14. num. 58.*

6 *Quarta* prærogatiuæ cauſa eſt ſi quis ediderit aliquem librum ſiue legalis, ſiue cuiuſque ſcientiæ, quo caſu eum præferendum eſſe latè declarat Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi p. 10. conſider.* 28. quem ſequitur Carauita *in ritu* 101. dicens vnum notabile quòd hæc prærogatiua præcedit prærogatiuam nobilitatis, itaut inter Doctores, qui libros compoſuit, præferatur data paritate temporis, & ætatis Doctori nobiliſſimo: refert Aloyſ. Ricc. *vbi ſuprà, verſ. ſecunda.*

7 *Quinta* prærogatiuæ cauſa eſt ſi quis fulgeat meritis paternis. Ita Aloyſ. Ricc. *vbi ſuprà, verſ. tertia.* Et hinc eſt quòd Officialis filius Doctoris, præfertur alteri Officiali non filio Doctoris, gloſ. *verb. ſumptibus, in l. iubemus, C. de aduocat. diuerſ. iudic.* Rebuff. *in tract. nominat. q. 21. num.* 18. Fab. de Anna *conſ. 135. num. 1.* Cyr. Maſtrill. *inter eius conſilia conſ. 136. num. 58. & ſeqq. lib. 2.*

Ex quibus deduces quid dicendum in hac materia quando in litteris erectionis alicuius Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ fuerint creati plures Canonici ab eo, qui eos creandi ius habet, iuxta quæ diximus ſuprà *cap. 2.* Nunc verò à nobis exponendum eſt quomodo præcedant inter ſe poſt erectionem factam, an ſcilicet ſecundùm tempus datæ prouiſionis, vel ratione Ordinis ſuſcepti, vel verùm iuxta tempus admiſſionis, & poſſeſſionis captæ.

Quidam tenent ſecundùm tempus datæ 8
prouiſionis & gratiæ factæ Canonicos inter ſe præcedere debere omnibus aliis poſterioribus in prouiſione, licèt in poſſeſſione prioribus. Hanc partem in terminis noſtris multis defendere conatur Valenzuela *d. conſ. 34. num. 37. cum ſeqq. tom. 1.* & ceſſante conſuetudine in contrarium poſt longam diſputationem ſequitur Gonzal. *in ſuis variis quæſt. 4. per tot.* qui prò ſe plura adducunt fundamenta, & præcipuè *l. ſancimus 4. C. de conſulib.* ibi, *& in adoranda noſtra purpura, vel in conſequendis cunctis Conſulum honoribus & priuilegiis ex anteriori temporis prouectionis Ordinem ſibimet nouerint vendicandum,* &c. *cap. ſi à ſede, de præbend. lib. 6.* tum ex eo, quia in gratioſis attenditur tempus datæ, *cap. cum te, de reſcript.* Rebuff. *reſp. 24. verſ. contrarium.* tum etiam, quia reſcriptum prius in data præualet ſecundo poſteriori, tex. *in cap. Capitulum ſanctæ Crucis, de reſcript. & in cap. ſi duobus,* & *ibi* gloſ. *eod. tit. lib. 6.* Ioan. Gratian. *reg. 404. num. 1.*

Alij verò præcedentiam concedunt Canonicis, vel ratione Ordinis maioris, vel eminentioris gradus, ſeu qualitatis.

Quoad præcedentiam ratione maioris Or- 9
dinis tenet Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ. 16. num. 7.* Canonico prouiſo de Canonicatu Presbyterali in Eccleſia, vbi Præbendæ ſunt diſtinctæ, deberi locum inter alios Preſbyteros ſupra omnes Diaconos, & Subdiaconos, licèt priùs in Eccleſia receptos. Idem multis probat Valenzuela *d. conſ. 34. num. 87. cum multis ſeqq.* Et Sacra Rituum Congreg. ſæpiſſimè, & ſignanter *in vna Saonen. 11. Aprilis, & 11. Octobris* 1601. *& in Neapolitana 23. Martij* 1602. *& in Propien. 17. Iulij* 1606. cenſuit Canonicos, qui in Ordine Presbyterali conſtituti Canonicatum Preſbyteralem obtinuerint, in Choro, Capitulo, ſeſſionibus, & proceſſionibus præcedere debere Canonicis in Diaconatu, vel Subdiaconatu conſtitutis, Canonicatus Diaconales, aut Subdiaconales obtinentibus etiam poſtquam fuerint in Eccleſia admiſſi, & recepti, non obſtante conſuetudine Eccleſiæ, quæ tanquam abuſiua, & improbata non debet admitti, refert Stephan. Gratian. *d. num.7.*

Hinc licèt Cardinales ſint pares officio, 10
Presby

Presbyteri Cardinales præſeruntur Diaconis Cardinalibus, & ſic de reliquis, licèt iſti in creatione priores ſint aliis, ea ſolùm ratione quòd ſint maiores Ordine, Caſſan. *in catal. gloriæ mundi p. 4. conſid.* 15. Valenzuel. *d. conſ.* 34. *num.* 91.

Facit tex. *in cap. præcipimus, fin.* 93. *diſt.* ibi, *Præcipimus ne Diaconus (quamuis in Dignitate, hoc eſt, in officio Eccleſiaſtico quolibet ſit,) ante Presbyterum ſedeat.* ergo idem dicendum eſt in habentibus alios Sacros Ordines contra habentes minores. *cap. placuit* 16. *diſt.* vbi iubetur quòd in Concilio ſecundùm Ordinem vnus alteri locum cedat, *cap. Epiſcopos* 17. *diſt.* ibi, *& ſuorum ſibi prærogatiuam Ordinum vendicare*, &c.

Iuuat deinde tex. *in cap. ſtatuimus, de maior. & obed.* ibi, *& qui maior eſt Ordine, etiamſi poſtea ſit receptus, potiorem eſſe volumus*, &c. vbi Abb. *not.* 3. *&* 4. notat illum tex. contra conſuetudinem quarundam Eccleſiarum, vbi Canonici primò recepti præferuntur Canonicis poſtea receptis, licèt iſti poſteriores ſint maiores in Ordine, & Dignitate, cum aliis adductis per Valenzuel. *d. conſ.* 34. *num.* 88. *cum ſeqq.*

11 Quòd verò poſt Ordinem maiorem, ſit attendendus gradus, ſeu qualitas in hac materia, ex eo colligitur, quia Canonicus Doctor præcedit in ſedendo alios Canonicos non Doctores, vt tenent Franc. de Aret. *conſ.* 23. *incip. In præſenti conſultatione, num.* 10. *verſ. ad tertium*, latè Maſtrill. *Sicil. deciſ.* 130. *per tot.* & præcipuè *à num.* 13. Valenzuel. *d. conſ.* 34. *à num.* 66. & Epiſcopus Doctor vti duarum Dignitatum præfertur Epiſcopo non Doctorato antiquiori Menoch. *conſ.* 902. *num.* 67. Et facit Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. *verſ. hortatur*, dum monet vt in principiis, vbi id commodè fieri poteſt, ſaltem dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus Eccleſiis, & Collegiatis inſignibus conſerantur tantùm Magiſtris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico. Et hoc intelligere oportet vbi nulli ſint Canonici Presbyteri, Ordo enim Presbyteratus eſt dignior gradu Doctoratus in quacunque ſcientia, vel diſciplina, ac proinde Canonicus Presbyter priùs ordinatus debet præcedere aliis Canonicis, vel Presbyteris poſtea ordinatis, etiamſi Doctores ſint: ita Sacra Cong. Rit. *in Panormitana* 23. *Ianuary* 1610. Et hinc eadem S. Cong. *in vna Montis Regalis* 19. *Marty* 1611. cenſuit *inter Canonicos Presbyteros nullam dari præcedentiam, nec præeminentiam ratione Doctoratus, ſed tantùm ratione Ordinis, & antiquitatis*. Et in propriis terminis quòd vbi Canonicus præcellit merito in ſcientia alteri Canonico, qui priùs Canonicatus poſſeſſionem fuit adeptus, debeat illi præcedere in ſedendo, procedendo, vocem ferendo, & ſimilibus, tradit Dominic. de S. Gemin. *in cap. Iſidorus* 16. *diſt.* Felin. *in rub. de maior. & obed. num.* 3. Abb. *in cap.* 2. *num.* 2. *de his, qui fiunt à maiori parte Cap.* Caſſan. *d. p.* 4. *conſid.* 48. Ioan. Montan. *de auctorit. magni Conſily num.* 80. Valenzuel. *d. conſ.* 34. *num.* 45. *cum ſeqq.*

Denique magis communis Doctorum ſchola tenet quòd Canonicus, qui præuenit in apprehendenda poſſeſſione, & antiquiori receptione, debeat aliis præcedere in ſtallo, voce, optione, & cæteris prærogatiuis, ac præeminentiis, quamuis alij ſint priores in prouiſione, & poſteriores in poſſeſſione. Hanc partem tuentur Mohed. *deciſ.* 11. *de renunciat. ante num.* 1. *verſ. nam cum locus*, Caputaq. *deciſ.* 357. *num.* 2. *p.* 2. Seraphin. *deciſ.* 437. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 2. *num.* 1. *de conſuet. in nouis, & deciſ.* 867. *num.* 1. *in* 1. *collect. nouiſſim.* Farin. *alias p.* 4. *diuerſ.* Cephal. *conſ.* 644. *num.* 5. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 3. *proœm. num.* 23. *cum ſeqq.* Stephan. Gratian. *d. Marchiæ deciſ.* 16. Aloyſ. Rice. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 555. *in* 2. *edit.* Cabed. *Luſit. deciſ.* 5. *num.* 4. *p.* 1. nouiſſimè Mich. Ferrus *de præceden. Eccleſ. q.* 10. *num.* 9. *cum ſeqq.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neap. cap.* 52. eadem Rota *deciſ.* 44. *num.* 1. *p.* 1. *recentiſsim.* per tex. *in l.* 1. *ff. de albo ſcribendo. l.* 1. *C. de ſilentiar. l. vnicuique. C. de proxim. ſacror. ſcriu. l. comperimus* 13. *eod. tit. lib.* 12. *l.* 4. *C. de priuileg. cor. qui in ſacro palat. milit. eod. lib.* 12

Ratio eſt, quia honor iſte præcedentiæ datur antiquiori Canonico propter eius maiora onera, & ſeruitia, quæ in Eccleſia ſubiit, arg. *l.* 2. *in fine*, vbi, *vt is gradu cæteros antecedat, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecit anteire, C. de officio Magiſtri offic. cap. miramur, circa fin.* 61. *diſt.* ibi, *nec poteſt de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus caſtis, pro actionibus ſtrenuis celſioris loci præmium debetur*, &c. Et comprobatur, quia iſtæ præeminentiæ, & præcedentiæ ſunt fructus, & emolumenta poſſeſſionis, gloſ. *verb. Capitulo, in cap. cùm olim, poſt med. verſ. de collatio. beneficiorum, de maiorit. & obed.* ſed fructus ſemper ſpectant ad poſſeſſorem. *cap. querelam* 24. *de elect. cap. conſultationibus, de iurepatr. cap. cùm olim, de cauſa poſſeſ. l. bonæ fidei* 48. *ff. de acquirendo rerum domin. cum ſimilibus.*

Et hæc communis ſententia procedit ſi in Eccleſia ſit conſuetudo, vt Canonici, qui priùs fuere poſſeſſionem adepti, præferantur poſterioribus, etſi maiores Ordine ſint, vt cenſuit Sacra Congregatio Rit. *in Egitanien.* 23. *May* 1603. dum ait, *ſeruandam eſſe*

illius Eccleſiæ conſuetudinem circa vocem & locum in Capitulo inter Dignitates, & Canonicos præbendatos, & non præbendatos; conſuetudo enim quoad tribuendum loca ſedendi attendi debet, ex adductis per Henric. Bottæ de Synodo Epiſcopi par. 3. in princ. num. 33. Aucodan. de exequendis mandat. part. 1. cap. 19. num. 15. verſ. itaque & in proceſsionibus, Nau. conſ. 1. num. 3. de maior. & obed. Fab. de Anoa conſ. 40. num. 1. cum ſeqq.

Verum licèt hucuſque reſoluta pro hac communi ſententia abſque dubio procedere videantur in Eccleſiis vbi Ordinum diſtributio adhuc facta non reperitur, nihilominus tamen ſi Præbendæ ſint diſtinctæ in Presbyterales, Diaconales, & Subdiacooales, non procedunt ſine difficultate propter ea, quæ ſuprà adduximus hoc eod. cap. verſ. quoad præcedentiam ratione maioris Ordinis, num. 9. Ego crederem quòd ſi omnes Canonici ſunt actu Presbyteri, & ſeruiunt in celebrandis Miſſis, tunc non obſtante dicta diſtinctione, conſuetudo Eccleſiæ eſt ſeruanda, vt Canonici obtineaor locum ſecundùm tempus admiſſionis, aliàs ſecus, vt colligitur ex deciſione eiuſdem Sacræ Cong. Rit. in Saonen. 10. Ianuary 1604.

Ampla communem ſententiam locum habere etſi prioritas poſſeſſionis eſſet vnius diei, vel vnius horæ, aut vnius puncti, ſeu momenti, vt per Gonzal. d. §. 3. proœm. num. 44. cum ſeqq. vbi num. 48. ait quòd punctus eſt quarta pars vnius horæ, & momentum eſt decima pars vnius puncti, & ſic hora habet quatuor puncta, & quadraginta momenta; additque ex Alciato horam conſtare ex ſexaginta minutis, & Latinos ſimpliciter accipere momentum pro breui tempore, ſicut & punctum.

13 Amplia deinde vt procedat etiamſi per Canonicum non ſteterit vt poſſeſſionem priùs non cœperit, propter aliquod impedimentum litis, vel alterius cauſæ, quia adhuc in proceſſione prior, licèt in prouiſione poſterior, ei præferri debet, vt ex duabus Rotæ deciſionibus reſoluit Goozal. d. §. 3. proœm. num. 24. Non obſtat reg. ſiue iuris axioma quòd pro facto haberi debet id, quod fieri debebat ſi per eum ſtetit, quominus factum fuerit, de qua Surd. conſ. 374. num. 7. & quod anterioritas incipit currere à die, quo quis admitti debuiſſet, nec ſtetit per eum quin admitteretur, Greg. X V. deciſ. 341. num. 1. & de Canonico, cui à Capitulo fuit denegata poſſeſſio, quòd habeatur pro admiſſo ad effectum gaudendi prærogatiuis & emolumentis aliorum Caoooicorum, dixit Rota in Pacen. Canonicatus 27. Iuniy 1612. coram Patriarcha Manzanedo, & in Toletana Canonicatus 5. Nouembris 1610. coram Cardin. Lancelloto.

Reſpondetur enim has doctrinas procedere ſolùm in præiudicium illius, qui præſtat impedimentum, vt aorea prouiſus poſſeſſionem capere non poſſet, qoia tunc ille anterior in prouiſione, & poſterior in receptione præcedere debet poſteriori in prouiſione, & priori in proceſſione culpam habenti, & impedimentum præſtanti, ne ex ſua culpa commodum conſequatur. Ita Goozal. d. §. 3. proœm. num. 38. & gloſſ. 27. num. 46. Cabed. d. Luſit. deciſ. 5. num. 4. in princ. p. 1. vbi tenet quòd quando interuenit dolus, aut negligentia primi cauſata per ſecundum, per quam præſentare prætermiſit litteras ſuas, tunc illi non eſt ſecundus præferendus, quaotumuis poſſeſſionem priùs apprehenderit. Beltramin. in addit. ad Gregorium X V. dict. deciſ. 341. in fine, Hermoſill. ad Gregorium Lopez, gloſſ. 2. prol. part. 5. num. 20. & 21. Habetur enim pro poſſeſſore qui per aduerſarium fuit impeditus ne caperet poſſeſſionem. Ferret. conſ. 3. num. 16. & 17. vol. 1.

Noſtra autem amplificatio procedit quando impedimentum fuit cauſatum à tertio, in cuius tantum præiudicium debet obſtare, & noo alterius, qui impedimento cauſam non dedit, vt declarat Beltràmin. citato loco. Vnde ſi Capitulum iniuſtè denegauerit tradere poſſeſſionem circa præeminentias, impedimentum huiuſmodi ab eo præſtitum quoad omnes de Capitulo præiudicare oon poteſt, ſecundùm Mohedan. deciſ. 6. de præbend. in puncto Rot. in Calagurritana Canonicatus 3. Aprilis 1620. coram Reuerendiſſimo Domino Decano; quia Capitulum repræſentatur, & componitur ex vniuerſis de illo, vnde impedimentum præſtitum à Capitulo cenſetur datum à quolibet de illo, & ſic reſpectu omnium non debet præiudicare illi, cui iniuſtè fuit denegata poſſeſſio: at verò ſi impedimentum prouenat ab vno aduerſario, qui mouit litem, & ſi per eam fuit impeditum prouiſo capere poſſeſſionem, tunc in præiudicium illius habetur pro capta, Afflict. deciſ. 302. num. 1. verſ. quo caſu, Gonzal. d. §. 3. proœm. num. 42. non enim dicitur morosus, qui impeditur facto aduerſarij. Bart. in l. amplius, num. 8. in fine. ff. rem ratam haberi, Caputaq. deciſione 108. num. 6. part. 2. quos refert Gonzal. vbi ſuprà num. 41.]

14 Obtinens Breue de capienda poſſeſsione nomine Cameræ de Canonicatu ſibi à Papa collato, ſi ea capta, & in ſe tranſlata, & ceſſa per Commiſſarium Cameræ poſt aliquos annos ad Carhedralem accedat, vt ſuo Canonicatui inſeruiret, debet ſedere, & incedere ante alios Canonicos, qui de nouo poſt poſſeſſionem captam nomine Cameræ hoc medio tempore ingreſsi ſunt, ac priùs reſidentiam facere cœperunt, tum quia Breue conceſſum tali Canonico de capienda poſſeſsione nomine Cameræ diſponit, quòd verificato conſtito dicti Breuis idem M. vel eius Procurator immittatur in poſſeſsionem nomine Cameræ, & quòd poſtquam idem M. litteras gratiæ principalis, ſub plumbo expeditas præſentauerit, eidem M. ſit eadem capta poſſeſsio conſignanda, vel transferenda, prout etiam declarat *Conſtit. 24. Greg. XIII. incipit, Ad Romani.* Vnde cùm Papa ita voluerit, cenſetur omne obſtaculum iuris remouiſſe; tum quia quoad effectum poſſeſsio capta nomine Cameræ poteſt dici capta ab ipſo prouiſo Apoſtolico, in cuius commodum capta fuit, nam tunc Procurator Cameræ nihil aliud agit, aut intendit niſi prouiſum litteris expeditis in poſſeſsionem immittere, itaut in hoc caſu Commiſſarius Cameræ poſſeſsionem capiens nomine prouiſi ſeruiat illi de nudo miniſterio, & capiat poſſeſsionem ad eius fauorem, & commodum; tum denique, quia Rota ſępè in terminis reſoluit quòd ea ſit virtus Breuis de capienda poſſeſsione nomine Cameræ, vt facta ceſsione conſtituat eum iuſtum poſſeſſorem, vnde ſit illi concedendum mandatum de manutenendo, ac ſi ipſe prouiſus à principio poſſeſsionem cœpiſſet. Quare his, & aliis fundamentis ita reſoluunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 34. num. 101. cum multis ſeqq.* & Monet. *de optione Canon. cap. 5. q. 1. ex num. 12. verſ. Petrus.*

15 Si autem aliquis Canonicus poſt adeptam poſſeſsionem omni iure Collegij priuetur, & deinde reſtituatur, ex gratia per viam nouæ prouiſionis non recuperat primum locum, nec præiudicabit interim admiſsis, ſed habebit illum, qui ei competit ſecundùm tempus reſtitutionis, & ſic nouiſſimum obtinebit locum, vt probat expreſsè tex. *in c. ex inſinuatione 26. de ſimon.* vbi Felin. *col. 2.* Bart. *in l. 2. ff. de decurion.* Rebuff. *in tract. nominat. q. 21.* Nau. *conſ. 61. aliàs 97. num. 4. de ſimon.* Raguc. *de voce Canonicorum in Capitulo q. 17. num. 2.* Monet. *d. cap. 5. quaeſ. 1. num. 12. poſt princip.* [Rota *deciſ. 44. num. 2. parte 1. recentiſſim.* faciunt quæ Gurtier. *de gabell. q. 13. num. 4.* Azeued. *l. 2. num. 5. tit. 14. lib. 4. noua Recop.* Stephan. Grarian. *diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 56. num. 18.* vbi quòd admittitur tanquam nouus homo. Hermoſil. *ad Gregor. Lop. gloſ. 2. prol. parte 5. num. 16. & 17.*]

16 Eodem modo Canonicus, qui Canonicatum dimiſit, & alium in eadem Eccleſia impetrauit, locum vltimi Canonicatus obtenti habere debet, nec poteſt retinere locum primi dimiſsi, vt reſoluit Monet. *d. cap. 5. quaeſt. 1. num. 12.* [Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. tom. 5. cap. 845. num. 10. per d. cap. ex inſinuatione 26.* vbi gloſſ. *in verb. prima, de ſimon. & verb. accepit, in cap. Nabuchodonoſor 23. quaeſt. 4.* Zerol. *in praxi Epiſcop. parte 1. verb. Canonia §. 8.*] & cenſuit Sacra Rituum Congreg. *in vna Callien. 21. Martij* 1609.

Non ita dicendum in Canonico, qui per- 17
mutauit Canonicatum, & permutatio effe-
ctum habere non potuit, quia ſi redierit ad
ſuum Canonicatum, debet habere locum,
& ſtallum antiquum, nec tanquam nouus
Canonicus cenſendus eſt, nec tenetur ite-
rum ſoluere iocalia pro amiſsione, vt cenſuit
eadem S. Congreg. *in vna Mutinen. 29.*
Nouemb. 1603. † Sic & ille, qui ad ſuum Ca- 18
nonicatum vigore regreſſus redierit, vt
benè reſoluit Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib.*
1. quaeſt. 14. num. 28. [Aloyſ. Ricc. *in praxi*
aurea reſol. 137.] † quia regreſſus conceſ- 19
ſio operatur reſtitutionem tituli, non autem
tranſlationem, Rot. *deciſione 427. num. 7.*
parte 1. diuerſ. † & regreſſu obtento ad be- 20
neficium, dicitur conceſſum id, per quod ad
beneficium iam obtentum perueniri ſolet,
eadem Rot. *deciſ. 328. num. 3. lib. 3. diuerſ.*

21 Decanus Eccleſiæ Fulginaten. ſecunda Dignitas poſt Pontificalem à Sixto IV. erecta inter conſtitutiones ſuæ erectionis, & reformationis habet quòd ipſe Decanus, qui ſimul eſt Canonicus, vna hebdomada ſeruiat vt Decanus, & alia vt Canonicus, & quòd vnam portionem Canonicalem percipiat vt Decanus, & aliam vt Canonicus, & quòd ſi occurrat ei de ſtando in choro vt Decanus, & vt Canonicus quòd admittatur præſentia pro vtroque. Quæritur primò an Decanus prædictus in hebdomada, qua ſeruit, vt Canonicus ſedere, & præcedere debeat in loco Canonici, non autem Decani, non obſtante conſuetudine in contrarium? Secundò an diebus Dominicis, & feſtiuis maioribus, ac toto tempore Quadrageſimali, quibus tenetur inſeruire tanquam Dignitas, & tanquam Canonicus, debeat punctari pro Canonico, cuius locus remanet vacuus, & pro illo priuari diſtributionibus quotidianis? Tertiò quid dicendum ſi in litteris diſpenſationis ſuper retentione Dignitatis, & Canonicatus ſimul adſit clauſula, *dummodo Eccleſia in Diuinis non patiatur detrimentum.*

S. Cong.

22 S. Congr. Conc. 26. *Nouembris* 1616. ad primum cenſuit *circumſcripta conſuetudine debere ſedere in loco Canonicali. Ad ſecundum non debere punctari, ſed gaudere duplicibus diſtributionibus, ſicut etiam amitteret duplices ſi non inſeruiret, quando inſeruire debet pro vtroque. Ad tertium, clauſulam intrare in erectione, quæ cùm habuerit effectum, apparet iuſtificata, quòd Eccleſia non fraudetur obſequiis, aliàs deberet tolli ipſa Dignitas.*

23 Et hæc circa Canonicorum in ſua admiſſione antiquitatem vtilia ſunt, & ad multa deſeruiunt: iuniori enim plura incumbunt onera, à quibus alij eximuntur, ille nanque debet publicare feſta mobilia in die Epiphaniæ iuxta formam libri Cæremonialis, niſi alius ex conſuetudine Eccleſiæ ſit aſſignatus, vt cenſuit S. Rit. Cong. *in vna Aſculana* 16. *Ianuar.* 1607. & debet iuxta conſuetudinem Eccleſiæ ſupplere vices hebdomadarij abſentis, eadem S. Congreg. *in Elboren.* 15. *Aprilis.* 1606.

24 Propter actum quoque & Officium, quem in Eccleſia gerit Canonicus, præcedere debet omnibus aliis, licèt Ordine, & antiquitate præſtantioribus; quamobrem dicta Sac. Rituum Cong. *in vna Antuerpin.* 24. *Octobris* 1609. & in alia *Arboren.* 26. *Iunij* 1610. declarauit *quòd Canonicus, vel Presbyter paratus Officium faciens debet præcedere omnibus, etiam Decano*, & in alia *Ripana* 27. *Februarij* 1610.

25 cenſuit † *Canonicos ſacris veſtibus indutos aſſiſtentes Epiſcopo celebranti debere præcedere Vicario generali, & in quadam Ferrar.* 20.

26 *Iun.* 1609. fuit reſolutum † *Canonicum Epiſcopo aſsiſtentem ſuperueniente digniore Canonico debere cedere locum aſsiſtentiæ di-*

27 *gniori.* Vnde † Vicario dari candelas, & palmas ante Canonicos, ac dignitates, exceptis iis, qui cum paramentis aſsiſtunt Epiſcopo in Sede Epiſcopali exiſtenti, cenſuit Sacra Congregatio Cardinalium *negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita in*

28 *vna Biſignanen.* 16. *Maij* 1600. nam † huiuſmodi parati præcedunt Vicario generali non obſtante conſuetudine in contrarium, vt reſoluit S. Rituum Congregat. *in vna Lauretana* 6. *Septemb.* 1603. & *in Caſalen.* 5. *Iulij* 1614. & *in Alexandrina* 15 *Martij* 1608. & in alia *Caſtelluten.* 25. *Septemb.* 1621.

29 vbi fuit reſolutum † *præcedentiam competere Dignitatibus, & Canonicis paratis ſupra Vicarium generalem, neque allegatam conſuetudinem, immò veriùs abuſum illi ſuffragari*, & tunc ſunt thurificandi ante Vicarium, eadem Sacra Congregat. *in Egitanien.* 3. *Auguſt.* 1602. *& in Tyburtina* 6. *Martij* 1610.

30 Hinc etiam Canonicus hebdomadarius officium faciens debet habere locum ſupra omnes dignitates, & Canonicos, vt *in vna Brunduſina* 17. *Iunij* 1616.

Hinc denique Canonicus, vel Dignitas factus Epiſcopus cum retentione Canonicatus, vel Dignitatis, debet præcedere omnibus aliis Dignitatibus, & Canonicis, etiam ipſo antiquioribus, eadem Sacra Congregatione Rit. *in vna Ruthen.* 24. *Septembris* 1605. vide latè infrà *cap.* 36. *num.* 2. *cum ſeqq.* 31

Vicarius Generalis Canonicus cùm ſedet vti Canonicus, debet ſedere in loco ſuæ receptionis, & in habitu Canonicali, aliàs ſi vti Vicarius ſedeat, præcedit omnibus Canonicis, & Dignitatibus, ſed non lucratur diſtributiones quotidianas, Aloyſ. Ricc. *in praxi parte* 4. *reſol.* 389. Seraphin. *deciſ.* 437. *num.* 5. [Theodoſ. de Rubeis *ſingular. Rota tom.* 2. *parte* 4. *num.* 52. *pag.* 490. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 16. *à num.* 63. & alij citati infrà, *cap.* 36. *num.* 7. nouiſſimè Michael. Ferrus *de præcedent. Eccleſ. cap.* 52. *num.* 16.] eadem Sacra Rituum Congregat. *in Calaguritana* 2. *Auguſti* 1603. *& in Caſalen.* 5. *Iulij* 1614. *& in Ampurien.* 7. *Decembris* 1630. *& in Acernen.* 21. *Iunij* 1632. etiam quæ dantur intereſſentibus proceſſionibus *in Compoſtellan.* 21. *Februarij* 1604. *Bruduſina* 16. *Iuly* 1607. *Candia* 7. *Auguſti* 1610. *Egitanien.* 20. *Decembris* 1601. *Gallipolen.* 21. *Decembris* 1613. *Sutrin.* 1. *Octobris* 1616. *Oritan.* 4. *Aprilis* 1620. 32

Si autem ſit Vicarius foraneus ratione ſui Vicariatus nullam in quauis functione, & loco habet præcedentiam ſuper alias Dignitates, & Canonicos antiquiores, nouiſſimè eadem Sacra Rituum Congregatio *in vna Neritonen.* 22. *Decembris* 1629. Etiam quacumque conſuetudine contraria non obſtante, eadem Sacra Congregatio Rituum *in Syracuſana* 8. *Iunij*, 1630. [Vide infra *cap.* 36. *num.* 7. vbi, *num.* 8. de præcedentia Vicarij Capitularis in Choro, & in Capitulo.] 33

Eodem modo Protonotarius Canonicus cùm ſedet vti Canonicus, debet ſedere in loco ſuæ receptionis; ſi verò cum habitu Protonotarij in Eccleſia, Choro, Proceſsionibus, ac Diuinis aſsiſtat, quando Canonicus non eſſet, haberet vtique locum in Eccleſia, non tamen ſupra Canonicos, nec inter eos, eadem Sacra Rituum Congregat. *in vna Caſtellæ, & Legionis* 30. *Aprilis* 1604. *& in Spoletana terræ Gaſciæ* 23. *Martij* 1619. [Et Clemens VIII. *in ſua conſtit. incip. Decet Romanum Pontificem, ſub die* 28. *Maij* 1604. declarauit Apoſtolicæ ſedis Notarios titulares, & non de Collegio, nec numero participantium tam in ſeſsionibus in Eccleſia, quam 34

in proceſſionibus debere cedere locum dignioremOfficialibus Epiſcopi, ac Dignitates obtinentibus, & Canonicis Eccleſiarum Cathedralium, prout in libro Cæremoniali Epiſcoporum declaratur. Fuit olim ſatis controuerſum inter Protonotarios de numero participantes, & Capitulum Lateranenſis, & Patriarchalis Eccleſiæ de Vrbe circa præcedentiam ſedendi in Choro, de qua quæſtione latè egit Theodoſ. de Rubeis *ſingular. Rotæ tom. 2. p. 4. tit. de præcedentiis Protonotar. à pag. 487. & in fine eiuſdem tit. pag. 493.* refert decretum Sacræ Congreg. Rituum, his videlicet verbis. *Sacra Congr. Rituum dictos Protonotarios in eorum quaſi poſſeſſione præcedendi Canonicos tam in prædictis Eccleſiis Patriarchalibus, quàm in aliis quibuſcunque etiam Cathedralibus extra Vrbem manutenendos fore, & eſſe cenſuit, & declarauit, atque ita in futurum ſeruandum eſſe decreuit, mandando Vicariis & Canonicis dictarum Eccleſiarum Patriarchalium, & aliarum quarumcunque, vt in poſterum in quibuſcunque actibus huiuſmodi decreto parere teneantur, die 4. Maij 1613.*]

35 Sed illud eſt animaduertendum, quòd ſi
Canonicus cum habitu Protonotarij in Eccleſia incedat, & Diuinis aſſiſtat, non lucrabitur fructus, & diſtributiones ſui Canonicatus, vel Dignitatis, vt cenſuit eadem Sacra Congreg. *in vna Meliten. 7. Auguſti* 1621. & priùs *in Aſculana 27. Februarij* 1610. confirmata *ſub die 28. Ianuarij* 1612. vbi
36 quoque fuit dictum, quòd † in aliis actibus
non competentibus ſibi tanquam Canonico poteſt vti habitu Protonotarij, & hoc idem fuit reſolutum *in nullius terræ Piſciæ 19. No-*
37 *uembris* 1611. † Poteſt tamen portare ſubta-
neam violaceam, dummodo in cæteris omnibus gerat habitum Canonicis congruentem, vt *in vna Panormitana, ſub die 14. Ianuarij*
38 1612. *& 11. Decembris* 1627. † Rochetto ve-
rò ſub cotta non poteſt vti dum in Choro aſſiſtit Horis Canonicis, vt *in Trican. 15. Martij* 1614. Vnde etiam cenſuit eadem Sacra
39 Congreg. *in Toletana 2. Octobris* 1601. † Ca-
nonicum, qui ſit Miles Regularis, non poſſe ſupra habitum Canonicalem deferre Crucem Ordinis Militaris.

40 Canonicus locumtenens Epiſcopi debet in
Choro ſedere in loco ſuæ receptionis in habitu Canonicali, nec ei competit pacis, & thuris honor ante Dignitates, eadem S. Rituum Congregat. *in vna Hydruntina 10. Nouembris* 1612. & non lucratur diſtributiones quotidianas, niſi ſedeat in ſuo ſtallo cum habitu Canonicali, *in eadem cauſa 7. Iunij* 1612.

41 Canonici debent ſedere in ſuo ſtallo, nec
aſcendere ad ſedes Decani, & Archidiconi, ſi fortè abſint, eadem S. Cong. Rit. *in vna Capuana 18. Martij* 1618.

Canonici digniores debent ſedere in ſedi- 42
bus, quæ ſunt viciniores Sedi Epiſcopali, vt *in Alexandrina 15. Martij* 1608. *dub.* 14. &
† celebrantes non debent ſedere coram Epi- 43
ſcopo in ſede cum poſtergali, ſed in aliquo ſcamno oblongo, tapete, vel panno cooperto in latere Epiſtolæ iuxta Cæremoniale, vt *in Turritana 19. Maij* 1614. [Epiſcopus titularis Canonicus quo loco in Eccleſia, Choro, & Capitulo ſedere debeat, vide *inf. cap. 36. num. 2. cum ſeqq.*]

Nunc verò eſt agendum de præcedentia 44
Canonicorum quoad alios non ſodales intra, & extra propriam Eccleſiam, & tenendum Canonicos Cathedralium cæteris Clericis, & Canonicis Collegiatarum digniores eſſe, Domin. *in c. quamuis, de præbend. lib. 6.* Grilenzon. *conſ. 58. num. 3.* [Salgad. *de protect. Regia p. 2. cap. 9. num. 43. & 44.* nouiſſimè Mich. Ferrus
de præced. Eccleſ. q. 10. n. 3. & q. 24.] † ac de 45
iure præcedere aliis Beneficiatis, & Prælatis Eccleſiarum inferiorum, Felin. *in cap. cùm non liceat, num. 2. verſ. dictis Abbatis, de præſcript.* Rot. *in Cæſarauguſtana præeminentiarum 26. Aprilis* 1627. coram Reuerendiſſimo D. meo
Coccino Decano, eo quòd † Canonici Ca- 46
thedralis dicuntur clerici primi gradus, Innoc. *in cap. fraternitatem, verſ. & maior, de ſepultur.* Boër. *de auctorit. magni Conſil. in addit. ad Ioan. Montaig. in dict. tract. part. 1. num. 24.* [Menoch. *conſ. 52. num. 84.* vbi *num. 82.* quòd ſunt membra nobiliora clericis, & *num. 83.* quòd præeminent aliis Clericis. Gam. *Luſit. deciſ. 1. n. 54.* Gambat. *de officio, & poteſt. Legati à latere lib. 7. n. 130. & 163. cum ſeqq.* vbi quòd Canonici Cathedralium tenent primum locum poſt Epiſcopum inter Clericos diœceſis, Valenz. *conſ. 34. num. 50. & 51.* vbi *num. 49.* ſubdit quòd eſt magnus honor eſſe Canonicum in Cathedrali Eccleſia.] Rot. *in Cæſarauguſtana Synodi 22. Iunij* 1626. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano, impreſſa *p. 5. diuerſ. deciſ. 3.* & ideo omnibus debent præcedere, *cap. ſtatuimus, de maior. & obed. l. honores,* vbi gloſ. & Bart. *C. de Decurion. l. vnicuique, C. de prox. ſacr. ſcrut. lib. 12.* tum quia Cathedralis Eccleſia Collegiatam honore vincit, & ſuperat dignitate, *cap. venerabili, in fine,* vbi gloſ. *de verb. ſignif. cap. cùm Canonicis, de cenſ.* Boër. *in tract. de Ordine grad. vtr. for. in pen. part. num. 24. & 25.* Marcel. Maur. *tom. 1. alleg. 50. num. 7.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 11. quæſ. 2.* Rot. *in Cæſarauguſtana Synodi 13. Februarij* 1626. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino, quia
† omnes clerici diœceſis debent Cathedrali 47
obedientiam præſtare, Abb. *in cap. cùm liceat, in 3. notab. num. 2. de præſcript.* Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 11. num. 66. cum ſeqq.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 111. num. 11.*

Et

Et ſic Canoniſos Cathedralis præcedere Canonicis Collegiatæ, non obſtante conſuetudine in contrarium, cenſuit Sacra Rituum Congregat. *in vna Tuſcanen.* 19. *Auguſti* 1619. etiam in omnibus actibus, & functionibus in propria Collegiata exercendis, eadem S. Congregat. *in vna Fundan.* 2. *Octobris* 1597. quia
49 † licèt Prior Collegiatæ tanquam in propria Eccleſia dicatur habere pro ſe iuris aſſiſtentiam in præcedendo cęteris omnibus, ad tex. *in l. nihil*, vbi Luc. de Penia, & Ioan. de Platea, *C. de palat. ſacr. larg. lib.* 11. & ibi etiam *gloſ. fin.* Decian. *conſ.* 67. *num.* 12. *& ſeq. vol.* 2. & fuit dictum *in cauſa Calagurritana præminentiarum de Victoria*, 16. *Nouembris* 1591. coram bonæ mem. Penia: tamen contrarium ex Panor. tenuit Felin. *in d. cap. cùm liceat, num.* 2.
50 vbi firmat, quòd † dum Capitulum Eccleſiæ maioris inuitatur ad aliquas functiones, præcedere debeat aliis Canonicis, & Prælatis inferioribus, etiam in propriis Eccleſiis; & hanc eandem opinionem defendunt Henric. Bottæ. *de Synodo part.* 3. *num.* 27. Boër. *in tract. magni conſil. num.* 79. Gonzal. Mendez de Vaſconcellos *diuerſ. iuris argum. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. *verſ. quibus conſequens*, vbi dicit rectè cenſiſſe Felinum, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 111. *num.* 11. vbi aſſeclas huius opinionis adducit Rot. *in Cæſarauguſtana præminentiarum* 29. *Nouembris* 1627. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano.
51 Vnde in aſſociandis funeribus defunctorum propriæ ipſius Collegiatæ Parochiæ præcedere Cathedralem cenſuit S. Rituum Congr. *in Præneſtina Cauarum* 18. *Auguſti* 1618. ac in Synodo, Henric. Bottæ. *de Synodo par.* 3. *num.* 27. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 4. Rot. *in d. Cæſarauguſtana Synodi*, coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano. Mouentur duplici ratione, quarum
52 *Prima* eſt, quia † clerici inferiores debent reuerentiam Capitulo, ſicut Epiſcopo, & ideò ſicut præcedit Epiſcopus, ita & Capitulum debet præcedere, cùm dicatur eſſe pars corporis Epiſcopi, *l.* 1. *C. de petit. bonor. ſubl. lib.* 10. vbi Bald. quem refert Rip. *reſp.* 1. *num.* 4. *de*
53 *conſtit. Secunda*, † quia cùm Capitulum repræſentet perſonam Epiſcopi, ſicut præcederet Epiſcopus, ita & debet præcedere Capitulum.
54 Nam † Canonici Eccleſiæ Cathedralis dicuntur fratres Epiſcopi, Abb. *in cap. nouit, de iis, quæ fiunt à Præl.* & cùm Epiſcopus ſit caput Capituli, membra non debent à capite ſeparari, *cap.* 1. *diſt.* 12. Felin. *in cap. paſtoralis num.* 10. *de offic. deleg.* Gregor. XV. *deciſ.* 284. *num.* 2. *&* 3. *& ibi adden.* hinc conſuluit Menoch.
55 *conſ.* 51. *per tot. & conſ.* 257. quòd † Vicarius non poteſt interponi inter Epiſcopum, & Capitulum, ea ratione, quia inter Epiſcopum, & Canonicos nulla poteſt dari intermedia perſona, hoc prohibente iure naturali, ne membra ſeparentur à capite, per tex. clarum *in d. cap. nouit. de his quæ fiunt à Præl.* Monach. *in cap. Romana, num.* 9. *de ſent. excom. lib.* 6.

[Illud tamen in hac materia eſt ſingulari nota dignum quòd Canonicatus Collegiatæ in Romana ciuitate eſt dignior Canonicatu Cathedralis alterius ciuitatis, vt cenſuit Sacra Cong. Conc. teſte Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 2. *verb. Canonici* §. 4. vbi etiam refert ita in facto fuiſſe reſponſum ab eadem Sacra Congregat. de mente ſummi Pont. Epiſcopo Boſſamenti. Prout etiam notabile reputo quod ex Rebuffo & Riccio tradit Mich. Ferrus *d. tract. q.* 10. *num.* 3. *poſt med.* in Germania ſcilicet Canonicos Collegiatarum dici habere Dignitatem, & illis committi cauſas Apoſtolicas.]

Abbas cùm verè ſit Dignitas, Canonicus 56
verò impropriè, & lato modo ex dictis *cap.* 19. *num.* 1. ideò meritò Abbas Canonicis Cathedralium debet anteferri, ex doctrina gloſ. *verb. Abbas, in cap. & Subdiacono* 93. *diſt.* [Ferentill. me citato in hoc loco *ad deciſ. Buratti* 993. *num.* 14. *pag.* 268. *tom.* 3. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 17. *à num.* 20. vbi *num.* 22. intelligit procedere quamuis ſit Abbas foraneus,] quod verum eſt quando Canonici incedunt vt ſinguli, non ita ſi collegialiter, quia cùm tunc repræſentent Cathedralem Eccleſiam, quæ ſemper plus aliis honorari debet, ſunt Abbatibus præferendi, vt benè reſoluunt Domin. *in cap. quamuis, il primo*, §. *quamquam, notab.* 3. *de præbend. in* 6. Felin. *à num.* 9. Dec. *à num.* 4. *in cap.* 2. *de iudic.* idem Felin. *in cap. poſtulaſti, à num.* 4. *verſ. fallit tertiò, de reſcript.* Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi part.* 4. *conſid.* 32. Boër. *de authorit. magni conſilij num.* 67. *cum ſeqq.* Rip. *lib.* 2. *reſp.* 23. *num.* 3. Pancir. *conſ.* 6. *num.* 36. Menoch. *conſ.* 902. *ſub num.* 71. Selu. *de benefic. part.* 1. *quæſt.* 2. *à num.* 81. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 138. Ful. Pacian. *de probation. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 97. *&* 106. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *quæſ.* 16. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 51. Sebaſt. Cæſar. *in relect. de Eccleſiaſt. hierarchia cap.* 12. §. 1. *num.* 26. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 24. *quæſt.* 1. *num.* 3. *& diſp.* 25. *q.* 2. *per tot. & præcipuè à num.* 8. nouiſſimè Aloyſ. Ricc. *in praxi par.* 4. *reſol.* 391. [Ferentill. *vbi ſuprà num.* 15. Lotter. *d. q.* 17. *num.* 23. nouiſſimè Mich. Ferrus *de præcedent. & prælation. Eccleſ. q.* 1. *num.* 5. *cum ſeqq.*]

Cùm Parochus in propria Eccleſia tantam 57
habeat poteſtatem, quantam Epiſcopus in ſua diœceſi, Abb. *in cap* 1. *num.* 28. *de dolo, & contum.* & loco Imperatoris, & Regis habeatur, idem Abb. *in cap. venerabilis n.* 19. *de elect.*
ideò ibi † omnibus quantumuis in Digni- 58

tate conſtitutis præcedere deberetenent Caſ-
ſan. *in catalogo gloriæ mundi par. 4. conſid.* 22.
Rot. *in Calagurritana præminentiarum* 16.
Nouembris 1592. coram Penia, *& in Pampi-*
lonen. decimarum 22. *Martij* 1604. coram
Lirta, Seraphin. *deciſ.*964. Gonzal. *ad regul.*8.
Cancell. gloſ. 6. *ex num.* 10. *cum multis ſeqq.*
Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſt.*
enarrat. lib. 1. *tit. de maiorit. & obed. num.*8.
[latè Mich. Ferrus *tract. de præcedent. Eccle-*
*ſiaſt.q.*32.*num.*3. *cum ſeqq.* Salgado *de protect.*
*Regia p.*2.*cap.* 9. *num.* 79. *cum ſeqq.*] Quod
59 † extra propriam Parochialem Eccleſiam
non procedit, nam in funeralibus, & aliis
proceſſionibus proprio Parocho, cotta, &
ſtola induto præcedunt Canonici Cathedra-
lis, vt eadem S. Congr. cenſuit *in vna Ripana*
30. *Iulij* 1616. & optimè *in alia Viterbien.*25.
Iunij 1611. his verbis:
60 *In Sacra Congregat. expoſitum fuit oriri*
differentias inter Canonicos & Clerum Cathe-
dralis Viterbien. ex vna, & eiuſdem ciuitatis
Parochos ex alia partibus, dum ſimul ad funus
alicuius defuncti aſſociandum accedunt; præten-
dentibus Parochis ſtola, & cotta indutis præce-
dentiã in caſu propoſito ſuper vniuerſum Eccle-
ſiæ Cathedralis Clerum, & Capitulum Archi-
diacono, & Archipresbytero dumtaxat exce-
ptis, & è contra non conuenire exiſtimantibus
Dignitatibus, & Canonicis Eccleſiæ Cathedra-
lis, vt ſimplex Parochus ſupra Clerum, & Ca-
nicos Eccleſiæ Cathedralis, qui ſimul cum Ar-
chidiacono, & Archipresbytero vnum corpus
conſtituunt, locum obtineat. Quibus auditis ea-
dem Sacra Rituum Congregatio à decretis
factis in ſimilibus non eſſe recedendum cenſuit,
nempe vt locus dignior in funeralibus ſemper
relinquatur Capitulo, & Clero Eccleſiæ Cathe-
61 *dralis. † Parochum verò Defuncti, vel Paro-*
chum Eccleſiæ, ad quam corpus Defuncti defer-
tur, digniorem locum obtinere debere, & præ-
cedere quibuſcunque aliis Presbyteris, non autem
62 *Eccleſiæ Cathedralis. † In Eccleſia verò vbi*
corpus Defuncti ſepelitur, ad Parochum ipſius
Eccleſiæ pertinere offitium facere, & expreſſè
declaratum fuit in vna Piſauren. ſub die 20.
Decembris 1603. *& ſic etiam in Ciuitate Viterbi*
ſeruandum eſſe cenſuit, niſi aliàs immemora-
bilis conſuetudo ad fauorem Parochorum legiti-
mè probetur, & ita declarauit die 25. *Iunij*
1611. Domin. Epiſcop. Oſtienſ. Cardinal.
Pinellus, Ioan. Petr. Mucant. Secret. Et *in*
vna Sutrina decretum aliàs factum pro Capi-
tulo Eccleſiæ Cathedralis Sutrinæ Ciuitatis
63 quòd † Canonici, & Capitulum Eccleſiæ
Cathedralis in proceſſionibus, & funeralibus
ſemper vbique præcedere debeat quibuſcun-
que Curatis in eorum propriis Eccleſiis, ea-
dem Sacra Congregat. Rituum, *ſub die* 20.
Nouembris 1603. declarauit *non habere locum*
quando Canonici ſine Cruce, & conſenſu Ca-
pituli, vti ſinguli incedunt.

Canonici Eccleſiæ Cathedralis licèt non 64
ſint Doctores, in Congregationibus, & vbi-
que præficiendi ſunt Presbyteris non Cano-
nicis licèt ſint Doctores eadem Sacra Congr.
Rit. *in vna Bituntina* 9. *Ianuary* 1608. in hæc
verba. *Cùm in Cõgregationibus, quæ fiunt coram*
Epiſcopo Bituntino, vel eius Vicario generali
pro examine Ordinandorum admittantur non-
nulli Presbyteri Doctoratus gradu inſigniti vnà
cum aliquibus Canonicis Eccleſiæ Cathedralis
non graduatis, quæſitum fuit in S. Rituum Con-
gregatione quis locum digniorem obtinere de-
beat in ſedendo, an Presbyter graduatus non
Canonicus, vel potiùs Canonicus non gradua-
tus? Et Sacra Rituum Congreg. reſpondit Ca-
nonicos Cathedralis Eccleſiæ etiam non gra-
duatos præferendos eſſe omnibus Presbyteris non
Canonicis etiam graduatis.

Canonici verò Collegiatarum Eccleſia- 65
rum omnibus aliis clericis præcedunt poſt
Cathedralem; quia licèt Collegiata inferior
ſit Cathedrali, eſt tamen dignior quacunque
alia inferiori Eccleſia etiam Parochiali, ſecun-
dùm Hieron. de Laurent. *Auenionen. deciſ.*12.
*num.*1. [Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 6. *col-*
lect. 2350. *verſ. Collegiata Eccleſia dignior.*
Lotter. *de re benef. lib.*1. *q.*16. *num.*126.] Ca-
mill. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tom.*1. *tit.*2.
de ſacroſ. Eccleſ. num. 45. Seraph. *deciſ.*22. *&*
*deciſ.*1223. *& deciſ.* 1445. *num.*1. Buratt. *de-*
*ciſ.*455. *num.* 1 *& deciſ.* 487. & ideò † Cano- 66
nici Collegiatæ thurificari debent duplici du-
ctu thuribuli, Clerici verò Parochialium vni-
co tantùm ductu, vt cenſuit S. Rituum Con-
greg. *in vna Cæſarauguſtana de Daroca* 19.
Ianuar. 1613.

Vnde hos Collegiatarum Eccleſiarum Ca- 67
nonicos in funeralibus præcedere Parochis
non ſemel tenuit S. Rituum Congreg. & præ-
cipuè *in Sutrina* 30. *Auguſti* 1602. *&* 2. *Au-*
guſti 1603. *& in Meliten.* 18. *Nouembris*
1606. *& in Oſtien. terra Cori* 9. *May* 1617.
& in Præneſtina Cauarum 14. *Auguſti* 1618.
vbi in cauſa præcedentiæ inter Archipresby-
teros, & Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ S.
Mariæ, & Parochum S. Stephani declaratum
fuit *præcedentiam ſemper & vbique competere*
Archipresbytero, & Canonicis ſupra Parochum
prædictum etiam in aſſociandis funeribus De-
functorum propriæ ipſius Parochiæ, ius tamen
faciendi officium circa corpus Defuncti ad Pa-
rochum in ſua Parochiali Eccleſia ſpectare [&
tenuit nouiſſimè Mich. Ferrus *de præcedent.*
Eccleſiaſt. quæſt. 24. *num.* 2.] Et quòd præ-
cedere debeant omnibus Rectoribus, Cura-
tis, Plebanis, ac Presbyteris Eccleſiarum Pa-
rochialium in publicis proceſſionibus, fun-
ctionibus etiam ſynodalibus, cenſuit eadem
S. Con

S. Congreg. *in Veralen. 11. Decembris* 1613. *in Senogallien. 23. Martij* 1619. *& 4. April.* 1620. Etiamſi ante erectionem in Collegiatam mixtim incederent cum dictis Rectoribus, vt *in Syracuſana* 20. *Decembris* 1601. vel inferiores Eccleſiæ eſſent antiquiores, & fuiſſent in quaſi poſſeſsione præcedendi ante erectionem, ſecundùm Seraph. *deciſ.* 1445. & eandem S. Congreg. *in vna Illerden. præeminentiarum* 26. *Ian.* 1602. vbi ſubditur *hoc procedere etiamſi in erectione adſit clauſ. ſine præiudicio alicuius.*

68 Quamuis contrarium, immò Parochos in funeralibus præcedere Canonicis Collegiatæ exiſtimauerit Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 298. *num.* 83. *& tom.* 3. *cap.* 492. Et pro hac parte non facit deciſio eiuſdem S. Rit. Cong. *in vna Sancti Angeli terræ Saxiferati* 24. *Octobr.* 1609. quatenus videtur ibi decidi *illum Presbyterum, ſeu Curatum, qui defert ſtolam, & ad eius Eccleſiam funus defertur, aliis omnibus præcedere debere, & ſic etiam Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ*, quia poteſt reſponderi non loqui de præcedentia quando funus defertur ad Eccleſiam eius, qui ſtolam defert, ſed quando ab eo fit Officium in ſua Eccleſia, in qua præcedentiam habere debet: Nec etiam contra primam ſententiam obſtat alia deciſio eiuſdem S. Congr. *in alia Eugubina* 15. *Iuly* 1614. quia loquitur inter Curatum Cathedralis, & Curatum S. Petri Monachorum Oliuetanorum, non autem inter Capitula Collegiatarum: Nec denique obſtat Rituale Romanum *tit. de Exequiis pag.* 150. quatenus ſtatuit, vt Parochus in omnibus funeribus præcedat incedendo ante feretrum, quia loquitur inter Presbyteros eiuſdem ordinis, & aliam prærogatiuam non habentes, cuiuſmodi non ſunt Canonici Collegiatarum Eccleſiarum.

69 Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ ſemper præcedere debent Regularibus etiam in ipſorum Regularium Eccleſiis, eadem S. Congr. Rit. *in Tullen.* 12. *Martij* 1616. *& in Firmana Terra Victoria* 31. *Martij* 1618. Clemens VIII. *in ſua Conſtit. incip. Decet Romanum Pontificem ſub die* 20. *Februarij* 1601. ex decreto S. R. E. Cardinalium ſuper ſacris Ritibus, & cæremoniis deputatorum, declarauit *Regulares tam Monachos, quàm Fratres quorumcunque Ordinum etiam Mendicantium in funerum aſſociatione, proceſsionibus, & aliis huiuſmodi publicis actibus non debere Canonicos, Rectores, & clericos ſeculares præcedere, neque cum eis mixtim incedere, etiamſi aliquando ex ſecularium indulgentia aut humanitate, ſeu alia forſan de cauſa, ſecus factum fuerit, & quamcunque contrariam conſuetudinem tanquam abuſum corrigendam eſſe, idque indubitati iuris exiſtere, atque ita vbique locorum in Regnis Hiſpaniarum perpetuò obſeruari debere mandauit.*

70 Sed cùm adhuc Regulares non obtemperarent, pro parte Eccleſiarum, Presbyterorum, ſeu Clericorum ſecularium Regni Caſtellæ, & Legionis in Hiſpania Sacræ Congregationi Rituum expoſitum fuit, *quòd licet in libro Cæremoniali Epiſcoporum ſtatutum ſit, vt in generalibus proceſsionibus Fratres, ſeu Monachi, vel Ordines Regularium antecedant, & Presbyteri, ſeu Clerici ſeculares, quem Ordinem ſancti Petri vocant, ſubſequantur, & vltimum locum obtineant, nec mixtim cum Regularibus incedant, prout per abuſum antea faciebant, idque per Breue Apoſtolicum à Clemente VIII. etiam declaratum, & confirmatum fuit, tamen Regulares ipſi tenuerint id obſeruare, nec vt ſolebant prius ad proceſsiones accedunt; vel ſi accedant quaſi per contemptum aliquos paucos Fratres, nouitios, ſeu conuerſos, & ex vilioribus ad eaſdem proceſsiones mittunt. Eadem Sacra Congregatio Rituum facto de prædictis omnibus verbo cum eodem S. D. N. Papa, & de eius expreſſo ordine & mandato declarauit prædictos omnes Religioſos teneri ad obſeruantiam dicti libri cæremonialis, & Litterarum Apoſt. in forma Breuis expeditarum ſuper obſeruatione præmiſſorum omnium & ſingulorum, & ordinauit vt moneantur omnes Generales, Prouinciales, & quicunque alij dictorum Regularium ſuperiores, vt prædicta omnino etiam ſub pœnis arbitrio eiuſdem Sacræ Congreg. infligendis obſeruari faciant, & numerum debitum decentem & conſuetudinem fratrum ad proceſsiones mittant. Nonobſtante quacunque aſſerta, ſeu prætenſa conſuetudine in contrarium, quam abuſum eſſe, & non conſuetudinem, eadem Sacra Congregatio declarauit, & quibuſcunque alijs non obſtantibus. Et ita pronuntiauit, decreuit, & declarauit in plena Congregatione, & de Ordine expreſſo S. D. N. Clementis Papæ VIII. & inſuper ordinauit vt præſens decretum intimetur omnibus Generalibus, Prouincialibus, & aliis quibuſcunque ſuperioribus dictorum Ordinum, Romæ die* 30. *Auguſti* 1602. *Alexander Card. Florent. I. P. Mucantius pro ſecretario Congreg. locus † ſigilli.*

71 Et ad remouendam omnem dubitandi anſam idem Clemens VIII. per aliam ſuam conſtit. incip. *Quæ ad remouendum ſub die* 5. *Nouembris* 1603. ex voto eorundem Cardinalium Sacrorum Rituum declarauit Clerum ſecularem in omnibus locis etiam in proprijs Eccleſiis, & Conuentibus Fratrum, Monachorum, & Religioſorum quorumcunque in vniuerſo Regno Caſtellæ & Legionis præferendum eſſe ac præcedere debere, quas quidem Clementis VIII. conſtitutiones obſeruari mandat Gregorius XV. in alia ſua *in-*

cip. Aliàs à felicis, ſub die 3. *Auguſti* 1622. commiſſa earum executione quibuſuis locorũ Ordinarus in Regnis Hiſpaniarum exiſtẽtibus quoties pro parte alicuius ex Clero ſeculari fuerint requiſiri, &c. De iure etiam communi Clerici ſeculares præcedant Regularibus, *cap. alia eſt, cap. legi epiſtolam* 16. *q.* 1. Felin. *in rub. de maior. & obed. num.* 5. Homobon. de Bonis *de ſtatibus humana vita p.* 1. *cap.* 22. *in princip.* Salgado *de protect. Regia p.* 2. *cap.* 9. *num.* 37. *cum ſequent.* nouiſſimè Michael Ferrus *in tract. de præcedent. Eccleſiaſt. quæſt.* 14. *num.* 1. vbi reddunt rationem, quia dignior eſt cœtus clericorum, quàm Monachorum.]

72 Canonici Collegiatæ non debent in proceſsionibus incedere parati, ſicut Canonici Eccleſiæ Cathedralis, eadem S. Cong. Rit. *in vna Placentina* 19. *May* 1607. *in dub.* 20.

73 Vtrùm autem vtriuſque Signaturæ Referendarius præcedere debeat Canonico Cathedralis, fuit reſolutum à S. Rit. Congr. *in vna Veronen. Iun.* 1626. his verbis. *Conqueſtus eſt R. P. D. Veritas Veronen. vtriuſque Signaturæ Refendarius de nouo quodam Canonico dictæ Ciuitatis denegante ſibi præcedentiam, ſupplicans reſponderi quid ſeruandum. Et Sacra Rituum Congreg. reſpondit Prælatum extra Eccleſiam præcedere Canonicis. Et iterum orta controuerſia circa præcedentiam cum Archipresbytero dictæ Ciuitatis, eadem S. Rituum Congreg. cenſuit R. P. D. Veritatem non ſolùm Canonicis, ſed etiam Archipresbytero, aliiſque Dignitatibus, vt ſuprà, præcedere debere, die* 4. *Iulij* 1626. [Cætera de præcedentia Referendariorum vide nouiſſimè apud Mich. Ferrum *in tract. de præcedent. Eccleſiaſt. q.* 44.]

74 Canonici Cathedralis in omnibus, & per omnia ſunt præferendi Magiſtratui ſeculari quando non eſt de perpetuis, & maioribus, & Concionator debet ipſos priùs ſalutare quàm Magiſtratum, S. Congregat. Rit. *in*
75 *Tiraſonen.* 3. *Octobris* 1615. † Et ideò ſunt ante Magiſtratum thurificandi tam in Cathedrali Eccleſia, quàm in aliis, in quibus ſimul conuenerint, vbi talis eſt conſuetudo, eadem S. Congregat. *in Narnien.* 16. *Ianij* 1605.

Capvt XIX.

Canonici Eccleſiarum Cathedralium an dicantur habere Dignitatem, & poſsint à Sede Apoſtolica dari delegati, ſeu in Conſeruatores eligi?

Svmmarivm.

1 *Canonicatus Cathedralis ſecundùm latam ſignificationem dici poteſt Dignitas, propriè tamen talis non eſt.*

2 *Iuriſdictio nulla annexa eſt Canonicatui ex Eccleſiaſtica eius inſtitutione.*

3 *Canonicatus non debet ex natura ſua prærogatiuam, & vnus Canonicus alios antecedat.*

4 *Canonici de iure in Conſeruatores deputari non poſſunt, ſecus attenta Conſtitutione Gregor. XV.*

5 *Canonici poſſunt eſſe delegati Pontificis.*

6 *Canonicatum obtineri ſufficit, vt quis poſſit eſſe delegatus Pontificis, tempore commiſsionis, licèt præſentationis tempore non obtineatur, vt nùm.* 7.

8 *Canonicus, cui cauſa committitur per Sedem Apoſt. ſi poſt acceptationem litterarum deſinat talis eſſe, poteſt nihilominus Iudex eſſe in illa cauſa.*
[*Iuriſdictio non poteſt per ſubdelegationem in alterum transferri, quàm qui ſit qualificatus ſimiliter de eadem, vel ſimili Dignitate. ibid.*]

9 *Papa ſi cum minori diſpenſet, vt ſit Canonicus in Eccleſia Cathedrali, non ob id cenſetur cum eo diſpenſare, vt in ea ætate poſsit eſſe Iudex delegatus.*

10 *Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ, quamuis peritiſsimus Doctor, delegatus Papæ, ſeu Iudex ſynodalis conſtitui non poteſt.*

11 *Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Regularis non datur à Sede Apoſtol. delegatus niſi ex certa ſcientia Papæ, & numeris ſeqq.*

12 *Monacho ſimplici poteſt cauſa ex certa ſcientia à Sede Apoſt. committi, ſeu delegari.*

13 *Impedimenta duo ſi concurrant, vno ſublato alterum remanet.*

14 *Abbatibus, & aliis adminiſtrationem plenam habentibus iure communi prohibitum non eſt, quòd iudices eſſe poſsint.*

15 *Monachus ex legitima diſpenſatione factus Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, ſecularis non poteſt eſſe delegatus Papæ.*
[*Canonicus Monachus in Eccleſia Cathedrali*

thedrali ſeculari ex diſpenſatione Apoſtolica ex hoc non videtur diſpenſatus ad delegationem cauſarum. ibid.]

16 *Religioſus Epiſcopus obtinens à Pontifice licentiam teſtandi etiam ad opera pia, duplex impedimentum tenetur explicare, alterum ſe eſſe Religioſum, alterum ſe eſſe Epiſcopum.*

18 *Diſpenſatus ſimpliciter, vt minori ætate poſſit habere Præbendam habentem Sacrum Ordinem annexũ, non eſt diſpenſatus vt poſſit habere vocem in Capitulo.*

19 [*Canonicus vt poſsit eſſe Iudex delegatus an debeat eſſe deſignatus in Concilijs Prouincialibus, vel diœceſanis.*

20 *Reſcriptum delegatorium præſentari ſucceſſori in eadem Dignitate non poteſt abſque noua deſignatione.*

21 *Decretum Concilij de committendis cauſis ſolis iudicibus ſynodalibus non eſt in vſu quoad Papam.*]

1 QVAMVIS ſecundùm latam ſignificationem Canonicatus Cathedralis poſſit dici, Dignitas, per ea, quæ arg. tex. *in cap. quamuis, de præbend. lib. 6.* reſoluunt Ludou. Gom. *in c. ſtatutum, à num. 24. de reſcript. in 6.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 1. num. 39.* Seraph. *deciſ. 443. num. 6.* Adrian. Neguſant. *in ſylua reſponſ. quæſt. 481. num. 14.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 2. quæſt. 1. num. 102.* Grilenzon. *conſ. 50. num. 113.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ. 105. num. 2. in 1. edit. aliàs reſolut. 90. num. 2. in 2. edit.* [poſt Achil. *deciſ. 1. num. 6. de reſcript.* latè & nouiſſimè Theodoſ. de Rubeis *ſingular. Rotæ tom. 2. p. 4. de præcedentiis Protonotariorum, num. 36. cum ſeqq. pag. 489. in fine, & pag. 490.* Lotter. *de re benefic. lib. 3. q. 5. num. 10.* Valenzuel. *in iuſtificat. iuſtitiæ, & defenſione monitorij Pauli V. p. 4. num. 255.*] propriè tamen & ſtrictò modo
2 loquendo talis non eſt, vtpotè quia † illi annexa ex Eccleſiaſtica Canonicatus inſtitutione
3 nulla iuriſdictio eſt, † nec ex natura ſua habet prærogatiuam illam, vt vnus Canonicus alios antecedat, Felin. *in cap. paſtoralis, num. 12. de offic. deleg.* Feder. de Senis *conſ. 80. in fine,* Fulu. Pacian. *de probation. lib. 2. cap. 27. ex num. 101.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concl. 31.* Azor. *inſtitut. moral. parte 2. lib. 3. cap. 11. quæſ. 16.* [Achil. *deciſ. 1. num. 2. de reſcript.* Rot. *deciſ. 483. in fin. p. 1. recentiſſim.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 2. verb. Canonici §. 3.*] Sebaſt. Cæſar *de eccleſiaſt. hierarch. diſp. 12. §. 6. num. 25.* vbi *num. 27.* hoc ampliat procedere, etiamſi Canonicus iuriſdictionem exerceat, & excommunicationem ferre poſſit, veluti quando antiquior de Capitulo, vti Archidiaconus facit officium.

Vnde Canonicos in Conſeruatores deputari non poſſe reſoluunt gloſſ. 1. per tex. ibi, *in c. vlt. de offic. deleg. in 6.* gloſſ. *verb. Canonicis, verſ. item ſcias, in cap. ſtatutum, de reſcript. lib. 6.* Mandoſ. *de Signatura gratiæ, tit. conſeruatoria, verſ. ſed quoad Canonicos,* Petr. Greg. *ſyntagm. iuris, lib. 47. cap. 22. num. 28.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 65. art. 2.* Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom. 2. q. 47. art. 2. concluſ. 1.* Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. Ordin. in exemptos, par. 1. q. 39. num. 5.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 106. num. 10.* quamuis attenta noua Conſtitut. Gregorij XV. incip. *Sanctiſſimus*, quam ibidem refero, *num. 55.* hoc illis permittatur, ibi, *vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant.* Sed aduerte quòd ſi Regulares voluerint eos in Conſeruatores accipere, debent eligere Canonicos ſingularum diœceſum, in quibus monaſteria, Conuentus, ſeu domos Regulares habent, vt cenſuit S. Congregat. Conc. *in Roſſanen. 15. Aprilis 1628. & in Lancianen. 29. Ianuarij 1633.* 4

Delegati tamen Pontificis poſſunt eſſe Canonici, & expreſsè probat text. *in dict. cap. ſtatutum, in princip. de reſcript. 6.* Ludou. Gom. *à num. 24.* [innouatus per *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 10.*] Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 2. q. 1. num. 102.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol. 90. num. 3. & 10. in 2. edit.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſ. 2. num. 39.* Maſſobr. *de Synodo Diœceſana cap. 4. dub. 13. num. 23. cum ſeqq. ſecundùm Romanam impreſſ.* [Anton. Fabric. *in praxi benefic. Tit. de benefic. Cathedr. & colleg. num. 10.* Marc. Anton. Genuenſ. *practicab. Eccceſ. q. 612.* nouiſsimè Stephan. VVeyms *ad conſtitut. 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. ſpeciatim innouatas, conſtit. 1. num. 7. in princip. pag. 11.* vbi, *Quod ad Cathedralium Eccleſiarum Canonicos attinet, peculiare eſt quòd ſummus Pont. Bonifacius VIII. & conſequenter quoque Synodus Tridentina iiſdem attribuerit iſtam Dignitatem, vt tertio loco relati ſint inter perſonas habiles, & idoneas, quibus rectè delegari ac committi poſſint cauſæ Eccleſiaſticæ iudicandæ, dummodo aliàs ſint per ætatem viginti annorum habiles,* cap. cùm vigeſimum, de offic. deleg. *quod per ſe quoque habet peculiarem rationem, quia vtplurimum ſint perſonæ honorabiliores, eruditæ, & qualificatæ, quibus tutò talia negotia committi poſſint, adeò vt ex ſententia Antonij de Butrio* in d. cap. ſtatutum *ſufficiat eſſe nudos Canonicos, qui nondum aſſequuti ſint Præbendas, quod etiam pleniùs aſtruit ibi Ludou. Gom.* num. 28. cum ſeqq. *Æquiparantur igitur Canonici Cathedralium Eccleſiarum Dignitatibus quoad delegationes, & largè ſumpto vocabulo veniunt appellatione Dignitatum. Nam* 5

&

& aliàs dicuntur Epiſcoporum coadiutores, conſiliary Senatus, membra, Felin. in cap. paſtoralis num. 12. de offic. deleg. *tametſi propriè, & reſtrictiue loquendo, dici debeant in aliis Dignitatem non habere*, *Piaſec.* in ſua praxi Epiſcop. p.2. cap.4. num.8.]

6 Et ſufficit Canonicatum obtineri tempore commiſſionis, gloſ. *verb. Canonicis, in d. cap. ſtatutum*, Paul. de Caſtro *conſ.*425. *Ad primum, col.*4. Gig. *de penſion. q.* 22. *num.* 19. Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 4. *q.* 1. *num.* 17. Card. Tuſch. *lit. D. concl.* 145. *num* 15.

7 Licèt præſentationis tempore non obtineatur, gloſ. *d. verb. Canonicis*, dum ait ſufficere Canonicatum, aliamvè Dignitatem obtineri tempore impetrationis illius reſcripti Pontificis, quamuis tempore præſentationis eius ceſſauerit iam Dignitas illa, ſecus ſi tempore impetrationis non aderat Canonicatus, ſeu Dignitas, non enim ſufficeret eam adeſſe poſtea tempore præſentationis, cuius gloſſæ doctrina tripliciter probatur, & *primò*, quia qualitas iuncta verbo, vel participio eſt intelligenda ſecundùm verbi, vel participij tempus, *l. Titius*, *ff. de teſtamen. mil.* ergo ſatis eſt, & requiritur adeſſe Dignitatem legato tempore commiſſionis ſibi factæ. *Secundò*, quia capacitas in ipſo commiſſionis initio ſpectanda eſt, *c. ſi eo tempore, de reſcript. in* 6. *Tertiò*, quia per commiſſionem perſonalem factam illi, qui tempore impetrationis reſcripti Dignitate præditus erat, commiſſio quoad actum delegandi fuit conſummata; non ergo vitianda eſt, licèt ad eum caſum res veniat, nempe ceſſationem Dignitatis, ſeu Canonicatus, à quo incipere nequiuit commiſſio. Et ideò eam gloſſæ doctrinam amplectuntur Monach. *eod. cap. ſtatutum, in princ. num.* 7. Ioan. Andr. *num.* 17. *&* 18. Archid. *num.*3. *verſ. quid ſi cauſa*, Anch. *num.* 5. *q.* 4. Domin. *num.* 8. Franc. etiam, *num.* 8. Tiraq. *in tract. Ceſſante cauſa, limit.* 4. *n.*4. Maſſobr. *d. dub.* 13. *num.*48. optimè Sanch. *de matrim. lib.*8. *diſp.*27. *n.*28. vbi eam intelligit quando commiſſio fuit perſonalis, nam quãdo eſt realis, nec requiritur, nec ſufficit tempore impetrationis reſcripti adeſſe Dignitatem, ſed amplius requiritur, vt toto delegationis tempore perſeueret in ea Dignitate, nam quocunque temporis puncto ceſſat Dignitas, tranſit commiſſio ad ſucceſſorem in Dignitate.

8 Quare ex dictis inferunt Doctores Canonicum, cui cauſa committitur per Sedem Apoſtolicam, ſi poſt acceptationem litterarum deſinat talis eſſe, poſſe nihilominus iudicem eſſe in illa cauſa. [eamque terminare quando non eſt nominata, vel electa induſtria perſonæ, niſi aſſumpſerit qualitatem repugnantem] ita auctoritate gloſ. *d verb. Canonicis*, docent Felin. *in cap. quoniam Abbas. num.* 5. *de officio deleg.* Tiraq. *d. limit.* 4. *num.* 4. Azeued. *ad Curiam Piſanam lib.*4. *cap.* 6. *num.*66. *& lib.* 7. *num.*60. *tit.* 18. *lib.*4. *noua Recop.* Garc. Gironda *de priuileg. num.* 510. *cum ſeqq.* Flamin. Pariſ. *d. lib.* 1. *q.* 11. *num.*9. *&* 14. *in fine*, Ceuall. *commun. contra communes quaſt.* 667. *num.* 10. *in fine*, Galet. *in margarita caſuum Conſcient. verb. delegatus* 3. *& verb. renunciare, vlt.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 616. *in* 1. *edit. aliàs reſolut.* 614. *in* 2. *edit.* [Sanch. *d. diſp.* 27. *num.* 25. Squillante *d. cap.*4. *num.* 193. *&* 194. Marcheſ. *de commiſſ. p.*1. *cap.*6. *num.*66. *pag.*253. vbi intelligit dummodo non recipiat qualitatem repugnantem quòd fiat laicus, cùm dari poſſit caſus, quando non erat ſacris initiatus.] Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*92. Maſſobr. *d. dub.* 13. *n.* 49. [Matienſ. *l.* 14. *gloſ.* 1. *num.* 55. *verſ. hanc noſtram, tit.* 4. *lib.* 5. *Recop.* Nicol. Garc. *d. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 351. nouiſſimè Steph. VVeyms *d. conſtit.* 1. *num.* 18. vbi refert fuiſſe deciſum per Sacram Congreg. Concilij *die* 21. *Marty* 1587. quòd ſi is, qui tempore deſignationis, ſeu commiſſionis Dignitatem habebat, eam tamen poſtea reſignauit, nihilominus poteſt de eadem cauſa adhuc cognoſcere, quia ſufficit quòd ab initio ſemel fuerit aptus, & capax; eoque caſu verè ac propriè accipi poſſunt verba Concilij Trid. *in d. cap.* 10. vbi, *& alioqui ad id aptas*, cùm ſatis apta reperiatur perſona tali caſu, quæ ſemel apta fuit, etiamſi poſtea deſierit apta eſſe, & non habeat qualitates iuxta conſtitutionem Bonifacianam requiſitas, & *num.* 20. tenet quòd ſi contingat huiuſmodi Dignitatem, ſeu Canonicum cauſam ſibi per ſedem Apoſt. commiſſam alteri ſubdelegare, prout rectè facere poteſt, ex tex. *in cap. ſuper quæſtionum, de offic. deleg.* oportebit ſubdelegandum quoque in Eccleſiaſtica Dignitate eſſe conſtitutum; non enim poteſt iuriſdictio Apoſt. per ſubdelegationem transferri in alium, quàm qui ſit qualificatus, ſimiliter de eadem, vel ſimili Dignitate, cùm debeat ſubrogatus ſapere conditionem, & qualitatem eius, cui ſubrogatur; & ſubdelegatus non minus ſuſtineat vices Sedis Apoſt. quàm delegatus, ideoque debeat meritò aliqua Dignitate ſplendere pro decore Sedis Apoſt. Alex. *conſ.* 77. *incip. In cauſa num.*5. *vol.*2. Ludou. Gom. *in d. cap. ſtatutum num.*63. Negari interim non poteſt quin ad vnum aliquem particularem articulum ſubdelegari rectè poſſit is, qui Dignitatem non habet, dummodo de cætero ſit idoneus, & legalis, puta ad teſtium examinationem, ad inſtrumentorum collationem, vel ad alium ſimilem actum: & cùm per talem ſubdelegationem tota iuriſdictio Apoſt. non transferatur, immo poſſit talis articulus expediri abſque vlla cauſæ cognitione, non immeritò

toleran

tolerantur in exercitio illiùs etiam ſimplices clerici, ac perſonæ priuatæ, quæ nullam habent Dignitatem, vt tenet Stephan. VVeyms *citato loco, num.* 20.

Coadiutor alicuius Dignitatis, vel Canonici Cathedralis Eccleſiæ non poteſt eſſe delegatus Papæ, vel deſignari iudex ſynodalis, de quo diximus *cap.* 29. *num.* 31.

Vtrùm autem commiſſio facta Canonicò ſub nomine Dignitatis tranſeat ad ſucceſſorem. Quidam exiſtimant tranſire, quia licèt Canonicatus propriè ſucceſſorem non habeat, cùm morte extinguatur, attamen ex mente Pontificis bene tranſiret ad alium, cui Canonicatus ille collatus fuerit. Ita Gutier. *de matrim. cap.* 125. *num.* 4. Sanch. *in ſimili tract. lib.* 8. *diſp.* 27. *num.* 12. Bonacin. *de legib. diſp.* 1. *q.* 3. *puncto* 8. §. 1. *num.* 14. Garc. *de benefic. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 38. Verùm ab horum opinione meritò recedit Squillante *de priuileg. cleric. cap.* 4. *num.* 189. ſi ea intelligatur de commiſſione facta Canonico ſimplici non habenti aliquam Dignitatem, & particularem locum in Capitulo, aut titulum ſpecialem per ſe ſubſiſtentem, & non dependentem ab alio.]

9 Si Papa cum minore diſpenſet vt ſit Canonicus in Eccleſia Cathedrali, non ob id cenſetur cum eo diſpenſare, vt in ea ætate poſſit eſſe iudex delegatus, ſicut bene reſoluunt Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 270. *num.* 7. Maſſobr. *d. cap.* 4. *dub.* 11. D. Barboſ. *in l. cùm prætor.* §. *vlt. num.* 60. *ff. de iudic.* per ea quæ infrà adducemus *num.* 17. *&* 18.

10 Collegiatæ Eccleſiæ Canonicus quamuis peritiſſimus Doctor delegatus Papæ, ſeu iudex ſynodalis conſtitui non poteſt, quia id tantùm in Canonicis Eccleſiæ Cathedralis expreſſum reperitur, vt ſuprà oſtendimus, & ideò ita docet Marc. Anton. Gennenſ. *in pract. Eccleſ. q.* 612. *num.* 4. & refert ita ſibi fuiſſe reſponſum à S. Cong. Concilij, Maſſobt. *d. cap.* 4. *dub.* 10. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 5. *num.* 14. quamuis contrarium velit Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 6;7. *in* 1. *edit. aliàs reſolut.* 575. *in* 2. *editione.*

11 Quæſtio eſt dubia an Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Regularis à Sede Apoſtolica dari poſſit delegatus? non loquimur quando Papa ex certa ſcientia id facit, quia tunc etiam ſimplici Monacho poteſt cauſa à Sede Apoſtolica committi, ſeu delegari, vt colligitur ex tex. *in cap. cùm olim* 14. ibi, *Abbatibus, & F. Monacho, de priuileg.* iunctis reſolutis per Vanti. *de nullitatib. tit. ex defectu iuriſdictionis deleg. num.* 79. Sub dubium verſatur quando id Papa facit non habita notitia quòd talis Canonicus eſſet Regularis? In quo dubio communis tenet commiſſionem huiuſmodi non valere, vt multis probant Archid. *num.* 1. *in fine*, Ioann. Andr. *ſtatim in princip.* Anch. *num.* 2. *quæſt.* 2. Franc. *in princip. num.* 5. Domin. *num.* 3. & Ludou. Gom. *num.* 32. *in d. cap. ſtatutum*, Felin. *in cap. cauſam quæ, num.* 4. *de iudic.* Duen. *regul.* 72. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 270. *num.* 6. Maſſobr. *d. cap.* 4. *dub.* 13. *num.* 3. Ex pluribus rationibus, eaque præcipua, quia ante *d. cap. ſtatutum* prohibitum erat Monachis ne iudices eſſe poſſint, iuxta text. *in cap. de præſentium*, & *ibi* gloſ. *verb. defenſor.* 16. *q.* 1. iuncto generali tex. *in cap.* 1. *& in cap. clericos, verſ. iubemus; ne clerici, vel Monach.* quia mortui ſunt mundo, & velle non habent, nec nolle, & ſine Prælati ſui licentia actum aliquem legitimum, aut ciuilem exercere non poſſunt; nec conſentire electioni, *cap. ſi Religioſus* 27. *de elect. lib.* 6. nec ſuſcipere executoris officium, *cap.* 2. *de teſtam. eod. lib.* aut procuratoris, Clem. *Religioſus, de procurator.* cum multis aliis, quæ proſequuntur, Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *à num* 111.
Azor. *inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 12. *c.* 11. † Facit 12
etiam, quia quando concurrunt duæ rationes, quarum vna nocet, altera prodeſt, ea quæ nocet debet præualere, iuxta tex. *in l. ſi quis in graui*, §. *vlt. cum l. ſeqq. ff. ad Sylanian. l.* 1.
ff. de ſuſpect. tutor. & impedimentis † ſi duo 13
concurrunt, vno ſublato alterum remanere, optimè probat tex. *in* §. *affinitatis*, ibi, *alia ratione, &c. Inſtit. de nupt.* commendat Valaſc. *conſ.* 60. *num.* 6. & multi citati à Garc. Falcon. *regul.* 78. *num.* 2. Licèt igitur in Religioſo Canonico Cathedralis concurrat ratio Canonicatus, quæ potens eſt, vt ei fieri poſſit delegatio, cùm tamen in eo reperiatur altera Monachatus, quæ impedit, hæc attenditur, & præualet.

Contrariam tamen ſententiam tenet Abb. 14
in dict. cap. cùm olim, num 13. & latiùs *in d. cap. cauſam quæ, num.* 9. & in eius ſententiam videtur magis inclinare Dec. *ibi à num.* 4. ſequitur Vant. *d. tit. ex defectu iuriſdictionis delegatæ, num.* 82. Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.* 2. *quæſt.* 124. *art.* 1. & hanc eſſe veriorem profitetur Ludou. Gom. *in cap. ſtatutum, num.* 32. & ſequitur Sanch. *in præceptu Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 83. Mouentur auctoritate *Clem.* 2. *de reſcript.* dum decidit ſufficere, vt valeat commiſſio facta Religioſo à Sede Apoſt. quòd in eo reperiatur qualitas, quæ ſufficit in clerico ſeculari, veluti quòd Prior ſit Conuentualis, atque ita Dignitatem habeat, iuxta text. *in d. cap. ſtatutum*; ſed Religioſus Canonicus Cathedralis habet Dignitatem, quæ ſufficit iuxta eundem tex. ergo etiam illi fieri poteſt commiſſio. Et facit, quia Canonicus Cathedralis propter maximam præeminentiam latè Dignitatem habere cenſetur,

ſerur, vt *ſup. in princ. huius cap.* oſtendimus.

15 Verùm à communi non eſſe recedendum exiſtimo, & ad oppoſitionem Abb. reſpondetur cum Felin. & aliis pro communi adductis negando in propoſito argumentum de Abbate, aut Priore Conuentuali ad Canonicum; nam Abbatibus, & aliis adminiſtrationem plenam habentibus iure communi prohibitum non erat, quòd iudices eſſe poſſint, vt docuit *gloſ. 1. in d. cap. de præſentium* 16. *q.* 1. ex ratione, quam reddit, quòd alteri ſubiecti non ſint, & conſequenter ad Canonicum Regularem, vel aliàs Monachum, qui iure antiquo prohibitus erat, & ſuperiori ſubiectus eſt, ſine cuius licentia velle non habet, nec nolle, trahenda non eſt, vt benè reſoluit communis.

[Amplia communem procedere etiam quando talis Monachus eſſet Canonicus Eccleſiæ Cathedralis ſecularis ex diſpenſatione, nam talis diſpenſatio non videtur poſſe extendi, vt videatur habilitatus ad legationem cauſarum, quæ non dicitur eſſe ex conſequutiuis neceſſariis diſpenſationis, ita Stephan. Gratian. *d. tom.* 3. *c.* 270. *num.* 7. vbi *num.* 8. ſecus dicit in Prælato Monacho Epiſcopo.]

16 Ex quibus colligo Monachum ex legitima diſpenſatione factum Canonicum Eccleſiæ Cathedralis ſecularis non poſſe eſſe delegatum Papæ, vt meritò tenent Felin. *in d. cap. cauſam quæ, num.* 5. Rimin. iun. *conſ.* 403. *num.* 9. *vol.* 4. quamuis contrarium exiſtimauerint Gambar. *de offic. & poteſt. Legati à latere, lib.* 8. *cap. vlt. à num.* 31. Sanch. *d. cap.* 13. *num.* 83.

17. †quia eorum opinio cōfunditur, ex dictis ſuprà *num.* 13. tum etiam, quia Religioſus Epiſcopus obtinens à Pontifice licentiam teſtandi etiam ad opera pia, duplex impedimentum tenetur explicare, vt diſpenſatio legitima ſit, alterum ſe eſſe Religioſum, alterum ſe eſſe Epiſcopum, quòd duplici hoc impedimento ad teſtandum affectus ſit, vt cum eodem Sanch. reſolui *de officio Epiſcopi*

18 *par.* 3. *alleg.* 114. *n.* 24. † Tum denique, quia diſpenſatus ſimpliciter vt in minori ætate xxj. annorum poſſit habere Præbendam habentem Sacrum Ordinem annexum, non eſt diſpenſatus, vt poſſit habere vocem in Capitulo, vt poſt Felin. *in cap. poſtulaſti, num.* 11. *de reſcript.* cenſuit Rot. *in Senen. Archiepresbyteratus* 23. *Iunij* 1606. coram bonæ mem. Cardinali Lancelloto iun. & infrà *cap.* 37. *num.* 9. latiùs dictum eſt.

19 [Sed remanet vt videamus an Canonicus Cathedralis Eccleſiæ poſſit eſſe iudex delegatus cauſarum ad forum Eccleſiaſticum pertinentium modo ſuprà explicato, ſi non fuerit deſignatus in ſingulis Conciliis Prouincialibus, & Diœceſanis? In quo dubio negatiuè reſpondendum eſt, quia Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 10. mandauit in ſingulis Conciliis Prouincialibus, & Diœceſanis deſignari caſtas aliquot perſonas, quæ requiſitas habeant qualitates, & in Dignitate Eccleſiaſtica ſint conſtitutæ iuxta conſtitutionem Bonifacij VIII. *in d. cap. ſtatutum*, & alioquin ad id ſint aptæ, quibus de cætero præter Ordinarios locorum cauſæ ſpirituales Eccleſiaſticæ, & ad forum Eccleſiaſticum pertinentes in partibus delegandæ committantur. Debent autem iſtæ perſonæ nominari, ſeu deſignari in particulari, & nominatim, itaut non ſufficiat illos deſignari in genere, puta obtinentes Canonicatus Doctorales, vel Magiſtrales, aut alio ſimili modo. Debetque ea deſignatio fieri in ſingulis Conciliis Prouincialibus, aut Diœceſanis, idque per Epiſcopum, ad quem principaliter dictarum perſonarum nominationem pertinere cenſuit pridem S. Congreg. interpretum ſacroſancti Concilij Trid. quamuis tamen id ſumendum non ſit priuatiuè quoad alios, qui Synodo intereſſe non debent, quia, teſte Nicol. Garc. *de benef. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 353. etiam alij nominare poſſunt, quàm ſoli Epiſcopi. Sic earum quidem perſonarum nominatio, ſeu deſignatio modo prædicto facta debet vlteriùs ex præcepto eiuſdem Concilij Triden. per ſingulos Epiſcopos ad Romanum Pont. tranſmitti, vt *in d. cap.* 10. *verſ. quam ſtatim Epiſcopus.*

Porrò ſi poſt mortem, vel reſignationem obtinentis Dignitatem, vel Canonicatum, ac nominati per Synodum, præſentatum fuerit reſcriptum delegatorium ſucceſſori in eadem Dignitate, abſque noua deſignatione, proceſſus erit nullus ex defectu iuriſdictionis, quia forma à Tridentina Synodo præſcripta non fuerit obſeruata. Et ita in practica obſeruatum, & obtentum fuiſſe in Regia Cancellaria Pinciana in quadam cauſa Salamantina retulit idem Garc. *d. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 360. Michael à Coſta *in Lectura cap. quoniam Abbas, de offic. deleg.* quibus locis vterque etiam tradidit per Concilium Trid. ea in parte locum non habere Alexandri Papę tertij reſcriptum, quo voluit ſucceſſorem in Dignitate ſuccedere in delegatam iuriſdictionem, quæ facta eſt ſub nomine Dignitatis, & non perſonæ nominatim expreſſæ *in d. cap. quoniam Abbas.* Nam defuncto deputato per Synodum non ſuccedit ſucceſſor in Dignitate, ſed is quem Epiſcopus cum conſilio Capituli nominauerit, vſque ad futuram Synodum, vt bene aduertit nouiſſimè Steph. VVeyms *ad d. conſtit.* 1. *num.* 13. 20

21 Verùm quidem eſt decretum hoc de committendis cauſis ſolis iudicibus ſynodalibus reſpectu Papæ in vſu non eſſe, cùm adhuc frequenter ipſe committere ſoleat cauſas aliis perſonis

perſonis in Dignitate eccleſiaſtica conſtitutis; quàm depntatis in Synodo: ſed id vereſimiliter ex eo procedit, ſiue quia ſit ſupra Concilium, ſiue quòd Diœceſani Epiſcopi ex ſua parte etiam non curent ad ſummum Pont. tranſmitti nominationes, & deſignationes iudicum à Synodo factas, quod tamen iuxta decretum Concilij facere tenentur, & ſic Papa ex quadam quaſi neceſſitate iuſtitiæ adminiſtrandæ decretum non obſeruat, vt atteſtantur Garc. *d. c. 2. n. 351.* & Stephan. VVeyms *vbi ſuprà, num. 14.*

Capvt XX.

Canonici qualiter reſidere debeant, & non reſidentes quibus pœnis puniantur?

SVMMARIVM.

1 *Dignitates, Canonicatus, Prabendas, aut Portiones in Cathedralibus, vel Collegiatis obtinentes non poſſunt vigore cuiuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe.*

2 *Menſes tres, quibus Canonici quolibet anno abeſſe poſſunt, continere debent xc. dies non ſolum continui, ſed etiam interpollati.*

3 *Canonici, in tribus menſibus quolibet anno abeſſe volentes licentiam ab Epiſcopo petere non tenentur.*

4 *Epiſcopi iuriſdictio atque arbitrium eſt ſtátuere quota pars Canonicorum ab Eccleſia quolibet tempore abeſſe poterit.*

5 *Epiſcopus edicere poteſt ne Dignitates, & Canonici ſine eius licentia abeſſe poſsint*

6 *Epiſcopus prouidere debet ne tres menſes, in quibus Canonici quolibet annò abeſſe poſſunt, incidat in Natale, aut Paſcha Domini, ſicut ſimiles maximas ſolemnitates.*

7 *Coadiutor, & coadiutus poſſunt abeſſe tribus menſibus in quolibet anno.*

8 *Canonici ſi in nouem menſibus anni notabiliter abſint, peccant mortaliter.*

9 *Canonici non excuſantur à reſidentia quamnis velint quotidianas diſtributiones amittere.*

10 *Canonicis nihil prodeſt quòd in ciuitate maneant, niſi Eccleſia debitis horis inſeruiant.*

11 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus, vt ſua Eccleſia Canonici abeſſe poſsint per quatuor menſes.*

12 *Canonici ſi Dominicis, & feſtiuis diebus de precepto interſint tantùm, abeſſe intelliguntur vltra tres menſes, quamuis ſic reſidere pratextu conſuetudinis, aut ſtatuti intendant.*

13 *Canonici non ſatisfaciunt ſuo muneri exhibendo ſuam præſentiam in choro niſi pſallant.*

14 *Dies ipſi reſidentia, & ſeruitij ſiue continui fuerint, ſiue interpollati numerandi ſunt ad complementum nouem menſium, quibus reſidere tenentur Canonici in quolibet anno.*

15 *Canonici, Dignitates, aut Portionary in Cathedralibus, ſeu Collegiatis Eccleſiis non reſidentes an, & quibus fructibus priuentur, oſtenditur.*

16 *Pœnarum gradus in Conc. Triden.* ſeſſ. 24. de reform. c. 12. *præſcripti neceſſariò ſeruandi ſunt antequam deueniatur ad priuationem, aliàs nulla erit.*

17 *Epiſcopi poſſunt procedere ad priuationem ob non reſidentiam, etiamſi illa temporum interualla non fuerint obſeruata.*

18 *Canonicatu vt quis priuetur ob non reſidentiàm debet perſonaliter citari, & quid ſi perſonaliter citari non poſsit, oſtenditur.*

19 *Citatio vna ſufficit ſi perſonaliter fuerit executa in Canonico contra quem agitur ad priuationem ob non reſidentiam.*

[*Appellatio à ſententia priuatoria beneficij ob non reſidentiam, non datur ad effectum ſuſpenſiuum ſi lata ſit ſeruato iuris ordine. ibid.*]

20 *Pœnas contra obtinentes Canonicatus, & non reſidentes poteſt Epiſcopus ante ſententiam minuere, ſed non in totum tollere.*

21 *Pœna contra obtinentes Canonicatus, & non reſidentes non habent locum in Canonico carente Prabenda.*

STatuit Sacrum Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c. 12. verſ. præterea,* vt 1
obtinentibus in Cathedralibus, aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones, non liceat vigore cuiuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe, ſaluis nihilominus earum Eccleſiarum conſtitutionibus, quæ longius ſeruitij tempus requirunt; per quod ita tradunt Nauarr. *conſ. 2. aliàs 11. de cleric. non reſident.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo titul. deciſ. 2.* Azor. *inſtitut. moral. parte 2. lib. 7. cap. 3.* Nicol. Garc. *de beneſic. parte 3. c. 2. n. 180. cum ſeqq.* Vgolin. *de offic. Epiſc. cap. 19. in princ. à n. 2.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra, lib. 2. tit. 23. de reſidentia, rub. an Canonici, vel alij habentes Dignitatem, teneantur reſidere in ſuis Eccleſiis, n. 8. cum ſeqq.* Squillante *de oblig. cleri-*

ricor.p.1 à num. 114. Bonacin. de horis Canon.
diſput.2.quæſt.5.Sanctarel.var.reſolut.quæſt.4.
n.19.cum ſeqq. [me citato in hoc loco Lotter.
de re beneſ.lib.3.q.27.n.24.]

2 Hi tres menſes, quibus Canonici quolibet
anno abeſſe poſſunt, cõtinere debent xc. dies,
triginta pro quolibet menſe, & poſſunt accipi
non ſolùm continui, ſed etiam interpollati, vt
reſoluunt Menoch.de arbitr. caſu. 50.à n. 12.
Gonzàl. ad regul.8.Cancell. gloſ.11.n.8. Nicol.
Garc. d. c. 2.n. 306. Sanctarell. var. reſol. q. 4.
num. 20.

3 Non tenentur Canonici in his tribus menſi-
bus abeſſe volentes licentiam ab Epiſcopo
petere, ſed ne debito ſeruitio ipſa Eccleſia de-
4 ſtituatur, † Epiſcopi iuriſdictio atque arbitriũ
eſt ſtatuere quota pars Canonicorum ab Ec-
cleſia eodem tempore poſſit abeſſe, vt refe-
runt deciſum Zerol. in praxi Epiſcop., parte 1.
verb.priuatio, §. 2.dub.4. Galet. in margar. ca-
ſuum conſcient.verb. Canonicus, Nicol.Garc.d.
c. 2.n. 315. Franc.Leo in theſauro fori Eccleſ.
parte 3.c.2. n.21. & 22. Aloyſ. Ricc. in praxi
rerum fori Eccleſ.reſolut.392.n.4.& 5.Armen-
dar.d.loco n.36.& n.113.Sanctarell.d.q.4.n.28.
Ego ipſe d.part.3. alleg. 53. n. 118. me citato
Alzed. de præſtantia Epiſcop.dignitatis parte 2.
cap.9.n.40.[nouiſſimè Marcel. Vulpe in praxi
iudic.fori Eccleſ. c. 13.n. 12.] & declarauit Sa-
cra Rituum Congreg. in vna Egitanien. 23.
5 Nouembris 1602. & ſic poſſe † Epiſcopum
edicere ne Dignitates, & Canonici ſine eius
licentia abeſſe poſſint, cenſuit Sacra Congr.
Concil. in vna Terracien. 11. Februarij 1628.
& in Monopolitana 16.Decemb. eiuſdem anni.

6 Et ideò prouidere debet Epiſcopus ne dicti
tres menſes incurrant in Natale, aut Paſcha
Domini, ſiue ſimiles maximas ſolemnitates, vt
per Zerol. d.verb.priuatio. §.4. dicto 2. dub.3.
Nicol. Garc. d.cap.2. num.316. Armendar. d.
loco, num.38. Ego ipſe d. allegat. 53. num.119.

7 Nec impeditum quin coadiutor, & coadiu-
tus poſſint abeſſe his tribus menſibus, ſi aliud
Canonicum non obſtiterit, Nau. conſ.1.n.6.de
cleric.ægrot. Monet.de opt. Canon. q.8. n. 172.
Sanctarel. d. q. 4. n. 27. Ego ipſe d. alleg.53.n.
125.

[Statutum Eccleſiæ Aſtenſis diſponens vt
Canonicus, qui ex aliqua cauſa eſt abfuturus
vltra trimeſtre, teneatur illam probare, & li-
centiam petere à Capitulo, aliàs non lucre-
tur fructus, nec diſtributiones, non habet
locum in abfuturo cauſa defenſionis ſuæ Præ-
bendæ, cùm talis habeatur pro præſente, &
reſidente, Rot. deciſ. 467.num. 3. p. 1. recen-
tior nouiſſimè Theodoſ. de Rubeis ſingular.
Rotæ p. 6. obſeru. 13. §. 1.pag.600.]

8 Vnde his tribus menſibus exceptis in reli-
quis nouem tenentur quolibet anno reſidere,
Nicol. Garc. d. cap.2. num.198. in 2. declarat.
Armendar. d.loco num.24. ita vt ſi in illis notà-
biliter abſint, peccent mortaliter, ſecundùm
Emman. Sà in aphoriſm. verb. reſidentia, num.
1. Nicol. Garc. d.cap.2. num. 321. Squillante
de obligat. clericor. parte 1. num. 120. Sancta-
rel. d. quæſt. 4. num. 24. [Filliuc. quæſt. moral.
tom.2. tract.23.cap.7.num.207. Suar. de Relig.
tom.2. lib.4. cap. 10. num.17.& cap.13.num.5.
Diana moral. reſol. p. 2. tract. 12. reſol. 31.]
† nec excuſantur, quamuis velint quotidianas 9
diſtributiones amittere, ex eodem Nicol.Garc.
d. cap.2. num. 322. declarat.29 & Armendar.
d. loco, num.41. † Nec quicquam eis prodeſt 10
quòd in ciuitate maneant, niſi Eccleſiæ debi-
tis horis inſeruiant, Nicol. Garc. d.cap.2.num.
323. in 1. declar. Armendar. d. loco, num. 42.
& ſeq. Sanctarel. d. quæſt. 4. num. 24. quia in-
tereſſentia debet eſſe non omnibus diebus, &
horis, præterquam in dictis tribus menſibus,
niſi Eccleſiæ conſtitutiones longius ſeruitij
tempus requirant, Nicol. Garc. d. cap.2. num.
325. in 1. declarat. Armendar. d. loco, num.
47. † Poteſt tamen Epiſcopus diſpenſare, 11
vt ſuæ Eccleſiæ Canonici abeſſe poſſint per
quatuor menſes, vt me citato reſoluit Al-
zed. de præſtantia Epiſcop. dignitatis, parte 2.
cap. 9. num. 39.

Cùm quidam Canonicus Præbendatus Ec- 12
cleſiæ Collegiatæ ſecularis diuinis Officiis in
dicta Eccleſia per Canonicos, & alios in
Choro ſingulis diebus decantari, vel recitari
ſolitis, non interſit niſi Dominicis, & feſtis
diebus de præcepto anni curſum contingen-
tibus, alius verò Canonicus pariter Præben-
datus, non niſi in aliquibus principalibus fe-
ſtiuitatibus, & ſolemnitatibus officiis prædi-
ctis, vt ſuprà intereſſe conſueuerit, fuit quæ-
ſitum apud Sacram Congregationem Con-
cilij, an tales Canonici dicantur abeſſe à ſer-
uitio Eccleſiæ vltra tres menſes, & an pro-
pterea incurrerint pœnas amiſſionis fru-
ctuum tum Præbendæ, tum reſidentiæ ad for-
mam Sacræ Congregationis, non obſtante
conſuetudine in contrarium? Eadem Sacra
Congregatio ſub die 20. Aprilis 1602. cen-
ſuit proculdubio intelligi abeſſe vltra tres men-
ſes, quod non licèt alicui Canonico prætextu
conſuetudinis, aut ſtatuti ex decreto eiuſdem
Concil. ſeſſ. 24. de reformat. cap.12. verſ. præ-
terea obtinentibus.

Item propoſito dubio, an Canonici, & 13
alij, qui interſunt diuinis Officiis, ſatisfa-
ciant eorum muneri exhibendo ſuam præſen-
tiam in Choro, etiam quòd non cantent, ne-
que pſallant, maximè ſi allegarent ſe eo tem-
pore meditari, vel ſubmiſſa voce dicere, quæ
ab aliis cantantur, vel alias pias preces tunc
recitare, an verò teneantur præcisè alta, &
conſona voce diuina Officia, & horas Ca-
nonicas recitare, cantare, & pſallere, & aliter
non

non ſatisfaciant muneri, & obligationi? Eadem Sacra Congreg. *ſub dicto die 20. Aprilis* 1602. cenſuit *teneri omnino pſallere, alioquin obligationi ſuæ non ſatisfacere.*

14 Ad colligendum ſeruitium dictorum nouem menſium non ſunt colligendæ punctaturæ, quaſi ij, qui nouem partes punctaturarum ex duodecim habeant, ſeruitio nouem menſium debito ſatisfecerint, ſed ipſi dies reſidentiæ, & ſeruitij ſiue continui fuerint; ſiue interpollati, numerandi ſunt ad complementum dictorum nouem menſium, ita deciſum referunt Nicol. Garc. *d. cap. 2. num.* 327. & Armend. *d. loco num.* 51. & reſcripſit Epiſcopo Aquilano S. Cong. negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita *ſub die 25. Septemb.* 1584. nam Conc. Trid. *d. cap.* 12. concedit Canonicis abſentiam trium menſium in quolibet anno, quod intelligendum eſt, ſi conſtitutiones Eccleſiæ ſeruitium totius anni requirant, vt tradunt Nicol. Garc. *d.c.2. num.* 312. Armendar. *d. loco, num.* 5.

15 Contra verò huiuſmodi obtinentes Canonicatus, Dignitates, Præbendas, aut Portiones in Cathedralibus, ſeu Collegiatis Eccleſiis, &, vt ſuprà, non reſidentes ſtatuit Concil. Trid. *d. cap.* 12. *verſ. alioquin*, vt illi primo anno priuentur dimidia parte fructuum, quos ratione etiam Præbendæ, ac reſidentiæ fecerunt ſuos, quod ſi iterum eadem fuerint vſi negligentia, priuētur omnibus fructibus, quos eodem anno lucrati fuerint, creſcente verò contumacia contra eos iuxta ſacrorum Canonum conſtitutiones procedatur, referunt Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 19. *in princ. à n.* 3. *&* §. 2. *num* 7. Armendar. *d. loco, num.* 98. Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 146. Quibus quidem pœnis ſubiacent illi, qui maiori ſeruitio Eccleſiæ quàm nouem menſium ſunt adſtricti, ſi non reſideant, vt referunt deciſum Nicol. Garc. *d cap. 2. num.* 144. Armendar. *d. loco, num.* 107. Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 146. *in fine*, vbi *n.* 148. poſt Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 3. num. 9. verſ. neceſſariò*, refero de-
16 ciſum † præfatos pœnarum gradus *in d. cap.* 12. præſcriptos neceſſariò ſeruandos eſſe antequam deueniatur ad priuationem, aliàs illam nullam eſſe; Rota tamen coram Mantic. *deciſ.* 67. *num.* 6. cenſuit Concilium *d. cap.* 12.
17 † non afficere Epiſcopos, qui poſſunt procedere ad priuationem ob non reſidentiam, tametſi illa temporum interualla non fuerint obſeruata.

18 Et hac de re Archiepiſcopo Tarentino duo declarauit Sacra Congreg. Concilij, primum *quòd Concil. clare diſpoſuit expectandum eſſe lapſum trium annorum antequam ad priuationem in totum procedatur*, vt in d. cap. 12. verſ. præterea, *ſed in primo anno amitti non reſidendo dimidiam. in ſecundo omnes fructus, in tertio priuatur: ſecundùm quod etiam ſi omnes redditus in quotidianis conſiſtant pro primo, vel ſecundo anno priuatio indici non debet; quia cum ſint quotidiana, & non percipiat eas non reſidendo, ſatis eſt priuatus, & pro primo, & pro ſecundo: admonet deinde Epiſcopum præfatum ne has diſtributiones, quas amittit iſte non reſidendo, ſinat accreſcere ſeruientibus.*

Debet tamen quis perſonaliter citari, vt legitimè iuris ordine ſeruato ſuo Canonicatu priuetur ob non reſidentiam, *cap. ex parte, il primo, de cleric. non reſid.* gloſ. *verb. in Canonibus, in cap. quoniam frequenter, §. ſi verò, vt lite non conteſt.* quam ſequuntur Caputaq. *deciſ.* 375. *num.* 3. *& deciſ.* 378. *part.* 2. Seraphin. *deciſ.* 1346. *num.* 5. ſiue abſens ſit de licentia Epiſcopi, ſiue abſque ea, *cap. clericos*, & *ibi* gloſ. *verb. redierint, in cap. peruenit, il ſecundo, de appellat.* Seraphin. *deciſ.* 1548. *n.* 5. & de vtroque Rot. *in Oriolen. Decanatus 14. Martij* 1622. coram Reuerend. P. D. Nauarro, cum aliis ibidem relatis per D Ferentill. *in eius annot.* Et ſi perſonaliter citari non poſſit, quia ignoratur vbi ſit, vel longè abſit, itaut commodè non valeat citatio ad ipſum peruenire, debet in eius Eccleſia trinæ citationis edictum publicari (non ſufficit enim vna citatio pro tribus) & poſt vltimum edictum per ſex menſes expectari, vt colligitur ex *cap. ex tua, de cleric. non reſid.* nam aliter factam priuationem eſſe nullam docent Læl. Zechi. *de Repub. eccleſiaſt. tit. de benefic. num. 6. verſ. quod attinet verò ad praxim*, Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. priuatio* §. 3. *&* 4. Piaſec. *in ſimili praxi part. 2. cap. 3. num. 10. verſ. neceſſariò autem*, [Seraph. *deciſ.* 1346. *num.* 2. *&* 5. *& deciſ.* 27.] Rot. *in d. Oriolen. Decanatus* coram Reuerendiſſ. P. D. Nauarro, & *ibi* Ferentill. Mantic. *deciſ.* 12. Nicol. Garc. *dict. p. 3. c. 2. num.* 154. vbi *num.* 155. ſubdit † in perſonaliter citato non requiri tri- 19
nam monitionem, ſed ſufficere vnam etiam extraiudicialem, nec debere expectari per ſex menſes, ſed tempus eſſe arbitrarium, de quo etiam Mantic. *deciſ.* 67. *num.* 5. dum reſoluit citationem vnicam ſufficere ſi perſonaliter fuerit executa. [A ſententia priuatoria beneficij ob non reſidentiam non datur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum ſi iuris ordine ſeruato lata ſit, Seraph. *deciſ.* 1346. *num.* 1. *&* 6.]

Pœnas autem ſupradictas contra obtinen- 20
tes Canonicatus, & non reſidentes, poteſt Epiſcopus ante ſententiam minuere, ſed non in totum tollere, vt reſoluunt Nicol. Garc. *de benef. p. 3. cap. 2. num.* 150. Armendar. *d. loco num.* 111. Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 151. † At 21
illæ minimè locum habent in Canonico carente Præbenda, ſecundùm Aloyſ. Riccium *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 11. in 1. edit. aliàs reſol. 624. in 2. edit.* quem refero ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 147.

[Vtrùm autem appellatione interpoſita per Canonicum à mandato de reſidendo ſibi facto per Ordinarium loci, poſſit per Epiſcopum ibi poni Vicarius, qui nutriatur de fructibus beneficij, ſine vitio attentatorum? Vide Lancellot. *de attent. p. 2. c. 12. limit.* 18.]

Capvt XXI.

Canonicus quis diſtributionum quotidianarum capax?

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones ſic dicantur, quia iuxta cuiuſque merita, laborem, & qualitatem diſtribuuntur.*

2 *Diſtributiones quædam ſunt quæ non diſtinguuntur à præbendis, ſed ipſamet præbendarum vice funguntur, quædam verò præbendis ſeparatæ, atque diſtinctæ ſunt.*

[Trifaria diſtinctio diſtributionum. ibid.]

3 *Quotidianæ dicuntur diſtributiones, ſiue quia quotidie diſtribuuntur, ſiue potius quia diſtribuuntur iis, qui quotidie Horis Canonicis, diuiniſque Officiis interſunt.*

4 *Diſtributiones propriè ſunt ſtipendia quædam perſonalia, quæ ex redditibus Eccleſiæ (præter Præbendam, aut portionem certam pro beneficio competentem). Canonicis, & Beneficiatis, ſeu clericis Cathedralium, & aliarum Collegiatarum Eccleſiarum diuinis Officiis intereſſentibus pro diuino Officio tribuuntur.*

5 *Beneficia manualia nuncupantur diſtributiones quotidianæ, & quare, oſtenditur.*

6 *Diſtributiones non veniunt appellatione reddituum beneficiorum, nec etiam appellatione redditnum, & prouentuum, dum de corpore beneficij non ſunt.*

[Canonicus condemnatus per ſententiam ad reſtituendos fructus perceptos, & percipiendos, non tenetur reſtituere quotidianas diſtributiones. ibid.]

7 *Diſtributiones debent computari inter fructus, redditus, & prouentus beneficij quando agitur de ſola conſideratione, & æſtimatione illius.*

8 *Diſtributiones aliquando veniunt ſub nomine fructuum, non ex propria nominis ſignificatione, ſed ſecundùm ſubiectam materiam.*

9 *Diſtributiones inſtitutæ fuerunt, vt præter ſpiritualia præmia etiam temporale ſtipendium pro victu ab Eccleſia clerici reciperent.*

10 *Diſtributiones dantur propter intereſſentiam tanquam propter cauſam, & rationem formalem, nec committitur ſimonia cum in primis dentur, vt clerici Deo inſeruiant, & munera ſua obeant.*

11 *Canonicis, & clericis Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum competit ius percipiendi quotidianas diſtributiones.*

12 *Canonico diſpenſato in ætate competit ius percipiendi quotidianas diſtributiones.*

13 *Canonicis ſupernumerariis, & creatis cum expectatione Præbendæ competit ius percipiendi diſtributiones quotidianas.*

14 *Canonici vltra numerum habent ſtatim omnia iura Canoniæ, niſi conſuetudo ſit in contrarium, vel quòd Canonicus non poſſit adminiſtrare iura Canoniæ niſi priùs fuerit inſtallatus.*

15 *Diſtributiones quotidianas, aut plenum ius Canoniæ non habet ille, quem Papa mandat ſimpliciter recipi in Eccleſia, in qua eſt certus numerus Canonicorum, nec illi derogat, aut non mandat recipi cum plenitudine iuris Canonicalis.*

16 *Diſtributionum quotidianarum capax eſt obtinens in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, Dignitatem, Canonicatum, aut Portionem, cui ab habente ad id poteſtatem datus ſit coadiutor ſimplex.*

17 *Coadiutus, cui datus fuit coadiutor à Papa cum futura ſucceſſione, capax eſt quotidianarum diſtributionum, acſi nullum talem haberet coadiutorem.*

18 *Diſtributiones duplicatæ debentur ei, qui in eadem Eccleſia Dignitatem, & Canonicatum ex vi conſuetudinis, vel diſpenſationis habet.*

19 *Canonicatus duos in diuerſis Eccleſiis citra diſpenſationem obtinens nequit duplices habere diſtributiones.*

20 *Diſtributiones quotidianæ ſingulis Horis Canonicis, & Miſſæ Conuentuali debent aſſignari.*

21 *Diſtributionum quotidianarum portio aliqua debet aſſignari non modo diuinis ipſis Officiis, verùm etiam ſupplicationibus, conuentibus Capitularibus, & aliis ſimilibus.*

22 *Conſuetudo valet, vt diſtributiones quotidianæ tribuantur non modò iis, qui integris horis non interfuerint, verùm etiam non omnibus, ſed aliquibus, & certis duntaxat.*

23 *Eccleſiis tam Cathedralibus, quàm Collegiatis, in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt veriſimiliter negligantur, tertia pars fructuum quorumcumque redditnum tam Dignitatum, & Canonicatuum, quàm aliorum omnium eiuſdem Eccleſiæ beneficiorum ſeparari debet, & in diſtributiones quotidianas conuerti.*

24 De

24 *Diſtributiones quotidianæ, quæ acceptæ fuerunt in tertia parte fructuum Dignitatum alicuius Eccleſiæ, aſsignari debent non duobus tantùm Horis Canonicis, ſed etiam reliquis omnibus aliis, quibus qui non interfuerit, diſtributionem amittit.*

25 *Detractio tertiæ partis in diſtributiones conuertenda non poteſt fieri niſi ex Canonicatibus, & aliis beneficiis reſidentiam requirentibus in Cathedralibus, ſeu Collegiatis exiſtentibus, item ex omnibus Dignitatibus, niſi ſint ex illis, quæ nullas habent diſtributiones quotidianas.*

26 *Detractio tertiæ partis facienda eſt de fructibus non ſecundùm taxam antiquam, ſed ſecundùm valorem currentem, deductis priùs penſionibus, & aliis oneribus legitimè impoſitis.*

[*Particula* Proportionabiliter, *in Concil. Trid. ſeſſ. 21. de reform. cap. 3. quomodo accipienda. ibid.*]

27 *Epiſcopus non poteſt Dignitatibus, Perſonatibus, & Officiis ſtatuere certam officij, & ſeruitij formam præter ſolitam pro lucranda tertia parte præbendæ in diſtributiones conuerſa.*

28 *Diſtributiones vbi non ſunt regulariter tenues, ſed pingues, licèt ſint aliquæ horæ, quæ non habent diſtributiones, aut tenues, debent eis rationabiles aſsignari, detrahendo aliquam partem fructuum à Præbendis, non autem ab aliis diſtributionibus cæteris horis aſsignatis.*

29 *Diſtributiones vbi eſſent ſufficientes, & tolerabiles, tertia pars fructuum Præbendarum applicanda diſtributionibus detrahi non poteſt.*

30 *Licentia cauſa ſtudiorum etiam obtenta à Sede Apoſtolica non excuſat ab amiſſione cæterarum diſtributionum quotidianarum.*

31 *Canonicorum, aut clericorum Præbenda, vel Portio vbi nulla eſt, ſed totum in diſtributionibus beneficiorum conſiſtit, conceſſa licentia percipiendi fructus in abſentia, diſtributiones illæ huiuſmodi abſentibus debebuntur.*

32 *Diſtributiones quotidianas poteſt beneficiarius pro ſua libertate, & arbitrio impendere, ac de eis diſponere etiam per vltimam voluntatem.*

1 ANTEQVAM ad propoſitæ quæſtionis reſolutionem deueniamus, ſunt à nobis exponenda quædam ad nomen ipſum diſtributionum quotidianarum pertinentia, & quæ comprehendantur earum appellatione. Et ideò aduertimus diſtributiones ſic dici, quia iuxta cuiuſque merita, ac laborem, & qualitatem diſtribuuntur; nam diſtribuere eſt ſuum cuique tribuere, *l. 1. ff. l. familiæ hercisc.* † Illa- 2
rum, quædam ſunt, quæ non diſtinguuntur à præbendis, ſed ipſæmet præbendarum vice funguntur, vt ſunt diſtributiones illarum Eccleſiarum, quarum fructus omnes in communi reponuntur, & ſingulis diebus diſtribuuntur, cuilibet Canonico præſenti pró victu, de quibus *in c. olim, de verb. ſignif.* & apud Decia: *conſ. 43. num. 13. vol. 1.* Menoch. *conſ. 436. num. 25.* [Anton. Fabric. *in praxi benefic. lib. 2. tit. 5. de præbendis, earumque fructibus, & diſtribut. quot. num. 18. & 19.*] Quædam verò ſunt diſtributiones à Præbendis ſeparatæ, atque diſtinctæ, quales ſunt diſtributiones illarum Eccleſiarum, in quibus Canonici certas habent Præbendas, & propterea quotidianas diſtributiones, quæ dantur intereſſentibus diuinis Officiis, de quibus *in cap. fin. de reſcript. lib. 6. & in cap. vnic. de cleric. non reſid. eod. lib. cap. vlt. de conceſſ. præb. eod. lib.* Pariſ. *conſ. 32. num. 7. & conſ. 34. num. 4. cum ſeqq. vol. 4.* Cou. *lib. 3. var. cap. 13. num. 1.* Dec. *conſ. 69. num. 1. & 2. vol. 1. & conſ. 41. num. 4. vol. 5.* Monal. *conſ. 27. num. 4. vol. 1.* Gallet. *in margarita caſuum conſcient. verb. diſtributiones 1.* Barthol. à S. Fauſt. *de Horis Canon. lib. 3. q. 1.*

[Nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtit. 24. ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trid. ſpeciatim innouatas, conſtit. 11. à num. 6.* aſſerit triplici diſtinctione, ſeu trifariam conſiderari diſtributiones. *Vna* quando Præbendæ non ſunt diſtinctæ, hoc eſt, quando bona omnia adhuc ſunt communia, ſic vt ex illis adſcribatur ſingulis Canonicis, & beneficiatis aliqua certa portio in cibo, potu, & aliis alimentis: ita quòd non ſingulis diebus diſtribuantur, ſed fiat aliqua ſeparatio ex bonis communibus pro ſingulis annis, vel ſingulis ſemeſtribus, quod genus diſtributionum magis eſt ad inſtar Præbendæ, & inter groſſos (vt loquuntur) fructus ſolet computari, ideoque faciliùs conceditur etiam illis, qui ex aliqua peculiari, & priuilegiata cauſa abſunt, & perſonaliter non reſident. *Altera* quando Præbendæ quidem ſunt diſtinctæ, ſed bona adhuc communia, & indiſtincta, ex quibus diſtributiones dantur, vel ſingulis hebdomadibus, vel ſingulis menſibus, iis dumtaxat qui reſident, vel pro reſidentibus habentur, in pane, & vino, in pecunia, vel in alia ſpecie; & iſtæ itidem inter groſſos fructus Præbendæ habentur, accedunt etiam abſentibus priuilegiatis. *Tertia* quando ſingulis diebus, vel etiam ſingulis horis diſtribuuntur portiones in pecunia, victu, potu, vel alia ſpecie, his tantùm, qui perſonaliter præſentes ſunt in officiis diuinis, quæ quidem verè ac propriè diſtributiones quotidianæ

ſunt, cùm illas ſolùm præſentes lucrantur.]

3 Quotidianæ autem dicuntur, ſiue quia quotidie diſtribuuntur, ſiue potiùs, quia diſtribuuntur iis, qui quotidie Horis Canonicis, diuiniſque Officiis interſunt, quaſi quotidianum, & diurnum ſtipendium, ſeu denarij diurni, vt docent Couar. d. cap. 13. in princ. Monet. de diſtribut. quotid. p. 1. q. 1. à num. 9. [Cened. canon. lib. 1. quæſt. 1. num. 1. Stephan. VVeyms d. loco num. 5.] Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 7. in princ. Barthol. à S. Fauſto d. lib. 3. q. 1. vide infrà cap. 25. ſub num. 10. qui varias afferunt diſtributionum huiuſmodi de-

4 finitiones, & † magis propriè ſunt ſtipendia quædam perſonalia, quæ ex redditibus Eccleſiæ (præter Præbendam, aut Portionem certam pro beneficio competentem) Canonicis, & Beneficiatis, ſeu Clericis Cathedralium, & aliarum Collegiatarum Eccleſiarum diuinis Officiis intereſſentibus pro diuino Officio tribuuntur, quæ quidem diſtributiones etiam manualia beneficia nuncupantur *in d. cap. olim, & in d. cap. vnic. de cleric. non reſid. lib. 6.* [Petr. Gregor. *ſyntag. iuris*

5 *lib. 15. c. 23. num. 22. cum ſeqq.*] † ſiue quia ad manum dantur iis, qui diuinis Horis interſunt, vt voluerunt, Prob. *ad Monach. in d. cap. vnic. num. 3.* & Franciſc. Duaren. *de benefic. lib. 7. cap. 4. paulo poſt princ.* ſiue quia pendent, & tribuuntur à manu eas diſtribuentis illis duntaxat, qui Eccleſiis inſeruiũt, & pro ratione ſeruitij, vt exiſtimauit Stephan. Durant. *de ritib. Eccleſ. lib. 3. cap. 15. num. 3.* quem citat Monet. *d. p. 1. q. 2. num. 15.* non eſt tamen propria appellatio illa, quia quotidianæ diſtributiones beneficia propriè, hoc eſt, pro Eccleſiaſtico titulo ſumpta, dici non poſſunt, vt reſoluunt citati per me *de appellatiua verbor. vtriuſque iuris ſignif. appell. 173. num. 4.*

6 Quod adeò verum eſt, vt appellatione redditum beneficij, non veniant diſtributiones, vt conſtat ex *cap. licèt, de præb.* ibi, *prouentus ſuos Eccleſiaſticos faceretis integrè miniſtrari, nolumus tamen vt quotidianas diſtributiones percipiant, cap. 2. de priuil. lib. 6.* & probauimus *d. tract. appellat. 251. num. 5.* & *ibi* citatis addo Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 3. quæſt. 4.* Sanctarell. *var. reſol. quæſt. 6. num. 14.* Prout nec etiam comprehenduntur appellatione fructuum, ſicut colligi videtur ex Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. verſ. praterea*, vbi cùm conſtituiſſet Sancta Synodus eos, qui obtinent Canonicatus, Dignitates, Præbendas, aut Portionales in Eccleſiis Collegiatis, ſi vltra tres menſes abſuerint, primo anno priuari dimidia parte fructuum, quos ratione Præbendæ, ac reſidentiæ fecerunt ſuos, & ſi iterũ eadem vſi fuerint negligentia, priuari omnibus fructibus, ſubdit poſtea, *diſtributiones verò, quæ ſtatis horis interfuerint, recipiant*, dictio enim illa aduerſatiua, *verò*, poſita inter fructus, & diſtributiones, apertè oſtendit, ea inter ſe potiùs aduerſari, quàm quòd alterum alterius appellatione contineri poſſit; & ideò ſic docent Cou. *lib. 3. var. c. 13. num. 1.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 2. quæſt. 74. art. 4.* [Anton. Fabric. *d. tit. 5. de præbend. num. 19. cum ſeqq.* Cened. *canon. lib. 1. q. 1. n. 4. verſ. & ratio eſt*, vbi reſtringit, niſi quando omnes fructus conſiſtunt in diſtributionibus, Aloyſ. Ric. *in collect. deciſ. p. 6. collect. 2437. verſ. quarto.*] Azor. *inſtitut. moral. parte 2. lib. 7. cap. 7. quæſ. 7.* Vaſq. *in opuſc. de benefic. cap. 10. §. 3.* Macign. *de diſtribut. cap. 71. num. 4.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 3. quæſt. 3.* & eſt communis ſententia, de qua Sanctarell. *d. quæſt. 6. à num. 6.* Nec denique appellatione redditum, & prouentuum, dum de corpore beneficij non ſunt, ſed percipiuntur ratione ſeruitij perſonalis, *cap. licèt vobis, cum gloſ. de præbend.* & cum hac parte tranſit verior opinio, de qua per Cæſ. de Graſſis *deciſ. 9. de præbend.* Achil. *deciſ. 8. num. 2. de penſion.* Grilenzon. *conſ. 81. num. 2.* & alios congeſtos per Monet. *d. p. 1. q. 6.* & itidem fuit firmatum *in Reatina penſionis* 10. *Iun.* 1588. coram bonæ mem. Card. Pamphilio, *& in Calaguritana penſionis* 26. *Decemb.* 1589. coram bon. mem. Penia. [Et hinc eſt quòd condemnatus per ſententiam ad reſtituendos fructus perceptos, & percipiendos, vt accidit in violento poſſeſſore, non tenebitur reſtituere diſtributiones quotidianas. Verall. *deciſ. 29. p. 2.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 39. num. 26.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 3. q. 74. art. 4. verſ. vnde condemnatus*, Monet. *d. p. 1. q. 6. num. 11.* vbi *num. 16.* limitat, niſi quando omnes beneficij fructus conſiſterent in diſtributionibus, Cened. *d. q. 1. num. 6.*]

Non obſtat, quòd quamuis hoc regulare 7
ſit, tamen quando agitur de ſola conſideratione, & æſtimatione beneficij, quę in litteris ſolet exprimi ad hoc vt Papa omnibus computatis ſciat valorem ipſius ſecundùm vſum communem loquendi, quia computatio non fit ad effectum grauandi, ſed ad alium, nempe ſuſtinendi gratiam penſionis intra valorem Præbendæ beneficij, debent computari inter fructus, redditus, & prouentus beneficij, Gemin. *in cap. fin. num. 2.* Franch. *num. 1. de reſcript. in 6.* Caſſad. *deciſ. vnic. de cleric. non reſident.* Boër. *deciſ. 340. ante num. 4.* quia Gemin. & Franch. non diſtinguunt caſum à caſu, ſed ſimpliciter tenent diſtributiones comprehendi, quorum opinio aduerſatur veriori ſupra relatę, at Boër. refert quidem opinionem Gemin. *ante num. 4.* ſed immediatè contrariam adducit, & ſequitur. Nec attenditur in narratis litterarum Apoſtol. communis vſus loquendi, ſecundùm vulgarem ſermonem

monem ; ſed modus loquendi litteraliter , ex quo gratia in litteris eſt latinè concepta, Bald. *in l. lege, circa fin. ff. de legit. hæred.* Caſſador. *in d. deciſ. vnic. num. 4. de cleric. non reſid.*

8 Nec obſtat quòd ſi ſtrictè excludatur dicta interpretatio , largè tamen veniant diſtributiones ſub nomine fructuum, Pute. *deciſ.* 139. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. in correctis , vbi apertè dicit quotidianas diſtributiones largè poſſe dici fructus , & idem firmarunt alij relati per eundem Monet. *d. p.* 1. *q.* 6. *num.* 13. *& q.* 7 *num.* 8. quia reſpoudetur quòd etſi in aliquibus caſibus veniant diſtributiones ſub nomine fructuum , tamen comprehenſiò earum non ſemper , & indiſtinctè ſequitur , ſed ſecundùm ſubiectam materiam regulari debet , atque ita dum agitur de fructibus alicuius Canonicatus non habentis Præbendam , aliòſve fructus præter diſtributiones quotidianas , tunc per expreſſionem fructuum etiam diſtributiones erunt comprehenſæ , ne diſpoſitio otioſa remaneat , Gem. *in c. præſenti, num.* 19. *de offic. Ordin. lib.* 6. Philip. *ad Monach. in d. c. vnic. n.* 60. *&* 64. *de cleric. non reſid.* Tiber. Dec. *conſ.* 43. *num.* 14. *vol.* 1. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 39. *num.* 27. idem videtur in caſu Mohed. *deciſ.* 6. *de præben.* vbi agitur de condemnatione fructuum in cauſis beneficialibus ſuper beneficiis Capitularibus propter ſtylum Rotę, ex quo non fit condemnatio niſi cum fructibus perceptis , & qui percipi potuerunt, Pontan. & alij citati per eundem Monet. *d. q.* 6. *num.* 16. & ſecundùm eandem ſubiectam materiam Rot. *in Oriolen. Canonicatus* 10. *Iunij* 1620. coram bonæ mem. Remboldo dicit narratiuam non eſſe iuſtificatam quòd Archidiaconatus nullos prouentus haberet ad effectum illum retinendi inſimul cum Canonicatú , dum habebat diſtributiones quotidianas , quia ſi Papa ſciuiſſet tales habere , non dediſſet retentionem Canonicatus , eodem modo dicendum intellexerunt Caſſad. *deciſ.* 6. *de præbend.* ad ſuſtinendam prouiſionem Apoſt. reſpectu beneficij , etiam quòd nihil dixerit impetrans de quotidianis diſtributionibus pendente lite perceptis , quia ſubiecta materia, id eſt, æquitas, ſuadebat, vt in expreſſione fructuum comprehenderentur pro ſuſtinenda gratia prouiſionis beneficij , quam æquitatem Domini non conſiderarunt pro ſuſtinenda penſione ſine cauſa reſeruata , & ſi quæratur de ratione differentiæ inter vnum, & alium caſum , illa patens eſt , quia prouiſio beneficij vtilis eſt Eccleſiæ propter ſeruitium, penſio verò ſine cauſa odioſa eſt de ſui natura, & oneroſa Eccleſiæ. Nec obſtat *deciſ.* 550. *n.* 3. *p.* 1. *recent.* quia eo caſu reſeruatio legebatur ſuper omnibus fructibus, iuribus, obuentionibus , & emolumentis, & ſic per verba vniuerſalia, quæ non cadunt in præſenti lectura, quæ ſi extarent , aliter certè eſſet dicendum propter deciſionem Reatinæ penſionis ſupra allegatam. [Hodie tamen videtur nullo caſu intelligi reſeruatam penſionem etiam ſuper diſtributionibus , ſiue omnia emolumenta in diſtributionibus conſiſtant , ſiue in earum parte aliqua , niſi hoc ſit expreſſum , idque iure quodam ſingulari , videlicet propter componendam vnius ducati pro quolibet ducato eius quantitatis , quæ reſeruatur ſuper huiuſmodi diſtributionibus , Mandoſ. *de ſignatura gratia tit. de penſion. in* 8. *col. verſ. penſiones non dantur*, & fuit latè deciſum *in Hiſpalen. & in alia Salamantina penſionis*, quarum meminit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. num.* 190. *in vlt. impreſ.* vbi reſpondet deciſionibus Achil. 8. *de penſion. &* Cæſ. de Graſſis *deciſ. itidem* 8. *de probat.* refert Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 39. *num.* 30. *&* 31]

Inſtitutæ fuerunt diſtributiones huiuſmo- 9
di , vt præter ſpiritualia præmia , quæ à Deo pro diuinis Officiis clerici conſequuntur, etiam temporale ſtipendium pro victu ab Eccleſia reciperent , *cap. clericus victum* , 20. *diſt.* ac propterea etiam frequentiùs ac diligentiùs pro Officiis diuinis recitandis ad Eccleſiam conuenirent, *d. cap. vnic.* §. *ſtatuimus, de cleric. non reſident. lib.* 6. Vgolin. *de officio Epiſc. c.* 19. §. 2. *num.* 2. [Duaren. *lib.* 7. *de ſacr. Eccleſ. miniſt. cap.* 4. Marc. Anton. Columna *de Eccleſ. reddit. origin. p.* 3. *cap.* 24. *num.* 1. *& cap.* 26. Valenzuela *tom.* 1. *conſ.* 34. *num.* 129. *& ſeqq.* Fuſc. *de viſit. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 16. *& ſeqq.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 19. *à num.*
38.] † & ſic datur propter intereſſentiam tam- 10
quam propter cauſam, & rationem formalem, Monet. *d. par.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 15. nec ſimonia committitur, cùm in primis dentur vt Deo inſeruiant, & munera ſua obeant , Vgolin. *de ſimon. tab.* 1. *c.* 9. §. 6. *n.* 4. ac propterea eſt conſtitutum , *in cap. licèt , de præbend.* vt intereſſentibus tantùm diuinis Officiis tribuantur, aliis verò minimè, quacumque contraria conſuetudine non obſtante , & qui eas cùm præſentes non fuerint , recipere audent , earum dominium non acquirãt, nec faciant eas ſuas, ſed ad earum reſtitutionem teneantur , *d. cap. vnic.* Excipiuntur autem multi caſus , de quibus infrà *cap.* 24. peculiariter tractabimus.

[Cùm ergo à Canone concedantur iſtæ diſtributiones Clericis ob illud miniſterium, quod exhibent Altari , & diuino cultui, vt ſuprà oſtendimus , fit conſequens eas etiam quoad dominium percipientibus huiuſmodi acquiri , vt probat Rodoan. *de ſpol. Eccleſiaſt. q.* 1. *à num.* 27. vbi *num.* 28. ſubdit poſſe Clericos ad libitum ſuæ voluntatis diſtribuere huiuſmodi diſtributiones , ac de eis diſponere, & ad hæredes tranſmittere , quia non augent corpus Præbendæ , ſed debentur propter ope-

ta perſonæ, & *num.* 30. reſoluit clericos poſſe teſtari de quotidianis diſtributionibus ſicut laborator de diuino denario poteſt diſponere, *& q.* 3. *§. quid dicendum, num.* 35.]

11 Ius percipiendi quotidianas diſtributiones competit Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum Canonicis, diuinis Officiis intereſſentibus, vt probatur *in dict. cap. vnic. de cleric. non reſid. lib. 6. & in Clement. 2. de ætate, & qual. & in Extrauag. cùm nonnulla la* 1. *§. præterea, de præbend. inter commun.* & conſtat ex *cap. licèt, de præbend.* & ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *de reformat. cap.* 3. *& ſeſſ.* 24. *etiam de reform. cap.* 12. *verſ. præterea,* [Hoied. *de incomp. beneſic. p.* 1. *cap.* 12. *num.* 67. *&* 68. Rota *deciſ.* 720. *in fine num.* 1. *recentiſsim.*] ac etiam Clericis earundem Cathedralium & Collegiatarum Eccleſiarum, vt clarè colligitur ex *dict. cap. vnic.* ibi, *conſuetudinem, quam Canonici, & alij Beneficiati, ſeu Clerici Cathedralium, & aliarum Collegiatarum Eccleſiarum diſtributiones quotidianas, &c.* iuncta lectura *dictæ Clemen.* 2. & Concilij Trid. *dict. cap.* 12. *verſ. præterea*, latè tradunt Monet. *de diſtribut. quotid. par.* 2. *q.* 1. *ex num.* 1. Sanctarel. *var. reſol. q.* 12. *à princip.* Barthol. à S. Fauſto *de horis Canon. lib.* 3. *q.* 7. [Alexand. Trentacinq. *vol.* 1. *conſ.* 41. *per tot.* vbi etiam quòd huiuſmodi diſtributiones debent eſſe pares.]

12 Competit quoque ius percipiendi quotidianas diſtributiones Cannnico diſpenſato in ætate, nam eo ipſo quòd fuit ſic diſpenſatus & prouiſus de Canonicatu, Præbeoda, fructibus, & ſtallo, debet admitti ad diſtributiones quotidianas, prout alij Canonici, ea ratione, quia *cap.* 4. *ſeſſ.* 22. *de reform. & Clement. vt ij, de ætate, & qual.* locum non habent in impedito defectu ætatis, nec in legitimè diſpenſato, ſed ſolùm in negligente, & nolente, ex gloſ. *verb. legitimo, in dict. Clement. vt ij*, & reſoluit Sacra Congregat. Concil. inhærendo reſolutionibus antiquis, *in vna Reatina* 10. *Iulij*, 1627. & in alia *Montis Politiani* 13. *Ianuary* 1629. & nouiſſimè *Carolus de Anſaldis Clericus S. Miniati in ætatis ſuæ anno* 16. *prouiſus & diſpenſatus à S. D. N. Papa Vrbano VIII. ad Canonicatum obtinendum in Cathedrali eiuſdem ciuitatis petiit declarari ſe vocem in Capitulo habere, ad diſtributiones quotidianas dum diuinis Officiis intereſt lucrari.* Die 15. Septembris 1629. Sacra Cong. Cardinalium Concil. Trid. interpretum ſecundùm ea, quæ proponuntur, cenſuit *prædictum Oratorem vocem in Capitulo habere, & diſtributiones quotidianas dum diuinis Officiis intereſt, lucrari.* Quas quidem S. Congreg. deciſiones puto procedere quoad vocem ex forma diſpenſationis, vt oſtendi infrà *in cap.* 37. *num.* 13.

Et non modò illis, qui ſunt de numero Canonicorum, pertinet ius percipiendi quotidianas diſtributionis, ſed etiam ſupernumerariis, & creatis cum expectatione Præbendæ, Ludou. Gom. *in tract. de grat. expectat. num.* 28. Staph. *de forma expectat. form.* 1. *num.* 8. *&* 12. Hoied. *de incompatib. beneſ. p.* 1. *cap.* 12. *num.* 7. per tex. *in cap. cùm M. Ferrarienſis, de conſtitut.* † hi enim Canonici recepti vltra numerum habent ſtatim omnia iura Canoniæ, veluti ſtallum in Choro, & vocem in Capitulo, atque ideò poſſunt eligere, & eſſe delegati Papæ, & habere prærogatiuas omnes, quibus cæteri Canonici gaudent, ſicut tradunt Doctores, *in d. cap. cùm M.* Ludou. Gom. *de grat. expectat. num.* 35. *&* 38. Staphil. *d. form.* 1. *à num.* 2. Hoied. *d. cap.* 12. *num.* 6. niſi ſit conſuetudo, quòd Canonici huiuſmodi vltra numerum excepti non habeant iura Canoniæ, Felin. *in d. cap. cùm M. num.* 23. *in fine, &* Staphil. *d. form.* 1. *num.* 11. *&* 12. aut niſi eſſet conſuetudo quòd Canonicus non poſſit adminiſtrare iura Canoniæ niſi p.iùs fuerit inſtallatus, Doct. *in d. cap. cùm M.* vbi Rip. *num.* 187. vel niſi etiam receptus quis ſit in Canonicum non ſimpliciter, ſed cum hoc quòd ſit ſupernumerarius; nam tunc conſtat quòd Canonici noluerunt frangere numerum, & ius integrum de nouo creare, iuxta tex. *in cap. dilecto, de præbend.* ſed ſolùm illi dare quoddam ius extraordinarium, & præparatorium ad futurum ius integrum obtinendum. Ita Abb. *in cap. cùm M. num.* 31. *in fine*, Felin. *num.* 23. *verſ. hanc concluſionem*, & Rip. *num.* 188. 13 14

Sed verius eſt non habere plenum ius Canoniæ, neque quotidianas diſtributiones lucrari illum, quem Papa mandat ſimpliciter recipi in Eccleſia, in qua eſt certus numerus Canonicorum, neque derogat certo numero, aut non mandat recipi cum plenitudine iuris Canonicalis, vt per Abb. *in dict. cap. cùm M. num.* 32. Rip. *num.* 189. Lotrer. *de re beneſ. lib.* 1. *q.* 19. *num.* 42. *cum ſeqq.* [vbi ſic diſtinguit, aut receptio ſoluit numerum, & hoc caſu debentur; aut non ſoluit, & non debentur. Anton. Fabr. *loco citando num.* 31. Hoied. *de incompat. beneſic. p.* 1. *cap.* 12. *num.* 6. Mandoſ. *reg.* 9. *Cancell. q.* 10. *num.* 5. latè] Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 867. *num.* 8. Menoch. *conſil.* 1179. *à num.* 7. Monet. *d. par.* 2. *q.* 1. *à num.* 4. vbi *num.* 20. ſubdit Canonicos Eccleſiarum non numeratarum, de quibus meminit text. *in cap. dilecto, de præbend.* capaces eſſe diſtributionum quotidianarum. [Vnde quando Papa receptionem mandauit, ſi eam fieri cauerit, *cum plenitudine iuris Canonicalis*, vel fortaſſe *in cap. dilectus, & in cap. propoſuit, de conceſſ. præb.* longè plus conſequetur receptus & ſic etiam partem in 15

diſtri

diſtributionibus quotidianis, & fructibus ſu-
perexcreſcentibus, quàm in iam ſimplicis
mandati de recipiendo conſequeretur, ita
Anton. de Butr. in d. c. cùm M. Anton. Fabi.
in praxi benef. lib. 2. tit. de titulo, & institu-
lat. num. 30. Bertachin. de Epiſcopo, p. 3. num.
22. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 9. q. 3.
& 4. §. 19. nam verba illa, cum plenitudine iu-
ris Canonicalis, includunt diſtributiones quo-
tidianas, quas percipient Canonici ſupernu-
merarij, qui mandantur recipi cum dicta
clauſula. Felin. in d. cap. cum M. num. 23. in
fine verſ. ſed vbi Papa, Stephan. Gratian. d.
cap. 867. num. 6. vbi num. 11. id limitat quan-
do admiſſio fuit facta ſine præiudicio anti-
quorum Canonicorum, quod numeris ſeqq.
multis comprobat fundamentis. Lotter. d.
lib. 1. q. 19. num. 48. cum ſeqq.

Si verò ſupernumerarij ipſi expectantes
Canonici ex patientia numerariorum, ſtal-
lum in Choro, & vocem in Capitulo, ac re-
liqua, quæ Canonicorum ſunt, aliquoties ha-
buerint, hæc non amplius eis poterunt dene-
gari, etiamſi recepti non fuerint cum plenitudi-
ne iuris Canonicalis, & ſi fortè denegantur, de
ſpolio agentes audiendi erunt, & reintegran-
di, Franc. Marc. Delphin. deciſ. 16. p. 1.]

16 Quotidianarum quoque diſtributionum
capax eſt obtinens in Eccleſia Cathedrali, vel
Collegiata, Dignitatem, Canonicatum, aut
Portionem, cui ab habente ad id poteſtatem
datus ſit coadiutor ſimplex, acſi illum non
haberet, vt reſoluit Monet. d. p. 2. q. 1. num.
22. vbi num. 24. ſubdit Epiſcopum iure ordi-
nario poſſe dare talem ſimplicem coadiuto-
rem Archidiacono ratione ſui Officij, vt ha-
betur in cap. fin. de cleric. ægrotante, idem di-
cendum vbi coadiutor datus eſſet à Summo
Pont. cum futura ſucceſſione; nam etiam
17 tunc † coadiutus capax eſt quotidianarum
diſtributionum acſi nullum talem haberet
coadiutorem, vt per Nau. conſ. 1. aliàs 2. num.
2. 3. & 6. de cleric. ægrot. Gonzal. ad regul. 8.
Cancell. gloſ. 5. §. 9. num. 15. & 119. cum ſeqq.
vbi etiã idem ſtatuunt cùm coadiutor huiuſ-
modi abeſſet à Choro ob aliquam ex cauſis,
propter quas titularis, & proprietarius abſens
à Choro nihilominus perciperet diſtributio-
nes, vt putà infirmitatis, carcerationis, &
aliorum huiuſmodi legitimorum impedimen-
torum, nam tunc adhuc perciperet illas
coadiutus, coadiutor enim diſtributiones
pro coadiuto, non autem pro ſe regulariter
acquirit, ac lucratur, vt docet Nau. dict. conſ.
1. num. 5. cum ſeqq. Gonzal. dict. num. 15. &
122. & ita habent ferè omnes litteræ coad-
iutoriarum huiuſmodi, vt coadiutor aut nul-
los redditus, vel diſtributiones beneficij per-
cipere poſſit, vel non niſi de voluntate coad-
iuti, & idem Gonzal. dict. num. 122. ſubdit
quòd coadiutor inſeruire, & intereſſe tenetur
Diuinis, aliàs enim coadiutus diſtributiones
non perciperet, & ideò cùm hoc procederet
ex culpa coadiutoris, teneretur hic ad ei re-
ſarciendum omne damnum, & intereſſe.

Diſtributiones duplicatæ debentur ei, qui 18
in eadem Eccleſia Dignitatem, & Canoni-
catum ex vi conſuetudinis, vel diſpenſa-
tionis habet, vt reſoluunt Doctores per tex.
ibi in cap. cùm olim, de ſent. & re iudic. Duen.
regul. 206. limit. 4. Couar. lib. 3. var. cap. 13.
num. 6. Nau. de Orat. miſcel. 60. num. 15.
Hojed. d. par. 1. cap. 12. à num. 15. Rebuff. in
praxi tit. de diſpenſ. rat. ætatis, verſ. in Cathe-
dralibus, ad fin. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib.
7. cap. 7. quæſ. 13. Adrian. Neguſant. in ſylua
reſponſ. quæſt. 294. num. 3. Nald. in ſumma
verb. Canonicus num. 1. Vaſq. in opuſc. de bene-
fic. cap. 4. dub. 1. 3. [Gratian. diſcept. forenſ.
tom. 5. cap. 891. num. 24. Caſtill. deciſ. Sicil.
44. num. 9. Garc. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1.
cap. 21. num. 75.] Barthol. à S. Fauſto de ho-
ris Canon. lib. 3. quæſt. 22. Filliuc. in quæſt.
moral. tom. 3. tract. 41. cap. 6. num. 53. Rota
in Piſana diſtributionum 3. Iulij 1628. coram
Cardin. Vlrili. Mouet. dict. par. 2. q. 4. per tot.
vbi à num. 19. ſubdit quòd † obtinens duos 19
Canonicatus in diuerſis Eccleſiis citra di-
ſpenſationem nequit duplices habere diſtri-
butiones, & quidem ſi eodem tempore diuina
Officia recitentur, & quòd ſi ex diſpenſatio-
ne Apoſtolica Canonicus quis ſit in pluribus
Eccleſiis, tunc pro tempore, quo in eiſdem
Diuinis intereſt, lucrari poterit vbique diſtri-
butiones, cùm id faciat ad quod illæ tribuun-
tur, & alioqui iuſtè retineat vtrumque Cano-
nicatum. [Quæ quidem principalis reſolutio
ex eo probatur, quia Officialis habens duo
Officia publica, de mandato ſuperioris poteſt
habere duo ſalaria. gloſ. in l. matriculam C. de
agent. in rebus lib. 12. cùm duas perſonas re-
præſentet, ad tex. in §. illud, in auth. vt iudic.
ſine quoquo ſuffrag. & regens duo Officia ſta-
tuto, vel lege, duo recipere poteſt ſalaria.
Guillelm. in cap. Raynutius, verb. duas habens
filias num. 63. de teſtam. Menoch. de arbitr.
caſu 223. num. 7. Maſtrill. d. lib. 1. cap. 21. num.
73. vbi num. 77. ex Bald. in l. binos C. de offic.
diuerſ. iudic. ſubdit quòd ſi vnus Officialis po-
ſitus ſit loco duorum, vtrumque debet habere
ſalarium annexum, & num. 78. cum eodem
Bald. in l. qui duobus, ff. de condition. & de-
monſt. exemplificat in lectore, qui legit lectio-
nem ordinariam, & extraordinariam. An
debeat habere duas voces in Capitulo, vide
infrà cap. 37. num. 18.]

Singulis horis Canonicis, & Miſſæ Con- 20
uentuali debent diſtributiones quotidianæ
aſſignari, gloſ. verb. ordinationem, in d. cap.
vnic. de cleric. non reſid. lib. 6. & verb. Cano-
nicat

nitas in Clemen. 1. *de celebr. Miſſar.* Sanctarel. *var. reſol. q.* 12. *à num.* 4. Monet. *d. p.* 2. *q.* 3. *ex num.* 1. vbi *num.* 46. rationabiliorem, & honeſtiorem ait eſſe ordinationem, quæ omnibus horis, ac ſingulis ſuam propriam diſtributionum portionem aſſignat, & *in num.*
21 14. ſubdit quòd † poteſt etiam, & fortaſſe debet non modò diuinis ipſis Officiis, verùm & ſupplicationibus, conuentibus Capitularibus, & aliis ſimilibus, quæ communiter à Clericis Eccleſiarum Collegiatarum obeuntur, portio aliqua diſtributionum quotidianarum aſſignari, & *num.* 15. reſoluit, quòd ad Epiſcopum, & vnamquamque Eccleſiam ſpectat ſtatuere quænam portio diſtributionum, vtrique horæ Canonicæ, diuino Officio, Eccleſiaſticæve functioni aſſignanda ſit, & *num.* 20. quòd diſtributiones quotidianæ aſſignatæ intelliguntur horis, ac diuinis Officiis, non quouis modo, ſed integris, & completis.

22 Valet tamen conſuetudo vt diſtributiones quotidianæ diſtribuantur non modò iis, qui integris horis non interfuerint, verùm etiam non omnibus, ſed aliquibus, & certis dumtaxat, vt colligi videtur ex *Clemen.* 2. *de ætate, & qual.* vbi gloſ. *verb. certis horis.* Cardin. *quæſt.* 17. Anch. *num.* 8. Imol. *num.* 33. *circa med. ibidem*, Duen. *regul.* 206. *limit.* 2. Roch. de Curte *in repet. cap. fin. num.* 485. *aliàs ſect.* 5. *num.* 43. *de conſuet.* Hoied. *d. p.* 1. *cap.* 17. *num.* 11. Monet. *d. q.* 3. *num.* 43. vbi *num.* 47. ait ad inducendam huiuſmodi conſuetudinem, quòd nimirum qui aliquibus horis intereſt, omnes diſtributiones etiam cæteris horis aliàs aſſignatas acquirat, requiri aliquam rationem, & prætetea ſpatium 40. annorum, iuxta text. *in d. cap. fin.* cùm ibi traditis per gloſſ. & Doctor. *de conſuet.* idem tamen Monet. *vbi ſup. num.* 50. fatetur non valere conſuetudinem quòd diſtributiones vnius diei vnica hora acquirantur.

23 Concilium autem Trid. *ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 3. ne qua ex parte minuatur diuinus cultus, ſed ei debitum in omnibus rebus præſtetur obſequium, ſtatuit in Eccleſiis tam Cathedralibus, quàm Collegiatis, in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt veriſimiliter negligantur, tertiam partem fructuum quorumcunque redditúum tam Dignitatum, & Canonicatuum, quàm aliorum omnium eiuſdem Eccleſiæ beneficiorum ſeparari debere, & in diſtributiones quotidianas conuerti, quæ inter omnes Diuinis intereſſentes proportionabiliter iuxta diuiſionem Epiſcopi diuidantur. [Stephan. VVeims *d. loco num.* 8. *cum ſeqq.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.* 12. *num.* 2.]
24 Vnde S. Congreg. Concilij cenſuit † *diſtributiones quotidianas, quæ accepta fuerunt in tertia parte fructuum Dignitatum alicuius Eccleſiæ, aſſignari debere non duobus tantùm horis Canonicis, ſed etiam reliquis omnibus aliis, quibus qui non interfuerit, diſtributionem amittit*, vt referunt Nicol. Garc. *de benef. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 489. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 19. §. 2. *num.* 4. Petr. Enriq. *theorem.* 21. Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 1. *q.* 3. *num.* 1.

Hæc tertia pars non poteſt deduci niſi ex 25
Canonicatibus, & aliis beneficiis reſidentiam requirentibus in Cathedralibus, ſeu Collegiatis exiſtentibus, quia extra Eccleſiam Cathedralem, vel Collegiatam decretum Cõcilij *d. ſeſſ.* 21. *cap.* 3. *de reform.* locum non habet, vt cenſuit S. Congreg. Concilij, quam refert Nicol. Garc. *de benef. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 473. *cum ſeqq.* vnde detrahi non poteſt aliqua pars fructuum beneficiorum, quæ ſunt extra Eccleſiam Cathedralem applicanda diſtributionibus, niſi ipſa beneficia eſſent incorporata Præbendis Canonicalibus, Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. *verſ. de diſtributionibus*, Zerol. *p.* 1. *verb. diſtributiones quotidianæ*, §. 2. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 288. *num.* 3. *verſ. de diſtributionibus.* Detrahenda quoque eſt huiuſmodi tertia pars ex omnibus Dignitatibus, vt clarè diſponit idem Concil. *ſeſſ.* 22. *cap.* 3. *de reform.* quamuis de iurepatronatus ſint, niſi repugnet fundatio, cui *in d. cap.* 3. *ſeſſ.* 21. *&* 22. non eſt derogatum. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 492. *& ſeqq.* Non comprehenduntur tamen Dignitates, quæ etſi locum habent in Choro, nullas tamen habent diſtributiones quotidianas, nec ſufficientes Præbendas, vel fructus tenues, quæ retineri poſſunt cum Canonicatibus, vbi eſt conſuetudo abſque alia diſpenſatione, per *cap. licèt, de conſuet. in* 6. ex Nicol. Garc. *d. cap.* 7. *num.* 483. & ita facienda eſt deductio ex illis Dignitatibus, quarum fructus ſunt illius Eccleſiæ, in cuius Choro hæ Dignitates ſedem habeant: ſecus verò ſi nullos fructus perciperent ex illis Eccleſiæ, ſed haberent proprios, & diſtinctos à menſa Capitulari, idem Garc. *d. cap.* 7. *num.* 465. & aduertat Epiſcopus quòd quando vſus eſt remedio *d. cap.* 3. *ſeſſ.* 21. in detrahenda tertia parte ex Dignitatibus, non poteſt vti remedio alterius, *cap.* 3. *ſeſſ.* 22. in detrahenda ex illis alia tertia parte, ita ex ſententia Sacræ Congregat. refert idem Nicol. Garc. *d. cap.* 7. *num.* 472.

Hæc deductio facienda eſt de fructibus 26
non ſecundùm taxam antiquam, prout eſt in libris Capitulorum, ſed ſecundùm valorem currentem, Garc. *d. parte* 3. *cap.* 2. *num.* 467. *& cap.* 4. *num.* 22. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. reſolut.* 488. *num.* 3. & ita ſecundùm verum valorem, & non ſecundùm taxam

Præben

Præbendatum, idem Garc. *d. p. 3. cap. 2. num.* 467. Et antequam iſta detractio fiat, deducendæ ſunt priùs penſiones, & alia onera legitimè impoſita quandiu illa durauerint; ſed de nouo impoſitæ non comprehendunt iſtam tertiam partem, idem Garc. *d. cap. 7. num.* 468. vbi etiam quòd de fructibus alteri reſeruatis non fit iſta detractio donec reſeruatarius vixerit. Et nouiſſimè quòd huiuſmodi aſſignatio vt ſuprà facienda intelligatur deductis oneribus, cenſuit S. Congreg. Concilij *ſub die 7. Aprilis* 1629.

[Quid autem eſt quod Concil. Trid. *loco citato* voluit debere iſtam tertiam partem fructuum, & quotumcunque prouentuum ab Epiſcopis diuidi, *proportionabiliter*, in ipſa prima fructuum deductione. Circunfertur ea de re declaratio quædam, quæ ab Eminentiſſimis Concilij Trid. interpretibus dicitur emanaſſe, *plus dandum eſſe ex quotidianis iſtis diſtributionibus ei, cui plus eſt oblatum ex Dignitate, vel Præbenda pinguiore, adeò vt nihil ſit dandum illi, cui nihil fuit ablatum.* Et aliàs iterum his verbis. *Qui plus conferunt etiam pro rata eius, quod confertur, lucrentur.* Quòd per ſe ſatis bonam habet rationem ex ipſa naturali æquitate, & iure ſocietatis promanantem, vt ſcilicet ij, qui plus conferunt ex prouentibus ſuorum beneficiorum ad maſſam contributionum, plus quoque participent in diſtributione collatorum. Itaque ſi in eadem Eccleſia fuerit Dignitas, quæ in annuis prouentibus habeat mille aureos, fuerit item Canonicatus, qui habeat quingentos; fuerit denique alius Canonicatus, qui ſolummodo habeat ducentos, prout contingere poteſt vbi Præbendæ ſunt diſtinctæ, ac ſeparatos habent prouentus; & vnicuique iſtorum detrahatur pars tertia, quæ conuertatur in diſtributiones quotidianas, æquũ & iuſtum eſt, vt prima fructuum talium diſtributio fiat, *proportionabiliter*, hoc eſt, vt is, cui plus detractum eſt ex groſſo ſui beneficij, aliquid amplius accipiat ex diſtributionibus quotidianis, ſecundùm modum, & proportionem eius, quod amplius ipſi detractum fuit. Quod ipſum eſt, quo Concilium Trid. voluit tertiam partem fructuum per Epiſcopum diuidi, *proportionabiliter*, inter obtinentes Dignitates, & cæteros, qui Diuinis interſunt. Ita Stephan. VVeyms *in conſtit. 24. ex iure antiquo deſumptas*, & per Concil. Trid. *ſpeciatim innouatas conſtit. conſtit.* 11. *num.* 12. *pag.* 96. *&* 97.

Sed cur eadem ratione & proportione iſtæ diſtributiones, quæ deinde pereunt abſentibus propter illicitam abſentiam, vel quia debitum ſeruitium perſonaliter non implent, iterum non accreſcunt præſentibus, quas idem Concil. Triden. *ſeſſ. 22. de reform. cap.* 3. iuſſit applicari fabricæ Eccleſiæ, quatenus indiget, vel alteri pio loco ad arbitrium Ordinarij Epiſcopi? Vide *infrà cap.* 22. *num.* 17.]

Epiſcopus non poteſt Dignitatibus, Perſonatibus, & Officiis ſtatuere certam Officij, & ſeruitij formam præter ſolitam pro lucranda tertia parte Præbendæ in diſtributiones conuerſa, ita ex S. Congr. ſententia Nicol. Garc. *d. parte 3. cap. 2. num.* 490. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num.* 81. 27

In illis Eccleſiis, in quibus diſtributiones non ſunt regulariter tenues, ſed pingues, licèt ſint aliquæ horæ, quæ non habent diſtributiones, aut tenues, debent eis rationabiles aſſignari; detrahendo aliquam partem fructuum à Præbendis, non autem ab aliis diſtributionibus cæteris horis aſſignatis, idem Garc. *d. c. 2. num.* 484. Monet. *de diſtribut. quotid. par. 2. quæſt. 3. num.* 1. nam † vbi eſſent diſtributiones ſufficientes & tolerabiles, tertia pars fructuum Præbendarum applicanda diſtributionibus detrahi non poteſt, Piaſec. *vbi ſup.* Aloyſ. Ricc. *de reſolut.* 388. *num.* 2. Zerol. *parte 2. verb. diſtributiones quotidianæ.* 28 29

Licentia cauſa ſtudiorum etiam obtenta à Sede Apoſt. non excuſat ab amiſſione cæterarum diſtributionum quotidianarum, vt refert deciſum Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. num.* 179. 30

Sed vbi nulla eſt Canonicorum, aut Clericorum Præbenda, vel Portio, ſed totum in diſtributionibus beneficiorum conſiſtit, conceſſa licentia percipiendi fructus in abſentia, diſtributiones illæ huiuſmodi abſentibus debebuntur, vt probatur *in d. cap. cùm olim, de verbor. ſignif.* gloſ. *in cap. licèt 32. de Præbend.* vbi Abb. & alij communiter, *gloſ. pen. in d. cap. vnic. de cleric. non reſid. in* 6. Rebuff. *de priu. ſchol. priuil.* 31. *num.* 12. Horat. Luc. *eod. tract. priuil.* 98. *verſ. 1. limita*, Aym. *conſ.* 135. *num.* 24. Pariſ. *conſ.* 32. *à num. 7. lib.* 4. Benni. *de priuil. Iureconſult. p. 1. priuil.* 15. *num.* 8. & ideò ſi eſſet aliquis Canonicus ſine Prębenda, debentur ei diſtributiones pro intereſſentia, ſicut & aliis, *cap. dilectus, de Præbendis.* 31

De his quotidianis diſtributionibus poteſt Beneficiarius pro ſua libertate, & arbitrio diſponere etiam per vltimam voluntatem, & iuxta ſuæ voluntatis nutum impendere, non ſolùm quia earum eſt dominus, vt colligitur ex *d. cap. vnic.* vbi innuitur mancipatos diuinis Officiis dominium diſtributionum acquirere, ſi Choro interſint, verùm etiam, quia diſtributiones traduntur ob miniſterium perſonale tamquam merces operis, & tanquam ſtipendium laboris, & conſequenter ſunt bona 32

bona quaſi patrimonalia, quorum Beneficiarius abſolutus eſt dominus: & ideò ſic docent Dominic. *in cap. præſenti 9. de offic. Ordin. lib. 6. num. 16. cum ſeqq.* vbi Franch. *num. 10. & in d. cap. vnico, §. quia verò, à num. 3.* Sylueſt. *in ſum. verb. Clericus, 4. quæſt. 4. num. 3.* Couar. *in cap. cùm in Officiis, num. 4. de teſtam.* Pariſ. *conſ. 33. num. 10. tom. 4.* Craſſ. *commun. §. teſtamentum, quæſt. 34. in 1. num. 38.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 164.* [Card. Tuſch. *pract. concluſ. lit. D. concl. 512.* Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi p. 1. cap. 19. §. 2. num. 6. verſ. verum quibus.*] Monet. *de diſtribut. quotid. p. 3. q. 1. num. 18. & q. 4. num. 12.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. munera, differ. 1. num. 14.* Gallet. *in margarita caſuum conſcientia, verb. fructus*, Filliuc. *in quæſt. moralib. tom. 3. tract. 43. cap. 3. quæſ. 10.* quicquid dicat Nauarr. *de reddit. Eccleſ. q. 1. mon. 30. num. 2.*

CAPVT XXII.

Canonicus quando diſtributiones amittat, & quibus illæ ſic amiſſæ accreſcant, & an ſibi remitti, & donari valeant?

SVMMARIVM.

1 *Canonici, qui non interſunt diuinis Officiis, ipſo facto ante vllam Iudicis ſententiam, diſtributiones quotidianas amittunt.*

2 *Excommunicatus iuſtè eo ipſo quotidianas diſtributiones amittit, nec eas recuperat.*

3 *Excommunicatus ab excommunicatione appellans, appellatione pendente diſtributionibus priuatur.*

4 *Obligatus in forma Cameræ poteſt ſine perſonali citatione excommunicari.*

5 *Auditori Cameræ vigore obligationis Cameralis tribuitur facultas procedendi per audientiam contradictarum.*

6 *Executori non licet ſuper validitate ſententiæ, cuius executioni additus eſt, pronuntiare.*

7 *Cenſurati ab Auditore Cameræ, ſeu eius locum tenentibus abſolui non poſſunt niſi ab eis, & aliis ſuis, etiam de partium conſenſu, præterquam in mortis articulo.*

[*Carceratus facto, & culpa ſua, non lucratur fructus, qui conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis. ibid.*]

8 *Suſpenſus iuſtè ab officio priuatus eſt ipſo iure quotidianis diſtributionibus.*

[*Clericus ſuſpenſus debet tantum habere de fructibus ſui beneficij quod ſufficiat ſibi pro alimentis. ibid.*

Suſpenſo ob contumaciam minimè alimenta debentur. ibid.]

9 *Suſpenſus iuſtè à beneficio amittit diſtributiones quotidianas.*

10 *Interdictus iuſtè ab ingreſſu Eccleſiæ amittit ipſo iure quotidianas diſtributiones.*

11 *Ceſſationis à Diuinis ſiue iuſta, ſiue iniuſta tempore Canonici non percipiunt quotidianas diſtributiones.*

12 *Depoſitus, ſeu verbalis degradatus ab Ordine, officio, vel beneficio amittit quotidianas diſtributiones, illi tamen danda ſunt alimenta de ipſis redditibus eccleſiaſticis, ſi aliunde non habeat vnde viuat.*

13 *Canonicus in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, qui priuatus fuit Canonicatu, non percipit quotidianas diſtributiones.*

[*Canonicus depoſitus, ſi non habet vnde viuat, alendus eſt de fructibus ſibi oblati beneficij, etiamſi ob culpam propriam, vel admiſſum ſcelus fuerit depoſitus. ibid.*]

14 *Diſtributiones quotidianæ ordinariæ, & propriè ſumptæ amiſſæ accreſcunt aliis clericis, qui interſunt diuinis Officiis.*

15 *Declaratur, & concordatur Conc. Trid. c. 3.* ſeſſ. 21. & 22. de reform. *& numeris ſeqq.*

18 *Diſtributiones abſentium debentur ſolùm actu intereſſentibus, non verò aliis, qui iuris fictione cenſentur intereſſentes, vt qui abſunt ex cauſa infirmitatis, vel ob aliam Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, aut iuſtam, & rationabilem corporis neceſſitatem.*

19 *Canonicus poteſt diſtributiones, quas alter malè quæſierat, ſibi applicatas, & traditas illi ipſi donare, qui eas amiſit.*

20 *Diſtributiones amiſſas ob non reſidentiam non poteſt Epiſcopus, ſeu Capitulum remittere, aut donare; ſed vide num. 23.*

21 *Canonicorum conſenſus non poteſt facere, vt qui non interfuit Diuinis, habeat diſtributiones quotidianas, & neque ſtatuto, aut lege hoc poteſt conſtitui.*

22 *Capitulum totum per conſuetudinem non poteſt concedere quòd abſens lucretur diſtributiones quotidianas etiamſi per momentum temporis durauerit abſentia.*

23 *Diſtributiones præteritæ remitti de iure Concilij Trident. prohibentur, etiamſi abſit omnis fraus, & conuentio.*

CAnonici, qui non interſunt diuinis Officiis, ipſo facto ante vllam iudicis ſententiam, diſtributiones quotidianas amittunt, vt patet ex *cap. vnic. §. qui verò, de cleric. non reſid. lib. 6.* & colligitur ex Concil. 1

Concil. Trid *ſeſſ. 24. de refor. cap. 12. verſ. diſtributiones*, docent Monet. *de diſtribut. quotid. p. 3. q. 7. à num. 71.* Sanctarel. *var. reſol. q. 13. num. 1.* Non intereſſentes autem dicuntur, qui vel abſunt à choro, exceptis iis, qui tanquam præſentes ibidem reputantur, de quibus *cap. 23. & 24.* egimus, vel in choro aſſiſtentes ibidem non canunt iuxta terminos per me declaratos infra *cap. 34.*

2 Excommunicatus iuſtè eo ipſo quotidianas diſtributiones amittit, nec eas recuperat, vt probatur ex *c. paſtoralis, §. verùm, de appel.* vbi Romanus Pont. ait excommunicato prouentus eccleſiaſticos meritò ſubtrahi, cui Eccleſiæ communio denegatur, nomine enim prouentuum eccleſiaſticorum continentur quotidianas diſtributiones decidit Bonifacius VIII. *in Extrauag. vnic. verſ. & quia non occurrit, de decim. inter commun.* ita Cou. *lib. 3. var. cap. 13. num. 8. verſ. 12.* Vgolin. *de cenſur. tab. 2. cap. 12. in princ. num. 2.* Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib. 4. q. 3. num. 52.* Rebuff. *in cap. poſtulaſti, num. 84. de clerico excom. miniſtr.* Gutier. *canon. quæſt. lib. 1. cap. 1. ex num. 90.* Bonacin. *de cenſur. diſp. 2. q. 2. pun. 4. §. 2. num. 7.* Nicol. Garc. *de benef. par. 7. cap. 13. num. 125.* Monet. *de diſtribut. quotid. par. 2. quæſt. 15. num. 18.* Pute. *deciſ. 180. lib. 1.* [Seraphin. *deciſ. 1164. num. 2.* vbi quòd Capitulum habet iuſtam cauſam denegandi diſtributiones quotidianas excommunicato.] Mart Alter. *de cenſur. tom. 1. lib. 2. diſp. 6. c. 8. verſ. ad dubitationē,* Ricc. *de interperſonarū lib. 4. c. 14. n. 7.* Barthol. à S. Fauſto *de horis Canon. lib. 3. quæſt. 37.* Rot. *in Elboren. fructuū 17. Nouēb. 1629.* corā R.P.D. Quecipo, *& in eadem 14. Maij. 1631.* corā R.P.D. Ghiſilerio. *& deciſ. 280. n. 1. tom. 2. conſil.* Fatinac.

3 Quod verum eſt etiamſi prætendat ſe excommunicatum per iniuriam & iniuſtitiam, & propterea ab excommunicatione ſit interpoſita appellatio, nam nihilominus appellatione pendente diſtributionibus priuatur, vt *in d. cap. paſtoralis* adnotatunt Panor. *num. 6.* & Franch. *n. 4. & 16.* Soar. *de cenſur. diſp. 13. ſect. 2. ante num. 10.* Monet. *d. q. 15. num. 20.* Ricciul. *d. cap. 14. num. 13.* De eo autem, qui iniuſtè fuit excommunicatus, vide *c. 24. n. 45.* Verùm autem excommunicatus egenus & pauper ſint alendi ex redditibus beneficij, olim vidi dubitari, in quo dubio vera eſt omnium ſententia illum de his bonis nihil habere poſſe, quia cùm poſſit pœnitere, & non curet, dicitur claues Eccleſiæ contemnere, *gloſ. fin. in fine in c. paſtoralis §. verùm, de appellat.* Cou. *var. lib. 3. c. 13. n. 8. verſ. duodecimo,* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 81. num. 8.* vbi *num. 9.* cum dicta gloſ. limitat quando aliàs talis excommunicatus eſſet fame periturus ſi non ſubleuaretur ex bonis beneficij, & deinde cum aliis Doctoribus per eum citatis limitat quando non dependet ab eius poteſtate, conſequi liberationem ab excommunicatione, vt quia eſſet aliqua iuſta cauſa impeditus petere abſolutionem: & pouit tationem diuerſitatis inter excommunicatum, & ſuſpenſum, aut depoſitum, quia eſt in excommunicati poteſtate recurrendo ad Eccleſiam exire à vinculo, non ſic in depoſito, aut ſuſpenſo, de quo infrà *num. 8. & 10.*]

Pulcher eſt caſus, & quotidianus, relatus *in d. Elboren.* ad cohibendam eorum malitiā, qui cùm ſub obligatione Camerali Romæ contraxerint, vel ad ſoluendam penſionem ſe obligauerint poſtquam ad patrios lares conuolāt, prætendunt non poſſe alibi citari, ac proinde cenſuras ab Auditore Cameræ vigore huiuſmodi obligationum ſine perſonali citatione emanatas declarari nullas ab earum executoribus extorquēt, & de quotidianis diſtributionibus ſibi interim reſpōderi obtinent, & quod peius eſt, per vim ſibi conſignari faciunt, & iam antea id ipſum eadem Rot. firmauerat *in Romana, ſeu Bracharen. pecuniaria, 2. Decemb. 1594.* coram Orano, impreſſa per Zachiam *de oblig. Cameral. deciſ. 115. num. 7.* vbi cùm Antonius Lopez Cantor Eccleſiæ Bracharen. eſſet obligatus in forma Cameræ ad ſoluendum certam pecuniarum ſummam, & ob non ſolutionem factam præcedente citatione per contradictas fuiſſet declaratus excommunicatus, ac de validitate excommunicationis ageretur, 4

† Rota tenuit pro eius validitate, eo quòd vigore obligationis Cameralis tribuatur Auditori Cameræ facultas procedendi per audientiā contradictarum abſque eo quòd dictus Cātor principalis ſemel perſonaliter, vel domi ad iudiciū vocaretur. Nec eſt verū, quòd executor abſolutionē de facto concedendo poſſit talem excōmunicatū ad participādas diſtributiones quotidianas, rehabilitare, quia nullitet, & abſq; iuriſdictione procedit, cùm certū ſit † executori nō licere ſuper validitate ſententię, cuius executioni additus eſt, pronūciare, *l. ſi vt proponis, l. executorē, C. de execut. rei iudic. l. ſi prætor 75. de iudic.* Bart. *in l. à diuo Pio, in princ. n. 4.* Alex. *n. 9.* & Iaſ. *n. 12. de re iud.* Menoch. *de arb. lib. 1. q. 38.* Cou. *pract. c. 16. n. 5.* Surd. *conſ. 405. n. 15.* & clarè colligitur ex facultatibus Auditori Cameræ conceſſis à fel. mē. Paulo V. *in conſt. 28. aliàs 20. incip. Eximia, §. 21. ſub dat. Romæ apud S. Marcum Kal. Octob. 1606.* quæ eſt *in Bullario nouo, tom. 3. pag. 212.* vbi verba leguntur. † *Et quòd à te, vel Locumtenentibus, & aliis prædictis pro tempore excommunicati, ſeu aliàs cenſurati, ab aliis quàm à te, vel Locumtenentibus, & aliis tuis huiuſmodi etiam de partium conſenſu præterquam in mortis articulo conſtitutum abſolui non poſſunt ad euitandas collisiones, &c.* Videant ergo iniuſtè retinentes ſoluere, & cenſuras non timentes quo iure foueantur, & cōſcientiæ ſuæ conſulant, partibuſq; ſatisfaciant. 5 6 7

[Carceratus facto,& culpa ſua,nõ lucratur fru-
ctus,qui cõſiſtunt in diſtributionibus quotidia-
nis,Rota *dec.280.n.1.* apud Farin.*tom.2.Conſil.*
& de carcerato iniuſtè, vide infrà *c. 24. n. 42.*]
8 Suſpenſus iuſtè ab officio, priuatus eſt ipſo
iure quotidianis diſtributionibus, cùm illæ
non dentur iis, qui diuinis Officiis non inter-
ſunt, prout ſupenſus ab officio intereſſe ne-
quit, ita Nau. *d. conſ. 11. n. 6.* Vgol. *d. tract.*
de cenſur.tab.4 c.6.§.3.in fin.verſ.poſtremò ex-
cipiuntur, Sanch. *de Matr. lib. 3.diſp. 51. ſub*
n. 10. Moner. *d q.15.n. 37.* Bonac. *de cenſur.*
diſp.3.q.6.pun.2.num.16. Idem quoque dicen-
9 dum eſt † de ſuſpenſo à beneficio,nam is quo-
que amittit diſtributiones quotidianas, ita
Vgolin. *d. tab. 4.c.8.§.7.n. 4.* poſt alios, quos
refert,quod etiam eſt de mente omnium, qui
de ſuſpẽtione ſcripſerunt, fatentur enim hunc
eſſe proprium effectum ſuſpenſionis à bene-
ficio, vt omnibus prouentibus, & emolumen-
tis ipſius beneficij priuet, vt inter cæteros
videre eſt apud Sayr. *de cenſur. lib.4.c. 6. num.*
9. & 10. licèt is *num. 11.* velit adhuc ſuſpen-
ſum à beneficio, ſi interſit Diuinis, lucrari
diſtributiones, in qua opinione eſt ſingularis,
neque eius ratio vrget; limitat tamen poſt
Vgol. Cou. & Sayr. hanc reſolutionem Mo-
net. *d. loco num. 40.* vt ſuſpenſo etiam à bene-
ficio, vbi aliunde non habeat vnde ſe ſuſten-
tet, ſubueniendum ſit de fructibus ipſius be-
neficij, vbi ſuſpenſio pro pœna lata eſt, non
autem ſi pro contumacia. nam cùm tunc pa-
rendo ab ea ſe eximere, ac liberare poſſit, non
eſt ei ſubueniendum de dictis redditibus, ac
fructibus niſi ſumma neceſſitas adſit. De illo
autem qui iniuſtè fuit ſuſpenſus,vide *inf. cap.*
24. à num. 46. [cùm habenda ſit ratio ne in
opprobrium Cleri mendicare quis cogatur, *c.*
Diaconi 93.diſt. licèt aliàs malè meriti debeant
publica egeſtate laborare.*l.bona fides.ff.depoſi-*
ti, ideo Clericus ſuſpenſus debet tãtum habe-
re de fructibus ſui beneficij, quod ſufficiat ſibi
pro alimentis,gloſ.*verb.admiſerant.in cap.cùm*
Vintonienſis,de elect. quæ tamen intelligit quã-
do non habet aliunde,quia tunc datur aliquid
ad modicam ſuſtentationem,ne ex toto egeat,
ſecus ſi habeat de proprio, vel ex alio poſſet
viuere,quia tunc nihil percipere poteſt duran-
te ſuſpenſione: ita Cou. *lib.3.var.c.13. num.8.*
verſ.duodecimo,in princ. Sutd.*de aliment. tit.1.*
1.q.82.à n.5. Nau.*conſil.45.n.2. de tẽpor. ordin.*
in antiq. & conſ. 7. iuncto conſ. 27. de ſent.ex-
com. Henriq.*in ſum.lib.13.c.13.§.4. iuncto com-*
mento lit.N. Campan. *in diuerſ. iuris Canon.*
rub.11.c.16.n.20. Sayr.*de cenſur.lib.4.c.6.n.12.*
Vgolin. *eod.tract.tab.4.c.8.§.7.n. 2.* Monet. *de*
diſtrib.quotid p.2.q.15.n.40. Ricc. *de iure per-*
ſonarũ extra gremiũ Eccleſ.exiſt.lib.4.c.14.à n.
24. vbi *n.26.* ſubdit ſuſpenſo ob contumaciam
minimè deberi alimẽta. Seraph.*dec.1098.n.3.*]

Interdictus iuſtè ab ingreſſu Eccleſiæ amit- 10
tit ipſo iure quotidianas diſtributiones, neque
eas recuperat: nam diſtributiones quotidanæ
non dantur niſi iis, qui in Eccleſiis intereſſunt
diuinis Officiis tamquam Eccleſiæ miniſtri,
vt conſtat ex *cap. vnic. de cler. non reſid. lib. 6.*
& aliis in principio huius *cap.* citatis: at verò
is, cui eſt interdictus Eccleſiæ ingreſſus, vel
abſolutè, nullo modo Eccleſiam ingredi po-
teſt, Fuſc. *de Viſitat. lib. 2. cap. 32. num. 7.*
Vgolin. *d. tab. 5. cap. 16. §. 1.* ad audienda in
in ea diuina Officia, vt colligitur ex *cap. is*
cui, de ſent. excom. lib. 6. Henriq. *in ſumma*
lib. 13. cap. 32.§.2.circ. med. Vgolin.*dict.cap.*
16. §. 3. num.1. Igitur, ex quibus ſic reſoluit
Monet.*dict. q. 16.à num. 46.* vbi *num.50.* am-
pliat procedere ſiue interdictum latum ſit à
iure,ſiue ab homine,& *num.52.* ampliat etiam
vt procedat licèt iſte Canonicus fuiſſet in alia
ciuitate interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, &
num. 55. limitat in feſtiuitatibus, quæ haben-
tur *in cap. alma mater, §. in feſtiuitatibus, de*
ſent. excom. in 6.

Tempore ceſſationis à Diuinis ſiue iuſtæ, 11
ſiue iniuſtæ, Canonici non percipiunt quoti-
dianas diſtributiones, ita probatur *in c. ſi Ca-*
nonici, §. ſecturi, de offic. Ordin.in 6. & docent
Cou.*in c.alma mater.p. 2. §. 4.num.7.* Henriq.
d.lib.13.cap.52.§.3. & cap.53. §. 2.circa med.
Sayr.*de cenſur.lib. 5.cap. 19.num.17.* Alphonſ.
Vega *in ſum.par.1.cap.103. caſu 6.* Gomez *in*
explicat. Bullæ Cruciatæ ad 5. clauſ. in vltim.
verbis, Anton. de Campos *de ceſſat. à Diuinis*
num.98. verſ. ſi autem. Monet.*dict.q.16.n.36.*
Auila *de cenſur.p.2.diſput.2.dub.3. concl.3.* Ce-
ned.*pract.& Can.quæſt.lib.1.q.1.n.55.* Bonacin.
de horis Canon.diſput.2.q.5. puncto 2. Bart. à S.
Fauſto *eod.tract.lib.3.q.39.* Tenetur tamen is,
cuius culpa ceſſatio indicta fuerit, Canonicis,
& Clericis ad id,quod eorum intereſt,eo quòd
omnino ceſſantes à celebratione diuinorum
Officiorum quotidianas diſtributiones amiſe-
rant, aut ſanè non acquiſierint, *cap. 2. de offic.*
Ordin.lib.6. Cou.*in c.alma mater.par.2. §.4.n.*
7.verſ.tertiò eandem, Fr. Emm *quæſt.Reg.tom.*
2.q.115.art.4. Vide etiam *in cap. 24.n. 50.*

Depoſitus, ſeu verbaliter degradatus ab 12
Ordine, officio, vel beneficio amittit quoti-
dianas diſtributiones; illi tamen danda ſunt
alimenta ex ipſis redditibus eccleſiaſticis ſi
aliunde non habeat vnde viuat, ne cum de-
decore ſtatus eccleſiaſtici cogatur mendicare,
ita Cou.*d.lib.3.var.cap.13.num.8.verſ.12.hinc*
etiam deducitur, Vgolin. *de cenſur. tab. 2. cap.*
12. in princ.num.1. circa med. Barthol.à S. Fau-
ſto *d.lib.3.q.43.* Monet.*d.q.17. à num. 23.* vbi
num.25. & ſeq. limitat in iniuſtè depoſito, vel
in reſtituto ab illo,qui verbaliter depoſuit, &
à num. 27. idem reſoluit, & limitat in degra-
dato, ſeu actualiter depoſito, & *à num. 33.*
reſoluit

13 reſoluit † Canonicum in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, qui priuatus fuit Canonicatu, non percipere quotidianas diſtributiones, & *à num.* 36. regulariter loquendo, tenet quòd Clericus, ſeu Canonicus non amittit fructus, & diſtributiones beneficiorum niſi quatenus tribuuntur iis, qui aliquem Ordinem exercent, & non aliter.

[Canonicus, qui fuit depoſitus, ſi non habet aliunde alimenta, eſt alendus de fructibus beneficij ſibi ablati, etiamſi ob culpam propriam, vel admiſſum ſcelus fuerit depoſitus, tex. *in c. ſtudeat, in fine*, vbi *gloſ.* 50. *diſt.* Cou. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 8. *verſ. duodecimo*, Corduba de Lara *in l. ſi quis à liberis.* §. *ſi vel parens. n.* 62. *ff. de liber. agnoſcend.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 82. *à princip.* vbi *num.* 4. id procedere ait non ſolùm in depoſito ipſo, ſed etiam in ſuis de familia, & de ſeruitio, ſine quibus eſſe nou poteſt, & *num.* 12. reſoluit alimenta ab Eccleſia non miniſtrari ei, qui eſt non ſolùm verbo, ſed & actu depoſitus.]

14 Quibus autem accreſcant diſtributiones quotidianæ ordinariæ, & propriè ſumptæ amiſſæ in caſibus ſuprà enarratis, eſt huius loci inueſtigare, ſed omiſſis aliis vera mihi videtur eorum opinio, qui tenent eas aliis clericis, qui interſunt diuinis Officiis, accreſcere; ita gloſ. *verb. pars dimidia, in Clem.* 2. *de ætate, & qual. & verb. ſuſpenſis, in Clem.* 2. *de vita, & honeſt. clericor.* Gig. *conſ.* 144. *num.* 30. Caſſad. *deciſ. vnic. de cleric. non reſident.* [Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 7.] Nauar. *in man. cap.* 25. *num.* 123. *& de Orat. cap.* 7. *n.* 34. *& miſcellan.* 59. *num.* 9. Azor. *inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *q.* 8. *&* 9. Monet. *d. par.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 16. Sanctarel. *d. q.* 13. *num.* 2. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 3. *q* 87. idque optimè probatur ex *d. cap. vnico*, & ex Concil. Trid. *d. cap.* 12. *verſ. diſtributiones*, ibi, *qui ſtatis horis interfuerint*, &c. *& ſeſſ.* 21. *de refor. c.* 3. ibi, *& in diſtributiones quotidianas, quæ inter Dignitates obtinẽtes, & cæteros Diuinis intereſſentes proportionabiliter, &c.* [Intelligit Stephan. VVeyms *d. conſtit.* 11. *num.* 14. non de diſtributionibus illis nouis ex tertia parte fructuum conflatis, ſed de antiquis diſtributionibus, quæ ante Concil. Trid. in pleriſque Eccleſiis fuerunt conſtitutæ, vt ex communi maſſa bonorum, & redditüum Eccleſiæ deſumerentur, has enim accreſcere præſentibus poſtulat communis ratio, quia ex communibus fructibus deſtinatæ ſunt ſolis præſentibus, tanquam in mercedem & honorarium maioris diligentiæ: vbi detractio autem per Concilium Trident. introducta, tendit in pœnam negligentiæ, ex qua nemo facile debet lucrum capeſſere.]

15 Verùm obſtat decretum eiuſdem Concil. *ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 3. dum decidere videtur portionem diſtributionum iis contingentem, qui non interſunt, applicari debere fabricæ Eccleſiæ quatenus indigeat, vel alteri pio loco arbitrio Ordinarij. [Vti ea de re extat peculiaris declaratio Eminentiſſimorum Cardinalium Saeri Concilij interpretum, in hæc verba. *Diſtributiones quotidianæ, quæ ex tertia parte fructuum iuxta decretum Concily procedunt, debent aſsignari horis ſingulis, & pro qualibet hora fieri portio, & qui non interfuerint, diſtributiones amittant, nec abſentibus adempta, inter præſentes poſſunt diuidi, ſed fabricæ Eccleſiæ, aut alteri loco pio, pro arbitrio Ordinary debent applicari.* refert Stephan. VVeyms *d. conſtit.* 11. *num.* 13. vbi ſubdit rationem conſiderari poſſe ex eo quòd tertia illa pars fructuum deducatur, & in diſtributiones quotidianas conuertatur, non in aliquod ſolatium præſentium, ſed in odium, & pœnam abſentium, & perſonaliter non adimplentium debitum officium: ideoque non ſubſit ratio cur ex pœna, vel odio aliorum præſentes debeant aliquid lucrari, ne videantur ex culpa, vel delicto locupletari. Sed ad hæc non aduertentes nonnulli Doctores exiſtimarunt quòd illud decretum *in d. cap.* 3. *ſeſſ.* 22.] poteſt intelligi ſtante conſuetudine, vel ſtatuto, vt non accreſcant intereſſentibus. ſed in Eccleſiæ vtilitatem conuertantur, Franc. Marc. *Delphin. dec.* 882. *num.* 6. *&* 7. *par.* 2. Franc. Monald. *conſ.* 27. *num.* 4. Vel vbi omnes abfuerint à diuinis Officiis, quia tunc diſtributiones quotidianas Eccleſiæ applicandas eſſe reſoluunt Caſſad. *deciſ. vnic. num.* 3. *de cleric. non reſid.* Gig. *d. conſ.* 144. *num.* 30. Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 7. Azor. *d. cap.* 7. *quæſ.* 8.

16 Meliùs tamen Nau. *miſcel.* 59. *de Orat. n.* 9. vtramque Conc. Trid. deciſionem ad concordiam reducit, vt ſcilicet *d. c.* 3. *ſeſſ.* 21. *& d. c.* 12. *ſeſſ.* 24. intelligantur de diſtributionibus ordinariis, & propriis, quæ conſtituuntur de fructibus communibus lucrifaciendæ ab obeuntibus communiter Officia diuina; aliud verò *cap.* 3. *ſeſſ.* 22. intelligatur tantùm de diſtributionibus extraordinariis, & impropriis, quæ de redditibus particularibus Dignitatum, Perſonatuum, & Officiorum conſtituuntur lucrifaciendæ ab eis ſolis, qui huiuſmodi beneficia habent implendo officia, & ſeruitia Diuina eis ab Epiſcopo præſcribenda, ac deſignanda, & ideò ſubdit Nau. has extraordinarias meritò aliis non accreſcere quibus ordinariæ accreſcunt, quoniam hæ de communibus fructibus conſtituuntur pro officiis communiter ab omnibus obeundis, illæ verò de fructibus particularibus præfatarum Dignitatum, Perſonatuum, & Officiorum pro officiis, ac ſeruitiis à ſolis ea obtinentibus, faciendis, & obeundis. Hanc Nauarri ad vtrumque decretũ conciliationem poſt Philiarch. ſequuntur Paul.

Fuſc. *de viſit. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 25. Gallet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Officium diuinum pag.* 190. Azor. *d. cap.* 7. *q.* 8. Campan. *ad diuerſor. iuris Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 15. *verſ. conſului,* Monet. *d. part.* 3. *q.* 6. *num.* 29.

17 Ego verò aliter præfata Concilij decreta eſſe conciliãda exiſtimo, vt ſcilicet *d. c.* 3. *ſeſſ.* 22. loquatur in Dignitatibus, à quibus Ordinarius tertiam partem fructuum in diſtributiones quotidianas conuertendo ſeparare poteſt, & dato quòd diſtributiones quotidianæ non ſint tenues, & in odium obtinentium Dignitates, & negligentium reſidere, & quando illa tertia pars ita ſubtracta per non ſeruientes amittitur, locis piis eſt applicanda. At verò *d. c.* 3. *ſeſſ.* 21. vt loquatur ſolùm quando diſtributiones ita ſunt tenues, vt negligantur, & hoc caſu tertia fructuum pars ita ſeparata, & in diſtributiones ab Ordinario conuerſa ſi per non ſeruientes amittatur, proportionabiliter ſeruientibus accreſcit, vt refert deciſum Nic. Garc. *de benef. part.* 3. *c.* 2. *n.* 465. & declaraſſe Sacram Congregationem teſtatur Rot. *in Aſtoricen. reſidentiæ* 6. *Iunij* 1616. coram R. D. meo Coccino Decano, impreſſa poſt *tract. de diſtribut. quotid.* Alexandri Monet.

18 Vtrùm autem diſtributiones abſentium debeantur non ſolùm actu intereſſentibus, verùm etiam aliis, qui iuris fictione cenſentur intereſſentes, vt qui abſunt ex cauſa infirmitatis, vel in Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, vel ob iuſtam, & rationabilem corporis neceſſitatem? ſolùm deberi actu intereſſentibus conſtat ex *cap. vnic. verſ. ſtatuimus, de cleric. non reſid. lib.* 6. vbi Bonifacius VIII. indiſtinctè mandat, ac ſtatuit, vt quotidianæ diſtributiones iis Canonicis, & clericis Collegiatarum Eccleſiarum tribuantur, qui diuinis Officiis adſuerint, atque adeò cùm eas quoque diſtributiones complectantur, quas ij, qui non intereſſunt, acquirerent, ſi intereſſent, neceſſarium eſt eas acquiri, & accreſcere iis qui intereſſunt. Hoc idem colligitur ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 3. vbi decernitur quotidianas diſtributiones diuidendas eſſe inter obtinentes Dignitates, & cæteros diuinis intereſſentes, & clariùs ex *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. vbi ſtatuitur vt diſtributiones ij, qui ſtatis horis interfuerint, recipiant, reliqui verò quauis colluſione, aut remiſſione excluſa his careant. Facit etiam, quia cùm maiorem laborem ſubeant reliqui Canonici quando aliquis eorum abeſt, meritò maioris mercedis loco illis debentur huiuſmodi diſtributiones iure accreſcendi, ex quibus, & aliis hanc partem defendit Barthol. à S. Fauſto *de horis Canon. lib.* 3. *q.* 88.

19 Poteſt Canonicus diſtributiones, quas alter malè quæſierat, ſibi applicatas, & traditas illi ipſi donare, qui eas amiſit, gloſ. *verb. ſuas in d. c. vnico,* & ibi Gemin. *in* §. *qui verò, n.* 10. *de cleric. non reſid. lib.* 6. Nau. *miſcel.* 59. *de Orat. num.* 4. & 5. Azor. *d. cap.* 7. *q.* 9. Monet. *d. p.* 3. *q.* 5. *num.* 6. Sanctarel. *d. q.* 13. *num.* 5. nouiſſimè Barthol. à S. Fauſto *de horis Canon. lib.* 3. *q.* 91. [Sed an id hodie ita indiſtinctè liceat, vide infrà *num.* 23.]

20 At verò Epiſcopus, ſeu Capitulum non poteſt remittere, aut donare amiſſas diſtributiones ob non reſidentiam, vt ex decreto Conc. Trid. *d. c.* 12. colligunt Nau. *de horis Canon. c.* 22. *miſcel.* 14. *n.* 48. & *conſ.* 5. *n.* 1. *de cleric. non reſid.* Menoch. *de arb. caſu* 429. *n.* 6. [Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi p.* 1. *cap.* 19. §. 2. *n.* 6. *verſ. tertio.*] Piaſec. *in praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 3. *n.* 8. *in fine pag.* 124. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib.* 2. *tit.* 23. *de reſidentia, rub. An Canonici, vel alij habentes Dignitatem, teneantur reſidere in ſuis Eccleſ. num.* 90. & 91. Gallet. *in margarita caſuum conſcient. verb. diſtributiones* 4. Rot. *in Hiſpalen. diſtributionum* 2. *Maij* 1603. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino, eſt prima in impreſſis *poſt tract. de diſtribut. quotid.* Alex. Monetæ. Ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſc. par.* 3. *alleg.* 53. *n.* 140. & me citato
21 Sanctarel. *d. q.* 13. *n.* 7. † Conſenſus enim Canonicorum non poteſt facere, vt qui non interfuit diuinis, habeat diſtributiones quotidianas, & neque ſtatuto, aut lege hoc poteſt conſtitui, ſicut reſoluunt Nauarr. *de horis Canon. cap.* 5. *num.* 20. & *cap.* 21. *num.* 63. Menoch. *d. caſu* 429. *num.* 6. *in addit.* Mendez de Cabedo *diuerſ. iuris, arg. lib.* 1. *cap.* 9. Bonacin. *de Sacrament. diſput.* 4. *q. vlt. puncto* 7. §. 5. *n.* 8. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 493. *in* 1. *edit. altàs reſolut.* 384. *num.* 7. *in* 2. *edit.*

22 † Immò nec totum Capitulum per conſuetudinem poteſt concedere quòd abſens lucretur diſtributiones quotidianas, etiamſi per momentum temporis durauerit abſentia, vt cenſuit Rot. *in d. Hiſpalen. diſtributionum,* & obſeruant Aloyſ. Ricc. *dict. reſol.* 384. *num.* 8. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 166. *num.* 31. [Rota *deciſ.* 61. *num.* 3. *p.* 1. *recentiorum.*]

23 Et quamuis nonnulli exiſtimauerint non eſſe prohibitum remittere diſtributiones præteritas ſi abſit omnis fraus, & conuentio, ſed ſolùm eſſe prohibitum conuenire de remittendis diſtributionibus in futurum, vt probabiliter putat Monet. *d. parte* 3. *quæſt.* 5. *num.* 8. cuius opinio attento iure communi vera eſt, ſi credimus gloſ. *verb. ſuas, in d. cap. vnico,* quæ id probat, [& videtur amplecti Rota *deciſ.* 61. *num.* 4. *p.* 1. *recentior.*] tamen poſt Concil. Trident. id ampliùs non licet, vt ſentit Nauarr. *de Orat. miſcel.* 59. *num.* 3. dum ait ſententiam illius gloſſæ eſſe per Concil. Trident. ſublatam. Stephan. Durant. *de ritibus Eccleſiæ lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 5. dum dicit prædictam gloſ. eſſe nunc delendam, Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 7. *quæſ.* 9. quos refert, & ſequitur Sanctarel. *d. q.* 13. *n.* 6.

vbi

vbi addit hanc opinionem hoc tempore eſſe communem,& fauere cultui diuino:quia alioquin daretur occaſio Clericis abſentandi ſe à Choro,ſperantes ſibi faciendam eſſe remiſſionem à ſuis Concanonicis amicis, & ita quoque ipſe Canonicus cogeretur ſaltem ex gratitudine remittere diſtributiones alijs Concanonicis in diminutionem cultus diuini. An autem,& quando ſuper diſtributionibus tranſigi poſſit? vide Monet. *d.p.3.q.5.num.14.*

Capvt XXIII.

Canonici abſentes an, & quando ſtatuto, vel conſuetudine quoad lucrandas diſtributiones pro præſentibus haberi poſſint, vel non?

Svmmarivm.

1 *Dignitatem, Canonicatum, Præbendam, aut Portionem in Cathedrali, aut Collegiata Eccleſia obtinens vigore cuiuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe non poteſt.*

2 *Conſuetudo immemorialis non excuſat à reſidentia in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus.*

3 *Fundationibus, ſeu ſtatutis à Sede Apoſtolica confirmatis ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione non cenſetur derogatum per Conc.Trid.* ſeſſ.24. de reform. c. 12.

4 *Conſuetudo immemorialis poteſt excuſare à reſidentia in Eccleſiis Collegiatis ruralibus prorſus deſtitutis, aut in quibus nunquam antea ſupra hominum memoriam ſolitum eſſet reſidere.*

[Conſuetudo immemorialis quæ, eiuſque vis, remiſſiuè. ibid.]

5 *Conſuetudo valet vt is, qui habet Canonicatus in diuerſis Eccleſiis, percipiat diſtributiones in vtraque, cum tamen in vna tantùm reſideat.*

6 *Diſtributiones primi anni quòd dentur hæredibus mortui Beneficiarij poteſt conſuetudine introduci.*

7 *Statuta de ſeruitio per annum, vel aliquod tempus, & de nihil percipiendo interim de maſſa groſſa niſi peracto integro dicto ſeruitio, non comprehenduntur decreto Conc.* ſeſſ. 24.de reform. c.14.*nec Bulla Pij V.*

8 *Conſuetudo valet quòd vna hora, vel duabus intereſſentes lucrentur maſſam groſſam, ſiue præbendam amiſſis diſtributionibus quotidianis.*

9 *Conſuetudo valet quòd intereſſentes vna hora in vno menſe ex nouem fructus lucrentur amiſſis diſtributionibus.*

10 *Canonici qui vna hebdomada interſunt diuinis Officiis, vt poſſint lucrari diſtributiones ſequentis etiam hebdomadæ, quamuis illis non interſint, poteſt conſuetudine introduci.*

11 *Conſuetudo valida, vt quis in abſentia quotidianas lucretur diſtributiones ſi ſciente, & patiente, ac tolerante Papa inducta fuerit, non verò illo tantùm conniuente.*

12 *Diſtributiones vt conferantur iis, qui iuſſu ſuarum Eccleſiarum occupantur in computatione redditũm, vel ſumptuum ipſarum Eccleſiarum poteſt conſuetudine introduci.*

13 *Conſuetudo valet, vt clericis ſenibus poſt 70. annum dentur diſtributiones, quamuis diuinis Officiis non interſint.*

14 *Seruitium quadraginta annorum Eccleſiæ præſtitum, ſtante conſuetudine, liberat Beneficiatum à reſidentia, ita vt lucretur diſtributiones quotidianas in abſentia, quamuis non interſit diuinis.*

15 *Diſtributiones quotidianæ vt diuidantur inter eos, qui interſunt Officio diuino certis horis, licèt non interſint omnibus, poteſt conſuetudine introduci.*

16 *Clerici recedentes à choro dum diuinum Officium canitur, poſſunt ſtante conſuetudine lucrari diſtributiones ſi id fieri contingat ob celebrandum Miſſam, vel Sacramentalem Confeſſionem.*

17 *Canonicus miſſus à Capitulo pro aliquo ſeruitio ipſius Eccleſiæ, ſeu Capituli, [vel abſens ob aliquam neceſſitatem, vel cauſam ipſi Eccleſiæ vtilem,] poteſt ſtante conſuetudine percipere omnes fructus, & diſtributiones quotidianas.*

18 *[Conſuetudo poteſt efficere vt quotidianæ diſtributiones debeantur abſentibus, qui non interſint diuinis, in caſu quo de iure dubium eſt an abſentibus diſtributiones quotidianæ debeantur.]*

Nulli licet obtinenti in Cathedrali, aut Collegiata Eccleſia Dignitatẽ, Canonicatum,Præbendam,aut Portionem vigore cuiuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis, vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe, vt ſtatuit Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. verſ. non liceat*, auferendo ibi conſuetudinem immemorialem, & ſtatuta iurata non reſidendi Canonicos, vel Dignitates, niſi auctoritate Apoſt. confirmata eſſent, ſic referunt Nicol. Garc. *de benef. p.3. cap.2. num. 197. in 1. & 3. declarat.* Armendar. *in addit. ad recop. Nauarra lib.2. tit.23. de reſiden. rub. An Canonici,* 1

nici, vel alij habentes Dignitatem teneantur reſidere in ſuis Eccleſiis num. 21. *&* 23.

2 Immemorialis igitur conſuetudo non excuſat à reſidentia in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, ſicut atteſtantur reſolutum Nicol. Garc. *d. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 197. Armendat. *d. loco, num.* 20. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 53. *num.* 115. & me citato *in illo loco* Sanctarel. *var. reſol. q.* 4. *num.* 33. Deciſio autem S. Congreg. Concil. *in vna Lamacen. ſub die* 6. *Septem.* 1576. ita ſe habet, Congregatio parua, ideſt, Illuſtriſſ. Cardinalium tantùm, cenſuit *immemorialem eſſe ſublatam per Concil. & ſtatuta iurata nihil valere, & ſtatuta auctoritate Apoſt. confirmata non eſſe ſublata per Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reform.* refert Nicol. Garc. *d. num.* 197 *declar.* 3. & hinc *num.* 199. colligit obtinentes Canonicatus in Eccleſia Toletana, & in aliis Eccleſiis Hiſpaniæ non poſſe hodie excuſari à reſidentia, licèt ante Concilium eſſent in conſuetudine immemoriali non reſidendi, & *à num.* 210. reſoluit obtinentes Dignitates teneri ad reſidentiam, etiamſi ante Concil. cum eis eſſet litigatum ſuper reſidentia, & habuiſſet ſententiam, & rem iudicatam, in fauorem; quia probauerunt immemorialem non reſidendi, nam cùm ſententia illa, & res iudicata fundetur, & innitatur conſuetudine immemoriali, non dat plus roboris illi, quàm de ſe habet, ſed ſolùm imponit finem liti, & ſententia non dat ius, ſed declarat competere ex illa conſuetudine, *l. ſicuti*, §. *ſed ſi quæratur, ff. ſi ſeruitus vindicetur.* Sic ſimiliter Sacra Congregat. Concil. *die* 1. *Iulij* 1597. cenſuit decreto *d. cap.* 12. *verſ. diſtributiones* ſublatam eſſe conſuetudinem etiam immemorialem percipiendi diſtributiones in abſentia.

3 Non cenſetur tamen per Concil. *d. cap.* 12. derogatum fundationibus, ſeu ſtatutis à Sede Apoſt. confirmatis ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, non autem in forma communi, vt ex multis latè probat Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 214. *cum ſeqq.*

4 In Collegiatis autem non inſignibus poteſt excuſare immemorialis conſuetudo, ſi Eccleſiæ ſint rurales prorſus deſtitutæ, aut in quibus nunquam antea ſupra hominum memoriam ſolitum eſſet reſidere, aut in quibus adeò tenues redditus eſſent, vt Canonicos aliunde non habentes vnde viuerent, alere non poſſent, & ſufficit ad excludendam immemorabilem, quod aliqui Canonici reſederint, ita Nicol. Garc. Armendar. & ego ipſe *locis proxime citatis*, Sanctarel. *d. q. num.* 39. vbi *q.* 15. latè agit quæ dicatur conſuetudo immemorialis, & quam vim habeat. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap.* 3. *num* 10. *in fine.*

5 His igitur caſibus inualida erit conſuetudo, *primò* ſi introductum ſit vt is, qui habet duos Canonicatus in diuerſis Eccleſiis, percipiat diſtributiones in vtraque, cùm tamen in vna tantùm reſideat, vt per Roch. *in cap. fin. de conſuet. ſect.* 5. *num.* 45. Monet. *de diſtribut. quotid. par.* 2. *q.* 12. *num.* 40. Sanctarel. *var. reſol. q.* 10. *num.* 20.

Secundò quòd mortuo Beneficiario diſtri- 6
butiones primi anni deutur eius hæredibus, ſicut docent Ioan. Andr. *in cap. vnic. de cleric. non reſid. lib.* 6. *vbi* Anch. *num.* 2. Franch. *in princip. num.* 2. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæſ.* 5. Cened. *pract. & Canon. quæſt. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 41. Sanctarel. *d. q.* 10. *num.* 21. Bonacin. *de horis Canon. diſp.* 2. *q.* 5. *pun.* 6. *num.* 11. vbi *num.* 12. ait conſuetudine induci poſſe, vt fructus primi anni dentur hæredibus Canonici mortui, non enim decreto
Concil. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 14. † nec Bulla 7
Pij V. ſuper hac eadem re edita comprehenduntur ſtatuta ne ſeruitio per annum, vel aliquod tempus, & nihil percipiendo interim de maſſa groſſa, niſi peracto integro dicto ſeruitio, vel quòd poſt obitum hæredibus debeatur, cùm ſit potius differre, quàm auferre, vt ex ſententia Sacræ Congregationis tradit Nicol. Garc. *de benefic. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 138.

Tertiò, quòd vna hora, vel duabus inter- 8
eſſentes lucrentur maſſam groſſam ſiue Præbendam, amiſſis diſtributionibus quotidianis, vt referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 329. *in* 1. *declarat.* Armendar. *d. loco, num.* 52.

Quartò, quòd intereſſentes vna hora in vno
menſe ex nouem, fructus lucrentur, amiſſis
diſtributionibus, adeò, vt non intereſſentes
omnibus horis in prædicto menſe amittant
illam ratam fructuum, quem amitterent in
illis octo menſibus ſingulis horis intereſſendo,
Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 329. Armendar. *d.*
loco, num. 53. vbi ſubdunt † tales non incidere 9
in pœnam decreti Concilij, quaſi abfuiſſent
vltra tres menſes.

Quintò, vt Canonici, qui vna hebdomada 10
interſunt diuinis Officiis, poſſint lucrari diſtributiones ſequentis etiam hebdomadæ, quamuis illis non interſint, ita Azor. *inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *q.* 5. Sanctarel. *d. q.* 10. *num.* 23. [Marcel. Vulpe *in praxi fori Eccleſ. cap.* 13. *num.* 7.

Sextò, vt certis aſſiſtentes horis, vel temporibus, nihilominus totius diei lucrentur diſtributiones. Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. Charond. *lib.* 9. *reſp. cap.* 74. Anton. Fabric. *in praxi benefic. lib.* 2. *tit.* 5. *de præbendis num.* 36.] Poterit namque conſuetudo longioris vacationis à ſeruitio Eccleſiæ reduci ad tempus præſcriptum à Concil. Trid. vt cenſuit S. Rituum Congreg. *in vna Egitanien.* 23. *Nouembris* 1602.

Valida

11 Valida tamen erit conſuetudo in iſtis qui ſequuntur caſibus. *Primò*, vt quis in abſentia quotidianas luc etur diſtributiones,ſi ſciente, & patiente, ac tolerante Papa inducta fuerit, non verò illo tantùm conniuente, vt reſoluunt Couar. *vari. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 5. *in fine*, Duen. *regul.* 206. *verſ. limita quintò.* Hoied. *de incompat b. beneſic. par.* 1. *cap.* 17. *num.* 13. Cened. *dict. quaſt.* 1. *num.* 24. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. collect.* 159. Monet. *de diſtribut. quotid. par.* 2. *q.* 12. *num.* 45. *&* 46. Sanctarel. *dict. quaſt.* 10. *num.* 16.

12 *Secundo*, vt diſtributiones conferantur iis, qui iuſſu ſuarum Eccleſiarum occupantur in computatione reddituum, vel ſumptuum ipſarum Eccleſiarum, vt docent Monet. *dict. par.* 2. *q.* 11. *num.* 46. Cened. *d.q.* 1. *num.* 68. Sanctarel. *d.q.* 10. *num.* 18.

13 *Tertiò*, vt clericis ſenibus poſt ſeptuageſimum annum dentur diſtributiones, quamuis diuinis Officiis non interſint, Monet. *d. par.* 2. *q.* 12. *num.* 57. Cened. *d.q.* 1. *num.* 17. Bonacin. *d. q.* 5. *puncto* 6. *num.* 16. Sanctarel. *var. reſol q.* 8. *num.* 14.

14 *Quartò*, vt ſeruitium quadraginta annorum Eccleſiæ præſtitum liberet Beneficiatum à reſidentia, ita vt lucretur diſtributiones quotidianas in abſentia, quamuis ipſe non interſit diuinis, ita Cened. *par.* 3. *collect.* 15. *in fine*, *& dict. quaſt.* 1. *num.* 21. *verſ. ſexto.* [vbi tamen intelligit, dummodo Eccleſia miniſtrorum non patiatur defectum, & atteſtatur ſimile ſtatutum, ſiue conſuetudinem adeſſe in Eccleſia Metropolitana, & S. Mariæ de Pilari Cæſarauguſtæ, & in Compoſtellana.] Nicol. Garc. *dict. cap.* 2. *num.* 344. Monet. *dict. par.* 2. *quaſt.* 7. *num.* 21. *& quaſt.* 12. *num.* 61. *& quaſt.* 13. *num.* 41. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 298. *num.* 19. Piaſec. *in praxi Epiſcop. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. *verſ. de ſenio*, Bonacin. *dict. quaſt.* 5. *pun.* 6. *num.* 15. [nouiſſimè Stephan. VVeyms *in* 24. *conſtit. ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trid. ſpeciatim innouatas, conſtit.* 11. *num.* 20 *in fine.*] Ego ipſe *dict. alleg.* 53. *num.* 117. me citato *in illo loco* Sanctarel. *d. quaſt* 10. *num.* 26.

15 *Quintò*, vt diſtributiones quotidianæ diuidantur inter eos, qui interſunt Officio diuino certis horis, licèt non interſit omnibus, Duen. *regul.* 206. *verſ. limita ſecundò*, Hoied. *de incompatib. beneſic. p.* 1. *cap.* 17. *num.* 11. Monet. *dict. par.* 2. *quaſt.* 12. *num.* 42. *verſ. limitatur.*

16 *Sextò*, vt clerici recedentes à Choro, dum diuinum Officium canitur, lucrentur diſtributiones, ſi id fieri contingat ob celebrandam Miſſam, vel ſacramentalem Confeſſionem, vt per Monet. *d. p.* 2. *q.* 11. *à num.* 48. *verſ. infertur*, *& à num.* 52. *cum ſeqq.* [latiùs inf. *cap.* 25. *num. vlt.* Machin. *de ſacram. Ordinis tract.* 3. *p.* 2. *cap.* 35. *num.* 9. *in fine.*]

Septimò, vt Canonicus miſſus à Capitulo pro aliquo ſeruitio ipſius Eccleſiæ, ſeu Capituli, [vel abſens ob aliquam neceſſitatem, vel cauſam ipſi Eccleſiæ vtilem,] percipiat omnes fructus, & diſtributiones quotidianas, vt referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 362. Armendar. *d. loco, num.* 73. [& reſoluunt Nauar. *conſ.* 8. *num.* 4. *de cleric. non reſid.* Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 8. *verſ.* 8. Hoied. *de incompat. beneſic. p.* 1. *cap.* 17. *num.* 19. *& p.* 2. *cap.* 10. *num.* 16. Gutier. *Canon. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 144. Cened. *d.q.* 1. *num.* 22. vide inf. *cap.* 24. *num.* 26. *&* 27. 17

Vltimò poterit conſuetudo efficere quòd quotidianæ diſtributiones debeantur abſentibus, qui non interſint diuinis Officiis in eo caſu, quo de iure dubiũ eſt an abſentibus diſtributiones quotidianę debeantur: etenim ſi cõtigerit aliquis caſus, in quo iure Põtificio ſcripto non ſit expeditum abſentibus non deberi quotidianas diſtributiones, immo ex eodem iure ſit ambiguum an debeantur, poterit conſuetudo legitimè præſcripta hanc ambiguitatem interpretari, & declarare, cùm nihil nouum, nec iuri contrarium apertè ſit per eam inductum. Ita Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 3. *verſ. prima.*] 18

Capvt XXIV.

Canonici à Choro abſentes quibus caſibus lucrentur diſtributiones quotidianas?

Svmmarivm.

1 *Auditores Rotæ Romanæ percipiant fructus, & diſtributiones beneficiorum ſuorum in abſentia ac ſi actualiter intereſſent diuinis Officiis.*

2 *Inquiſitores contra hæreticam prauitatem gaudent priuilegio percipiendi fructus, & diſtributiones quotidianas in abſentia.*

3 *Collector generalis Cameræ Apoſt., Subcollectores, Aduocati, Procuratores, Fiſcales, Notarij in cauſis ſpoliorum,* } *eorum officio durante lucrantur diſtributiones.*

4 *Archidiaconus, vel Canonicus viſitans Eccleſiam, iura, vel redditus ſuæ Prabendæ non amittit diſtributiones quotidianas.*

5 *Archidiaconus durante viſitatione non*

poteſt percipere fructus illius Canonicatus, quem obtinet ex diſpenſatione, vel ex illius Eccleſiæ conſuetudine.

6 Pœnitentiarius ſi dum recitantur diuina Officia audiat in Eccleſia Confeſſiones etiam peccatorum venialium, & non reſeruatorum, percipit diſtributiones quotidianas, dummodo intra Eccleſiam, non extra eam, etiam infirmorum Confeſſiones audiat.

7 Theologus, ſeu obtinens Præbendam Theologalem, diebus quibus legit, habendus eſt tanquam præſens in choro pro tota die, & percipere poteſt diſtributiones quotidianas.

8 Concilio generali Canonici intereſſentes, lucrantur diſtributiones quotidianas, quando tanquam Theologi, vel Canoniſtæ interſunt.

9 Diſtributiones quotidianas percipit Canonicus, qui à Capitulo gratulationis cauſa mittitur ad Pontificem, vel Principem, aut Ciuitatem.

10 Concilio Prouinciali, ſeu Synodali intereſſentes percipiunt diſtributiones quotidianas.

11 Animarum curæ incumbentes imminenti ſuæ Dignitati, vel Canonicatus, dum ſunt in actu adminiſtrandi Sacramenta, diſtributiones quotidianas lucrantur.

12 Diſtributiones quotidianas non percipiunt Canonici habentes curam animarum in aliis Eccleſiis, dum in eis reſident, ac Sacramenta adminiſtrant.

13 Canonicus ab Eccleſia, cui eſt adſtrictus, abſens ex Pontificis priuilegio poteſt percipere diſtributiones quotidianas.

14 Canonicus miſſus à ſuo Epiſcopo ad viſitanda limina Apoſtolorum eius nomine, vel comitans ipſum Epiſcopum ad eadem limina, diſtributiones quotidianas lucratur.

15 Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Sede vacante electus in Vicarium non percipit diſtributiones, ſi conſuetudo eum abſentem non excuſaret.

16 Vicarius Epiſcopi non lucratur diſtributiones quotidianas, ſi choro non interſit quando eſt Canonicus, etiamſi à tempore immemoriali obſeruatum ſit vt debeantur.

17 Vicarius Epiſcopi non abeſt ab Eccleſia, vbi eſt Canonicus, ex iuſta cauſa, cùm ſoli Epiſcopo, & non Eccleſiæ deſeruiat.

18 Obſes datus ab Eccleſia, aut etiam repræſaliarum cauſa captus & detentus quotidianis diſtributionibus priuandus non eſt.

19 Diſtributiones quotidianas non amittit abſens pro euidenti vtilitate Eccleſiæ, dummodo non ſit ei conſtitutum ſalarium.

20 Canonicus procurator Capituli, & pro negotiis Capituli aſſiſtens tanquam præſens reputandus eſt, & habere debet diſtributiones quotidianas.

21 Canonicus, qui à Capitulo munus accepit ad negotia Eccleſiæ peragenda, quæ extra tempus diuini Officij expedire poterat, diſtributiones lucratur, ſi ea tempore diuini Officij expediat.

22 Canonicus, qui ad peragenda Eccleſiæ negotia citius diſceſſit, quàm par eſt, aut regreſſum diutius diſtulit, quàm opus eſt, non poteſt diſtibutiones percipere pro eo tempore quo citiùs diſceſſit, aut diutiùs regreſſum diſtulit, ſi ſcienter hoc fecit.

23 Canonicus, qui à Capitulo mandatum habuit expediendi negotium aliquod in euidentem Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, poteſt diſtributiones lucrari, quamuis aliquod temporis ſpatium in profanis recreationibus inſumat.

24 Maſſa vniuerſalis omnium redditusum Canonicorum tam ratione diſtributionum, quàm Præbendarum conſtituenda eſt, & contribuendum pro expenſis, quæ fiunt ad ſuſtinendas lites Capitulum tangentes, ab vnoquoque pro rata, quam quiſque percipit ex tali maſſa.

25 Fructus, & diſtributiones debentur abſenti à ſeruitio Eccleſiæ pro defenſione iurium ſui beneficij.

[Abſens ob aliquam iuſtam cauſam maximè ordinatam ad recitationem & cantum chori, & leuandi corpus gratia, percipit diſtributiones quotidianas.]

26 Canonicus Eccleſiæ Cathedralis ſuper iuribus Canonicatus ſui Romæ litigãs iuſtam cauſam non reſidendi habere cenſetur, nec hoc caſu ad lucrandas diſtributiones opus eſt licentia Epiſcopi.

[Abſentes pro negotio & vtilitate Eccleſiæ lucrantur diſtributiones, ſi conſuetudine fuerit obtentum vt tales illos lucrentur.]

27 Infirmus, qui perſonaliter diuinis Officiis adeſſe non poteſt, quotidianas percipit diſtributiones in abſentia, ſi cùm erat ſanus conſueuerat intereſſe diuinis Officiis, vt num. 36. etiamſi propria culpa in infirmitatem inciderit.

28 Debilis in cruribus, ſeu tibiis, ſi ad Eccleſiam ſe conferre non poſſit quotidianas percipit diſtributiones.

29 Canonicus nonagenarius, & ferè luminibus orbatus, choro non inſeruiens pro præſente haberi mandatur.

30 Canonicus, qui lumen oculorum amiſit, & propterea Miſſas, & diuina Officia celebrare

brare non poteſt, diſtributiones quotidianas, & cætera emolumenta lucratur.

31 *Prouiſus de Canonicatu ſi capta poſſeſsione lumine orbetur, & non poſsit promoueri ad Ordinem requiſitum, reputatur præſens quoad fructus, ſed non tenetur aſsiſtere in choro.*

32 *Medicinam ſumens Canonicus, aut ſi ſanguine minuatur, percipit diſtributiones in abſentia.*

33 *Canonicus ſanitatis cauſa balnea, vel aliam locum petens, percipit diſtributiones in abſentia.*

34 *Lepra, aut alio morbo contagioſo coactus Canonicus ab vrbe diſcedere, in abſentia diſtributiones quotidianas lucratur.*

37 *Senio ita confectus vt reſidere & intereſſe Diuinis non poſsit, modò aliàs intereſſe conſueuerit, percipere debet quotidianas diſtributiones.*

38 *Diſtributiones quotidianas percipere poteſt abſens à choro, & etiam à Ciuitate ob metum ne occideretur ab inimicis, à Principe, &c.*

39 *Diſtributiones quotidianas percipere poteſt timens redire ad patriam, vel in ea commorari ob bellum ciuile, aut externum.*

40 *Peſtis ob cauſam à ſua Eccleſia abſens poteſt percipere diſtributiones quotidianas, ſi probaretur ex antiqua conſuetudine diſtributiones dari ſolitas abſentibus ex iuſta cauſa.*

41 *Canonico, qui ex cauſa peſtis abſuerit, non debentur quotidianæ diſtributiones, niſi peſtis graſſetur, & probetur legitima conſuetudo quòd diſtributiones huiuſmodi dari conſueuerint abſentibus ex iuſta cauſa.*

[Canonico querelato, & accuſato, nec non querelanti & accuſanti an debeantur diſtributiones quotidianæ ſui Canonicatus, dum ob id reſidere non potuit. ibid.]

42 *Carceratus iniuſtè lucratur diſtributiones quotidianas ſi veniat abſoluendus.*

43 *Canonicus lucratur diſtributiones cùm per vim ab aliquo detinetur, & propterea non poteſt in ſua Eccleſia diuinis intereſſe Officiis.*

44 *Exulatus iniuſtè non debet amittere quotidianas diſtributiones.*

45 *Excommunicatus iniuſtè non amittit diſtributiones quotidianas, ſi ſolitus erat ante impedimentum excommunicationis diuinis Officiis intereſſe.*

46 *Suſpenſus iniuſtè ab Officio, vel beneficio, non amittit diſtributiones.*

47 *Diſtributionibus non priuatur Canonicus quando Eccleſia interdicitur, ſi non dedit cauſam interdicto, & ſolitus erat diuinis Officiis intereſſe.*

48 *Eccleſia polluta exiſtente non debet Canonicus diſtributionibus priuari, ſi pollutioni huiuſmodi cauſam non dedit.*

49 *Priuato iniuſtè debentur fructus, & diſtributiones quotidianæ.*

50 *Ceſſatione à Diuinis durante Canonici diſtributiones quotidianas non recipiunt ab Eccleſia.*

51 *Diſtributiones quotidianæ intelliguntur ſub nomine oblationum manualium*, in cap. 2. de offic. Ord. lib. 6.

52 *[Procuratores generales à ſtatu Eccleſiaſtico Regnorum Caſtellæ & Legionis deputati in abſentia diſtributiones quotidianas lucrantur.*

53 *Cleri, ſeu Status Eccleſiæ Regnorum Caſtellæ, & Legionis ad Congregationem vnum Capitularem de gremio mittere tenetur qualibet Eccleſia Cathedralis.*

54 *Dignitates, & Canonici, qui à Capitulis ad Congregationem deſtinantur, debent eſſe proprietarij, & non coadiutores; ac in ſacris Ordinibus conſtituti.*

55 *Licentiam debet Canonicus dum abeſſe vult petere ab Epiſcopo, ſeu Capitulo ſi Sedes vacet.]*

[CANONICVS abſens, & in Eccleſia non reſidens, vt fructus, & diſtributiones lucretur, duo copulatiuè ſunt neceſſaria, videlicet iuſta cauſa abſentiæ, & licentia Ordinarij, iuxta gloſ. *verb. Prælatorum, in cap. relatam, de cleric. non reſiden.* vbi Abb. *num.* 4. Seraphin. *deciſ.* 1131. *& deciſ.* 1131. *num.* 2. *&* 6. *p.* 2. Rot. *deciſ.* 689. *num.* 1. *p.* 1. *recentiſsim.* vbi *num.* 5. dicit quòd quidquid eſſet dicendum, an requireretur licentia Capituli, ex quo lis erat inter Decanum, & Capitulum, & ſic videtur illam fuiſſe denegaturum, tamen non propterea Decanus, de quo ibi, veniebat excuſandus, quin deberet obtinere licentiam ab Ordinario; quia licentia non debet haberi à Capitulo priuatiuè ad Ordinarium, & *num.* 6. ſubdit licentiam non eſſe petendam quando diſceſſus eſt neceſſarius, veluti quando Præbendatis impediretur reſidere facto Capituli, & priuarentur integris fructibus, & diſtributionibus, non ſic quando lis verteretur ſuper iure particulari beneficij, vel minima parte fructuum. Iuſtam autem cauſam abſentiæ habent infraſcripti, videlicet,]

Auditores Rotæ Romanæ percipiunt fructus, & diſtributiones ſuorum beneficiorum in abſentia, ac ſi actualiter intereſſent diuinis 1

Officiis

Officiis, ex Conſtit. Clementis VII. incip. *Conuenit. ſub dat. Non. Auguſti* 1625. ita docent Læl. Zcchi. *de Republ. Eccleſ. cap.* 11. *num.* 2. Cened. *practic. & canon. quæſt. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 63. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 53. *num.* 155. & me citato *in illo loco* Sanctatel. *var. reſol. q.* 11 *num.* 1.

2 Inquiſitores contra hæreticam prauitatem gaudent priuilegio percipiendi fructus, & diſtributiones quotidianas in abſentia in Fidei fauorem à Paul. III. & Pio V. ſibi conceſſo, vt per Roj. *de priuileg. Inquiſit. num.* 420. *& in tract. de hæred. ſing.* 96. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ.* 3. *princ. num.* 78. Nicol. Garc. *de benef. parte* 3. *cap.* 2. *num.* 356. [Cened. *in quæſt. Canon. q.* 1. *num.* 28. Ceuall. *commun. q.* 585. *num.* 12. Diana *reſol. moral. p.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 71. *in fine.* nouiſſime Eſcobar *de nobilitate & puritate probanda p.* 1. *q.* 4. §. 6. *num.* 71. nouiſſimè etiam Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.* 13. *num.* 23.] Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 156. me citato *in illo loco* Sanctatel. *d. q.* 11. *num.* 3. Semotis tamen priuilegiis minimè ius illis fuiſſe percipiendi diſtributiones quotidianas eo tempore, quo beneficiis non deſeruiunt, referunt à S. Congreg. Concil. deciſum Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 256. Armendar. *loco infrà citando, num.* 72. Verba autem declarationis ſunt quæ ſequuntur. *Congregatio Concilij iam dudum conſulta reſpondit Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis minimè eius eſſe percipiendi diſtributiones quotidianas Canonicatuum, Dignitatum, aut aliorum beneficiorum eo tempore, quo beneficiis prædictis non inſeruiunt. Quam deciſionem Inquiſitores Hiſpaniarum veriti ne læderentur eorum priuilegia à diuerſis Romanis Pontif. ad tempus conceſſa, & à fel. record. Gregorio XIV. prorogata, vt eis prædicto muneri vacantibus liceret diſtributiones quotidianas percipere, ad Congregationem adierunt, illorúmque tenore exhibito declarari petierunt, eam deciſionem ex iure communi depromptam, ad eorum priuilegia nequaquam pertinere. Itaque Congreg. priuilegiorum exemplo diligenter inſpecto iuri conſentanea Inquiſitores poſtulare cenſuit, atque adeò declarauit deciſionem à ſe editam de diſtributionibus quotidianis in abſentia non percipiendis non habere locum vbi cum ſpecialibus priuilegiis, aut indultis Apoſtol. Inquiſitoribus, ſeu aliis ſancti Officij miniſtris fuerit conceſſum vt quotidianas diſtributiones quantumuis abſentes lucrentur, tunc enim priuilegia, & indulta huiuſmodi quæ ad tempus, pro quo fuerunt conceſſa, durent, eo firmius eſſe cuſtodienda quò præſtantius, & vtilius eſt Chriſtianæ Reip. Inquiſitorum Officium ad conſeruationem, & propagationem Orthodoxæ Fidei conſtitutum*, ita die 6. Iunij 1594. Cardinali Toleto Sacra Congreg. ſignificauit.

[Non ſolùm Inquiſitoribus contra hæreticam prauitatem, ſed etiam conſultoribus, & procuratoribus in Romana Curia, & aliàs vbilibet reſidentibus, ſecretariis, fiſcalibus, relatoribus, ac commiſſariis ad cauſas ſancti Officij deputatis, & deputandis, actu tamen inſeruientibus, in Caſtellæ, Legionis, Aragonum, necnon Hiſpaniarum, & vtriuſque Siciliæ Regnis exiſtentibus conceſſum fuit per diuerſos ſummos Pont. de quinquennio in quinquennium prorogantes ab Innocentio VIII. vſque ad Paulum V. *in ſua conſtit.* incip. *Alias per nos accepto, ſub die* 5. *Martij* 1610. ampliando ad vnum quinquennium, & ad aliud de nouo à fine illius incipiendum, vt durante hoc tempore omnes fructus, redditus, & prouentus, quotidianas diſtributiones, & etiam quæ manualia nuncupantur, & anniuerſaria ac alia emolumenta, & obuentiones quotuncunque beneficiorum Eccleſiaſticorum ad præſens obtentorum, vel impoſterum obtinendorum, etiamſi Canonicatus, & Præbendæ, non tamen Theogales, quibus actu deſeruiri ſolent, Dignitates, Perſonatus, adminiſtrationes, vel Officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis, etiamſi poſt Pontificales maiores, vel in Collegiatis Eccleſiis huiuſmodi principales fuerint, dummodo beneficia ipſa, Parochiales Eccleſiæ, vel eorum perpetuæ Vicariæ, aut beneficia curam animarum habentia non exiſtant, prædicti omnes Officiales, & miniſtri percipere, exigere, & leuare valeant, perinde acſi in eiſdem Eccleſiis ſingulis diuinis tam diurnis quàm nocturnis horis, anniuerſariis & proceſſionibus, ac aliis Officiis intereſſent, etiamſi in illis primam reſidentiam perſonalem non fecerint, &c.]

3 Collector generalis Cameræ Apoſtol. Subcollectores, Aduocati, Procuratores, Fiſcales, & Notarij in cauſis ſpoliorum, & aliorum iurium dictæ Cameræ, eorum officio durante, lucrantur diſtributiones quotidianas in abſentia, vt ex Conſtit. Sixti V. ſub datum 8. *Maij* 1590. vt referunt Monet. *d. p.* 2. *q.* 11. *num.* 111. Sanctarel. *d. q.* 11. *num.* 6. Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 175. Cened. *d. q.* 1. *num.* 64. Marcel. Vulpe *d. cap.* 13. *num.* 28.

4 Archidiaconus, vel Canonicus viſitans Eccleſiam, iura, vel redditus ſuæ Præbendæ non amittit diſtributiones quotidianas, cùm viſitando prædicta iura & loca ſeruiat Eccleſiæ in re vtili, vt per Nicol. Garc. *dict. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 333. *cum ſeqq.* Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæſ.* 10. Monet. *d. quæſt.* 11. *num.* 63. Cened. *d. quæſt.* 1. *num.* 36. Ego ipſe *d. allegat.* 53. *num.* 163. [nouiſſimè Marcel. Vulpe *d. cap.* 13. *num.* 29.] me citato *in illo loco* Sanctarel. *d. quæſt.* 11. *num.* 9. Si verò non viſitaret propriam Eccleſiam ſuæ diœceſis,

ceſis, etiamſi illam viſitaret ex officio & iure
ſibi competenti, tunc non poterit percipere
diſtributiones, vt referunt deciſum Monet. d.
q.11.num. 63. Cened. d.q. 1. num. 36. & 74.
Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 332. Armendar.
in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 1. tit. 6.
de Viſitat. num. 81. & 108. Sanctarel. d.q. 11.
5 num. 10. Ego ipſe d. allegat. 53. num. 126. † Et
hoc caſu durante viſitatione non poteſt Ar-
chidiaconus percipere fructus illius Canoni-
catus, quem obtinet ex diſpenſatione, vel ex
illius Eccleſiæ conſuetudine, ſtante quòd fru-
ctus Canonicatus diſtincti ſunt à fructibus
Præbendæ, niſi pro tribus menſibus vacatio-
nis cauſa à Concilio permiſſionis, vt reſolu-
tum atteſtantur Nicol. Garc. d. cap. 2. num.
332. in 2. dub. & Armendar. d. l. 6. de Viſitat.
num. 82. aduertentes hæc de lucrandis fructi-
bus locum habere, niſi extet Eccleſiæ con-
ſuetudo, vt Archidiaconus viſitans nihil
fructuum percipiat, quia ea ſeruanda erit.

6 Pœnitentiarius ſi dum recitantur diuina
Officia audiat in Eccleſia Confeſſiones, per-
cipit quotidianas diſtributiones, vt referunt
deciſum Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Ec-
cleſ. deciſ. 498. in 1. edit. aliàs reſol. 389. num.
5. in 2. edit. & reſol. 477. num. 6. Salazar de
Mandoça in libello de inſtit. Canonic. Pœni-
tent. §. 6. Vgolin. de officio Epiſcopi cap. 19.
num. 6. verſ. tertiò excipitur, & cap. 33. num.
5. Monet. de diſtribut. quotid. par. 2. q. 11. num.
64. cum ſeqq. Campan. in diuerſ. iuris Canon.
rub. 7. cap. 6. num. 27. Barthol. à S. Fauſto de
horis Canon. lib. 3. q. 74. Nicol. Garc. de benef.
p. 5. cap. 4. num. 124. & ſeq. Bonacin. de horis
Canon. q. 5. pun. 3. §. 5. [nouiſſimè Stephan.
VVeyms in conſtit. 24. ex iure antiquo deſum-
ptas, & per Concil. Trid. ſpectatim innouatas,
conſtit. 11. n. 23. pag. 102.] Raguc. de voce Ca-
non. in Capitulo quæſt. vlt. num. 7. Ego ipſe d.
p. 3. alleg. 53. num. 160. & alleg. 55. num. 30.
me citato in hoc loco Sanctarel. var. reſol. q. 7.
num. 13. Etiamſi audiat Confeſſiones pecca-
torum venialium, & non reſeruatorum, ex
Nicol. Garc. num. 123. Monet. num. 65. &
Sanctarel. proximè citatis locis, dummodo ta-
men intra Eccleſiam, non verò extra etiam
infirmorum Confeſſiones audiat, Nicol. Garc.
in addit. ad d. par. 5. cap. 4. num 125. in fine,
Ego ipſe dict. allegat. 55. num. 32. At Cano-
nici quibus non incumbit vti Canonicis onus
odiendi Confeſſiones, ſi pro his audiendis
abſit à Choro, non lucratur diſtributiones,
ita Sacr. Congreg. Concil. ſub die 22. Iu-
nij 1624.

7 Theologus, ſeu obtinens Præbendam
Theologalem, diebus quibus legit, haben-
dus eſt tamquam præſens in Choro, non mo-
dò pro illis horis, vt ſi manè legat pro horis
matutinis, & Miſſa ſolemni, ſed etiam pro
tota die, & percipere poteſt diſtributiones
quotidianas, ita declarante Gregorio XIII.
deciſum referunt Nicol. Garc. d. cap. 2. num.
118. Aloyſ. Ricc. in dict. praxi rerum fori Ec-
cleſiaſt. reſol. 386. num. 6. & reſolut. 389. num.
6. Nald. verb. diſtributiones num. 9. Gonzal.
ad regul. 8. Cancell. §. 7. ad proœm. num. 180.
Armendar. d. titul. de reſidentia Canonicorum
num. 68. Monet. d. p. 2. q. 10. num. 27. & q. 11.
num. 75. Bonacin. d. q. 5. puncto 3. §. 6. Ego
ipſe d. par. 3. allegat. 56. num. 8. me citato in
illo loco Sanctarel. d. q. 11. num. 15. Cened. d. q.
1. num. 66.

Concilio generali intereſſentes lucrantur 8
diſtributiones quotidianas, vt reſoluunt
Coſm. in pragm. Sanction. tit. de collat. §. 1.
gloſſ. nihil, in fine, Iacobat. de Concil. lib. 5.
artic. 6. ad fin. Rebuff. in praxi part. 3. titul.
de diſpenſat. de non reſid. num. 34. Salzed. ad
Bernard. in practic. cap. 52. litt. C. verſ. quar-
tus caſus, Cened. d. q. 1. num. 67. Ego ipſe
dict. allegat. 53. num. 158. me citato in illo
loco Sanctarel. d. q. 11. num. 7. Sed contrà te-
net Monet. d. par. 2. q. 11. num. 90. quia iſti non
abſunt cauſa vtilitatis Eccleſiæ vniuerſalis,
in eo tamen omnes conueniunt Canonicum
non eſſe priuandum diſtributionibus quando
tamquam Theologus, vel Canoniſta Conci-
lio generali intereſt miſſus à ſuo Capitulo, vt
ibi interſit nomine Capituli, quia tunc abeſ-
ſet in vtilitatem ſuæ Eccleſiæ, & eius rem vti-
liter gerere cenſeretur, Cened. num. 67. verſ.
aduerte, Monet. num. 19. Sanctarel. num. 7.
in fine. Ego ipſe num. 158. proximè citatis
locis. † Sicut etiam poſſet percipere diſtribu- 9
tiones ſi à Capitulo gratulationis cauſa mit-
teretur ad Pontificem, vel Principem, vel
Ciuitatem, quia tunc abeſſet cauſa ſuæ Ec-
cleſiæ, ita Monet. d. q. 11. num. 92. & San-
ctarel. d. q. 11. num. 8.

Concilio Prouinciali, vel Synodali intereſ- 10
ſentes diſtributiones quotidianas percipiunt,
vt reſoluunt Salzed. ad Bernard. in pract. cap.
52. litt. C. verſ. idemque pari ratione. [Vgolin.
de poteſt. Epiſcopi p. 1. c. 19. §. 2. n. 6. verſ. primò
excipitur.] Cened. d. q. 1. num. 67. verſ. idem
pari ratione, [& num. 73. extendit ad iudices,
in Concil. Prouinciali deſignatos] Sanctarel.
d. q. 11. num. 22. & q. 10. num. 17. in princ.
Barthol. à S. Fauſto d. lib. 3. q. 52. [Eaſdem
quoque lucratur ille, qui cauſa ſuæ Eccleſiæ
propriæ, cui adſcriptus eſt à Capitulo miſſus
in aliquo publico munere, puta Magiſtratus,
ſi Eccleſia haberet iuriſdictionem, vel ſaltem
cauſa legationis ad Papam, vel Principem,
abeſſet, Monet. d. p. 2. q. 11. ex num. 91. Cened.
q. 1. num. 67.]

Animarum curæ incumbentes imminenti 11
ſuæ Dignitati, vel Canonicatui, dum ſunt in
actu adminiſtrandi Sacramenta, vel alia exer-
cendi,

cendi, quæ ſpectant ad ipſam curam, diſtributiones quotidianas lucrantur, & tanquam præſentes in Choro habentur, vt referunt deciſum Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 3. cap. 2. num. 24.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 389. *num.* 4. Raguc. *de voce Canon. in Capitulo, q. vlt. num.* 6. Nicol. Garc. *d. cap. 2. num.* 335. Armendar. *d. lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de reſidentia Canon. num.* 58. Cened. *d. q. 1. num.* 75. Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. diſtributiones num. 3. verſ. ſecundò debentur*, Lel. Zech. *de Repub. Eccleſ. cap. 24. num.* 6. Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 3. q. 76.* Stephan. VVeyms *d. conſt. 11. num. 21. in princ.* Bonacin. *d. q. 5. puncto* 3. §. 7. Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 127. & me citato *in illo loco* Sanctarel. *d. quæſt. 11. num.* 11.

12 † [Marchin. *de ſacramen. Ordinis tract. 3. p. 2. cap. 35. ſub num. 9. verſ. idem dicendum*, nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap. 13. num.* 18.] Vnde Sacra Congreg. Cardinalium, *negotiis Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum in vna Lauden. 14. Nouembris* 1617. cenſuit *Canonicum à Choro abſentem occaſione ſeruitij, curæ eius Canonicatus annexæ quotidianas diſtributiones lucrari, tanquam ſi eſſet præſens, ideòque Epiſcopum curam animarum eidem Canonico auferre, & Manſionario ſibi, eiuſque ſucceſſoribus beneuiſo conferre non debere.* At ſi haberent curam animarum in aliis Eccleſiis dum in eis reſiderent, ac Sacramenta adminiſtrant, non poſſunt percipere diſtributiones, quas perciperent ſi in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, in qua habent Canonicatus, vel Dignitates, reſiderent, vt reſoluunt Monet. *d. par. 2. q. 11. num.* 69. Sanctarel. *d. q. 11. num.* 13. Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 3. q. 76.*

13 Canonicus ab Eccleſia, cui eſt adſtrictus, abſens ex Pontificis priuilegio poteſt percipere diſtributiones quotidianas, vt reſoluunt Gemin. *num.* 4. & Franch. *num. 3. in cap. vnic. de cleric. non reſid. lib.* 6. Cened. *d. q. 1. num.* 26. Sanctarel. *var. reſol. q. 10. num.* 1. Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 3. q.* 83. [priuilegium enim non reſidendi in aliquo Canonicatu à ſummo Pontifice conceſſum, idem operatur acſi Canonicus verè reſederit, ſecundùm tex. *in cap. cùm dilectus 14. cap. ad audientiam, de cleric. non reſid.* Pelaez *de maior. p. 1. q.* 51. *num.* 67. nouiſſimè Eſcobar *de purit. & nobilit. proban. p. 1. q. 4. §. 5. num.* 7.] Epiſcopus verò non poteſt aliquem excuſare à reſidentia in Choro niſi iuxta diſpoſitionem *d. cap. vnici*, vt referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap. 2. num.* 407. Armendar. *d. loco num.* 84.

14 Canonicus miſſus à ſuo Epiſcopo ad viſitanda limina Apoſtolorum eius nomine, vel comitans ipſum Epiſcopum ad eadem limina ex conſt. Sixti V. diſtributiones quotidianas lucrantur, vt per Aloyſ. Ricc. *in d. praxi deciſ.* 498. *in 1. edit. aliàs reſol.* 389. *num. 3. in 2. edit.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. num.* 349. Monet. *d. p. 2. q. 8. num.* 28. Armendar. *vbi ſup. num.* 62. Franc. Leo *d. cap. 2. num.* 23. Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 3. q. 52.* [nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap. 13. num.* 27.] Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 159. me citato *in in illo loco* Sanctarel. *d. quæſt. 11. num.* 14. vbi in fine cum Garc. ſubdit idem eſſe dicendum in aliis Præbendatis, licèt non ſint de Capitulo.

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Sede vacante electus in Vicarium generalem, Officialem, & Viſitatorem, non amittit diſtributiones ſi abſit à Choro, quamuis ob huiuſmodi officia ei ſalarium aſſignetur, vt reſoluunt Cened. *d. quæſt. 1. num.* 72. Sanctarel. *d. q. 11. num.* 18. Barthol. à S. Fauſto *de horis Canon. lib. 3. quæſt.* 68. Verùm huiuſmodi quotidianas diſtributiones illum non percipere, præcipuè vbi conſuetudo eum abſentem non excuſaret, meliùs reſoluunt Monet. *dict. par. 2. q. 11. num.* 83. [Quarant. *verb. Capitulum Sede vac. num. 8. in fine*, nouiſſime Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap. 13. num.* 16.] Ego ipſe *d. par. 3. alleg.* 54. *num.* 166. 15

Canonico, qui munere Vicarij Epiſcopi fungitur, non deberi quotidianas diſtributiones, ſi Horis Canonicis non interſit, etiamſi à tempore immemoriali obſeruatum ſit vt debeantur, refert deciſum Nicol. Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benef. p. 3. cap. 2. num.* 348. Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 3. q.* 69. S. Congregat. Concilij *in vna Bittecten.* 18. *Decembris* 1627. Ratio eſt, quia † non abeſt ex iuſta cauſa, cùm Vicarius deſeruiat ſoli Epiſcopo, & non Eccleſiæ, vt inquit Rot. *deciſ.* 222. *num. 5. p. 2. diuerſ.* 16 17

Obſes datus ab Eccleſia, aut etiam repræſaliarum cauſa captus, & detentus, diſtributionibus quotidianis priuandus non eſt, vt reſoluunt [Cened. *d. lib. 1. q. 1. num. 21. verſ. Octauus caſus.*] Monet. *d. p. 2. q. 5. num.* 56. *cum ſeqq.* quem refero ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 165. [& de vi detento, aut prohibito ad Eccleſiam accedere, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap.* 591. *num.* 36. vbi *num.* 38. de expulſo, præſertim ſine ſua culpa, & citat Caldetin. *conſ.* 17. *de præbend.* idem tenet Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi p. 1. cap. 19. §. 2. num. 6. verſ. excipitur tamen.*] 18

Abſens pro euidenti vtilitate Eccleſiæ diſtributiones quotidianas non amittit, præcipuè ſtante conſuetudine, quòd Canonicus miſſus à Capitulo pro aliquo ſeruitio ipſius Eccleſiæ, ſeu Capituli, percipiat omnes fructus, & quotidianas diſtributiones, vt per *cap. vnic. de cleric. non reſid. lib.* 6. tenent [Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 1. num.* 148. & Anton. Fabric. 19

d. lib.

d. lib. 2. tit. 5. de præben. num. 40. vbi ait iuſtam abſentiæ cauſam ad lucrandas diſtributiones eſſe vtilitatem Eccleſiæ, qualis eſt proſecutio litium, & procuratio communium negotiorum. Chopin. *lib. 2. monaſt. tit. 3. num.* 15.] Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccl. reſol.* 389. *in 2. edit.* [Stephan. VVeyms *d. conſtit.* 11. *num.* 21. Vgolin. *p. 1. cap.* 19. §. 2. *verſ.* 4.] Seraphin. *deciſ.* 1239. *par.* 2. Nicol. Garc. *d. cap. 2. num.* 362. Armendar. *d. loco num.* 73. *&* 95. Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 3. q.* 48. vbi intelligit ſi aliàs choro intereſſe ſolebat, & abeſt in euidentem ſuæ Eccleſiæ vtilitatem, hoc eſt, manifeſtam. Maynard. *Tholoſ. deciſ.* 16. *&* 45. *p.* 1. Aloyſ. Ricc. *p.* 6, *collect.* 2444. *verſ. nota* 25. *& collect.* 2451. *verſ. & quando Canonici.*] Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 171. Sacra Congr. Concilij 31 *Ianuary* 1603. vbi intelligit, *dummodo non ſit ei conſtitutum ſalarium.*

20 Et quòd Canonicus procurator Capituli, & pro negotiis Capituli aſſiſtens tanquam præſens reputandus eſt, & habere debet diſtributiones quotidianas, cenſuit Sacra Rituum Congreg. *in Saonen.* 21. *Auguſti* 1604. [& reſoluunt Nau. *conſ.* 8. *de cleric. non reſid.* nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori*
21 *Eccleſ. cap.* 13. *num.* 17.] Et † Canonicus, qui
à Capitulo munus accepit ad negotia Eccleſiæ peragenda, quæ extra tempus diuini Officij expedire poterat, diſtributiones lucratur ſi ea tempore diuini Officij expediat, modò ex Capituli mandato non teneretur negotia illa extra tempus diuinorum Officiorum peragere, quia hic videtur abeſſe ob vtilitatem Eccleſiæ, tum quia iure ſuo vti videtur dum illius negotiorum expeditionem ad tempus vſque diuinorum Officiorum differt, ita Bonacin. *de horis Canon. diſp. 2. q. 5. puncto* 7. Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 3. q.* 56. *& q.* 57.
22 reſoluit † Canonicum, qui ad peragenda Ec-
cleſiæ negotia citius diſceſſit, quàm par eſt, aut regreſſum diutius diſtulit, quàm opus eſt, non poſſe diſtributiones percipere pro eo tempore, quo citiùs diſceſſit, aut diutiùs regreſſum diſtulit, ſi ſcienter hoc fecit, ſecus ſi bona fide, putans negotium tunc temporis
23 tractandum eſſe, & *q.* 58. tenet † Canonicum,
qui à Capitulo mandatum habuit expediendi negotium aliquod in euidentem Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, poſſe diſtributiones lucrari, quamuis aliquod temporis ſpatium in profanis recreationibus inſumat, in quo cæteri Canonici diuinis Officiis aſſiſtunt, modò illæ recreationes non fuerint in cauſa, vt citiùs ſuſcepta negotia non expediret; quia tunc non ſe haberent accidentaliter ad principalem cauſam abſentiæ, ſed ipſe eſſent abſentiæ cauſa. [Seraphin. *deciſ.* 1015. *num.* 2. vbi dicit quòd acceſſus & regreſſus pro aliquo negotio eſt ita priuilegiatus ſicut & ipſum negotium.]

An expenſæ, quæ fiunt ad ſuſtinendas lites 24
Capitulum tangentes, & tuenda iura Eccleſiæ, extrahendæ ſint à communi maſſa, ſeu potiùs ex Præbendis cuiuſque particularis Canonici, & pro qua rata, an æqualiter, ſeu potiùs pro virili, cùm aliquæ Præbendæ ſint pingues, aliæ verò tenues? Sacra Congreg. Concilij *die* 15. *Aprilis* 1628. iuxta decretum Sacræ Congreg. Epiſcoporum cenſuit *eſſe conſtituendam maſſam vniuerſalem omnium redditnum Canonicorum tam ratione diſtributionum, quàm Præbendarum, & contribuendum ab vnoquoque pro rata, quam quiſquè percipit ex tali maſſa,* &c. [Et quòd Canonicus nouiter electus etiam poſt expenſas factas in lite, teneatur ad contribuendum in eis, reſoluunt Caldern. *conſ.* 21. *verſ. & ad omnes, ſub tit. de præbend.* latè Alex. *Trentacinq. conſ.* 27. *per tot. vol.* 2. Expenſarum condemnatio facta in lite contra Canonicos, & alias Dignitates nunquid exequi poſſit contra eorum ſucceſſores? Vide Rot *deciſ.* 705. *p. 1. recentiſſimar. & deciſ* 614. *num.* 4. *ead. p.* 1
Quid autem ſi Capitulũ agitat contra Portionarios, an expenſæ ſint detrahendæ ex burſa cum eiſdem Portionariis & aliis participantibus communi? Negatiua pars eſt ſequenda, quia nemo debet aduerſario ſuo contra ſeipſum facere ſumptus litis. Bald. *in l. Imperatores num.* 1. vbi Dyn. *ff. de tutel. & ration. diſtrah.* Alberic. *num.* 2. notat per illum text. quòd ſi ruſticus litigat cum Communitate, & imponitur collecta pro expenſis litis, ipſe non tenetur contribuere, & in puncto de Canonicis litigantibus cum Portionariis quòd expenſæ litis non debeant extrahi ex maſſa communi, fuit reſolutum *in cauſa Seguntina expenſarum* 12. *Iuny* 1606. coram Litta, *& in Cæſarauguſtana diſtributionum* 9. *Decembris* 1630. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano, impreſſa nouiſſimè *p. 5. diuerſor. deciſ.* 413. vbi *à num.* 8. contrariis reſpondet. Refert nouiſſimè Theodoſ. Rube. *ſingular. Rota tom. 2. p. 2. circa ſtylum, verb. beneficium* §. 6. quòd Rota ſemper ſequuta fuit illam diſtinctionem in materia quando beneficiatus litigat cum Eccleſia an teneatur ad contributionem expenſarum, quòd aut lis reſpicit vtilitatem & intereſſe Eccleſiæ, & tunc fieri debet expenſis communibus Eccleſiæ, & per conſequens ex burſa communi, aut nullum verſatur intereſſe Eccleſiæ, ſed potiùs priuatum perſonarum, & tunc expenſæ non ſunt faciendæ de communi: Rota *deciſ.* 138. *num. 1. p. 1. recentior.* Beltramin. *in annot. ad Gregor. XV. deciſ.* 263. *num. 7. lit. A.* Hinc quando beneficiati litigant ſinguli conſtituentes Collegium, illi qui nolunt litigare,

gate non cogatur contribuere. Seraph. *deciſ.* 1012. *num.* 2. vbi *num.* 4. ſubdit bene verum eſſe quòd ſi litigantes obtinerent victoriam quæ prodeſſet non litigantibus, & ipſi vellent beneficio victoriæ vti, tenerentur hoc caſu ad expenſas factas pro eorum rata.]

25 Abſenti à ſeruitio Eccleſiæ pro defenſione ſui beneficij, debentur fructus, & diſtributiones, vt fuit tentum in Rota coram Seraph. *deciſ.* 1098. *num.* 5.] quia ibi Capitulum denegabat Canonico prætextu excommunicationis omnes fructus, & diſtributiones, ideo Rota cenſuit eum, quamuis acceſſiſſet ad Curiam pro recuperatione dictorum fructuum & diſtributionum, habendum pro præſenti, refert ead. Rota *deciſ.* 689. *num.* 3. *part.* 1. *recentiſsim.*] *in Aſten. fructuum* 15. *Martij* 1613. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, *& in Calaguritana fructuum diſtributionum* 26. *Martij* 1614. coram bonæ mem. Vbaldo ſen. [Maynard. *Tholoſ. deciſ.* 16. *lib.* 1. Borrel. *in ſum. deciſ. tom.* 1. *tit.* 29. *num.* 43. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 145. Cened. *d. q.* 1. *num.* 22.] Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 172. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 3. *q.* 52. *num.* 1. & Sacra Congreg. Conc. teſte Nicol. Garc. *in addit. ad tract. de benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 49. cenſuit quòd *abſentia iuſtam cauſam cenſetur habere, qui ſuper iuribus Eccleſia ſua litigat*, & conſuluit Nauar. *conſ.* 14. *de cler.*
26 *non reſid. in nouis*, quòd † Canonicus Eccleſiæ Cathedralis ſuper iuribus Canonicatus ſui Romæ litigans iuſtam cauſam non reſidendi habere cenſetur, ad hanc tamen reſidentiam videtur ſecundùm eum neceſſaria ſui Prælati, vel Papæ licentia, ſeu ſcientia, ad hoc vt fructus iuſtè interim lucrari poſſit, ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *de refor. cap.* 1. vbi decernitur non licere abeſſe abſque licentia Epiſcopi, & cauſa priùs cognita, & probata. [Propterea que licèt cauſa ſtudij lex permittat abeſſe, *cap. relatum, de cler. non reſident.* tamen cauſa hæc debet per Epiſcopum cognoſci, & ab eo licentia impetrari, vt docent gloſ. *verb. Prælatorum in cap. relatum, de cler. non reſident.* Maiol. *de irregul. lib.* 3. *cap.* 5. *ſub num.* 11. *ad fin. verſ. iſta tamen cauſa*, Garc. *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 75. 87. *&* 88. Mandoſ. *de ſignatura gratia.* §. *indultum, de præcip. fructibus in abſentia, verſ. contrarium concluſerunt*, Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 27. *num.* 194.] Sed mihi dicendum videtur ad lucrandas in hoc caſu diſtributiones non opus eſſe licentia Epiſcopi: ratio eſt, quia *in cap. vnic. de cler. non reſid.* abſolutè conceduntur diſtributiones abſentibus in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, & Conc. Trid. *d. cap.* 1. non loquitur de Canonicis, ſed de Epiſcopis, & animarum Curatoribus, Carol. Macign. *de horis canon. cap.* 68. *num.* 14. & Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 3. *q.* 59. Aloyſ. Ricius *in collect.* 2437. *pars.* 6. [Et quamuis videatur hoc priuilegium concedi Canonico abſenti pro negotiis ſuis, per text. *in cap. præſentium* 7. *q.* 1. vbi text. conſiderat pro iuſtiſſima licentiæ cauſam hanc ibi, pro quibuſdam ſe ſuis ordinandis negotiis relaxatum: tamen hoc intelligitur de negotio implicante vtilitatem Eccleſiæ, vel beneficij, de cuius agitur reſidentia, vel ex perſona propria ipſius beneficiati, vel ex natura rei, veluti ſi ſibi moueatur lis ſuper iuribus ſui beneficij, vt eſt text. *in cap. ex parte el* 2. *de cleric. non reſid.* itaut ſi lis non tangat ſtatum perſonæ ipſius, vel beneficij, ſed ſit ſuper alia re, vel etiam ſuper alio beneficio, tunc cauſa non reputatur iuſta pro abſentia ab Eccleſia, vel beneficio reſidentiam exigente, prout diſtinxit Rota *in Aſten. fructuum* 15. *Martij* 1613. coram Manzanedo, & *Calaguritana* 22. *Iunij* 1615. coram Vbaldo ſen. in qua non fuit habita pro iuſta cauſa abſentiæ lis ſuper præeminentiis, vel ſuper anniuerſariis, reputantur enim cauſæ leues, quæ poſſunt abſque reſidentiæ præiudicio tractari per procuratorem, Seraph. *deciſ.* 1131. *num.* 4.

Hinc Gutier. *d. cap.* 1. *à num.* 145. extendit priuilegium hoc, de quo ſuprà *num.* 25. *in princ.* ad abſentes ab Eccleſia per excommunicationem pro cauſa & iuris defenſione, & in vtilitatem ipſius Eccleſiæ, contingit enim ſæpiſſimè quòd Epiſcopi, ſiue alij Prælati, vel iudices delegati Apoſt. excommunicant Capitulum, vel Canonicos ſingulos pro cauſis, vel præeminentiis ſuarum Eccleſiarum, vel pro debito aliquo Capituli, ſi hoc fiat iniuſtè, non eſt dubium niſi quòd lucrantur fructus, & diſtributiones, per ſupradicta *num.* 45. ſi verò iuſtè, adhuc idem probat Gutier. *citato loco* quouſque conuincantur iuridicè, quia pro vtilitate, & defenſione iuris ſuæ Eccleſiæ id patitur, exiſtimans iuſtam cauſam fouere, & *num.* 148. idem dicit ſi aliquis Canonicus, vel alius beneficiatus ob ſeruitium ſui Epiſcopi, nempè exiſtens ſuus Prouiſor, & Vicarius generalis Epiſcopatus, ob eam cauſam, vel ob defenſionem iuriſdictionis Epiſcopalis excommunicatur à Metropolitano, vel alio iudice Apoſt. ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, & *num.* 150. ſubdit idem eſſe dicendum à fortiori in Prouiſoribus, & Vicariis generalibus à Capitulo Sede vacante deputatis excommunicatis ratione officij, cùm ob cauſam ſuæ Eccleſiæ, cuius eſt iuriſdictio, ſint excommunicati, quæ omnia breuiter tangit Cened. *d. q.* 1. *n.* 56. ſed Gutier. *n.* 151. extendit ad Canonicum, vel alium beneficiatum, qui acceptauit iuriſdictionem aliquam Apoſt. ſibi delegatam, vel commiſſam, & ob eam cauſam excommunicatur iuſtè, vel iniuſtè: nam cùm huiuſmodi cauſæ non committantur niſi perſonis iſtis eccleſiaſticis, præ-

cipuè

cipuè iudicibus in Synodo Prouinciali depu-
tatis, & per hoc ſeruire videantur Eccleſię
vniuerſali, hoc eſt, Romanæ, à qua iuriſdictio
præfata emanat, meritò fructus & diſtributio-
nes ex conſuetudine lucrantur.]

27 Infirmus, qui perſonaliter diuinis Officiis
adeſſe non poteſt, quotidianas percipit diſtri-
butiones in abſentia, probat *c. 1. de cler. non*
reſid. lib. 6. reſoluunt Cou. *lib. 3. var. cap. 13.*
num. 8. verſ. ſeptimo, Nau. *conſ. 2. num. 3. de*
cler. non reſid. & de horis Can. cap. 11. num. 10.
Seln. *de benef. p. 4. q. 6. num. 9.* Fuſc. *de viſitat.*
lib. 1. cap. 15. num. 25. verſ. & infirmo, & cap.
20. num. 26. Thom. Act. *in tract. de infirm.*
par. 1. c. 50. num. 25. Hoied. *de incompatib.*
benef. par. 1. cap. 17. num. 15. Ludou. Gom.
in reg. de infirmis reſign. q. 9. verſ. 47. Gutier.
Canon. lib. 1. cap. 1. num. 140. Spin. *in ſpeculo*
teſtamen. gloſſ. 9. princ. n. 30. Franc. Leo *in the-*
ſauro fori eccleſ. parte 3. c. 2. num. 21. [Anton.
Fabric. *in praxi benef. lib. 2. tit. 5. de præben.*
num. 39. Cened. *canon. lib. 1. q. 1. num. 7.* Ste-
phan. VVeyms *d. conſtit. 11. num. 18. & 19.*
Lotter. *de re benef. lib. 3. q. 27. à n. 133.* nouiſ-
ſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſ. c.*
13. num. 19.] Piaſec. *in praxi Epiſc. par. 2. c.*
3. num. 9. verſ. infirmus, Carol. de Graffis *de*
effect. ib. cler. effectu 1. num. 1172. Vgolin. *de of-*
fic. Epiſc. c. 19. §. 2. num. 6. verſ. excipitur, Azor.
inſtit. mor. par. 2. lib. 7. cap. 7 q. 10. Nicol.
Garc. *d. parte 3. c. 2 num. 363.* Monet. *d. par.*
2. q. 5. n. 48. & q. 6. à n. 1. nouiſſimè Barthol. à S.
Fauſto *de horis Canonicis, libro 3. q. 26.* Armen-
dar. *d. rub de reſidentia Canon. n. 75.* Raguc. *d.*
q. vlt. n. 8. Ego ipſe *d. allegat. 53. n. 166.* me cita-
to *in illo loco* Sanctarel. *var. reſol. q. 8. à princ.*
Bonacin. *de horis Canon. diſp. 2. q. 5. puncto 1.*

[Quæ autem infirmitas dicatur talis ad
hunc effectum, videtur iudicis arbitrio relin-
qui, ſecundùm Hoied. *de incomp. benefic. p. 1. n.*
17. n. 16. Menoch. *de arbitr. caſu 60.* ita ut in-
ſpiciatur an infirmitas ſit talis, quæ cauſet dã-
num, vel aggrauet morbum, ſi infirmus exeat
à domo, vt interſit diuinis, Zerol. *in praxi Epi-*
ſcop. p. 1. §. diſtributiones, num. 3. verſ. hoc fal-
lit. Monet. *d. p. 2. q. 6. n. 9.* Cened. *d. q. 1. n. 7. verſ.*
28 *mihi tamen.*] Veluti † ſi ad Eccleſiam ſe con-
ferre non poſſit, quia eſt debilis in cruribus,
ſeu tibiis, Menoch. *de arbit. caſu 60. num 14.*
& ſeq. Monet. *d. q 6. num. 16.* & Cened. *d. q. 1.*
29 *num. 13.* Barthol. à S. Fauſt *d. lib. 3. q. 31.* † Vel
cæcus. Monet. *n. 16.* & Cened. *13. dictis locis*,
Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol. 397.* Cano-
nicus Iulianus de Sanctis, cùm ob id quòd vt
nonagenarius, & ferè luminibus orbatus
choro non inſeruiret, per cæteros Canonicos
quotidianis diſtributionibus priuatus extitiſ-
ſet, Sacra Cong. Epiſcoporum, & Regularium
negotiis præpoſitæ pro opportuno iuris reme-
dio ſibi prouideri ſupplicauit, vnde eadem

Sacra Congregat. prædictum Iulianum prò
præſente haberi mandauit, *in vna Alatren. de*
menſe Aprilis 1619. & nouiſſimè S. Congreg.
Concilij, *ſub die 20. Iulij 1629.* cenſuit † *Ca-* 30
nonicum, qui lumen oculorum amiſit, & pro-
pterea Miſſas, & diuina Officia celebrare non
poteſt, diſtributiones quotidianas, & cætera
emolumenta lucrari, perinde ac ſi Diuinis in-
tereſſet, & antea in eadem, *ſub die 11. Au-*
guſti 1618. fuerat reſolutum † *prouiſum de* 31
Canonicatu ſi capta poſſeſſione lumine orbetur,
& non poſſit promoueri ad Ordinem requiſitum,
reputari præſentem quoad fructus, ſed non te-
neri aſſiſtere in choro. Vel podagra laborat,
Monet. *num. 18.* & Cened. *num. 13. dictis lo-*
cis. Vel quia † medicinam ſumit, aut ſangui- 32
ne minuitur, Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.*
2. lib. 3. cap. 15. num. 10. Monet. *d. p. 2. q. 6.*
num. 8. Cened. *d. q. 1. n. 7.* Barthol. à S. Fauſto
d. lib. 3. q. 30. Ego ipſe *d. alleg. 53. num. 169.*
me citato Sanctarel. *d. q. 8. num. 4.* vel quia,
† ſanitatis cauſa ad balnea, vel alium locum 33
iret, Monet. *d. q. 6. num. 10.* Cened. *d. q. 1. n.*
11. Sanctarel. *d. q. 8. num. 4.* Ego ipſe *d. alleg.*
53. num. 169. Vel quia † lepra, aut alio morbo 34
contagioſo cogitur in vrbe diſcedere, Monet.
d. q. 6. n. 11. Cened. *d. q. 1. n. 12.* Ego ipſe *d. alleg.*
53. n. 170. me citato Sanctarel. *d. q. 8 n. 5.*

His omnibus infirmitatibus detenti poſ- 35
ſunt diſtributiones quotidianas percipere,
quamuis propria culpa in eas inciderint, Azor.
d. cap. 7. q. 11. Petr. Nau. *de reſtit. lib. 6. c. 2. dub.*
4. num. 239. Garc. *de benefic. parte 3. c. 2. num.*
363. Macign. *de horis Canon. c. 71. n. 58.* Nald.
in ſumm. verb. diſtributiones, num. 11. Barthol.
à S. Fauſto *d. lib. 3. q. 28.* Monet. *d. q. 6. num. 12.*
Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. diſtributiones,*
§. 3. verſ. 6. [nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi*
iudic. fori Eccleſ. cap. 13. num. 20.] Gutier. *d. cap.*
1. num. 138. Cened. *d. q. 1. num. 8.* Lotter. *d. lib.*
3. q. 27. num. 136. Ego ipſe *d. allegat. 53. num.*
168. & me citato Sanctarel. *d. q. 8. num. 6.* In-
tellige † ſi cùm erat ſanus conſueuerat inter- 36
eſſe diuinis Officiis [ita ut infirmitas fuiſſet
immediata cauſa non intereſſendi] aliàs ſe-
cus; ita [Gutier *d. lib. 1. canon. cap. 1. n. 138.*
verſ. attamen, vbi intelligit quando ægritudo
fuit cauſa abſentiæ, quia infirmus ſolitus erat
tempore rectæ valetudinis officiis diuinis in-
tereſſe, aliàs ſecus, *& num. 139.* vbi eum
Cou. etiam intelligit, vbi infirmus eſt præ-
ſens in loco vbi eſt Eccleſia, ſecus ſi ab illo
abſit.] Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 3. q. 27.* Mo-
net. *d q. 6 n. 21.* Azor. *d. c. 7. q. 11.* Vaſq. *in opuſcul.*
de benef. c. 4. dub. 3. Macign. *de horis Canon. c. 71.*
n. 56. Cened. *d. q. 1. n. 9. & 10.* Ego ipſe *d. alleg.*
53. n. 167. me citato *in illo loco* Sanctarel. *d. q. 8.*
n. 8. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque fo-*
rum, verb. hora Canonica, differ. 2.

Senio ita confectus, vt reſidere, & intereſſe 37

Diuinis non poſſit, modò aliàs intereſſe conſueuerit, percipere debet quotidianas diſtributiones, ſicut reſoluunt, deciſúmque referunt Azoti. *d. lib. 7. c. 7. quæſ.* 12. Franc. Leo *d. cap. 2. num.* 27. Monet. *d. parte 2. quæſt.* 7. Armendar. *d. loco, num.* 73. [Stephan. VVeyms *d. conſtit.* 11. *n.* 20.] Cened. *d. quæſt. 1. num.* 15. Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 3. q.* 34. Marcel. Vulpe *d. cap. 13. num.* 22. Aloyſ. Ricc. *d. reſolut.* 389. *num.* 7. Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 164. me citato Sanctarel. *d. q. 8. num.* 12. vbi *num.* 13. [poſt Menoch. *d. caſu* 60. Flamin. *d. lib.* 5. *q.* 3. *num.* 56. Monet. *d. p. 2. q. 7. ex num.* 7.] aſſerit iudicis arbitrio ſtandum eſſe cùm quis propter ſenectutem excuſatur quominus poſſit in Choro intereſſe diuinis Officiis, & tamen poſſit lucrari diſtributiones, de quo etiam Cened. *d. q. 1. num.* 16.

38 Abſens à Choro, ac etiam à ciuitate ob metum ne occideretur ab inimicis, à Principe, &c. poteſt percipere quotidianas diſtributiones, vt docent Couar. *lib. 3. variar. cap.* 13. *num. 8. verſ. decimo eadem ratione.* [Anton. Fabric. *d. lib. 2. tit. de præbend. num.* 39. vbi ait iuſtam abſentiæ cauſam ad lucrandas diſtributiones eſſe neceſſitatem recedendi, vt tempore hoſtilitatis.] Azot. *d. c. 7. quæſ.* 11. Nicol. Garc. *d. c. 2. num.* 351. Monet. *d. parte 2. q.* 5. *num.* 71. Cened. *d. q. 1. num.* 20. *verſ. idémque iuris*, Sanctarel. *var. reſol. q. 9. n.* 2. Vnde S. Congreg. Concilij *die 17. Septemb.* 1616. ad inſtantiam Ioannis Blaſij Canonici Carpen. qui ex facto Principis temporalis loci reſidere non poterat, cenſuit *dandas eſſe ad Ordinarium litteras, vt Capitulum cogat ad integras diſtributiones Oratori aſsignandas vſque ad menſem Aprilis futuri; cæterùm ipſi Oratori ſignificari voluit, vt interim curet, Canonicatum reſignare, vel permutare, aut rationem aliquam inire, qua & ſua, & Eccleſiæ indemnitati conſultum ſit. At die 22. Aprilis 1617. prorogata fuit licentia ad alios ſex menſes, cum eo quòd interim curet, &c.* Et *die 23. Septemb. 1617. prorogata fuit ad alios ſex menſes ſine ſpe alterius prorogationis.*

39 Timens redire ad patriam, vel in ea commorari ob bellum ciuile, aut externum, poteſt percipere diſtributiones, vt tenent Sfort. Odd. *in tract. de in integ. reſtit. art. 9. num.* 92. Menoch. *de arbitr. caſu* 153. *num.* 12. Sanctarel. *d. q. 9. num.* 4. [Nam mens ſummi Pontificis *in d. cap. vnic. de cleric. reſid. lib.* 6. eſt excludere ab iſtis diſtributionibus negligentes, vel contemnentes reſidere, non autem impotentes, & impotentia dicitur quando abſentia non eſt voluntaria, ſed ab aliquo facto cauſatur, ita vt non ſtet per beneficiatum quamuis reſideat, Calder. *conſ.* 17. *de præben.* vbi conſiderat non ſolùm vim de facto illatam, ſed etiam probabiliter præuiſam, excuſare à reſidentia, quia non debet quis expectare periculum perſonæ, ſeu bonorum, refert Stephan. Gratian. *d. tom. 4. cap.* 591. *num.* 44. *cum ſeqq.* vbi *num.* 48. quòd id relinquitur arbitrio iudicis, & *num.* 50. quòd non eſt neceſſaria proteſtatio aliqua.]

Peſtis ob cauſam à ſua Eccleſia abſens poteſt percipere diſtributiones quotidianas, ſi probaretur ex antiqua conſuetudine diſtributiones dari ſolitas abſentibus ex iuſta cauſa, ſecundùm [Rip. *de peſte, par. 1. num.* 145. Cened. *d. q. 1 num.* 18. Cou. *lib. 3. var. cap.* 13. *num.* 8. *verſ. nono.* latiſſimè Ciarlin. *controuerſ. forenſ. cap. 26. per totum.*] Menoch. *d. caſu* 153. *num.* 10. Sfort. Odd. *d. art. 9. num.* 94. Monet. *de diſtrib. par. 2. q. 5. num.* 76. & 77. Rutil. Benzon. *in ſpeculo Epiſc. & Curat. lib. 1. diſp. 1. quæſt. 1. concl.* 3. dum ait quòd Canonici, quibus non imminet cura animarum, à loco beneficij peſtifero poſſunt ſiue peccato fugere, Barthol. à S. Fauſto *lib. 3. q.* 35. Bonacin. *de horis Canon. diſp. 2. q. 5. puncto* 2. *num.* 7. Scip. de Rubeis *in aphoriſm. Epiſc. verb. peſtis. num.* 4. [Anton. Fabric. *d. lib. 2. tit. de præbend. num.* 39.] Nomine enim Latino peſtis appellatur à paſcendo, quia velut effrænatus draco, aut fera veneno infecta, ciuitates, populoſque depaſcit, & inopinanter, & ex improuiſo, hominem ex hac vita eripit. Ita Homobon. de Bonis *in examine eccleſ. par. 3. tract. 15. q. 25. reſol. 2. circa init. & in reſp. moralib. vol. 2. ſuper Sacramenta reſp.* 201. vbi proinde reſpondet Canonicum, qui in quadam Cathedrali ſæuiente in Vrbe peſtis lue, ad rus ſe contulit, petita, ſed non obtenta licentia ab Epiſcopo, fuiſſe lucratum diſtributiones quotidianas, refert nouiſſimè Ioan. Angel. Boſſi. *in diſceptat. moral. diſcept. 2. num.* 27. 40

In cauſa Mediolanen. 9. *Nouembris* 1630. Sac. Congregat. Concil. cenſuit *Canonicis, qui ex cauſa peſtis abfuerint, non deberi quotidianas diſtributiones, niſi peſtis graſſetur, & probetur legitima conſuetudo, quòd diſtributiones huiuſmodi dari conſueuerint abſentibus ex iuſta cauſa: quando autem dicatur peſtis graſſari, vt ſit iuſta cauſa abſentiæ, relinquendum eſſe iudicio Epiſcopi.* refert poſt primam huius tract. impreſſionem Ciarlin. *d. cap. 26. num.* 22. 41

[Canonico querelato, & accuſato, necnon querelanti & accuſanti an diſtributiones quotidianæ ſui Canonicatus, dum ob id reſidere non potuit, debeantur, non ſemel vidi dubitari. Quoad querelatum inueni caſum deciſum apud Marcheſan. *de commiſſ. p. 1. §. 1. de commiſſ. appellat. in cauſis penſionum, num. 198. pag. 509. in vlt. impr. his verbis. Canonicus Clericus accuſatus fuit coram eius Ordinario, ac fabricato proceſſu Curiam petierat*

tierat, in qua ipſe de querelantibus ſe coram Auditore Cameræ querelauit, iſtuque de cauſa per multos menſes Eccleſiæ non inſeruiuit, tandem facta pace, ac obtenta abſolutoria, nemine citato, habito recurſu ad Sacram Congreg. Illuſtriſsim. Cardin. ſacri Concilij interpretum, inſtetit declarari an clerico abſoluto per Auditoris Cameræ locumtenentem, poſtquam in iudicatum ſententia tranſitum fecit, quotidianæ diſtributiones ſui Canonicatus medio tempore decurſæ deberentur, dum ſic impeditus extitit, & reſponderi per Sacram Congreg. ſibi obtinuit Oratori per ſententiam locumtenentis Auditoris Cameræ abſolutio in cauſa criminali aduerſus eum intentata, tribuendas fore diſtributiones quotidianas ſui Canonicatus pro eo tempore, quo hac de cauſa impeditus, horis Canonicis non potuit inſeruire, modò ſententia lata tranſierit in iudicatum.

Quoad querelantem verò, qui ſuæ Eccleſiæ non inſeruiuit, dicendum eſt cauſa finita diſtributiones quotidianas non deberi, quia Sacra Congregatio præſupponit Canonicum querelatum, & inquiſitum, non autem querelantem, vel accuſantem, cùm inter vtrumq; detur mágna differentia, querelans enim agit, querelatus verò patitur & ſe defendit, quæ defenſio eſt de iure naturæ vnicuique permiſſa. Deci. *in l. vt vim vi, n.* 31. & Iaſ. *num.* 23. *ff. de iuſtit. & iure*, & ſtatuta maximè in odioſis, vt erat caſus iſte, auferens diſtributiones acquiſitas per ius accreſcendi inſeruientibus ſunt ſtrictè interpretanda, *l. quicquid adſtringendæ*, vbi Bart. *ff. de verbor. oblig.* meritò cùm ſit declaratio ſpecialis de accuſato, non debet extendi ad alios caſus in ipſa non comprehenſos, eo maximè cùm detur diuerſa ratio: quare ita reſoluit Marcheſan. *vbi ſuprà num.* 199. *cum ſeqq.*]

42 Carceratus iniuſtè lucratur diſtributiones quotidianas ſi veniat abſoluendus, vt per [gloſ. & DD. *in cap. ſuper cauſa* 2. *q.* 4. Anton. Fabric. *d. lib.* 2. *tit. de præbendis n.* 39. *in fine*, vbi dicit iuſtam abſentiæ cauſam ad lucrandas diſtributiones eſſe impedimētum reſidendi, ſiue aſſiſtendi ſine culpa abſentis contingens, putà in iniuſtè carceratis, vel excommunicatis. Rot. *decíſ.* 168. *p.* 4. *diuerſor.* Steph. Gratian. *d. tom.* 4. *cap.* 501. *num.* 49. Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 8. *verſ. vndecimo*, vbi ait Canonicum iniuſtè incarceratum in eodem oppido vbi Eccleſia eſt, percipere diſtributiones,] Nauar. *conſ.* 10. *& conſ.* 11. *num.* 3. *& ſeq. de cleric. non reſid* [vbi de carcerato non propter homicidium & torturam paſſo, & poſtea abſoluto. Cened. *d. q.* 1. *num.* 53. vbi enim Nau. & Moneta tenet expectandam eſſe ſententiam, vt ex ipſa appareat an iniuſtè fuerit in vinculis detentus.] Sayr. *in floribus deciſ. ſub eodem tit. deciſ.* 9. Marign. *de horis Canonic.*

cap. 71. *num.* 66. Barthol. à S. Fauſto *in ſimili tract. lib.* 3. *quæſt.* 32. Nald. *verb. diſtributiones, num.* 10. vbi quòd etiam illi debentur mortuaria, ſeu funerales portiones. Læl. Zech. *de Republ. Eccleſ. cap.* 24. *num.* 6. Azor. *inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæſ.* 11. Zerol. *in praxi Epiſcop. par.* 1. *verb. diſtributiones* §. 8. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 583. *num.* 15. Grilenzon. *conſ.* 165. *per tot.* Armendar. *dict. tit. de reſidentia Canonic. num.* 77. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. §. 9. *num.* 15. Nicol. Garc. *d. cap.* 2 *num.* 362. [Marcel. Vulpe *d. cap.* 13. *num.* 24.] Monet. *d. par.* 2. *q.* 5. *n.* 80. Bonacin. *de horis Canon. diſput.* 2. *q.* 5. *puncto* 2. §. 1. [Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 27. *num.* 142.] Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 178. me citato *in illo loco* Sanctarel. *d. q.* 9. *num.* 5. S. Congreg. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, *ſub die* 5. *Decembris* 1600. Et Sacr. Congreg. Concilij *die* 9. *Maij* 1626. reſpondit *contraria conſuetudine non obſtante deberi oratori de quo ibi, diſtributiones quotidianas totius temporis, quo propter denegationem diſtributionum in tempore indebita carcerationis abfuit à reſidentia, vt recurreret ad Sacram Congregationem pro declaratione ſuper dicta denegatione*, [carceratus enim nulliter dicitur priuatus per vim ſua libertate. Gregor. XV. *deciſ.* 363. *num.* 4.] Vnde † poterit 43
Canonicus lucrari diſtributiones cùm per vim ab aliquo detinetur, & propterea non poteſt in illa Eccleſia diuinis intereſſe Officiis, vt reſoluunt Nau. *d. conſ.* 11. *num.* 4. Iacob. de Graff. *par.* 2. *cap.* 15. *num.* 10. Azor. *d. cap.* 7. *q.* 10. Monet. *d. par.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 54. Cened. *d. q.* 1. *num.* 20. *verſ. quinto.* Sanctarel. *d. q.* 9. *num.* 8.

Exulatus à ciuitate factus iniuſtè non de- 44
bet amittere quotidianas diſtributiones, vt docent [Felin. *in cap. cùm omnes, num.* 22. *in fine, de conſtit.*] Couar. *d. cap.* 13. *num.* 8. *verſ. decimo*, Ceuall. *d. q.* 585. *num.* 16. Bernard. Sandoual. *de offic. Eccleſ. p.* 6. *cap.* 17. *circa med.* Cened. *d. q.* 1. *num.* 43. [vbi intelligit quamuis ob propriam culpam eſſet exul factus, dummodo culpa non ſit ordinata ad iſtud, ſcilicet ad finem non reſidendi.] Sanctarel. *d. q.* 9. *num.* 6. [Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 4. *cap.* 191. *num.* 36. vbi intelligit quando tale impedimentum accidit abſque culpa beneficiati.]

[Impeditus à Capitulo, aut etiam expulſus quominus cum aliis chóro intereſſet, quotidianas diſtributiones non amittit; Mohedan. *deciſ.* 6. *de præbend.* Coccin. *deciſ.* 21. *ſub num.* 1. vbi *num.* 4. ſubdit hoc caſu non eſſe neceſſariam proteſtationem; niſi ante expulſionem aliquid omiſiſſet quod potuiſſet facere pro conſequendis diſtributionibus huiuſmodi, veluti ſi omiſiſſet facere hebdo-

madam probatoriam, Rota *in Caſalen. diſtributionum* 16. *Nouembris* 1605. coram Ortemberg. cuius meminit Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 27. *num.* 145.]

45 Excommunicatus iniuſtè non amittit diſtributiones quotidianas, ſi eo tempore, quo, excommunicatio iniuſtè in eo lata fuit, præſens erat in loco beneficij ſui, ſolitúſque erat diuinis Officiis ante impedimentum excommunicationis, vt reſoluunt Couat. *d. cap.* 13. *num.* 8. *verſ. caterùm.* [Felin. *in cap. Apoſtolica num.* 12. *de except.* quem refert Gratian. *d. tom.* 4 *cap.* 591. *num.* 38. Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 157. vbi intelligit ſi tempore ipſo excommunicationis præſens fuerat in loco beneficij, ſolituſque erat reſidere.] Sayr. *de cenſur. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 27. Aula *eod. tractat. par.* 2. *cap.* 6. *diſput.* 1. *dub.* 1. *concluſ.* 1. Bonacin. *in ſimil. tract. diſp.* 2. *q.* 2. *puncto* 4. §. 2. *num.* 5. *& de horis Canon. diſput.* 2. *q.* 5. *puncto* 2. §. 2. [Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 21. *num.* 139. Marcel. Vulpe *d. cap.* 13. *num.* 24.] Barthol. à S. Fauſto *in ſimili tract. lib.* 3. *q.* 36. Henriq. *in ſum. lib.* 13. *cap.* 13. §. 4. *in fine*, Petr. Nau. *lib.* 2. *de reſtitut. cap.* 2. *num.* 238. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 82. *num.* 15. *verſ. aliàs ſecus*, Monet. *d. par.* 2. *q.* 15. *num.* 32. Cened. *d. q.* 1. *num.* 49. Sanctarel. *d. q.* 9. *num.* 9. Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 174. *& in collectan. ad cap. paſtoralis* 53. *num.* 14. *de appellat.* [Ferentill. *in annot. ad deciſ.* 694. *num.* 10. *tom.* 3. *deciſionum Buratti.* quod intellige, niſi conſuetudo adſit vt iniuſtè excommunicatus, vel aliàs legitimè impeditus etiam abſens à prædicto oppido, vel loco ipſas lucretur, quam quidem ſeruandam eſſe tradunt Gutier. *d. cap.* 1. *num.* 141. & Cened. *d. q.* 1. *num.* 49. *in fine.*] A quo autem detecta iniuſtitia excommunicationis diſtributiones forſan amiſſas ipſe repetat, dixi *in collectan. ad d. cap. paſtoralis num.* 15. [Optimum interim conſilium tradit Cened. *d. q.* 1. *num.* 50. *in princ.* quòd dum pendet quæſtio ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia cenſuræ, petatur fructus & redditus conſeruari, vt conſtito de iniuſtitia reſtituantur ipſi abſoluto, cùm hoc difficilius fieri poſſit fructibus iam conſumptis.]

46 Suſpenſus iniuſtè ab officio, vel beneficio non amittit diſtributiones, vt docent Monet. *d. q.* 15. *num.* 46. [Gratian. *d. cap.* 591. *num.* 38. Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 27. *num.* 139.] Cened. *d. q.* 1. *num.* 52. Bonacin. *d. pun.* 2. §. 4. Squillante *de obligat. cleric. p.* 4. *num.* 15. Ego ipſe *d. allegat.* 53. *num.* 176. me citato *in illo loco*
47 Sanctarel. *d. q.* 9. *num.* 13. † Nec eſt priuandus Canonicus diſtributionibus quando Eccleſia interdicitur, cùm tamen non dederit cauſam interdicto, & ſolitus eſſet diuinis Officiis intereſſe, ſicut reſoluunt Pariſ. *conſ.* 32. *num.* 24. *vol.* 4. Cened. *d. quæſt.* 1. *num.* 59. Monet. *d. p.* 2. *q.* 16. *num.* 29. † Sicut nec 48
eſt priuandus quando Eccleſia fuit polluta, cùm tamen huiuſmodi pollutioni cauſam non dederit, ſecundùm Cened. *d. q.* 11. *num.* 60. Bonacin. *d. puncto* 2. §. 6. Sanctarel. *d. q.* 9. *num.* 14.

[Quod autem ſupra diximus de iniuſtè excommunicato, vel ſuſpenſo quòd habere debeat fructus, & diſtributiones quotidianas, ita demum intelligendum eſt ſi tempore ipſo excommunicationis, vel ſuſpenſionis præſens fuerit in hoc loco, vbi beneficium habebat, eratque ſolitus ante excommunicationem diuinis Officiis in ſua Eccleſia intereſſe, dummodo tamen per illum non ſtetiſſet quominus abſolutus eſſet, nec mora ei poſſet imputari in petenda abſolutione. Ita poſt Cou. Perez *l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 8. *Ordin. fol.* 179. *col.* 1. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 137. Nihilominus ſi conſuetudo adſit, vt iniuſtè excommunicatus, vel aliàs legitimè impeditus etiam abſens à prædicto loco ipſas lucretur diſtributiones, ea ſeruanda eſt, ex eod. Gutier. *d. cap.* 1. *num.* 14.

Degradatus, vel verbaliter depoſitus iniuſtè ab ordine, officio, vel beneficio, ſi fuerit ex eo in priſtinum ſtatum reſtitutus, & abſolutus, recuperat beneficium, & diſtributiones, vt Monet. *d. part.* 2. *q.* 17. *num.* 25. 27. *&* 30. Cened. *d. q.* 1. *num.* 50. *verſ. Item quamuis.* Vide *ſup. cap.* 22. *num.* 12.

Expulſus à Capitulo, qui inſeruire aliàs ei ſolebat, quotidianas diſtributiones rectè percipit, Rota *deciſ.* 168. *à num.* 2. *in nouiſsim.* aliàs *par.* 4. *diuerſ.* vbi fuit etiam dictum non eſſe neceſſariam proteſtationem pro diſtributionibus perceptis à Capitulo ad Pute. *deciſ.* 383. *lib.* 1.]

Priuato iniuſtè debentur fructus, & di- 49
ſtributiones quotidianæ, cæteraque emolumenta, quæ præſentibus tantùm, & intereſſentibus lucrifieri conſueuerunt, pro toto eo tempore, quo ob dictam priuationem munera ſuo beneficio incumbentia obire, atque horis Canonicis intereſſe non potuit, vt cenſuit Sacr. Congreg. *negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita* 26. *May* 1625. & Sacr. Congreg. Concilij *ſub die* 21. *Iunij eiuſdem anni in cauſa Aquilana*, partibus auditis cenſuit *Capitulum teneri, cogendúmque eſſe reſtituere fructus, diſtributiones, cæteraque emolumenta iniuſtè priuato.* [Intellige vbi conſtiterit de iniuſtitia per ſententiam, quæ tranſitum fecit in rem iudicatam; nam ſi per vnam ſententiam diffinitiuam quis fuerit priuatus, & intra legitima tempora appellauerit, donec cognoſcatur de iuſtitia appellationis, & contra ſe tres ſententias conformes reportet, percipiet clericus iſte priuatus quotidianas diſtributiones, pro tempore quo diuinis

tinis interſit, & Eccleſiæ inſeruiet, & quandoſenteotia priuationis bis fuerit confirmata, carebit diſtributionibus & fructibus à dic commiſſi criminis, vel formatæ contra eum accuſationis, Monet. *d.p.2.q.17. ex num.* 33. Cened. *d.q.*1. *num.*65.]

50 Ceſſatione à Diuinis durante Canonici debeot percipere diſtributiones quotidianas, vt probare videtur tex. *in cap. ſi Canonici, de offic. Ordin. lib.* 6. iunctis iis, quæ ſuprà de ioterdictis, & ſuſpenſis diximus, in quam ſententiam ſatis inclinauit S. Congreg. Concilij *in vna Aquilana ceſſationis de anno* 1623. Contraria tameo opioio, quæ dictat Canonicos ceſſatiooe ſiue iuſta, ſiue ioiuſta durante non recipere diſtributiooes ab Eccleſia, receptior eſt, [illæ enim cedunt ipſi Eccleſiæ, tenebitur tamen ipſis Clericis ſatisfacere is, cuius occaſione ceſſatum eſt, *d. cap. ſi Canonici* §. *ſi autem*, ita reſoluunt Menoch. *conſ.* 244 *num.* 62.] Couar. *in cap. alma mater, parte* 2. §. 4. *num.*7. Henriq. *in ſumm. lib.* 13. *cap.* 52. §. 3. *& cap.* 53. §. 2. *circa med.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.* 2. *quæſt.* 116. *art.* 4. Sayr. *de cenſur. lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 57. Monet. *d. par.* 2. *quæſt.* 16. *num.*36. Anton. de Campos *de ceſſat. à Diuinis à num.*98. *verſ. ſi autem, & in tit. declaration. de lo que ſe ha de guardar in tempo de ceſſacion, declar.* 34. Alphonſ. à Vega *in ſum. par.* 1. *cap.* 103. *caſu* 6. Antoo. Gom. *in explic. Bullæ Cruciatæ ad* 5. *clauſ. in vltimis verbis*, Menoch. *de arbitr. caſu* 180. Auil. *de cenſ. par.* 6. *diſput.* 2.

51 *dub. concluſ.* 3. Bonacin. *d. pun.* 2. §. 5. † ſub nomine enim oblationum manualium, de quibus *in d. cap. ſi Canonici*, intelliguntur diſtributiones quotidianæ, vt per Lap. & ad eum Mandoſ. *in add. lit. B. alleg.* 42.

52 [Procuratores geoerales à ſtatu eccleſiaſtico, ſeu maiorum parte Regnorum Caſtellæ, & Legionis de gremio Eccleſiarum Cathedralium, ſeu etiam quarumcunque Regnorum præfatorum Collegiatarum deputati, ſeu deputandi, aut geoerali Congregatione abſoluta per Eccleſiam Toletanam & Commiſſarios eligendi, vt apud Sedem Apoſt. & in Curia Regis Catholici dictarum Eccleſiarum negotia peragant, durante deputatione huiuſmodi ad reſidendum io Eccleſiis, in quibus ipſi Canonicatus, & præbendas, ac dignitates, & officia, aliave beneficia obtinuerunt (dummodo tamen dignitates ipſæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis Eccleſiis actu poſt Pontificales maiores non ſint, aut Canonicatus, & præbendæ huiuſmodi Doctorales, Magiſtrales, aut Pœniteotiarij, ſeu de lectura minimè nuncupentur, quos pro tempore obtinentes in ſimiles procuratores deputari non poſſunt) à quocunque nullo modo cogi, aut compelli poſſunt: gaudentque in abſentia huiuſmodi omnibus fructibus, emolumentis, redditibus, & prouentibus, etiam manualibus, ac diſtributionibus quotidianis, quæ dumtaxat à ſolis præſentibus, ac diurnis, & nocturnis horis Canonicis, & aliis diuinis Officiis perſonaliter intereſſentibus, ac dictæ Eccleſiæ actu & realiter inſeruientibus dari & coocedi ſolent, etiamſi in illis primam, & eam, quam vocant rigoroſam reſidentiam non fecerint pariformiter, & perinde acſi inibi præſentes, & in illis per ſe ipſos etiam quotidie horis tam diurnis quàm nocturnis, aliiſque perſonaliter ioſeruirent, & diuinis Officiis ſupradictis ioterſſent. Clemeos VIII. *in ſua conſtit.* incip. *Exponi nobis, ſub die* 28. *Februarij* 1597.

Clerus enim, ſeu ſtatus eccleſiaſticus Regnorum Caſtellæ, & Legionis cùm aliquando in vniuerſum ad grauia, & magni momenti negotia tractanda ſe congregat, vnumquodque Capitulum, Canonicum, vel in Dignitate eccleſiaſtica conſtitutum io ſuum procuratorem eligere de gremio ſuo, & ad Congregationem huiuſmodi mittere debet. Et vt hoc obſeruetur, committitur Nuncio Sedis Apoſt. pro tempore exiſteoti, & in partibus Hiſpaniarium commoranti, vt præmiſſa debitæ executioni mandari faciat, & iuret contradictores quoſlibet, & ad dictam Congregationem non accedentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ſeu etiam pecuniarias, aliaque opportuoa iuris & facti remedia appellatione remota compeſcendo. Idem Clemens VIII. *in ſua Conſtit.* incip. *Ex iniuncto, ſub die* 9. *Martij* 1596. 53

Quæ quidem Dignitates, & Canonici, qui à Capitulis ad dictam Congregationem deſtinabuntur, in ſacris Ordinibus conſtituti, ac proprietarij, non autem coadiutores Dignitatum, & Canooicorum eſſe debeot, qui ſi ceſſante legitima cauſa in tempore præſtituto, congregationi non aderunt, aut ſine eiuſdem Congregationis licentia diſcedant, à Nuncio S. Sedis Apoſt. in Regnis Caſtellæ, & Legionis commorante in ſtipendiis eis à ſuis Capitulis deſtinatis pro rata temporis, quo contrafecerint, appellatione remota mulctari debent. Stipendia verò huiuſmodi pro communi ſtatus eccleſiaſtici vtilitate applicari reſpectiuè debent. Ita Gregor. XV. *in ſua conſtitut.* incip. *Aliàs à felicis, ſub die* 13. *Auguſti* 1622. 54

Diximus in principio huius cap. duo copulatiuè eſſe neceſſaria, vt Canonicus abſens, & in Eccleſia non reſidens fructus & diſtributiones lucretur, videlicet iuſtam cauſam abſentiæ, & licentiam Ordinarij. hucuſque egimus de his, qui iuſtam cauſam abſentiæ quoad hunc effectum habent, remanet vt videamus qualiter requiratur huiuſmodi licentia. In 55

primis videtur generaliter diſpoſitum eam requiriri per Concilium Trid. *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 1. *verſ. diſcedendi*, & aduertunt Mandoſ. *de ſignatura gratia* §. *indultum, de percipien. fructib. in abſentia. verſ. contrarium concluſerunt*, Maiol. *de irregul. lib.* 3. *cap.* 5. *ſub num.* 11. *ad fin. verſ. iſta tamen cauſa*, Garc. *de beneſ. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 75. 87. *&* 88. Lotter. *de re beneſ. lib.* 3. *q.* 27. *num.* 194. Et debet peti ab Epiſcopo tam ex diſpoſitione iuris communis, quàm ex diſpoſitione Concilij Trid. *in d. cap.* 1. *verſ. eadem*, etiamſi ex forma ſtatuti Eccleſiæ aliàs foret petenda à Capitulo, vt fuit reſponſum *in Calaguritana fructuum & diſtributionum* 26. *Maij* 1614. *coram Vbaldo*, quæ reperitur impreſſa *deciſ.* 608. *num.* 4. *p.* 2. *recentior.* niſi vacet Sedes Epiſcopalis, tunc enim ſatis eſt eam à Capitulo petiiſſe, Lotter. *d. q.* 27. *num.* 208. *cum ſeqq.* vbi *num.* 211. reſoluit ſi quis abfuturus ſit propter litem cum eo motã, à quo aliàs obtineri debeat licentia, putà Epiſcopo, vel à Capitulo Sede vacante, non excuſari ab hac neceſſitate ſaltem ad effectum euitandi pœnam priuationis, non etiam ad effectum conſequendi fructus, quia non eſt ſatis petiiſſe niſi fuerit obtenta, & ſi negetur, niſi fuerit proſequutus recurſum ad ſuperiorem, qui inferiorem compulerit.

56 Neceſſitas autem petendi huiuſmodi licentiam excludetur ſi ita repentè vrgeatur quis abeſſe vt deficiat ſibi tempus ad eam petendam. Abb. *in d. cap. relatum*, *num.* 6. Lotter. *in d. q.* 27. *num.* 214. vbi, *num.* 215. poſt Nart. *conſil.* 41. *num.* 3. hinc deducit, ſi Epiſcopus eſſet abſens à diœceſi, & ingrueret neceſſitas abſcedendi, non teneri Canonicum pro licentia mittere ad Epiſcopum extra prouinciam, neque eam petere à Capitulo, & *num.* 216. reſoluit ſemel efformata iuſta abſentia ex concurſu cauſæ & licentia Prælati, tandiu durare eius effectum, quandiu cauſa durat, etiamſi Prælatus, qui eam conceſſit, interim defungatur, nec eſſe in manu Prælati eam reuocare niſi noua cauſa ſuperueniat, vel detegatur falſitas cauſæ, ob quam fuit conceſſa.]

Capvt XXV.

Canonici à Choro abſentes, qui lucrentur fructus, non tamen diſtributiones quotidianas?

Svmmarivm.

1 *Papæ in ſeruitio abſentes de iure communi lucrantur fructus, ſed non diſtributiones ſuarum Præbendarum.*

2 *Cantores Capellæ Pontificiæ actu inſeruientes vti veri familiares Papæ lucrantur fructus, non tamen diſtributiones ſuorum Canonicatuum.*

3 *Cubiculario ad buſſulam Sanctiſsimi abſenti à reſidentia Canonicatus, non debentur diſtributiones.*

4 *Cardinalis Legati in ſeruitio abſentes lucrantur fructus, non tamen diſtributiones ſuarum Præbendarum.*

5 *Canonicos duos Eccleſiæ ſuæ poteſt Epiſcopus in ſui ſeruitium habere, qui fructus Præbendarum in abſentia, non tamen diſtributiones quotidianas percipiant: [etiamſi illi nunquam acceſſerint ad Eccleſiam, nec primam reſidentiam iuxta ſtatuti formam fecerint.]*

6 *Canonici duo intereſſentes Epiſcopo ad mentem Sacrorum Canonum percipiunt diſtributiones, niſi in illis conſiſterent omnes fructus.*

7 *Canonici aſſociantes ſuum Prælatum quandoque volentem audire Miſſam non in Cathedrali, ſed in alia Eccleſia ciuitatis, non fiunt participes quotidianarum diſtributionum.*

8 *Epiſcopus poteſt uti opera duorum Canonicorum, ſiue de Cathedrali, ſiue de Collegiata Eccleſia, ſed non plus duobus.*

9 *Canonicus Synodalis examinator qui cauſa examinis abeſt à choro, non lucratur diſtributiones quotidianas.*

10 *Canonicus abſens ſtudiorum cauſa percipit quidem fructus Præbendæ, non verò diſtributiones.*

11 *Abſentia cauſa ſtudiorum etiam obtenta licentia à Sede Apoſt. non excuſat ab amiſsione tertiæ partis detractæ, ſicut nec excuſat ab amiſsione cæterarum diſtributionum.*

[Canonicus abſens dum vacat ſtudiis vt lucretur fructus debet ſtudere cum ſui Epiſcopi, & ſuperioris licentia. ibid.]

12 *Canonici celebrantes dum diuina Officia recitantur, non lucrantur diſtributiones, niſi ad celebrandum compulſi fuerint ab eo, ad quem pertinet.*

ABsentes in ſeruitio Papæ de iure communi lucrantur fructus, ſed non diſtributiones, *cap. cùm dilectus, de clericis non reſid.* Zabarel. *conſ.* 44. Monet. *de diſtrib. quotid. par.* 2. *q.* 9. *num.* 10. Joan. Selua *de beneſic. par.* 4. *q.* 6. *num.* 36. [Cened. *canon. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 3. Vgolin. *de officio & poteſt. Epiſcopi p.* 1. *cap.* 19. *in princ. num.* 6. *verſ. multo magis.*] Macign. *de horis Canon. cap.* 17. *num.* 124. Bonacin. *eod. tract. diſp.* 2. *q.* 5. *puncto* 3. §. 1. Nicol. Garc. *de beneſ. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 383. Sanctarell. *var. reſol.* 1

reſol. q. 7. num. 34. Barthol à S. Fauſto *de boris Canon. lib. 3. diſput. 66. & 67.* Rot. *in Barbaſtren. Canonicatus 26. Iuny* 1626. coram R. P. D. Duran. impreſſa nouiſſimè *p. 5. diuerſ.*
2 *deciſ.* 22. vbi etiam fuit dictum † Cantores Capellæ Pontificiæ actu inſeruientes vti veros familiares Papæ lucrari fructus, non tamen diſtributiones quotidianas ſuorum Canonicatuum, & ſubdit non obſtare quòd *in d. cap. cùm dilectus*, requiritur vt familiaris Papæ ad effectum lucrandi fructus, debeat inſeruire vniuerſæ Eccleſiæ, ibi, *ſe obſequiales exhibent vniuerſis*, quia exiſtentes in ſeruitio Papæ dicuntur vniuerſali Eccleſiæ inſeruire, Panor. *ibi, num. 2. verſ. nota ſecundò.* Et ideò Sacr. Congregat. Concilij *die 13. Nouembris* 1627.
3 cenſuit † *Rogerio Sanctio Canonico Reatino Cubiculario ad buſſolam Sanctiſſimi, & propterea abſenti à reſidentia, non deberi diſtributiones quotidianas.*

4 Abſentes in ſeruitio Cardinalis Legati lucrantur fructus, non tamen diſtributiones quotidianas Præbendarum ſuarum, vt per Gambar. *de officio, & poteſt. Legati de Latere lib. 1. de auctorit. Legati, num.* 56. Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. Reſidentia*, §. 4. Nicol. Garc. *d. cap. 2. num.* 382. Monet. *d. par. 2. q. 9.* Sanctarel. *d. q. 7. num.* 33. Barthol. à S. Fauſto *de boris Canonicis lib. 3. q. 64. & 65.*

5 Canonicos duos ſuæ Eccleſiæ poteſt Epiſcopus in ſui ſeruitium habere, qui fructus Præbendarum in abſentia, non tamen diſtributiones quotidianas percipiant, [præſentes enim quoad hunc effectum dicuntur qui cum Epiſcopo pro ſuo & ipſius Eccleſiæ ſeruitio commorantur, *cap. de cætero, &c. ad audientiam, de cleric. non reſid.* & vtrobique gloſ. & DD. notant quòd qui eſt in ſeruitio Epiſcopi, ſeruire Eccleſiæ intelligitur, Epiſcopus enim eſt in Eccleſia, & Eccleſia in Epiſcopo. *cap. ſcire debes 7. q. 1.*] Quare ita reſoluunt Nau. *conſ. 11. in antiq. aliàs 2. in nouis, de clericis non reſid.* [vbi idem quod de Epiſcopo diſponitur in dictis iuribus, extendit ad Cardinalem habentem in ſuo ſeruitio duos Canonicos ſui tituli,] Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.* 11. & Alzedo *de præſtantia Epiſcopalis dignit. par. 1. cap. 5. num.* 127. [Gutier. *can. lib. 1. cap. 1. num.* 149. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi fori Archiep. Neapol. cap. 95. num. 2. in Romana impr. de anno* 1619. Vgolin. *dict. cap. 19. in princ. num. 6. verſ. tertio.* Lotter. *de re beneſic. lib. 3. q. 27. num. 182. cum ſeqq.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. cap. 13. à num. 4.*] referunt in Sacr Congreg. deciſum Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. num.* 183. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 166. num.* 20. Monet. *d. parte 2. q. 8. num. 12.* Bonacin. *d. puncto 3.* §. 2. Sanctarel. *var. reſolut. lib. 1. q. 7. num.* 24. Vgolin. *de offic. Epiſcopi, cap. 19. §. 2. num. 6. verſ. 2.* Armendat. *loco citando, num.* 97. Niſi ex quadragenaria conſuetudine Canonicis in ſeruitio Epiſcopi dentur diſtributiones, ſecundùm Sbroz. *de officio Vicar. lib. 1. q. 43. num. 3.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. num.* 348. Monet. *d. q. 8. num.* 15. & Sanctarel. *d. q. 7. num.* 31.

[Quod quidem procedit etiamſi Canonicus huiuſmodi nunquam acceſſerit ad Eccleſiam, nec in ea fecerit primam reſidentiam requiſitam per ſtatutum ſaltem quatuor menſium ad hoc vt fructus percipere valeat, vt patet ex declaratione infraſcripta, propoſito ſic dubio, Eminentiſſimus & Reuerendiſſimus D. Cardinalis Spinola Archiepiſcopus Compoſtellanus Canonicatum, & Præbendam in dicta ſua Eccleſia vacantes contulit Don Lupo de Huarte familiari ſuo, ac magiſtro cubiculi, quem declarauit velle pro ſeruitio ſuo retinere, iuxtà Decretales *in cap. de cætero, & in cap. ad audientiam, de cleric. non reſident.* Nihilominus Capitulum, & Canonici Compoſtellani prętendunt non teneri illi reſpondere de fructibus dictæ Præbendæ ſub prætextù cuiuſdam ſtatuti eiuſdem Eccleſiæ requirentis primam reſidentiam per quatuor menſes ad hoc vt fructus percipere valeat. Quare ſupplicatur per Eminentias veſtras Reu. reſponderi, an capta poſſeſſione, & facta Fidei profeſſione per procuratorem, Capitulum teneatur Oratori de fructibus dictæ ſuæ Præbendæ iuxta formam præfatorum iurium *in d. cap. de cætero, & in d. cap. ad audientiam*, reſpondere, non obſtante dicto ſtatuto, & quòd nunquam acceſſerit ad dictam Eccleſiam. *Die 2. Iuly* 1633. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trident. interpretum re maturè diſcuſſa cenſuit, *huiuſmodi ſtatutum non obſtare quominus Oratori in ſeruitio Eminentiſsimi Archiepiſcopi commoranti de integris fructibus ſuæ Præbendæ reſponderi debeat.*]

Canonici duo intereſſentes Epiſcopo ad 6
mentem ſacrorum Canonum, vel illum in viſitatione concomitantes, aut Viſitatorum munere fungentes, non percipiunt diſtributiones quotidianas, niſi tamen in illis conſiſterent omnes fructus, quorum tali caſu duas partes ſolùm reciperent, reliqua tertia accreſcente intereſſentibus, vt referunt deciſum Gallet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Canonicus, pag. 29. in fine, & verb. diſtributiones, pen.* Armendat. *in addit. ad recopil. legum Nauarra, lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. num. 10. & lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de reſidentia Canon. num.* 97. [nouiſſimè Stephan. VVeyms *in conſtit. 24. ex iure antiquo deſumptas, & per Concilium Trid. ſpeciatim innouatas, conſt. 11. num. 20. in fine, & num. 21. pag.* 101. nouiſſimè Theodoſ. Rube. *ſingular. Rotæ tom. 2. pag. 5. fol.* 500.

cap. 1.

*cap.*1. nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. rerum fori Eccleſ. cap.* 13.*num.* 4. *&* 5.] Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.*142. Et ideò Sacra Congreg. Concil. *in vna Caietana* 24. *Iuly* 1632.
7 cenſuit † *Canonicos comitantes, & aſſociantes Epiſcopum, non lucrari diſtributiones*; nonnunquam tamen ex gratia Sacræ Congreg. Conc. diſtributiones integras percipiunt, ſi in eis omnes Canonicatus redditus conſiſtant, vt reſcripſit *in cauſa Bononien. die* 18. *Septembris* 1627. pro Canonico S. Petronij inſeruiente pro Magiſtro Cæremoniarum in Cathedrali. Nec etiam participes fiunt diſtributionum quotidianarum Canonici aſſociantes ſuum Prælatum quandoquoque volentem audire Miſſam nòn in Cathedrali, ſed in alia Eccleſia ciuitatis, vt per Piaſec. *in praxi Epiſcop. parte* 2. *cap.* 3. *num.*8. *pag.* 124. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 385. *num.* 3. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell.* §. 7 *proœm. num.*183. Monet. *d. parte* 2. *q.* 8. *num.* 14. *prope fin.* Armendat. *d. tit. de reſident. Canon. num.* 61. Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 141. Canonicos & Dignitates aſſociantes per ciuitatem eorum Epiſcopum Cardinalem non collegialiter, nec cum habitu Canonicali, debere illum anteire, non autem ſequi cenſuit S. Congreg. Rit. *in Pitau.* 4. *Iuly* 1626.

[De Canonico Doctorali, vel Magiſtrali Eccleſiæ Cathedralis videtur indagandum an Epiſcopus in ſui ſeruitium illum habere poſſit, cum prærogatiua lucrandi fructus Præbendarum in abſentia? Affirmatiua ſententia verior ſemper mihi viſa eſt, quia licèt illa qualitas Doctoratus, & Magiſterij in ipſo Canonicatu eſſet inuenta vt deſeruiretur Eccleſiæ, nihilominus tamen Canonicus Doctoralis, & Magiſtralis deſeruiens Epiſcopo Eccleſiæ deſeruire cenſetur: ita Putc. *deciſ.* 293. *lib.* 3. *in correctis*, Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 6. *collect.* 2444. *verſ. ſecundò nota.*]

8 An autem idem dicendum ſit vbi Epiſcopus velit in ſui ſeruitium habere duos Canonicos ex Collegiata, vidi non ſemel in dubium reuocari. [Sed affirmatiua pars verior eſt, eamque meritò amplectuntur Moneta *de diſtribut. quotid. p.* 2. *q.* 8. *num.* 6. qui ad hoc expendit text. *in d. cap. de cætero*, & Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 27. *num.* 190. & fuit deciſum] à Sacr. Congregat. Concilij propoſito dubio in hæc verba. *In cauſa Colonien. petente Archiepiſcopo Electore, an liceret pro ſeruitio ſuæ Diœceſis aſſumere duos Canonicos ex qualibet Collegiata, ſicut licet aſſumere ex Cathedrali?* Sacra Congregatio die 9. Septembris 1628. cenſuit *Epiſcopum poſſe vti opera duorum Canonicorum ſiue de Cathedrali, ſiue de Collegiata Eccleſia, ſed non plus duobus.*

[Cùm ergo iura citata ſuprà *num.* 5. *in princ.* expreſsè loquantur de Canonicis, ad alios, qui tales non fuerint, huiuſmodi priuilegium extendi non debet, tum quia materia eſt damnoſa Eccleſiis, & præiudicans cultui diuino, Abb. *in cap. cùm dilectus, num.* 7. *de cleric. non reſid.* tum quia maior eſt communio Epiſcopi cum Canonicis, quàm cum aliis, vt ponderat idem Abb. *in d. cap. ad audientiam, ſub num.* 8. *verſ. aut pro ſeruitio ſolius Epiſcopi*; vnde ſic reſoluit Marcel. Vulpe *d. q.* 13. *num.* 6. Lotter. *de re beneſ. lib.* 3. *q.* 27. *à num.* 185. vbi *num.* 186. *in fine*, atteſtatur ſic determinaſſe Rotam etiam eo caſu vbi alij haberent vocem in Capitulo, *in vna Calaguritana fructuum* 1. *Iuny* 1583. *coram Bubalo*, latè Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. cap.* 95. *per tot.* & præcipuè *num.* 3. vbi pariter intelligit etiamſi dicti clerici inferiores ex conſuetudine haberent vocem in actibus capitularibus, & interuirent in Capitulo Canonicorum.]

Canonicus, ſi cauſa examinis, vel tanquam examinator à Synodo Diœceſana electus abſit à Choro, non lucratur diſtributiones quotidianas, vt cenſuit S. Rit. Congreg. *in vna Lunacen.* 17. *May* 1607. & reſoluunt Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 355. Monet. *d. p.* 2. *q.* 11. *num.* 61. Sanctarel. *d. q.* 7. *num.* 37. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract.* 1. *cap.* 6. *q.* 29. *parte* 1. Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.* 161. 9

Contra Læl. Zechi. *de Republ. Eccleſ. tit. de beneſ. num.* 13. *ad fin.* [nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c.* 13. *num.* 30.] Cened. *d. q.* 1. *num.* 74. quorum opinionem videtur ſequi S. Congreg. Cardinalium *negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, ſub die* 22. *Martij* 1600. dum cenſuit *Examinatores ſi in examinandis Confeſſoribus, vel Ordinandis detenti à choro abſint, pro illo tempore diſtributiones quotidianas non amittunt.*

Canonicus abſens ſtudiorum cauſa, percipit quidem fructus Præbendæ, non verò diſtributiones quotidianas, [*cap. licèt vobis* 82. *de præbend.* gloſ. *verb. exceptis, in cap. cùm non deceat* 30. *de elect. in* 6.] quòd ſi in huiuſmodi diſtributionibus omnes Capituli redditus conſiſterent, percipit etiam diſtributiones dempta tertia parte, quæ inſeruientibus accreſcat, nullo autem caſu debet ipſe Canonicus percipere diſtributiones Miſſis, aut Defunctorum anniuerſariis applicatas, vt [reſoluunt Gerard. Maynard. *Tholoſ. deciſ.* 8. Camill. Borrel. *conſ.* 16 *cent.* 1. *& in ſum. deciſ. tom.* 1. *tit.* 29. *num.* 44. Cardoſ. *in praxi iudic. verſ.* 60. *diſtributiones, num.* 3. Cened. *canon. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 2. Piaſec. *in praxi p.* 2. *cap.* 3. *ſub num.* 10.] & refert deciſum Armendar. *d. tit. de reſidentia Canonicor. num.* 8. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 3. *q.* 78. *&* 79. Bonacin. *d. q.* 5. *puncto* 3. §. 9. Ego ipſe *d. alleg.* 56. *num.* 18. *&* 19. 10

& 19. me citato *in hoc loco* Sanctatel. *d. q. 7.*
11 *num. 29. & 30.* † Abſentia enim cauſa ſtudiorum etiam obtenta licentia a Sede Apoſtolica, non excuſat ab amiſſione tertiæ partis detractæ, ſicut nec excuſat ab amiſſione cæterarum diſtributionum, vt atteſtantur reſolutum Nic. Garc. *d. c. 2. n. 12.* Armendar. *d. loco, n. 1123.* [Et ſic Sacra Cong. ſuper Concilio, caſu, quo omnia emolumenta conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, ne iſtud ius ſtudentibus ſit inutile, iuſſit faciendas eſſe tres partes, & duas deberi dimiſſa tertia, vt præſentibus accreſcat, vt *in vna Reatina fructuum 13. Iuny 1609. & in alia ſimili 1. Iuly 1614.* etiamſi abſens non ſit ordinatus, vt poſſit verè reſidendo Diuinis intereſſe, vt fuit reſponſum *in eadem 2. May 1615.* illarum meminit Lotter. *de re benef. lib. 3. q. 27. num. 154.* Inter has autem diſtributiones, quas Canones victualia vocant, minimè reputabitur quicquid præter Præbendam percipi conſueuit, ſed dumtaxat id, quod dictum, id eſt, habito reſpectu ad ſingulas horas inter præſentes diſtribuitur: atque ideo ſi vltra Præbendas diſtinctas Capitulum habeat aliqua bona, quæ in fine anni, aut certis eius partibus diuidantur, in fine anni debet abſens cauſa ſtudij illorum partem habere, ita Abb. *in d. cap. licèt, ſub num. 8.* Hinc cùm in Eccleſia Lucerina adeſſent diſtributiones dictim diſtribui conſuetæ habito reſpectu ad ſingulas horas intereſſentiæ, ſimulque extarent decimæ, quæ in certis anni partibus inter eoſdem Canonicos, non habito reſpectu ad ſingulos dies, & horas repartiebantur, reſoluendum videbatur decretum Conc. *ſeſſ. 22. de reform. cap. 3.* huiuſmodi decimas non complecti, quia verius reputantur prouentus beneficij, quàm diſtributiones, Pute. *deciſ. 489. num. 6. & 7. lib. 2.* & in iudicando quæ dicantur diſtributiones, nil aliud attenditur, quàm an fiat illa actualis diſtributio habito reſpectu ad ſingulos dies, & horas, Pute. *deciſ. 175. ex num. 5. lib. 2.* Rota *deciſ. 330. ex num. 1. p. 1. diuerſ.* Ipſaque Sacra Congr. precibus deſuper obtentis, *die 31. Iuny 1610.* cenſuit ſecundùm ea, quæ proponebantur, huiuſmodi decimas eſſe fructus, non autem diſtributiones, ac proinde ſtudiorum cauſa abſentibus deberi, ad inſtar cæterorum fructuum, refert Lotter. *d. q. 27. num. 173.*

An plures Canonici de eodem Collegio eodem tempore poſſint abeſſe cauſa ſtudij, id arbitratur Epiſcopus, nam cauere debet ne diuinus cultus diminuatur, Vgolin. *de officio Epiſcopi p. 1. cap. 19. in princ.*

Licèt cauſa ſtudij lex permittat abeſſe, *d. cap. relatum, de cleric. non reſid.* tamen cauſa hæc debet per Epiſcopum cognoſci, & ab eo licentia impetrari, vt docent gloſ. *verb. Prælatorum in d. cap. relatum,* Boer. *deciſ. 16. num. 3.* Borrel. *conſ. 16. cent. 1. & in ſumm. deciſ. tom. 1. tit. 29. num. 45.* Lotter. *d. lib. 3. quæſt. 27. num. 194.* vbi, *num. 201.* poſt Garc. *d. cap. 2. num. 559. ad fin.* circa indultum generale *in cap. vlt. de magiſt.* aduertit in hoc conſtitui diſcrimen inter docentes, & diſcentes, vt diſcentes quidem ſupradictæ neceſſitati obtinendi licentiam ab Ordinario obnoxij ſint, ſecus verò docentes etiam gratis, ſi tamen ſint ab ipſa vniuerſitate ſtudij generalis, & *num. 202.* poſt Decian. *conſ. 43. lib. 1.* idem intelligit in doctrina, ſeu lectura ſacrorum Canonum.]

Canonici Miſſam celebrantes in Eccleſia 12
ex deuotione, vel obligatione, tempore, quo cantatur vna hora in Choro, non dicitur interfuiſſe illi horæ, nec illius diſtributiones accipere poſſunt, niſi à Superiore iuſſi fuerint vt celebrent, à qua iuſſione cauere debet, ita Aloyſ. Riec. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 494. in 1. edit. aliàs reſol. 385. num. 2. in 2. edit. & in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 113. p. 4.* vbi multipliciter intelligit, Galler. *in margar. caſuum conſcient. verb. diſtributiones, pag. 81.* Theod. de Rub. *inter diſcept. forenſ.* Stephan. Gratian. *cap. 298. num. 21.* Gonz. *ad reg. Cancell. §. 7. proœm. num. 180.* Pialec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 3. num. 8. pag. 124.* Bonacin. *de Sacram. diſp. 4. q. vlt. puncto 7. §. 5. num. 7. & de horis Canon. diſp. 2. q. 5. puncto 3. §. 4.* Squillante *de oblig. Cleric. par. 1. num. 122.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 3. q. 73.* Armendar. *d. loco, num. 81. & 83.* Franc. Leo *in theſauro fori eccleſ. par. 2. cap. 13. num. 6.* [Marchin. *de ſacramento Ordinis tract. 3. par. 2. c. 35. n. 9.* nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c. 13. n. 13.*] me citatò *in illo loco,* Sanctarel. *var. reſol. lib. 1. q. 7. num. 10.* vbi ex Cened. *d. q. 1 num. 76.* & Monet. *d. p. 2. q. 11. n. 52.* reſoluit poſſe conſuetudine introduci, quòd clerici recedentes à Choro ad celebrandam Miſſam, excipiendas confeſſiones, vel ad ſociandam Sanctiſſimam Euchariſtiam, dum preces horariæ recitantur, lucrentur diſtributiones. Et Sacr. Congregat. Concil. *in vna Callien. 29. Iulij 1628. in reſp. ad 4.* cenſuit *Canonicos celebrantes dum diuina Officia recitantur, non lucrari diſtributiones, niſi ad celebrandum compulſi fuerint ab eo, ad quem pertinet.* Et *in Oriolen. 27. Martij 1632. ad 12.* reſpondit *Canonicos, ſeu alios Prabendatos tempore, quo diuina Officia celebrantur in Choro, vel anniuerſarium, ſeu cantatur hora, Miſſas planas celebrantes, non lucrari diſtributiones quotidianas, nec emolumenta, niſi illa hora ad celebrandas Miſſas ab eo, ad quem pertinet, compulſi, aut iuſſi fuerint.*

CAP.

CAPVT XXVI.

De Canonico Pœnitentiario.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiarius quis, & quomodo inſtituendus, oſtenditur.*

2 *Præbenda officio Pœnitentiarij vnienda debet eſſe integra, atque Canonicalis.*

3 *Pœnitentiarius inſtitutus ante vocationem Præbendæ eius officio vnita neque vocem in Capitulo, neque locum in choro ſibi vendicare poteſt.*

4 *Pœnitentiarij inſtitutio, & electio perſonæ ad ſolum Epiſcopum abſque conſenſu Capituli pertinet.*

5 *Capitulum Sede vacante non poteſt prouidere Pœnitentiariam tunc temporis vacantem, ſed Papa, quamuis collatio Præbendarum ſit communis Epiſcopi, & Capituli, vel etiam ſolius Capituli.*

6 *Pœnitentiarius deputari debet qui ſit Magiſter, aut Doctor, ſeu Licentiatus in S. Theologia, vel iure Canonico, ſeu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur.*

7 *Gradum Doctoratus, ſeu Licentiatura vbi beneficia requirunt, ſufficit eum habere etiam ſine ſcientia ſufficienti, quod an verum ſit, oſtenditur, num. 9.*

8 *Gradus Doctoratus ad Pœnitentiariam non ſufficit contra Academiæ ſtatuta, vel conſuetudines receptus, ſeu non facta profeſsione Fidei.*

10 *Pœnitentiarius debet eſſe conſtitutus in ætate quadraginta annorum completorum, ſeu aliàs quando aptior pro loci qualitate non reperitur.*

11 *Pœnitentiarius dicitur pro loci qualitate non reperiri aptior quando non reperitur in ciuitate, aut etiam in Diœceſi perſona apta cum qualitatibus requiſitis.*

12 *Pœnitentiarius eo ipſo quòd eſt inſtitutus habet à iure, & Concilio facultatem audiendi Confeſsiones pœnitentium illius Diœceſis abſque noua Ordinarij licentia.*

13 *Præcepto* cap. omnis vtriuſque, de Pœnit. *quilibet poteſt ſatisfacere confitendo Pœnitentiario.*

14 *Pœnitentiarius debet ſemper paratus exiſtere ad audiendas Confeſsiones horis opportunis, loco, & Sede Epiſcopi.*

15 *Pœnitentiarius virgam, ſeu bachettam in manu ſicut in Vrbe non debet retinere.*

[*Pœnitentiarius Canonicus non poteſt eſſe Iudex Ordinariis, vel delegatus appellationum in Regnis Caſtellæ, & Legionis, ibid.*]

16 *Pœnitentiarius abſoluere non poteſt à caſibus, quos Epiſcopus ſibi expreſſe reſeruauit.*

17 *Pœnitentiarius caſus reſeruatos ſibi ab Epiſcopo commiſſos non poteſt alteri delegare.*

18 *Poenitentiarius non poteſt delegare ſuam auctoritatem.*

19 *Poenitentiarius non tenetur ad maiorem reſidentiam quàm alij Canonici.*

20 *Poenitentiarius pro præſente à choro habendus dum audit Confeſsiones.*

21 *Poenitentiarius dum actualiter Confeſsiones audit, lucratur etiam ipſas eleemoſynas, quæ diſtribuuntur pro aſſociandis, & ſepeliendis cadaueribus, vel pro ſupplicationibus.*

22 *Poenitentiarius Confeſsiones etiam infirmorum extra Eccleſiam audiens non cenſetur præſens in choro.*

23 *Canonicatus Poenitentialis non poteſt optari, nec Poenitentiarius poteſt aliam Præbendam optare.*

24 [*Pœnitentiarij Canonicatus, & Præbenda in Regis Caſtellæ, & Legionis exiſtentes, quomodo conferendi iuxta conſtitutionem Gregorij XV.*]

SACRVM Concilium Trident. *ſeſſ. 24. de reform. cap.* 8. ſtatuit 1
vt in omnibus etiam Cathedralibus Eccleſiis, vbi id commodè fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis cum vnione Præbendæ proximè vacaturę ab Epiſcopo inſtituatur, qui Magiſter ſit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel Iure Canonico, & annorum quadraginta, ſeu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur, qui dum confeſſiones in Eccleſia audiet, inter pręſentes in choro cenſeatur [quod quidem Concilij decretum, dum mandat Epiſcopis inſtitutionem officij Pœnitentiarię cum vnione prębendę primò vacaturę, conſiderat effectuationem, & ea non obſtante poterit Epiſcopus iterum deueniri ad nouam erectionem, vt in terminis tenet Rota coram Seraph. *deciſ.* 1034. *n.* 1.] † Prębenda autem officio Pœnitentiarij vnienda debet eſſe integra atque Canonicalis, vt cenſuit S. Congr. Concil. 31. *Maij.* 1596. *& in vna Colimbrien.* 31. *Martij*, 1602. vbi etiam fuit reſolutum,
† *Poenitentiarium ad præſcriptum Concilij in-* 2
ſtitutum ante vacationem Præbendæ eius officio vnitæ neque vocem in Capitulo, neque locum in choro ſibi vendicare poſſe.

Pœnitentiarij officij inſtitutio, & electio 3
perſonæ ad ſolum Epiſcopū abſque conſenſu

Capi

Capituli pertinet, per Nau. *conſ. vnic. ne Sedè vacante in fine*, Nicol. Garc. *de benefic. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 138. Flamin. Pariſ. *de confident. q.* 45. *num.* 17. Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap.* 33. *num.* 2. Zerol. *in praxi Epiſcop. par.* 1. *verb. Pœnitentiarius*, §. 3. Mantic. *deciſ.* 56. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 555. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 477. *num.* 1. *in* 2. *edit.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis, num.* 52. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 55. *num.* 2. vbi, *num.* 13. cum Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 9. §. 2. *à n.* 84. & Ceuall. *comm. q.* 897. *num.* 488. aduerto electionem perſonæ Pœnitentiarij ad ſolum Epiſcopum tunc pertinere, quando Præbenda non vacat in menſe Apoſtol. vel adeſt alia reſeruatio, ſeu affectio, tunc enim ad Papam pertinere ratione reſeruationis reſoluunt proximè citati. [Seraphin. *deciſ.* 1218. vbi quòd vigore alternatiuæ electio Pœnitentiarij & collatio ſpectat ad Papam, & ideò facultas conceſſa Epiſcopis circa collationem, & nominationem Pœnitentiariæ, iuxta Concil. Trid. *d. cap.* 8. intelligitur de Pœnitentiaria, quæ non vacauit in menſibus Pontificis, Azeued. *conſ.* 7. *num.* 30. Gironda *de priuileg. explicat. num.* 1219.] Vnde Capitulum non poteſt ſe intromittere in electione Pœnitentiarij, licèt ad ipſum collatio ſpectet, quamuis Epiſcopus ſit abſens, ſed ipſe Epiſcopus abſens poteſt, vbi fuerit, eligere Pœnitentiarium, ſicut refert deciſum Nicol. Garc. *in addit. ad d. cap.* 4. *num.* 143. vbi etiam reſolutum dicit electionem perſonæ pertinere ad ſolum Epiſcopum, vel eo abſente ad Vicarium ſuum, cui Epiſcopus in ſpecie delegauerit hanc facultatem, expenſis tamen ipſius Epiſcopi. Occurrente verò vacatione Pœnitentiariæ Sede Epiſcopali vacante
5 †. Capitulum non poteſt prouidere, & Pœnitentiarium eligere, eſto collatio Prębendarum ſit communis Epiſcopi, & Capituli, vel etiam ſolius Capituli, vt per Nicol. Garc. *d. p.* 5. *cap.* 4. *num* 145. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 477. *num.* 4. Sed eius electio, & collatio pertinet ad Papam etiam ſecluſa reſeruatione, & non eſt reſeruanda futuro Epiſcopo, vt aſſerit deciſum Nicol. Garc. *in addit. ad d. cap.* 4. *num.* 150. quem refero ego ipſe *d. alleg.* 55. *n.* 18. [Circa prouiſionem Canonicatuum Pœnitentiarij in Regnis Caſtellæ & Legionis exiſtentium iuxta formam conſtitut. Greg. XV. vide infrà, *n.* 24.]

6 Pœnitentiarius deputari debet qui Magiſter, aut Doctor, ſeu Licentiatus in Sacra Theologia, vel Iure Canonico, ſeu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur, vt ex Conc. Trid. *d. cap.* 8. colligunt, [Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. reſol.* 497. Squillante *de priuileg. cleric. cap.* 4. *n.* 69. & 108.] Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 4. *num.* 32. & *cap.* 7. *num.* 49. vbi, *n.* 50. ad-
7 uertit † ad beneficia, ſeu Dignitates requirentia gradum ſufficere eum habere etiam ſine ſcientia competenti, itaut adeptio, & impetratio talis beneficij, ſeu Dignitatis in foro Eccleſię iudiciali rata, & firma ſit, quod etiam tenet Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *q.* 1.
† Sed non ſufficere gradum non facta profeſ- 8
ſione Fidei iuxta Conſtitutionem Pij IV. aut contra Academiæ ſtatuta, vel conſuetudines receptum tenet Nicol. Garc. *d. cap.* 7. *num.* 51. quem refero ego ipſe *d. alleg.* 55. *num.* 6.

Verùm ſupradicta mihi dubia videntur; 9
nam vacante officio Pœnitentiariæ Cathedralis Eccleſiæ Capuanæ, Eminentiſſ. Cardin. Bellarminus Archiepiſcopus petiit à S. Cong. Concilij, an eſſet conferendum N. qui licèt Doctor fuiſſet, tamen atteſtabatur eſſe valdè ignarum, S. Congreg. *die* 20. *Martij* 1623. cenſuit *huiuſmodi N. haberi acſi non eſſet Doctor, & ideò de alio prouidendum*, ita ſibi retuliſſe Illuſtriſſimum D. Proſperum Fagnanum eiuſdem Congreg. Secretarium mihi aſſeruit bonæ memor. amicus noſter Iulius Lauorius. Reſignari tamen non poteſt Prębenda Pœnitentiariæ ad fauorem eius, qui non eſt Doctor, nec Licentiatus, ſed ex atteſtationibus Ordinarij Capituli, & Academię Elboren. aſſeritur admodum doctus, & habilis, quia ſufficienter conſtat de idoneitate ad effectum, vt Papa prouideat S. Congregat. Concil. *in Elboren. Pœnitentiaria* 12. *Martij* 1633.

Debet deinde eſſe conſtitutus in ætate qua- 10
draginta annorum, ſeu aliàs quando aptior pro loci qualitate non reperitur, vt ex Concil. Trid. *d. cap.* 8. tradunt Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 40. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 3. *tract.* 3. *n.* 164. *in fine*, Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.* 7. *c.* 6. *n.* 27. Nicol. Garc. *d. par.* 7. *c.* 4. *n.* 32. & 33. Nauar. *in ſingul. Canon. concl.* 17. Ego ipſe *d. alleg.* 55. *n.* 7. Squillante *de priuileg. cleric. c.* 4. *n.* 69. Et huiuſmodi quadraginta annos debere eſſe completos reſoluunt Nic. Garc. *d. cap.* 4. *n.* 35. Nouar. *d. concl.* 17. *n.* 2. Ego ipſe *d. alleg.* 55. *n* 9. Contra Azor. *d. lib.* 6. *c.* 5. *q.* 6. *in fine*, exiſtimantem ſufficere inchoatos.

Dicitur autem quis aptior pro loci qualitate 11
non reperiri, quando non reperitur in ciuitate, aut etiam diœceſi perſona apta cum dictis qualitatibus, itaut non ſit quęrenda extra Diœceſim, vt arg. *cap. nullus* 61. *diſt.* & *cap. Sacrorum* 63. *diſt.* reſoluunt Salazar de Mendoça *in libello de inſtitut. Canonicatus Pœnitentiariæ in Eccleſia Toletana* §. 3. Squillante *d. c.* 4. *num.* 70. Nauar. *d. concl.* 17. *n.* 4. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 33. vbi, *num.* 34. tenet quòd ſi in Diœceſi non reperiatur talis perſona apta, & Epiſcopus velit eum eligere extra Diœceſim, non poterit eligere niſi habentem dictas qualitates ſi talis ibi reperiri poteſt commodè.

Eo ipſo, quòd Pœnitentiarius inſtitutus 12
fuerit, habet à iure, & Concilio facultatem

audiendi Confeſſiones pœnitentium illius
Diœceſis, & iuriſdictionem ad abſoluendum
à peccatis,& eſt veluti Parochus totius Diœ-
ceſis,nec requiritur noua licentia Ordinarij,vt
reſoluunt[Nau.*conſ.20.de Pœnit.in nou.*] Vgol.
de poteſt.Epiſc.c.33.n.2.& 3. Læl.Zech.*de Rep.*
Eccleſ.c.24.de Capit.& Canon.ſub n.16. Aloyſ.
Ric *d.reſol.477.n.5.* Salazar de Mend. *in d. li-*
13 *bello.* §.5. Ego ipſe *d.alleg.55.n.19.*& † quilibet
poteſt ei cõfiteri ſua peccata, & ſatisfacit præ-
cepto *c.omnis vtriuſq; ſexus,de Pœnit.& remiſſ.*
vt per Aloyſ.Ricc.*loco proximè citato,*Nic.Gar.
d.par.5. cap.4.n.113. Ego ipſe *d.alleg.55.n.20.*
14 Debet Pœnitentiarius ſemper paratus exi-
ſtere ad audiendas Confeſſiones, miniméque
poteſt pœnitentes recuſare, & ſi recuſauerit,
ab Epiſcopo puniri, & priuari poterit, ſecun-
dùm Aloyſ. Ricc. *d.reſol.477.n.6.* Nicol.Garc.
d.p.5.cap.4. n.118. Salaz.de Mendoça *in d. li-*
bello, §.5. Campan. *in diuerſ. iuris Canon.rub.*
7.cap.6.n.27. Ego ipſe *d.alleg.55.n.26.* Et te-
netur horis opportunis,loco Sede Epiſcopi,ad
quem hoc pertinet, arbitratu peccata confi-
15 teri volentibus ſui copiam facere,† in manu
tamen virgam, ſeu bachettam, ſicut iu Vrbe,
non debet retinere,præcipuè in locis, vbi hoc
non eſt in vſu, vt deciſum atteſtantur Salaz.
de Mendoça *d.* §.7. Nicol. Garc. *d. p.5.cap.*
4.num.117. Vgolin. *d. cap. 33. num. 6.* Ego
ipſe *d. alleg. 55. num. 28. & 29.* [& ideo non
poteſt eſſe iudex non ordinarius, vel delega-
tus appellationum in tota prouincia Toleta-
na,vt ſtatuit Paulus V. *in ſua conſtit.* incip. *Ec-*
cleſia vniuerſa,ſub die 17. Auguſti 1615. quam
Greg. XV. *in ſua conſtit.* incip. *Aliàs à felicis,*
ſub die 9. May 1622. extendit ad Eccleſias
omnes Metropolitanas, Cathedrales,& Col-
legiatas, totius Regni Caſtellæ, & Legionis.]
16 A caſibus, quos Epiſcopus ſibi expreſsè re-
ſeruauit, non poteſt Pœnitentiarius abſoluere
quemquam, niſi ipſemet Epiſcopus hanc illi
ſpecialem dederit auctoritatem, vt reſoluunt
Nau.*conſ.20 ſub tit.de Pœnit & remiſſ.in nouis,*
deeſt in antiq. Savt. *in floribus deciſ. ſub eo tit.*
deciſ.44. Henriq. *conſ.62.n.7.& ſeq.*Vgolin.*d.*
cap. 33. n.3. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.*
179.in fine,& deciſum refert idem Aloyſ.Ricc.
in praxi fori Eccleſ.deciſ.571.in 1.edit.aliàs re-
*ſol.492.n.2. in 2.edit.*Nicol.Garc.*d.par.5.cap.*
4.n.115.[Gauant. *in man.verb. Pœnitentiarius*
num. 22. Rota *in Neapolitana Pœnitentiaria*
5. Iunij 1637. coram R. P. D. Merlino.] Ego
ipſe *d. alleg. 55. num. 23.*

Contra Capeuil. *de caſibus reſer. cap. 3.q.*
1. differ. 2. Mendoça *in d. libello* §. 5. Piaſec.
in praxi Epiſc.par.2.cap.1.num.16. exiſtiman-
tes ipſum Pœnitentiarium, ſi ſuæ Præbendæ
fuerit annexum Pœnitentiariæ officium, poſſe
abſoluere abſque alia facultate ab omnibus
caſibus Epiſcopo reſeruatis. [Paſſim enim vſu
& conſuetudine receptum eſt, vt quaſi ex
munere & officio in foro interiori, ſeu con-
ſcientiæ Pœnitentiarius iuxta formam Con-
cilij inſtitutus huiuſmodi facultatem habeat,
poſſitque pro eodem foro conſcientiæ abſol-
uere à caſibus Epiſcopo reſeruatis. Homo-
bon. *de caſib.reſeru.p.1. vbi de Pœnitent.facul-*
tate, Boſſi. *in diſcept.moral. diſcept.1.n.51.*]
Non poterit tamen caſus reſeruatos ſibi ab 17
Epiſcopo commiſſos alteri ſubdelegare [niſi
habuerit expreſſam ad hoc Epiſcopi poteſta-
tem: ita Ioan.Valer. *de different.inter vtrum-*
que forum, verb. iuriſdictio,differ. 2.n.3. Ioan.
Chapeau. & Piaſec. *citatis locis,*] Nicol. Garc.
in addit.ad d. cap.4. n. 112. quem refero ego
ipſe *d. alleg. 55. n.24.* vbi, *num.22.* addo quod
† nec poteſt delegare ſuam auctoritatem, de 18
quo etiam Aloyſ. Ricc.*in d. praxi aurea reſol.*
179.& cenſuit S.Cong.*negotiis Epiſc.& Regu-*
larium præpoſita in Regien. 2. Octobris 1585.
[ex ea ratione, quia delegatus, maximè ad
nudum miniſterium, ſubdelegare non poteſt,
niſi hoc illi expreſsè demandetur, *c.vlt.* §. *ce-*
terum,de officio deleg. iuriſdictio autem abſol-
uendi à reſeruatis Epiſcopo, non eſt in Pœni-
tentiario tanquam in fonte, ſed vt inſtrumen-
to: confirmat Ioan. Valer. *citato loco*, quia
Canonici Pœnitentiarij ad id officium præuio
rigido examine, & per oppoſitionem inſti-
tuuntur, & ſic eorum induſtria eligitur, &
conſequenter vices ſuas alteri, nec in caſu
particulari, demandare poſſunt. Nouiſſimè
Boſſi. *in diſcept. moral. diſcept. 1. num. 57.* ait
quòd licèt Pœnitentiario iuxta formam Con-
cilij Trid. inſtituto facultas abſoluendi à re-
ſeruatis Epiſcopo non competat ex vi Officij
vniti Præbendæ, ſed ſolum per Epiſcopi de-
legationem ſiue expreſſam verbis declaratam,
ſiue tacitam ex vſu recepto, & Epiſcoporum
conſuetudine, qui vbique ad hoc aſſumunt
Pœnitentiarium, vt illis à caſibus reſeruatis,
cenſuris, & aliis ad forum conſcientiæ ſpe-
ctantibus pro tota Diœceſi deſeruiant, poſſit
in caſu particulari occurrente alteri commit-
tere facultatem abſoluendi à reſeruatis Epi-
ſcopo: ex eo, quia hic Pœnitentiarius eſt de-
legatus ad vniuerſitatem cauſarum fori con-
ſcientiæ, & pœnitentiæ quoad totam Diœce-
ſim, & tanquam talis poteſt cauſam particu-
larem delegare, licèt non poſſit vniuerſalem
iuriſdictionem in alium transferre.]
Ad maiorem reſidentiam, quàm alij Ca- 19
nonici, non tenetur Pœnitentiarius, dùm-
modo non abſit tempore, quo frequentiùs
pœnitentes accedunt, & diebus feſtis ſolem-
nibus, veluti tempore ieiuniorum, Quadra-
geſimæ, Aduentus, Quatuor temporum, Re-
ſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Cor-
poris Chriſti, Aſſumptionis Beatiſſimæ Vir-
ginis, Natiuitatis Domini, & omnium San-
ctorum,

ctorum, ita referunt deciſum Salazar de Mendoza *in d. libello*, §. 7. Vgolin. *d. c.* 33. *num.* 6. Nicol. Garc. *d. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 122. Ego ipſe *d. alleg.* 55. *num.* 33.

20 Pro præſente in choro habendus eſt dum audit Confeſſiones in Eccleſia, ſiue in Confeſſionario, ſiue extra, non tamen conſendus eſt præſens pro tempore, quo reſidet in Confeſſionario, nec audit Confeſſiones aliis in choro Diuina cantantibus, nec item ſi dixerit Miſſam, aut ſi priuatum Officium dicat, etiam vt opportuniùs Confeſſiones audiat, ita referunt deciſum Salazar de Mendoça *in d. libello*, §. 6. Monet. *de diſtrib. quotid. p.* 2. *q.* 11. *num.* 64. *cum ſeq.* Vgolin. *d. cap.* 33. *num.* 5. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 477. *num.* 6. Campan. *d. num.* 27. Nicol. Garc. *dict. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 124. *& ſeqq.* idem Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 1 5. *par.* 4. Ego ipſe *d. alleg.* 55. *num.* 30.

21 Amplia, vt non ſolùm Pœnitentiarius ad lucrandas diſtributiones quotidianas cenſeatur præſens in choro dum actualiter Confeſſiones audit, ſed etiam ad lucrandas eleemoſynas ipſas, quæ diſtribuuntur pro aſſociandis, & ſepeliendis cadaueribus defunctorum, vel pro ſupplicationibus, & proceſſionibus, quæ per Vrbem aguntur, vt referunt deciſum Nicol. Garc. *dict. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 125. Contra Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 65.

22 Intellige ſupradicta procedere ſi Pœnitentiarius Confeſſiones in Eccleſia recipiat, nam ſi extra illam Confeſſiones etiam infirmorum audiat, non cenſetur præſens in choro, vt reſoluit Nicol. Garc. *in addit. ad d. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 125. *ad fin.* quem refero ego ipſe *d. alleg.* 55. *num.* 32.

23 Canonicatus Pœnitentialis non poteſt optari, nec Pœnitentiarius poteſt aliam Præbendam optare, quia in ea electa videtur induſtria perſonæ, tum quia vbi beneficium requirit certas qualitates, aut examen, ſi cui indulgetur, vt poſſit cõſequi aliam Dignitatem, aut beneficium, illud non venit quod examen, aut qualitates illas requirit, vt eſt optimus tex. *in cap. fin. de tranſlat. Epiſc.* tum, quia cùm ſit huiuſmodi officio Pœnitentiarij vnita Præbenda, non poteſt mutari, ſed immutabilis remanere debet, tum denique, quia cùm vnio, aut diuiſio beneficiorum vnitorum requirat auctoritatem, & ſolemnitatem, & iuſtam cauſam id faciendi, hanc poteſtatem hominibus priuatis, & Pœnitentiarius ipſis tot vniones, vel diuiſiones, ad libitum faciendi Concilium dediſſe non eſt veroſimile. Ita Nau. *conſ.* 22. *de Præbend. in antiq. aliàs conſ.* 15. *ſub tit. de reb. Eccleſ. non alien. in nouis*, Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de præbend. deciſ.* 22. Gallet. *in margarit. caſuum conſcient. verb. Canonicus pag.* 29. *collect.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 34. *num.* 78. *&* 79. Monet. *de opt. Can. cap.* 3. *quæſ.* 5. *num.* 129. Nicol. Garc. *d. par.* 5. *cap.* 4. *à num.* 132. vbi *num.* 134. refert deciſum Pœnitentiarium nec retento, nec dimiſſo officio, poſſe optare aliam Præbendam, cuius officio fuit deciſum *die* 12. *Februarij* 1601. *Pœnitentiarij Præbendam, etiam poſtquam eſt effectum ſortita, non ſubiacere optioni*, & *in vna Vercellen.* 7. *Iunij* 1601. etiam fuit textum *quod non ſolùm non poteſt optari Præbenda Pœnitentiarij, ſed nec titulus, ac ordo illius*, prout teſtatur Nicol. Garc. *in addit. ad d. cap.* 4. *num.* 132. Poteſt tamen reſignari ſicut alia Præbenda, etiam in fauorem alterius, dummodo habeat qualitates requiſitas, vt reſoluunt Salazar de Mendoça *in d. libello*, §. 3. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 897. *à num.* 485. vbi *num.* 489. ſubdit poſſe etiam ſuper eam imponi penſionem.

[Circa Pœnitentiarij Canonicatus præbendas in Regnis Caſtellæ & Legionis exiſtentes nouiſſimè Greg. XV. in ſua conſtit. incip. Supremæ diſpoſitionis, ſub dat. Nonis Nouembris 1622. ſtatuit & ordinauit quòd ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus omnes, & ſinguli Canonicatus, & præbendæ Pœnitentiarij quarumcunque Metropolitanarum, ſeu Cathedralium Eccleſiarum in Regnis Hiſpaniarum nunc & pro tempore exiſtentium tam hucuſque inſtituti, quàm deinceps quandocumque pro complemento decretorum Apoſt. inſtituendi quotieſcumque illos quibuſuis modis, & ex quorumcunque perſonis etiam Romani Pont. pro tempore exiſtentis, ſeu quorumuis Cardinalium etiam tunc viuentium familiaribus continuis commenſalibus, ſeu Romanæ Curiæ Officialibus, aut aliàs quomodolibet reſeruationem inducentibus, etiam per ceſſum, etiam permutationis cauſa in manibus eorundem Ordinariorum, vel deceſſum (non tamen in Curia, aut apud Sedem prædictam) ſeu quamuis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem, aut priuationem (extra tamen eandem Curiam) ſeu Religionis ingreſſum, aut matrimonij contractum ex nunc & pro tempore obtinentium, ſeu ius in illis, vel ad illos habentium, aut aliàs quibuſuis modis (non tamen per obitum apud Sedem prædictam) ac etiam in aliquibus ex menſibus, in quibus beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio Sedi Apoſt. etiam per conſtitutiones Apoſt. & regulas Cancellariæ fuerit reſeruata, & etiamſi poſſidentes, vel ad illos ius habentes, familiares, & Curiæ, ac Sedis prædictæ Officiales, etiam ſub diuerſis conſtitutionibus Pauli II. ſeu ex quauis alia cauſa diſpoſitioni Apoſt. ſpecialiter, vel aliàs generaliter reſeruati, 24

aut ex generali reſeruatione Apoſt. affecti, ſeu ad ſedem eandem deuoluti exiſtant, per Ordinarios locorum, & Capitula dictarum Eccleſiarum tantùm præuio concurſu per edictorum affixionem, hoc modo videlicet, in ſingulis vacationibus Canonicatuum, & Præbendarum Pœnitentiariorum huiuſmodi edicta proponi, & terminus ſexaginta dierum aſſignari debeat, dictoque termino elapſo per Ordinarios & Capitula in præſentia oppoſitorum ex aliquo libro ſorte aperto vnum punctum materiarum moralium tradi, & ſuper eo intra viginti quatuor horas ſinguli oppoſitores per integram horam, ſeruato tamen inter eos ordine ſuſceptorum graduum in ſingulis facultatibus publicè legere, & duo alij per aliam horam argumentari: & ſi tales oppoſitores in Theologia Magiſtri, vel Bachalaurei, aut illius Profeſſores exiſtant, dato eis puncto ſuper Euangelio per horam ſimiliter publicè prædicare, ſeu concionari debeant, & aliàs in omnibus, & per omnia prout in concurſu Præbendarom Magiſtralium, & Doctoralium fieri conſueuit. Quibus peractis ad Canonicatus, & Præbendas Pœnitentiarios vacantes huiuſmodi illi dumtaxat ex concurrentibus, qui peracto examine cæteris omnibus iudicio ipſorum Ordinarij, & Capitulum magis habiles, & idonei reperti fuerint, aſſumi, ſeu eligi, taleſque aſſumpti, vel electi, ſi Canonicatus, & Præbendæ vacantes huiuſmodi in menſe Apoſt. vacauerint, aut aliàs ratione perſonæ, vel loci generaliter, ſeu ſpecialiter reſeruati, ſeu affecti fuerint, intra ſex menſes à die eorum electionis per Ordinarios, & Capitula huiuſmodi faciendæ litteras Apoſt. deſuper expedire, ac iura Cameræ Apoſt. & alijs propterea debita ſoluere teneantur. Singuli verò tempore electionis huiuſmodi in quadrageſimo anno & vltra conſtituti, atque in Sacra Theologia, vel iure Canonico iuxta decretorum Concilij Trident. diſpoſitionem graduati eſſe, & omnibus diebus ferialibus quilibet, vel in ſua Eccleſia, vel in alio loco, ei ad hoc per Ordinarium loci, & Capitulum ipſius Eccleſiæ aſſignando ſpatio vnius horæ publicè conſcientiæ caſus legere, & difficultates ſoluere, necnon Confeſſiones ſacramentales omnium vtriuſque ſexus Chriſti fidelium ad eum accedentium præuia Ordinarij huiuſmodi licentia in eadem Eccleſia etiam publicè audire, aliaque omnia & ſingula, quæ ſimiles Canonici Pœnitentiarij ex præfata Concilij forma, & aliàs facere, exequi, & exercere ſolent, & debent, ſimiliter facere, exequi, & exercere teneantur. Si tamen inter ipſos concurrentes aliquem adeſſe contigerit, qui eruditionis, & doctrinæ, aliorumque meritorum præſtantia cæteros omnes concurrentes arbitrio eorundem Ordinarij, & Capituli longè antecellat, & ætatem quadraginta annorum non attingat, ille non obſtante defectu ætatis huiuſmodi, dummodo tamen triginta annis maior ſit, ad Canonicatum & Præbendam Pœnitentiarios huiuſmodi per Ordinarium & Capitulum prædictos, ſi ita illis ex iuſtis & rationabilibus cauſis expedire videbitur, eligi debere, & licitè valeat, ſuper quo Ordinarij & Capituli eorundem conſcientiam onerat. Et quotieſcunque ipſi Canonici Pœnitentiarij in huiuſmodi oneribus, & functionibus obeundis impediti fuerint iuxta eiuſdem Concilij decreta, in choro præſentes eſſe cenſeantur: ſed ſi eos in eiuſdem oneribus, & functionibus adimplendis negligentes, aut remiſſos eſſe contigerit, arbitrio ſuorum Ordinariorum, & Capitulorum mulctari poſſint, &c. *Hactenus Gregorius XV.*]

CAPVT XXVII.

De Canonico Theologo, ſeu Lectorali, Doctorali, & Magiſtrali?

SVMMARIVM.

1 *Præbenda Theologalis, vbi & quando conſtitui, & deputari debeat, oſtenditur.*

2 *Theologalis Præbendæ deputatio locum non habet in Eccleſiis Cathedralibus Regularibus, vbi Præbendæ non ſunt diſtinctæ, nec Eccleſia numerata.*

3 *Theologalis Præbendæ deputatio locum habet in Eccleſiis Collegiatis, quarum Præbendæ ſunt de iurepatronatus laicorum.*

4 *Deputatio actualis requiritur, & Præbenda primò vacatura Theologalis ſit.*

5 *Præbendam primam vacantem aſſignare pro Pœnitentiario non eſt in optione Epiſcopi, ſed pro Theologo, niſi aliàs magis expediens in aliquo particulari loco viſum fuerit.*

6 *Præbenda deputanda in Theologalem debet eſſe integra, vnde portio non ſufficit.*

7 *Præbenda, cuius fructus omnes conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, poteſt deputari in Theologalem.*

8 *Præbenda vna ſi vacaret, quæ eſſet inſufficiens, poterit Epiſcopus vacante altera ambas*

ambas applicare pro lectione ſacræ Scripturæ.

9 *Deputatio Præbendæ primò vacaturæ in Theologalem non comprehendit eam, quæ vigore ſtatuti à ſequenti Canonico optatur, ſed illam Præbendam, quam dimiſerit Canonicus, qui nouiſsimè optat.*

10 *Theologo Canonico in vim unionis factæ ab Epiſcopo de Præbenda vacatura non competit ius aduerſus Canonicatum vacaturum per ſignationem.*

11 *Præbendæ vacans in menſe reſeruatio non competit Canonico Theologo in vim unionis factæ ab Epiſcopo de Præbenda primò vacatura.*

12 *Electio perſonæ ad Præbendam Theologalem vacantem in menſe Ordinario pertinet ad ſolum Epiſcopum, collatio verò ad illos, ad quos antea ſpectabat, quamuis in ea Eccleſia electio ſola Canonicorum pertineat ad Capitulum, & inſtitutio ad Epiſcopum, vt num. 15.*

13 *Theologalis Præbenda ſi vacauerit in menſe Apoſt: vel aliàs eſſet reſeruata, electio perſonæ, & collatio ſpectabit ad Papam.*

14 *Theologalis Præbendæ collatio erectæ poſt Conc. ſpectat ad eum, ad quem ante Conc. ſpectabat, etiam in caſu, quo ante Conc. electio ſpectabat ad Capitulum, & inſtitutio ad Epiſcopum.*

16 *Canonicatus Theologalis in Regno Franciæ eſt ſemper prouidendus per Ordinarium, & Capitulum vni Theologo in quocunque menſe vacauerit.*

17 *Canonicatus, & Præbendæ Theologales in Regnis Coronæ Caſtellæ, & Legionis, quomodo, & per quem prouideri ſoleant, oſtenditur.*

18 *Theologalis Præbenda an, & quando conferri poſsit Decretorum Doctori? remiſsiuè.*

19 *Præbenda erecta, & deputata pro Theologo à ſequēti Canonico optari non poteſt.*

20 *Canonicus Theologus non eſt admittendus ad ius optandi.*

21 *Theologalem Præbendam obtinens non poteſt illam dimittere, & aliam optare.*

22 *Canonicus Theologus, qui reſignauit in manibus Ordinarij Præbendam Theologalem, poteſt obtinere mediante optione pinguiorem Præbendam cum retentione ſui ſtalli in choro.*

23 *Canonicus Theologus poteſt ex vi conſuetudinis obtinere Dignitatem in eadem Eccleſia, quæ nullum habet onus, ſeu emolumentum, ſed ſolùm ſedit ſupra Canonicos.*

24 *Canonicus Theologus debet ſedere in loco ſui Canonicatus.*

25 *Theologalis Præbenda non eſt Dignitas, & ideo priora loca eam obtinens relinquere debet antiquioribus Canonicis.*

26 *Epiſcopi arbitrio relinquitur quo tempore, & hora, & ſuper qua materia ſacræ Scripturæ legere debeat Theologus Canonicus.*

27 *Canonicus Theologus à lectione ſacræ Scripturæ vacare poteſt tribus menſibus Iulij, Auguſti, & Septembris.*

28 *Canonici, & cæteri Presbyteri Eccleſiæ Cathedralis tenentur accedere ad lectionem ſacræ Scripturæ.*

29 *Epiſcopus poteſt compellere Canonicos ſub pœna pecuniaria, vt accedant ad Congregationem caſuum Conſcientiæ.*

30 *Theologus Canonicus ſi nolit legere, quomodò prouidendum, oſtenditur, & num. 31.*

32 *Theologus Canonicus, ſi ex capite infirmitatis ſanabilis impediatur quominus per ſeipſum legere valeat, non poteſt cōpelli ad ponendum ſubſtitutum, & eo caſu quo quis eſſet ſubſtituendus, electio ſubſtituti ſpectaret ad Epiſcopum.*

33 *Theologus Canonicus ex gratia diſtributiones lucratur pro tota die in qua legerit.*

34 *Theologus Canonicus in die; qua legerit, non cenſetur præſens Matutino, quod dicitur pro die ſequenti in veſpere præcedenti ſecundùm conſuetudinē Eccleſiæ.*

35 *Theologus Canonicus in die, qua legerit, lucratur emolumenta quæcunque perſonaliter intereſſentibus dari ſolita, etiamſi choro non inſeruiant.*

36 *Cæſarauguſtanus Archiepiſcopus poſt ſecularizationem, in qua erectus fuit vnus Canonicatus Lectoralis cum aſsignatione Præbendæ, an teneatur ad ſolutionem ſalarij, quod ante ſoluebat, oſtenditur numeris ſequentibus.*

39 *Officio duplici fungens poteſt duplicatum emolumentum recipere.*

41 Cap. quia nonnulli, de magiſt. *declaratur.*

42 Cap. Epiſcopus, de Præbend. *declaratur.*

43 L. filia Legatorum, Cod. de legatis, *declaratur.*

45 *Canonici nec quidem fructus lucrantur pro tempore, quo interſunt Lectioni S. Scripturæ Theologi illam legentis in Cathedrali.*

46 *Canonici in Scholis generalibus, vel publicâ Vniuerſitate docentes ſacram Scripturam, ſeu Ius Canonicum, & illi ſtudētes, plenè gaudent priuilegiis omnibus de perceptione fructuum Præbendarum ſuarum in abſentia, & num. 47.*

48 *Studium generale dicitur, quod eſt erectum, & inſtitutum per Papam, Regem, ſeu Principem.*

49 *Studium, quod non ſit Vniuerſitas, non ſufficit ad hoc, vt canonici in eo ſtudentes*

lucrentur fructus in abſentia, quamuis in cooptime legatur.

50 *Canonici docentes Theologiam, vel Ius Canonicum in publica Vniuerſitate non lucrantur fructus in abſentia niſi id faciant de licentia eiuſdem Vniuerſitatis, quamuis Cathedram, aut ſalarium, non habeant.*

51 *Canonici docentes Theologiam, vel Ius Canonicum lucrantur fructus in abſentia, quamuis Prabenda, quas obtinent, ſita ſint in Cathedrali eiuſdem Ciuitatis, in qua publici Lectoris munere funguntur.*

52 *Canonici docentes, vel ſtudentes ſacra Scriptura, aut iuri Canonico, diſtributiones quotidianas percipere non poſſunt, niſi in huiuſmodi diſtributionibus omnes Capituli redditus conſiſtant, quia tunc illas percipere poterunt dempta tertia parte, vt num. 53.*

54 *Licentia Epiſcopi non requiritur ad hoc, vt Canonici docentes ſacram Scripturam, aut Ius Canonicum lucrentur fructus Prabendarum ſuarum in abſentia.*

55 *Canonici ad docendum Sacram Scripturam, vel Ius Canonicum in publica Vniuerſitate nullam temporis determinationem habent, ſed fructus Prabendarum ſuarum percipere poſſunt quandiu docuerint.*

56 *Epiſcopi licentia requiritur ad hoc vt Canonici ſtudentes ſacra Scriptura, vel iuri Canonico in publica Vniuerſitate lucrentur fructus ſuarum Prabendarum.*

57 *Epiſcopus tenetur licentiam concedere Canonicis minoribus triginta annis ſi in publico, celebrique in gymnaſio Theologia, vel iuri Canonico operam dare voluerint.*

58 *Licentia conceſſa per Epiſcopum Canonicis ad ſtudendum in aliquo publico gymnaſio illis non ſuffragatur vltra quinquennium.*

59 *Theologalis Prabenda dum vacat illa dari debet in commendam vnico Canonico idoneo eiuſdem Capituli donec titularis prouideatur.*

60 *Clericus ſecularis idoneus quando non reperitur pro Theologali Prabenda, quid faciendum oſtenditur.*

61 [*Canonicus, qui Prabendam Doctoralem, aut Magiſtralem obtinet, non poteſt eſſe iudex Ordinarius, vel delegatus appellationum in Regnis Caſtella, & Legionis.*

62 *Canonicatus & Prabenda Doctorales, ſeu Magiſtrales Eccleſiarum Regnorum Caſtella & Legionis quomodo prouidendi?*

63 *Praceptoralis Prabenda in Gallia qua.*]

SACRVM Concilium Trident. *ſeſſ. 5. de reform. cap. 1.* ſtatuit, vt in Eccleſiis Metropolitanis, vel Cathedralib⁹, ſi ciuitas inſignis, vel populoſa, ac etiam in Collegiatis exiſtentibus in aliquo inſigni oppido, etiam nullius Diœceſis, ſi ibi Clerus numeroſus fuerit, vbi nulla Præbenda, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium huiuſmodi deputatum reperitur, Præbenda, quomodocunque, præterquam ex cauſa reſignationis primò vacatura, cui aliud onus incompatibile iniunctum non ſit, ad eum vſum ipſo facto perpetuò conſtituta, & deputata intelligitur, de quo Concilij decreto plura tradunt Zerol. *in praxi fori Epiſc. p. 1. verb. Prabenda Theologalis*, Homobon de Bonis *de humana vita ſtatibus par. 1. cap. 11. in princip. & in cap. 12.* Nicol. Garc. *de benefic. par. 5. cap. 4. num. 153. cum ſequent.* Monet. *de diſtribut. quotid. par. 2. q. 10. & de commutat. vltim. voluntat. cap. 10. num. 191. cum multis ſequentib.* Ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi p. 3. alleg. 56.* 1

Et in primis circa Præbendæ Theologalis deputationem [ſic dicta quia Theologis affecta & debita, & illis eſt conferenda, ex Rebuff. *in concord. tit. de collation. §. 1. verb. Theologalem, pag. mihi 543.*] eſt aduertendum illam locum non habere in Eccleſiis Cathedralibus Regularibus, vbi Præbendæ non ſunt diſtinctæ, nec Eccleſiæ numeratæ, vt eſt Cathedralis Pampilonen. ſed cogendi ſunt Monachi, vt prouideant de Lectore idoneo Theologiæ, qui puplicè legat non solùm ipſis Monachis, ſed omnibus volentibus, vt cenſuit Sacr. Congreg. Concil. *in Pampilonen. 9. Septembris* 1573. 2

Locum tamen habere in Eccleſiis Collegiatis, quarum Præbendæ ſunt de iurepatronatus laicorum, ex deciſione S. Congregationis tradunt Nicol. Garc. *d. p. 5. cap. 4. num. 162.* & Monet. *de commut. vltim. volunt. cap. 11. num. 262.* 3

Requiritur actualis deputatio, vt Præbenda primò vacatura Theologalis ſit, & in Theologalem erecta cenſeatur, in tantum, vt ſi in prouiſione Præbendæ non fuerit facta actualis deputatio, non poterit prouiſus compelli obire munus lecturæ, ſicut refert deciſum Nicol. Garc. *d. par. 5. cap. 4. num. 155.* quem refero *d. alleg. 56. num. 3.* 4

Non erit in optione Epiſcopi primam Præbendam vacantem aſſignare pro Pœnitentiario, licèt ratione curæ animarum videatur magis neceſſarius, ſed pro Theologo, propter verba Concil. Trid. *in d. cap. 1.* Verùm ſi magis expediens in aliquo loco particulari fuerit iudicatum, vt priùs de Pœnitentiario prouideatur, habenda eſt confirmatio à Sede Apoſtolica ad omnem difficultatem tollendam, 5

dam, ita cenſuit Sacr. Congreg. Concil. *in*
vna Ciuitatis Caſtellana 17. *Nouemb.* 1629.
6 Præbenda deputanda in Theologalem de-
bet eſſe integra, vnde Portio non ſufficit, vt
referr deciſum Nicol. Garc. *d. par.* 5. *c.* 4. *num.*
128. [Et ideo penſione onerari non poteſt.
Franc. Duar. *de ſacris Eccleſ. miniſt. lib.* 2. *c.* 8.
Camill. Borrel *in ſum. deciſ. tom.* 1. *tit.* 29. *n.* 46.]
7 Et poteſt deputari Præbenda, cuius fructus
omnes conſiſtunt in diſtributionibus quoti-
dianis, ſicut reliquæ, vt teſtatur reſolutum
Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 128. Vbi verò nullæ
ſunt Præbendæ, eo quòd Canonicatos tan-
tùm diſtributiones quotidianas habeant, idē
ſtatuendum eſt, quod de Præbendis, cùm il-
larum loco ſuccedant, ex S. Cong. Concilij.
8 Si vacaret vna Præbenda, quæ eſſet ſuffi-
ciens, poterit Epiſcopus vacante altera ambas
applicare pro lectione ſacræ Scripturæ, dum-
modo Canonici habeant ſufficiens ſtipen-
dium, ita S. Cong. Conc. *ſub die* 16. *Febr.* 1619.
9 Deputatio Præbendæ primò vacaturæ in
Theologalem non comprehendit eam, quæ
vigore ſtatuti à ſequenti Canonico optatur,
ſed alia Pręebenda, quam dimiſerit Canoni-
cus, qui nouiſſimè optat, huic muneri vnita,
& affecta remanet, ita reſolutum teſtatur Ni-
col. Garc. *in add. ad d. p.* 5. *cap.* 4. *n.* 130.
10 Nec Theologo Canonico in vim vnionis
factæ ab Epiſcopo de Præbenda vacatura
competit ius aduerſus Canonicatum vacatu-
rum per reſignationem, vt cenſuit S. Cong.
Concil. *in Monopolitana* 29. *Auguſti* 1626.
11 Nec etiam ei competit Præbenda vacans
in menſe Apoſtolico, quia ſub illo decreto
Concilij Tridentini non comprehenduntur
Præbendæ vacantes in menſibus reſeruatis, vt
refert deciſum Nicol. Garc. *d. p.* 5. *c.* 4. *num.* 128.
12 II. Circa electionem, & collationem
Theologi Canonici eſt annotandum electio-
nem perſonæ ad huiuſmodi Præbendam
Theologalem vacantem in menſe ordinario
pertinere ad ſolum Epiſcopum, collationem
verò ad quos antea ſpectabat, ſicut referunt
deciſum Nicol. Garc. *d. c.* 4. *num.* 162. Gonzal.
ad reg. 8. *Cancel. gloſ.* 9. §. 2. *num.* 83. Ego ipſe
d. alleg. 56. *num.* 4.
13 Si verò huiuſmodi Præbenda vacauerit in
menſe Apoſtolico, vel aliàs eſſet reſeruata, ſeu
affecta, tunc electio perſonæ, & collatio ſpe-
ctabit ad Papam, ſecundùm Gonzal. *d. loco, &*
Garc. *d. c.* 1. *n.* 164. quamuis Zerol. *in praxi*
Epiſc p. 1. *verb. beneficium*, §. 3. *& verb. Præ-*
benda Theologalis, §. 4. exiſtimauerit electio-
nem ad Ordinarium ſemper ſpectare.
14 Præbendæ Theologalis collatio erectæ poſt
Concilium ſpectat ad eum, ad quem ante
Concil. ſpectabat, etiam in caſu, quo ante
Concilium electio ſpectabat ad Capitulum,
& inſtitutio ad Epiſcopum, S. Congr. Conc.

in vna Toletana ſub die 24. *Septembris* 1592.
Electio perſonæ, cui conferendus eſt Ca- 15
nonicatus habens annexum onus lectionis S.
Theologiæ ex præſcripto Concil. pertinet ad
Epiſcopum, collatio verò eidem perſonæ fa-
cienda ab eis ad quos ante Concil. pertinebat,
quamuis regulariter in ea Eccleſia electio ſola
Canonicorum pertineat ad Capitulum, &
confirmatio ſiue inſtitutio ad Epiſcopum, ita
cenſuit S. Cong. Concil. *in Aretina* 31. *Iuny*
1627.
In Regno Franciæ Canonicatus Theolo- 16
galis eſt ſemper prouidendus per Ordinarium,
& Capitulum vni Theologo in quocunque
menſe vacauerit, vt ſancitur *in rub. de colla-*
tion. §. 1. vbi Rebuff. *verb. Theologalem, &*
verb. teneantur, refert Gonzal. *dict. gloſ.* 9. §. 2.
num. 17.
In Regnis Coronæ Caſtellæ, & Legionis 17
Canonicatus, & Præbendæ Theologales le-
ctionis ſacræ Scripturæ in omnibus Eccleſiis
Cathedralibus, & nonnullis Collegiaris pro-
uidentur ab Epiſcopis per concurſum in qui-
buſcunque menſibus vacent indifferenter acſi
eſſent Præbendæ Magiſtrales & Doctorales,
& non conferuntur à Sede Apoſt. ſicut cætera
beneficia, prout referunt Gonzal. *d.* §. 2. *num.*
80. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 165. vbi *num.*
167. ſubdit de hoc forſan eſſe aliquod indul-
tum Apoſtolicum, quia aliter non ſeruaretur
in praxi.
An autem & quando Præbenda Theologa- 18
lis conferri poſſit Decretorum Doctori, diſ-
putat latè Aloyſ. Ricc. *in deciſion. Curiæ Ar-*
chiep. Neapol. p. 4. *deciſ.* 101.
III. Circa optionem eſt pariter annotan- 19
dum Præbendam ſic erectam, & deputatam
pro Theologo, à ſequenti Canonico optari
poſſe, prout referunt deciſum Gonzal. *ad reg.*
8. *Cancel. gloſ.* 34. *num.* 80. Monet. *de optione*
Canon. c. 3. *q.* 6. *num.* 129. Nicol. Garc.. *in add.*
ad d. p. 5. *c.* 4. *n.* 132. Ego ipſe *d alleg.* 56. *n.* 10.
Et ſicut non poteſt ab aliquo Canonico 20
optari, cùm detur per electionem præuio exa-
mine, ita Theologus non eſt admittendus ad
Ius optandi, vt reſolutum atteſtatur Nicol.
Garc. *in add. ad d. p.* 5. *c.* 4. *n.* 134. † quia obti- 21
nens Præbendam Theologalem non poteſt il-
lam dimittere, & aliam optare ad inſtar alio-
rum Canonicorum S. Cong. Conc. *ſub die* 7.
Iuny 1601
Canonicus Theologus, qui reſignauit in 22
manibus Ordinarij Præbendam Theologa-
lem, poteſt obtinere mediante optione pin-
guiorem Præbendam cum retentione ſui ſtalli
in choro, vt cenſuit S. Cong. R. *in vna Vero-*
nen. 1. *Septembris* 1597.
Stante conſuetudine in Eccleſia Cathedra- 23
li, vt per quemlibet Canonicum habentem
Pręebendam Canonicatui annexam obtinea-

tur vna ex Dignitatibus in eadem Eccleſia,
quæ nullum habet onus, ſeu emolumentum,
ſed ſolùm ſedit ſupra Canonicos, & illos in
proceſſionibus præcedit, poteſt Canonicus
Theologus dictam Dignitatem obtinere, ſic-
ut fuit reſolutum in S. Congreg. Concil. *ſub
die* 18. *Nouembris* 1628.

24 IV. Circa præcedentiam eſt etiam aduer-
tendum Theologum poſtquam vacauerit
Prębenda, quæ ſuo officio fuit vnita, & eam
adeptus fuerit, debere ſedere in loco ſui Ca-
nonicatus, vt atteſtatur reſolutum Nicol.
Garc. *in addit. ad d. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 111.
25 † Nam Præbendæ Theologalis non eſt Di-
gnitas, & ideo priora loca eam obtinens re-
linquere debet antiquioribus Canonicis, ex
S. Cong. Concil. *in vna Mediolanen.*

26 V. Circa tempus, horam, & materiam
ſacræ Scripturæ, ſuper qua legendum ſit, eſt
ſciendum hoc totum relinqui arbitrio Epi-
ſcopi, & ſatisfacere Theologum ſi Scholaſti-
cam Theologiam legerit, vt per Nicol. Garc.
d. cap. 4. *num.* 156. nouiſſimè me citato Al-
zedo *de præſtantia Epiſcop. Dignitatis, p.* 2. *cap.*
27 9. *num.* 42. † Poteſt tamen vacare ab huiuſ-
modi lectione tribus menſibus Iulij, Auguſti,
& Septembris, ſicut atteſtantur reſolutum, Ni-
col. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 157. Galet. *in marga-
rita caſuum conſcientiæ, verb. legere* 2. Scip. de
Rubeis *in aphor. Epiſc. verb. Epiſcopus, num.* 3.
Ego ipſe *d. allegat.* 56. *num.* 7.

28 Ad hanc lectionem ſacræ Scripturæ tenen-
tur accedere Canonici, & cæteri Presbyteri
Eccleſiæ Cathedralis, vt cenſuit S. Congreg.
Conc. *ſub die* 11. *Auguſti* 1618. & ad hoc eos
cogere poterit Epiſcopus, ſicut in caſu minus
29 vrgenti † eos compellere valet ſub pœna pe-
cuniaria, vt accedant ad Congregationem ca-
ſuum conſcientiæ, ex eadem S. Congreg. *ſub
die* 11. *Iulij* 1620.

30 VI. Circa cogendum Theologum nolen-
tem legere, eſt aduertendum poſſe Epiſco-
pum cogere illum comminationibus pœna-
rum, ſequeſtrationibus fructuum, aſſignatio-
ne portionis de eiſdem fructibus alteri, qui
ipſius loco legat; demum creſcente contu-
macia ad alias pœnas etiam priuationis deue-
nire poſſe, factaque priuatione ad corrobo-
randum Concilij decretum Epiſcopum de-
clarare debere talem Præbendam, & Canoni-
carum affectum fuiſſe, & eſſe pro ſacræ Scri-
pturæ Lectore, ac tunc deligere perſonam ido-
neam, quæ id munus per ſe ipſum exequi va-
leat, & illi per Ordinarium collatorem huiuſ-
modi Prębenda conferatur, ex S. Congreg.
Concil. *in* [illegible] *Maioricen.*

31 Et ſi Ordinarius inferior fuerit negligens,
putà Prior, Abbas, Prępoſitus, & cæteri ſimi-
les alicuius Eccleſiæ Collegiatæ, poterit Epi-
ſcopus in cuius Diœceſi ſunt, ſupplere, id eſt,
cogere, ex eadem Sacr. Congregat.

Quando verò ex capite infirmitatis ſanabi- 32
lis impeditur quominus per ſe ipſum legere
valeat, non poteſt compelli ad ponendum
ſubſtitutum, eo verò caſu, quo quis eſſet ſub-
ſtituendus, electio ſubſtituti ad Epiſcopum
ſpectaret, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d. p.*
5. *cap.* 4. *num.* 159. Et ideò cùm quidam Ca-
nonicus Theologus inſtaret ſibi licere legere
per ſubſtitutum ſtante impedimento infirmi-
tatis, fuit illi conceſſa licentia ad ſex menſes
per S. Congr. Concil. *ſub die* 13. *Nouembris*
1627. [non poteſt enim per ſubſtitutum le-
gere niſi ſubſiſtente neceſſitate, Rota *deciſ.*
147. *num.* 1. *p.* 1. *recentiſſimar.*]

VII. Circa diſtributiones lucrandas à 33
Theologo in abſentia pro tempore, qua le-
gerit, eſt conſiderandum, quòd quamuis ex
diſpoſitione iuris communis illæ in hoc euen-
tu non debeantur Lectori, ad not. per gloſſ.
vlt. in cap. nonnulli, de magiſtr. tamen vt di-
ligentius huic muneri præſtantiſſimo Theo-
logalem obtinens vacare queat, ſanctę me-
moriæ Gregorius XIII. ex gratia illas deberi
ei voluit, non modò pro illis horis, vt ſi manè
legat pro horis matutinis, & Miſſa ſolemni,
ſed etiam pro tota die, ita referunt deciſum
Piaſec. *in praxi Epiſcop. parte* 2. *cap.* 3. *num.* 9.
verſ. ſimiliter, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §.
7. *proœm. num.* 180. Nicol. Garc. *in tract. de be-
nefic. parte* 3. *cap.* 2. *num.* 118. Armendar. *in
addit. ad recop. legum Nauarræ lib* 2. *tit.* 23.
l. 2. §. 2. *de reſidentia, num.* 68. Monet. *de
diſtribut. quotidian parte* 2. *quæſt.* 10. *num.* 27.
Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.*
495. *&* 498. *in* 1. *edit. aliàs reſolut.* 286. *num.*
6. *& reſolut.* 389. *num.* 6. *in* 2. *edition.* Ego
ipſe *d. allegat.* 56. *num.* 8. & cenſuit Sacra
Congreg. Concil. *in cauſa Oriolen.* 5. *Augu-
ſti* 1616. *& in alia Fanen.* 1. *Auguſti* 1624.

Et quamuis tota die, qua legit, habeatur 34
pro pręſente à choro etiam quoad diſtributio-
nes iuxta ſupradicta, non cenſetur tamen
præſens Matutino, quòd dicitur pro die ſe-
quenti in veſperi pręcedente ſecundùm con-
ſuetudinem aliquarum Eccleſiarum, vt ex
ſententia S. Congreg. reſoluunt Nicol. Garc.
d. cap. 2. *num.* 118. Armendar. *d. loco, num.* 70.
Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb.
Canonicus, pag.* 29. Ego ipſe *d. alleg.* 5. *num.* 9.

Et non ſolùm tribuendæ illi ſunt diſtribu- 35
tiones quotidianæ omnium horarum illius
diei, qua legerit, ſed etiam emolumenta quę-
cunque perſonaliter intereſſentibus dari ſoli-
ta, etiamſi choro non inſeruiant, ex identi-
tate rationis, vt fuit reſolutum à S. Congreg.
Concil. *in Oriolen.* 12. *Auguſti* 1628.

Sed an aliquo caſu Lector iſte præter Prę- 36
bendam ſalarium habere poſſit, non erit inu-
tile inueſtigare, ad quod pulcher ſe offert caſus
diſcu

diſcutiendus, videlicet. In Eccleſia Metropolitana tunc Regulari Ciuitatis Cæſaraugustanæ officium Lectoris ſacræ Scripturæ fuit ab immemorabili tempore demandatum vni ex Canonicis Regularibus dictæ Eccleſiæ, ſi in ea ſufficiens aderat, cuius electio pertinebat ad ſolum Archiepiſcopum, qui decem caſitia tritici, & decem metretas vini vnà cum ſcutis duodecim dicto Lectori pro ſalario aſſignabat. Cùm autem de anno 1605. eadem Eccleſia per ſanctæ mem. Clement. VIII. ſecularizata erectus fuerit vnus Canonicatus Lectoralis cum aſſignatione Præbendæ, dubitatum fuit an hodie Archiepiſcopus poſt dictam ſecularizationem teneatur ad ſolutionem eiuſdem ſalarij, quod ante illam ſoluebatur.

37 Pro negatiua videbatur facere, quòd cùm in ſecularizatione dictæ Eccleſiæ Lectoratus fuerit erectus in Canonicatum vnà cum aſſignatione Præbendæ Canonicalis ſecundùm mentem Concil. Trid. *d. ſeſſ. 5. de reform. cap.* 1. videtur ſufficienter Lectori prouiſum de prouentibus dictæ Præbendæ, qui ſoli debent deſeruire pro illius mercede, ſeu ſalario, *c. quia nonnulli*, §. *ſanè*, *de magiſt.* & *ibi* Doctores, Abb. *num.* 3. *verſ. ſecundo caſu, in princ.* Anan. *num.* 4. *verſ. ſecundo caſu*, Hoſt. *num.* 10. Ioan. Andr. *num.* 11. Butr. *num.* 5. & Henric. Boich. *num.* 1. & 4. itaut ratione ſalarij Lector nihil aliud poſſit prætendere cùm in erectione dicti Canonicatus onus legendi ſit ei impoſitum, quod fieri potuit, gloſ. *verb. Præbendæ. ad fin. in d. c. quia nonnulli*, Boich. *ibid. num.* 15. Nec obſtat, quòd ante ſecularizationem dictum ſalarium ab immemorabili tẽpore ſolueretur ab Archiepiſcopo, itaut poſſit allegari contracta huiuſmodi obligatio ex meliori titulo de mundo, immò poſſit dici huiuſmodi onus fuiſſe impoſitum etiam in fundatione Archiepiſcopatus tanquam titulum magis proficuum & vtilem, ad *cap. ſuper quibuſdam.* §. *præterea*, vbi gloſ. *in verb. non extat, de verbor. ſignif.* Decius *conſ.* 586. *num.* 2. cùm iſta ſit virtus immemorabilis, latè Felin. *in cap. cauſam, num.* 2. *cum ſeqq. de præſcript.* Gabr. *de præſcript. concl.* 1. *num.* 1. Rot. *deciſ.* 254. *in fine, parte* 3. & *deciſ.* 642. *num.* 4. *parte* 4. *diuerſ.* Quia reſponderur quòd cùm hodie Præbenda Canonicalis fuerit ſubrogata in locum dicti ſalarij, & ex ea ſufficienter ſit prouiſum Lectori, ceſſat ratio debiti quoad dictum ſalarium, *cap. cùm ceſſante, de appellat.* & in iſtis terminis, Ioan. Andr. *in d. cap. quia nonnulli, num.* 11. Hoſt. *num.* 10. vbi ait quòd ſi Canonici Eccleſiæ aliquid de eorum Præbendis aſſignatuut Lectori, per prouiſionem ſibi factam de beneficio, ſtatim reſoluitur huiuſmodi aſſignatio, Butr. *num.* 6. *in fine, verſ. nam & ſectio Præbendæ*, Anan. *num.* 4. *verſ. in gloſſ. fin.* Et in ſimili quòd ordinato ſine titulo teneatur Epiſcopus præſtare ſuſtentationem quouſque illum de beneficio prouideret, & non vlteriùs, cùm ceſſet ratio dictæ ſuſtentationis, tex. *eſt in c. Epiſc. de præbend.* Et quòd pater dotando filiam faciat ceſſare legatũ pro dote, ex quo ceſſat cauſa legati, eſt pariter tex. *in l. filia legatorũ, C. de legat.* Quæ tantò magis videbantur admittenda cùm poſſit conſiderari, quòd Archiepiſcopus ratione abſolutæ nominationis, quam ante ſecularizationem habebat, videbatur quodammodo obligatus ad prouidendum dicto Lectori tanquam miniſtro proprio, quæ tamen ratio hodie ceſſat cùm Lectoris nominatio ſiue electio fuerit tranſlata ad Archiepiſcopum, & Capitulum ſimultaneè, præuio examine in concurſu, ſeu oppoſitione.

His tamen non obſtantibus in contrariam partem inclinarunt Domini de Rota *in cauſa Cæſaraugustana Lectoriæ* 21. *Februar.* 1628. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano. [quæ reperitur impreſſa nouiſſimè *p.* 5. *diuerſ. deciſ.* 150. & iterum propoſita 9. *Februarij* 1629. vt *in deciſ.* 249. *d. p.* 5. *diuerſor.*] Conſiderabant enim quòd Bulla ſecularizationis vltra quàm quòd præſeruat omnia iura, priuilegia, &c. ante ſecularizationem competentia, expreſsè vult quòd omnia & ſingula, quæ in dicta Eccleſia pro Canonicis, & perſonis Regularibus erant, de cætero pro Canonicis, & perſonis ſecularibus etiam poſt ſecularizationem eſſe cenſeantur. Vnde cum ſuppoſita obligatione Archiepiſcopi, quæ reſultat ex dicta immemorabili, vt dictum eſt, hoc ſalarium eſſet emolumentum aſſignatum pro Lectore, & tanquã tale relatum inter onera Mitræ Archiepiſcopalis, ſequitur quòd ſecundùm verba expreſſa ſecularizationis cenſeatur etiam eſſe pro Canonico ſeculari Lectore, cùm in hoc Papa voluerit præſeruare ſtatum antiquum, ex qua præſeruatiua remanent integra iura primæua, & ſic anterior obligatio ſoluendi illud ſtipendium. Bald. *in l. pen. C. depoſiti*, Oldrad. *conſ.* 237. *in fine*, Becc. qui alios cumulat, *conſ.* 74. *num.* 34. Surd *deciſ.* 163. *num.* 17. Et quamuis Papa ſtatum antiquum expreſsè non præſeruaſſet, illius tamen mutatio non perimeret ius Lectoris quæſitum in anteriori ſtatu Regularitatis, cùm id in ſecularizatione dictum non fuerit, Innoc. *in c. dilectus, num.* 4. *verſ. Monialium*, & *ibi* Abb. *num.* 9. *de capell. Monach.* Prob. *ad Monach. in cap. cùm de beneficio, num.* 52. & *ſeq. de Præbend. in* 6. Anch. *conſ.* 404. *num.* 9. *verſ. primò quia mutatio*, Bellon. *conſ.* 8. *num.* 4. & fuit aliàs reſolutum, *in Aquilana iuriſdictionis* 30. *Martij* 1601. coram Reuerendiſſ. Patriarcha Antiocheno, & in Tarraconen. Sacriſtiæ 19. *Martij* 1601. coram bonæ mem. Iuſto, & 38

in

in Theatina Iuriſdictionis 23. *Iunij* 1614. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano.

39 Eo maximè, quia aſſignatio Præbendæ pro Lectore non fuit aſſignata ſimpliciter pro Lectore tanquam Canonicu ac proinde cùm Lector tãquàm Canonicus in ſtatu Regularitatis haberet eandem Præbendam, ſi non ita formaliter aſſignatam, ſaltem æquipollenter per alimenta, quæ recipiebat à menſa Regulari, in hoc iſta aſſignatio formalis Præbendæ Canonicalis in ſtatu ſecularitatis tanquam ſubrogata in locum anterioris æquipollentis in Regularitate non poteſt conſiderari tanquam noua cauſa ratione ſalarij, quod pro Lectore debebatur. Vnde cùm tanquam Canonicus, & Lector duplici fungatur officio, non eſt inconueniens, quòd recipiat duplicatum emolumentum, §. *illud*, vbi gloſ. *in ver. periculum, in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffragio*, Roman. *conſ.* 25. *& ibi addit.* Surd. *deciſ.* 66. *num.* 1. *lib.* 1. Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 78. *C. de bonis mat.* Rot. *deciſ.* 354. *p.* 1. *recen.* Menoch. *conſ.* 228. *n.* 29. *& de arbitr. caſu* 223. *num.* 7. & fuit dictum *in Romana mercedis* 5. *Martij* 1625. coram R. P. D. Merlino.

40 Quia ſententia recenta non obſtant quę pro prima adduximus: nam ad illud, quòd cùm dicto Canonicatui fuerit iniunctũ onus legendi, non habetur anterius ſalariũ, reſpondetur ſtare ſimul, quòd Lector teneatur pręcisè ad legẽdum, & tamen illi debeatur ſalarium, vnde iſta iniunctio oneris in hoc quidẽ immutauit ſtatũ Regularitatis, quia in iſto caſu Regularitatis Lectoratus demandabatur vni ex Canonicis quatenus ſufficiens adeтat, & ſic obligatio legendi non erat neceſſaria ex parte Canonici, qui poterat recuſare tale onus, quãuis obligatio aſſignandi ſalarium eſſet neceſſaria ex parte Archiepiſcopi, vt dictum eſt, hodie verò poſt ſecularizationem, onus legendi fuit dictum neceſſarium ex parte obtinentis Canonicatum Lectoralem, ſed non ideò obligatio ſalarij ex parte Archiepiſcopi expirauit, aut facta eſt voluntaria.

41 Non obſtant adducta per tex. & Doctores *in d. c. qui nonnulli, de magiſt.* quia illi loquuntur de Magiſtro, cui de recenti per modum prouiſionis fuit conſtitutum ſalarium, tum quia loquuntur ad effectum quòd nihil poſſit exigere à Scholaribus, tum denique quia loquuntur quando aſſignatio erat voluntaria. In hoc autem caſu non agitur de ſalario nouiter aſſignato per modum prouiſionis, ſed de ſalario ab immemorali conſtituto, & ſoluendo perſonæ certæ, vel certo generi perſonarum: nec agitur ad effectum exigendi à Scholaribus, ſed ab eo, qui ex meliori tituli mundo virtute immemorabilis ſoluere tenetur; nec denique agitur de aſſignatione voluntaria, ſed neceſſaria, vt dictum eſt.

Ad tex. *in d. c. Epiſcopus*, reſpondetur, quòd 42
ſuſtentatio, quam Ordinarius ſine titulo debet habere ab Epiſcopo donec prouideatur de beneficio, & non vlterius, ideò per prouiſionem ceſſat; quia obligatio Epiſcopi promouentis non erat perpetua, ſed temporalis, quamdiu ſcilicet promotus careret congrua ſuſtẽtatione, ad quam ſuſtentationẽ ideò obligatur Epiſcopus ne promotus cogatur in dedecus Ordinum mendicare, ideò mirum non eſt ſi ſtatim ac deficit periculum dictæ mendicitatis per prouiſionem beneficij, reſoluitur quoque temporanea Epiſcopi obligatio.

Ad dictam verò *l. filia legatorum*, in qua 43
dicitur, quòd filia non habet actionem ad legata ſibi facta à patre in teſtamento pro dote ſi ea ſibi in dotem fuerunt poſtea per patrem data, reſpondetur quòd legatum dotis non erat neceſſarium quoad ſolutionem cùm poſſet quandocunque reuocari, ſed ſuppoſito etiam quòd eſſet debitum neceſſarium, hoc procedit in eo caſu *primò*, quia eadem perſona, quæ tenebatur, facit ceſſare anteriorem obligationem, quod non eſt in caſu iſto; nam Archiepiſcopus, qui ante ſecularizationem tenebatur ad ſalarium, non aſſignauit Præbendam pro Canonico Lectorali. *Secundò* id in eo caſu procedit, quia idem, quod priùs debebat ſolui, fuit transfuſum in ſecundam obligationem, nempe eadem legata, quæ priùs vigore teſtamenti debebantur, fuerunt data in dotem, quod non eſt in caſu iſto, quia primum ſalarium non fuit transfuſum in Præbendam aſſignatam dicto Canonicatui Lectorali. Et ſic ex his patet in hoc caſu ex ſuperuenientia nouæ cauſæ non tolli anteriorem cauſam ſalarij; quia hoc haberet locum ſi vel primum ſalarium fuiſſet transfuſum in Præbendam nouiter aſſignatam; quia tunc benè diceretur ſubrogata in locum ſalarij, vel ſi eadem perſona, nempe Archiepiſcopus, qui tenebatur priùs ad ſalarium, aſſignaſſet de ſuo proprio iſtam Præbendam, quorum neutrum cùm ſit in caſu iſto, dicendum non eſt quòd ſecunda cauſa diuerſa, ratione obligationis perſonarum, & rei, faciat ceſſare prædicta.

Ad vltimum, quòd ſcilicet ius conferendi 44
Archiepiſcopi poſt ſecularizationem fuerit diminutum quoad dictum Lectoratum, reſpondetur, quia vltra quòd adhuc retinet priuilegium prælationis ſuæ vocis in paritate, & collationem, quę ſunt alicuius conſiderationis, vt dixit Rota *in Oſcen. indulti* 10. *Decembris* 1599. *&* 5. *Decembris* 1601. coram bonę mem. Card. Millino, quam refert Nicol. Garc. *d. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 163. in omnem caſum pręd icta procederẽt ſi aſſignatio ſalarij fuiſſet correſpectiua ad dictum ius conferendi, quod eſſe nullatenus patet. Vnde cum nihil commune habeat onus ſoluendi ſtipendium

Lectori

Lectori cum eius nominatione, imò in hoc ca-
ſu benè ſe compariantur ex mutatione ſtatus
accidentalis quoad collationem non fuit ſub-
lata obligatio ſoluendi dictum ſalarium, Rot.
*deciſ. vnic. num. 3. circa fin. verſ. in contrarium
facit, & num. 4. de ſepult. in antiq.* Rebuff. *ſuper
reg. de vnione gloſ.* 11. *num.* 13. Ex quibus om-
nibus hanc partem firmauit dicta deciſio Cæ-
ſarauguſtana Lectoriæ eleganter, & ſubtiliter
extenſa per Illuſtriſſimum & Reuerendiſſ. D.
meum Coccinum Decanum, admirabilis eru-
ditionis virum.

45 VIII. Circa eandem materiam de lucran-
dis fructibus, & diſtributionibus in abſentia à
Canonico Theologo ratione Lectoriæ, eſt du-
bitatione dignum an Canonici, qui tenentur
accedere ad hanc Lectionem ſacræ Scripturæ,
vt ſuprà oſtendimus, pro tempore, quo dictæ
Lectioni interſunt, lucrentur fructus, & diſtri-
butiones quotidianas? In qua breuiter reſpon-
dendum duxi eos nec quidem fructus lucraris
quia ſcholares in Eccleſiis Cathedralibus non
gaudent eiſdem priuilegiis ſicut ſtudentes in
ſtudiis publicis, & Academiis, vt referunt de-
ciſum Nicol. Garc. *p. 3. c. 2. n.* 117. Armendar.
*in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 23.
l. 2. §. 2. de reſidentia Canonicorum, n.* 124.

46 Nam licèt Canonici docentes ſacram Scri-
pturam, vel illi ſtudentes, plenè gaudeant, &
fruantur priuilegiis omnibus, de perceptione
fructuum Præbendarum ſuarum in abſentia
conceſſis à iure communi *in c. vlt. de magiſtr.*
vt multis probant Rebuff. *de priuileg. ſchol.
priuileg.* 29. *&* 31. Horat. Luti. *eod. tract. pri-
uil.* 99. *&* 100. Petr. Leſnaud. *de priuileg. Do-
ctorum part. 2. §.* 22. Iacob. Benni. *de priuileg.
Iuriſconſult. part.* 1. *priuileg.* 15. Nicol. Garc.
part. 3. c. 2. num. 54. Vgolin. *de officio Epiſcopi
c. 19. in princip. num. 6. & c. 43. §. 2.* Azor. *inſtit.
moral. par. 2. lib. 7. cap. 4. quaſ. 3. & cap. 5. q. 1. &*
§. Carol. de Graſſis *de effectib. cleric. in præ-
lud. à num.* 106. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.
§. 7. proœm. num.* 180. Monet. *de diſtribut. quo-
tid. par. 2. quaſt.* 10. *à princip.* Sanctarel. *var.
reſolut. quaſt. 3. à num. 9.* Ego ipſe *de officio, &
poteſtate Epiſcopi, part. 3. allegat. 56. num.* 18.
Quod etiam de docentibus, & ſtudentibus
iuri Canonico eſt affirmandum, cùm hodie
ad Eccleſiam benè regendam non minus pro-
ſit Ius Canonicum, quàm Theologia, vt re-
ſoluunt Iacob. Benni. *dict. par.* 1. *priuileg.*
15. *num.* 4. Nicol. Garc. *dict. cap.* 2. *num.* 65.
Carol. de Graſſis *in dict. prælud. num.* 95. *cum
ſequentib.* Sanctarel. *dict. quaſt.* 3. *num.* 18.
Monet. *dict. c.* 10. *num.* 4. Ego ipſe *dict. alle-
gat.* 56. *num.* 28. vbi cum eodem Monet.
ibidem num. 21. quæro quid tenendum in
docentibus, vel ſtudentibus iuri Ciuili, de
quo etiam Sanctarel. *dict. quæſtione tertia,
num.* 10.

Tamen dictis priuilegiis ſolùm gaudent ii in 47
ſcholis generalibus, ſeu publica Vniuerſitate
doceant, aut ſtudeant, vt patet ex *cap. tua fra-
ternitatis, de clericis non reſid. & c. 2. de priuil in*
6. iunctis ſuis gloſſis, & tradunt Læl. Zech. *de
Republ. eccleſiaſt. tit. de clericis num. 7. verſ.* 28.
Horat. Lut. *ad fin. tractat. de priuileg. Schol. n.*
23. Flores de Mena *var. lib. 3. quaſt. 24. num.*
19. Ego ipſe *d. allegat.* 56. *n.* 21. Dicitur au-
tem † ſtudium generale, quod eſt erectum, & 48
inſtitutum per Papam, Regem, ſeu Principem,
vt per Caſſan. *in catal. gloria mundi par.* 10.
conſid. 32. Perez *l. 1. tit. 10. lib. 1. Ordin.* Hot-
tig. *in patrocinio pro Cæſarauguſtano gymnaſio,
part. 1. à n. 13. & p. 3. n. 2.* quos refero *dict.
Allegat* 56. *n.* 12. Vnde † non ſufficit ſtudium, 49
quòd non ſit Vniuerſitas, quamuis in eo opti-
mè legatur, & publicè cuicunque audire vo-
lenti, ex adductis per me *dict. allegat.* 56. *num.*
22. quicquid aliter ſentiant Monet. *d. quaſt.*
10. *num.* 17. & Sanctarell. *d. q.* 3. *num.* 12. &
ideò multò minus ſufficiet ſtudium quod ha-
betur in Eccleſia Cathedrali ſub Canonico
Theologo legente, iuxta Doctores ſuprà cita-
tos.

Canonici, vt priuilegiis de percipiendis in 50
abſentia Præbendarum ſuarum fructibus gau-
deant docendo Theologiam, vel Ius Canoni-
cum in publica Vniuerſitate, id debent effice-
re de licentia eiuſdem Vniuerſitatis, ſiue Col-
legij Doctorum, etiamſi non habeant Cathe-
dralem, aut ſalarium, vt refert deciſum Ni-
col. Garc. *d. cap. 2. n.* 61. † quamuis Præbendæ, 51
quas obtinent, ſitæ ſint in Cathedrali eiuſdem
Ciuitatis, in qua publici Lectoris munere fun-
guntur, vt pariter reſolutum atteſtatur idem
Nicol. Garc. *in addit. ad d. part. 3. cap.* 2.
num. 85.

Diſtributiones verò quotidianas non per- 52
cipere Canonicos, vt ſuprà docentes, vel ſtu-
dentes, probat tex. *in cap. licet, de præben.*
quod quidem cùm Tridentina Synodus *in
d. cap.* 1. circa illud nihil innouauerit, à Sac.
Congreg. deciſum fuiſſe tradunt Gutier *ca-
non. lib. 2. cap.* 15. *num.* 12. Zerol. *in praxi
Epiſcop. par. 1. verb. diſtributiones quotidianæ,*
§. 3. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. §. 7. proœm.
num.* 78. Quarant. *in ſum. Bullary verb. reſi-
dentia, verſ. quòd autem,* Nicol. Garc. *d. cap.* 2.
num. 112. Monet. *d. cap.* 10. *num.* 23. Ste-
phan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 166. *num.*
17. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 19. §. 2.
num.* 6. Armendar. *dict. §. 2. de reſidentia,
num.* 67. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi fori eccleſiaſt.
deciſ.* 495. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 386. *num.*
3. *in* 2. *editione.* Ego ipſe *d. allegat.* 56.
num. 19.

Verùm ſi in huiuſmodi diſtributionibus 53
omnes Capituli redditus conſiſtant, tunc
percipere poterunt diſtributiones dempta ter-
tis

tia parte in eius generis diſtributiones Tri-
dentini decreti auctoritate conuerſa, quæ in-
ſeruientibus accreſcit, ſed nullo caſu debent
percipere diſtributiones Miſſis, ac Defuncto-
rum anniuerſatis applicatas, ita referunt de-
ciſum Piaſec *in praxi Epiſc. p. 2. cap. 3. ſub
num.* 9. Nicol. Garc. *in addit. ad d. par. 3. c.
2. num.* 253. Armend. *vbi ſup. num.* 8. Ego
ipſe *d. alleg.* 56. *num.* 18. *&* 19. Item quando
Præbenda eſt tenuis, & ferè omnes fructus
conſiſtunt in diſtributionibus, etiam tunc eos
lucrari diſtributiones dempta dicta tertia par-
te, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 70.
num. 3. cuius tertiæ partis amiſſionem non
euitant Canonici habentes quaſcunque fa-
cultates percipiendi fructus beneficiorum
ſuorum in abſentia ſtudiorum cauſa, ſecun-
dùm Gonzal. *d. §. 7. proœm. num.* 179. Aloyſ.
Ricc. *d. reſol.* 386. *num. 3. in fine*, Monet. *d.
cap.* 10. *num.* 24 Armendar. *d. loco, num.* 123.
Ego ipſe *d. alleg.* 56. *num.* 19. *prope finem.*
54 . Quamuis in Canonicis docentibus, vt *ſu-
prà*, ſacram Scripturam, vel Theologiam, aut
Ius Canonicum ad lucrandos fructus Præben-
darum ſuarum in abſentia, licentiam Epiſco-
pi non requiri referat ſibi à S. Congreg. fuiſſe
reſponſum Nic. Garc. *d. part.* 3 *cap.* 2. *num.*
55 559. *ad* 4. † nec illos ad docendum habere
vllam temporis determinationem, ſed fructus
prædictos percipere poſſe quandiu docuerint,
meritò concludat Monet. *d. q.* 10. *num.* 16.
quem refero ego ipſe *d. alleg.* 56. *num.* 32.
56 † In ſtudentibus verò huiuſmodi licentiam
deſiderari probat tex. *in d. cap. sua fraterni-
tatis, de cleric non reſid. & in c. cùm ex eo, de
elect. lib.* 6. & ſtatuit Pius IV. *in ſua conſt. in-
cip. Sanctiſſimus, ſub die* 24. *Nouembris* 1564.
reſoluunt Nicol. Garc. *d. cap. 2. num.* 88. Mo-
57 *net. d. q.* 10. *num.* 9. † At Ordinarius tenetur
illis licentiam concedere ſi minores ſint tri-
ginta annis, & velint in publico, celebríque
gymnaſio Theologiæ, vel ſacris Canonibus
operam dare, ſicut referunt deciſum Nicol.
Garc. *d. cap. 2. num.* 82. *&* 86. Armendar. *d.
loco, num.* 121. Sanctarell. *d. q. 3. num.* 23.
58 Ego ipſe *d. allegat.* 56. *num.* 29. † Quæ ta-
men licentia non ſuffragabitur eis vltra quin-
quennium à die, quo ſtudere cœperunt, ſe-
cundùm Leſſi. *de Iuſtit. libro 2. cap.* 34. *dub.*
29. *num.* 163. *in princ.* Monet. *d. q.* 10. *n.* 14.
Sanctarell. *d. q.* 3. *n.* 27. & ita fuiſſe deciſum
tradunt Nicol. Garc. *d. cap. 2. num.* 101. Ar-
mendar. *d. loco, num.* 99. *&* 102. Ego ipſe *d.
alleg.* 56. *num.* 31.
59 IX. Circa ſubſtituendum Lectorem aliàs
idoneum dum Præbenda Theologalis vacat,
eſt aduertendum illam tunc dari debere in
commendam vni Canonico idoneo eiuſdem
Capituli, donec titularis prouideatur, vt per
Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. §. 8. num.*
36. quem refero *d. alleg.* 56. *num.* 14. aliàs po-
terit Epiſcopus fructus applicare alicui perſo-
næ extra Capitulum, quæ ſuppleat munus le-
gendi ex S. Congr. Conc. *in Camerinen.* 8.
Februar. 1594.

Sed quando Clericus ſecularis idoneus non 60
reperitur pro dicta Præbenda, ſtatuerunt Pius
V. & Gregorius XIII. collationem huius Ca-
nonicatus ſuſpendendam eſſe donec inuenia-
tur idoneus Theologus ſecularis, ſi fieri poſ-
ſit; interim verò nullum eſſe ab Epiſcopo fru-
ctuum ipſius Canonicatus cuſtodem, aut cu-
ratorem deputandum; ſed eos omnes Supe-
riori alicuius Monaſterij tradendos, qui curet
vt aliquis idoneus Theologus ex ſuis Regula-
ribus publicè ſacram Scripturam in Cathe-
drali doceat, eíque in primis neceſſaria ſub-
miniſtret ex dictis fructibus, quòd ſi quid re-
liquum erit, in Monaſterij vſum conuertatur;
ita reſolutum atteſtatur Zerol. *d. verb. Præ-
benda Theologalis*, §. 5. quem refero ego ipſe
d. alleg. 56. *num.* 15.

[X. Canonicus huiuſmodi, qui præbendam 61
Doctoralem, aut Magiſtralem obtinet, vel
cui munus legendi ſacram Scripturam in-
cumbit, non poteſt eſſe iudex Ordinarius, vel
delegatus appellationum, in tota Prouincia
Toletana, vt ſtatuit Paulus V. *in ſua conſtit.* in-
cip. *Eccleſia vniuerſa, ſub die* 17. *Auguſti*
1615. quam Gregorius XV. *in ſua conſtit.* in-
cip. *Aliàs à felicis, ſub die* 9. *May* 1622. ex-
tendit ad Eccleſias omnes Metropolitanas,
Cathedrales, & Collegiatas totius Regni Ca-
ſtellæ, & Legionis.]

XI. & vltimò ſciendum quòd Sixtus IV. 62
per ſuam Conſtit. incip. *Sixtus, ſub dat. Ka-
lend. Decembris anno Dominicæ Incarnationis*,
1474. & Leo X. *per ſuum Motum proprium
incip. Cùm dudum, ſub dat.* 11. *Kal. Aprilis*
1520. in ſingulis Cathedralibus Eccleſiis Re-
gnorum Coronæ Caſtellæ, & Legionis ere-
ctum eſſe voluerunt, & inſtitutum vnum Ca-
nonicatum, & Præbendam pro Doctore, vel
Licentiato in vtroque, vel altero iure, qui di-
citur Doctoralis, & alterum pro Magiſtro, ſeu
Doctore, vel Licentiato in Theologia, qui di-
citur Magiſtralis ab Epiſcopo eius voto pro
vno computato, & Capitulo per vota ſecreta
præuio edicto propterea apponendo, ac pu-
blico examine, & iuramento de eligendo ma-
gis idoneum Ordinaria auctoritate prouiden-
da, & latè in Motu proprio Leonis ponitur
forma in huiuſmodi prouiſionibus, & electio-
nibus ſeruanda, & ſtatuitur huiuſmodi Ca-
nonicatus ſub reſeruationibus non compre-
hendi per quaſcunque regulas Cancellariæ, &
alias litteras Apoſtolicas etiam Motu pro-
prio, & aliàs quomodolibet innouatis; & quòd
ſi dicti Canonicatus Magiſtrales, & Doctora-
les apud Sedem vacare contigerit, Ordinarij,
&

& Capitula iuxta dictam formam prouideant: ſic tamen quòd ipſi electi infra quatuor menſes, nouam prouiſionem deſuper ab eadem Sede impetrare, & deſuper litteras expedire, ac iura Cameræ Apoſtolicæ ſoluere teneantur. Additur etiam Canonicatus, & præbendas huiuſmodi etiam per Summos Pont. ac de conſenſu quoque Magiſtrorum, Licentiatorum, ſeu Doctorum, vt ſuprà qualificatorum, & quauis cauſa etiam Motu proprio, & conſiſtorialiter aliqua, vel aliquibus penſionibus grauari, nec illorum fructus, vel aliquos eorum alicui, vel aliquibus etiam Cardinalibus concedi poſſe niſi per trinas Ordinariorum, & Capitulorum litteras cum interuallo trium menſium inter datas, accedat aſſenſus, & ſi ſecus actum fuerit, huiuſmodi conceſſiones nemini ſuffragari, & Ordinarij & Capitula præfata litteris derogatoriis parere minimè teneri, ſed eis firmiter reſiſtere ſubditur, &c. De his, qui multa ſcire cupit, conſulat Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 9. §. 2. Nicol. Garc. *d. p.* 5. *c.* 4. *n.* 167. *cum multis ſeqq.*

63 [In Gallia ex ordinatione Regia eſt quædam Præbēda præceptoralis nuncupata, à Prælatis inſtituta, etiamſi anteceſſores Epiſcopi ſcholis aliquid deputauerint, Gerard. Maynard. *Tholoſ. deciſ.* 9. *&* 12. Cuius electio facienda eſt ex voto, & conſenſu Epiſcopi, Capituli, & conſulnm loci, idem Maynard. *deciſ.* 13. & præſtāda tam ab Eccleſia Cathedrali, quàm à Collegiata, idem Maynard. *deciſ.* 11. de fructibus à toto Capitulo, idem Maynard. *deciſ.* 10. & ex quotidianis diſtributionibus, *deciſ.* 14. prout eum referunt, Aloyſ. Ricc. *p.* 6. *collect.* 2451. *verſ. decimo*, Borell. *in ſum. deciſ. tom.* 1. *tit.* 29. *num.* 48. *cum ſeqq.*]

Capvt XXVIII.

De Canonicorum Adiunctis.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum initio cuiuſlibet anni duos ex Capitulo ad quid eligere teneatur, oſtēditur.*

2 *Capitula non exempta minimè comprehenduntur ſub decreto Concil.* ſeſſ. 25. de reform. c. 6.

3 *Eccleſia Collegiata erecta in Cathedralem non comprehenditur ſub decreto Conc.* ſeſſ. 25. de reform. c. 6.

4 *Capitulum, vbi in principio anni duos de Capitulo non elegerit, poterit Epiſcopus per ſe ſolùm procedere, dummodo illud priùs moneat.*

5 *Iuriſdictio non deuoluitur ad Adiunctos, ſed ad ſuperiorem, ſi Epiſcopus nolit, vel non valeat contra Capitulares delinquentes procedere.*

6 *Decretum Conc.* ſeſſ. 25. de reform. c. 6. *procedit in Epiſcopo non conſecrato, & Capitulo Sede vacante.*

7 *Adiuncti in procedēdo iuriſdictionē habent.*

8 *Adiuncti iuramentum ſubire debent de bene, & fideliter ſe habendo.*

9 *Adiuncti recuſari poſſunt à parte, & ſolò iuramento.*

10 *Adiuncti ſi ſine fraude tempore diuinorum Officiorum abſint, priuandi non ſunt quotidianis diſtributionibus.*

11 *Conc.* ſeſſ. 25. de refor. c. 6. *ſuſtulit immemorabilem conſuetudinem.*

12 *Vicarius Epiſcopi, & Capituli Sede vacante poteſt procedere contra Capitulares adhibitis duobus de Capitulo iuxta formam Concil.* ſeſſ. 25. de reform. c. 6.

13 *Notarius proprius ab Epiſcopo aſſumendus eſt in viſitatione perſonarum Cathedralis Eccleſia, qui Capitulo ſuſpectus non ſit.*

14 *Fiſcalem, qui interuenire ſolet in criminibus Canonicorum reorum, aſſumere poteſt Epiſcopus in viſitatione perſonarum Cathedralis Eccleſia, vel alium, quem magis voluerit, deputare.*

15 *Sententia erit nulla ſi Epiſcopus, & vnus ex duobus Adiūctis ſine tertio pronuntiarēt.*

16 *Viſitatio Capitulorum, & perſonarum Epiſcopis conceſſa, intelligenda eſt cumulatiuè, non priuatiuè ad Abbates, & Decanos, & alios, quibus ante Concilium competebat ius viſitandi ſeorſùm tamen ab Epiſcopis.*

17 *Collectores Camera Apoſtolica, ſi ſunt Canonici, ab Epiſcopo viſitari, & corrigi non poſſunt.*

18 *Viſitare poteſt Epiſcopus ſine Adiunctis corpus Eccleſia Cathedralis, & Sacramentum, Reliquias, veſtes, ornamenta, cateraque ad cultum diuinum deſtinata, & capellas, ac capellanias.*

19 *Viſitando poteſt Epiſcopus ſine Adiunctis peccata, & exceſſus Capitularium, quos correctione, & punitione dignos repererit, corrigere, punire, & emendare, non tamen pœna ordinaria.*

20 *Epiſcopus ſine Adiunctis procedere poteſt ad priuationem Canonicorum ex cauſa, quòd Ordines ſuis Prabendis annexos non ſuſceperint.*

21 *Epiſcopus poteſt initio ad ſummariam informationem, & detentionem ſine Adiunctis procedere in criminibus ex incontinentia prouenientibus, & in atrocioribus delictis depoſitionem, aut degradationem requirentibus, vbi de fuga timetur.*

22 *Epiſcopus poteſt procedere ſine Adiunctis ad pœnas contra Capitulares non obſeruantes diem feſtum S. Auguſtini ab eodem indictum.*

23 *Capitulum totum quando deliquit contra Capitulares ſine Adiunctis procedit Epiſcopus, modò delictum non ſit in ipſius perſonam, vel in contemptum illius.*

24 *Epiſcopus poteſt ſine Adiunctis rationem exigere ab Officialibus ex gremio Capituli conſtitutis Sede vacante, niſi velit criminaliter ad illorum punitionem procedere.*

25 *Cauſas pendentes contra Capitulares exemptos coram Vicario foraneo procedente cum Adiunctis à Capitulo deputatis, non poteſt ad ſe auocare Epiſcopus, ſed benè cum Adiunctis.*

26 *Epiſcopus non tenetur cum Adiunctis procedere contra Coadiutores cum futura ſucceſsione, niſi ex forma coadiutoriæ colligatur ipſis conceſſa fuiſſe omnia priuilegia quæ habent Canonici.*

27 *Epiſcopus poteſt procedere ſine Adiunctis contra Portionarios habentes vocem in Capitulo.*

1 STATVIT Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de refor. c. 6.* vt Capitulum initio cuiuſlibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum conſilio, & aſſenſu Epiſcopus, vel eius Vicarius cùm extra viſitationem proceſſerit contra Capitula Cathedralium, illorúmque perſonas tam in formando proceſſum, quàm in cæteris omnibus actibus vſque ad finem cauſæ incluſiuè, coram Notario tamen ipſius Epiſcopi, & in eius domo, aut conſueto Tribunali procedere teneatur.

[Quod eodem *cap. 6.* nouè ſtatutum eſt de adhibendis his duobus Adiunctis, ab antiquis Canonibus profluxit, nam *in Concilio Carthaginenſi IV. c. 23.* diſpoſitum fuerat vt Epiſcopus nullius cauſam audiat abſque præſentia Clericorum ſuorum, alioquin irrita ſit ſententia, niſi præſentia clericorum cõfirmetur, ſunt verba Concilij relata *in c. Epiſcopus pen. 15. q. 7.* quod optimè aduertit Mantic. *deciſ. 202. n. 9.* indeque receptum, vt in grauibus, in quibus procederetur ad ſententiam ſuſpẽſionis, foret neceſſarium Capituli iudicium, *c. 1. de exceſsib. Præl* id eſt, conſenſus, vt explicat Felin. *in cap. irrefragabili, ſub n. 3. verſ. ſed dic quòd immò, de offic. ordin.* quamuis in leuibus ſufficiat cõſilium, Fr. Emm. *quæſt. Regul. tom. 2. q. 22. art. 7.* refert & ſequitur Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 25. à n. 60.*]

2 Quod quidem Conciliare decretum loquitur ſolùm de Capitulis exemptis, non exempta enim minimè ſub illo comprehendi, etiamſi multa habeant priuilegia, referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect. 751. in princ.* & nouiſſimè *p. 4. ſua praxis rerum fori eccleſ. reſol.* 586. Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. Capitulum* §. 8. Seraph. *deciſ. 493. n. 1.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauaræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, n. 93.* Maſſobr. *in praxi habendi cõcurſum, præl. 21. in princ. n. 14. ſecundùm Roman. impreſſ.* Hieron. Vencro *in examine Epiſc. lib. 4. c. 27. n. 5.* Ludou. à Sarauia *in ſpeciali tract. de iuriſdict. Adiunctorum coadiuuantium Epiſcopum contra Præbendarios ſuos criminaliter procedẽtem q. 12. n. 17.* Lott. *d. lib. 1. q. 25. n. 61.*

Vnde decretum illud non pertinere ad Ec- 3
cleſiam Cathedralem tanquam Cathedralem, ſed tãquam exemptam, ac proinde Eccleſiam Collegiatam erectam in Cathedralem ſub illo non comprehendi referunt quoque deciſum Armendar. *dict. l. 7. de Epiſcopis n. 88.* Ego ipſe *de officio, & poteſtat. part. 3. allegat. 73. n. 5. in fine*, Ludouic. à Sarauia *dict. tract. q. 11. n. 18.*

[Quos quidem Adiunctos omnino aſſumendos eſſe ex perſonis, quæ verè ſint de Capitulo decidit *Conc. Trid. d. c. 6.* ibi, *eligat ex Capitulo duos*, &c. Quare regulariter alij non poſſunt eligi, quàm Canonici, qui ſoli cum Prælato ſuo faciũt Capitulum, non item Capellani, neque Aſſiſij, ſiue Portionarij, vt in terminis tenet Lotter. *d. lib. 1. q. 25. n. 64. & 65.* rationem præſtat, quia iſti clerici Canonicis inferiores, ſunt introducti non ad faciẽdum conſortium cum ipſis, ſed ad ſeruiẽdum, iurant enim obedientiam, & reuerentiam, ne dum Epiſcopo, ſed etiam Eccleſiæ, ſub qua appellatione continetur Capitulum, & *n. 66.* id limitat cùm de cõſuetudine, ſtatutóve Eccleſiæ poſſint iidem effici de Capitulo, vbicumque enim beneficiati, vel alij huiuſmodi ſunt tales de iure ſpeciali, in illis optimè verificatur ſupradictum decretum Concilij, vt ex mente Sacræ Congr. fuit reſolutum *in Rota deciſ. 296. p. 1. diuerſ. 1. & deciſ. 708. p. 2. recentior.* & latè probat Lott. *d. q. 25. n. 76. cum ſeqq.*]

Vbi autem Capitulum in principio anni il- 4
los duos non elegerit, Epiſcopus per ſe ſolùm
procedere poteſt, dummodo illud priùs mo-
neat, prout reſolutum fuiſſe teſtantur Piaſec.
in praxi Epiſc. p. 2. c. 2. n. 9. Ludou. à Sarauia *d.*
tract. quæſt. 13. per tot. † non ſic Epiſcopo no-
lente, vel non valente contra Capitulares de- 5
linquentes procedere, deuoluitur iuriſdictio
ad Adiunctos, vt latè reſoluit Ludou. à Sarauia
d. tract. q. 5. per tot. vbi *n. 11.* citat meipſum *d.*
alleg. 73. num. 9. & *n. 5.* deciſum refert non ad
Epiſcopum, ſeu ad Superiorem deuolui iuriſdi-
ctionem ſi coniudices, ſeu Adiuncti renuant
procedere contra Capitularem, quod etiam
atteſtatur Armendar. *d. l. 7. de Epiſcopis n. 89.*
Et † decretum Concil. *d. c. 6.* procedit in Epi- 6
ſcopo etiam non conſecrato, vt benè reſoluit
Sarauia *d. tract. quæſt. 17. n. 35. verſ. ſed contrà*,
vbi *eod. n. 35. verſ. ex omnibus*, refert deciſum
ſuccedere Capitulum Sede vacante in huiuſ-
di iuriſdictione procedendi contra Capitula-
rem delinquentem.

Duo

7 Duo illi adiuncti in procedendo iuriſdictionem habent, ſecundùm Ludon. à Sarauia d. tract. q. 5. ex num. 5. vbi, num. 15. poſt Camill. Borrel. in ſum. deciſ. tit. 60. num. fin. ſubdit
8 † adiunctos iuramentum ſubire debere, ſicut & alios iudices de bene, & fideliter ſe habendo, & n. 17. poſt Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 100 num. 49. tradit quòd quoties iudex datur Adiunctis alicui Tribunali ſi nominatur à Principe, talis nominatus appellatur iudex delegatus, ſi à lege Ordinarius iudex
9 vocatur. † Vnde poſſe huiuſmodi Adiunctos recuſari à parte, & ſolo iuramento, reſoluunt Stephan. Gratian. d. cap. 100. num. 49. & Lu-
10 don. à Sarauia d. tract. q. 9. per tot. † Et quando hac de cauſa ſine fraude tempore diuinorum Officiorum eos abeſſe contigerit, priuandi non ſunt quotidianis diſtributionibus tanquam abſentes propter Eccleſiæ vtilitatem ex officio ſibi attributo, ſecundùm Monet. de diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 8. num. 19. quem refero ego ipſe d. allegat. 73. num. 6. Aloyſ. Ricc. in d. praxi part. 4. reſol. 591.

11 In cauſa Calciaten. ad inſtantiam Rotæ dubitatum fuit an Concil. cap. 6. ſeſſ. 25. ſuſtulerit immemorabilem conſuetudinem circa locum tractandi cauſas cum Adiunctis, & retinendi carcerem quando, vt in illa cauſa, ſunt duæ Cathedrales vnitæ, & Epiſcopus prætendit habere Canonicum alterius ciuitatis in ea, in qua reſidet, carceratum, & ibidem tractare cauſam cum Adiunctis ciuitatis, de qua eſt carceratus Canonicus? S. Congreg. Concilij die 7. Septembris 1630. cenſuit *ſublatam eſſe immemorabilem per Concilium in caſu, & ad effectum de quo agitur.*

[Nam diſpoſitio Concil. d. loco procedit, etiam vbi contraria conſuetudo immemorialis viget, vt ipſummet expreſſit in d. cap. 6. ibi, *necnon conſuetudinibus etiam immemorialibus*, &c. & per illud tenent Steph. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 492. num. 6. Ludou. à Sarauia d. tract. q. 24. per tot. & ſuſtulit concordias deſuper in contrarium initas inter Epiſcopos & Capitula, ibi, *concordiis, quæ tantùm ſuos obligent auctores*, &c. quæ verba afficiunt etiam futuras concordias. Cæſ. de Graſſis deciſ. 2. n. 2. & 3. de iureiur. quod ſanè eſt accipiendum, vt non intelligatur de concordiis circa modum procedendi factis, & ſpecificè confirmatis per Sedem Apoſt. Achil. deciſ. 3. num. 2. de pactis, Seraphin. deciſ. 475. n. 3. Mantic. deciſ. 202. n. 10. Marcheſan. de commiſſ. p. 1. §. 1. de appellat. ab interlocut. deciſ. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 25. n. 14. Ludou. à Sarauia d. tract. q. 25. n. 6. Lotter. d. lib. 1. q. 25. n. 86. Rota deciſ. 715. p. 4. diuerſ. Et addit idem Lott. d. loco, n. 88. quòd dicitur ſpecificè, & ex certa ſcientia cōfirmata ſi totus tenor ſit relatus in ipſa confirmatione, vel ſaltem tota ſubſtātia narrata.]

Non ſolùm Epiſcopus, ſed etiam eius Vicarius procedere poteſt contra Capitulares, adhibitis duobus de Capitulo iuxta formam Concilij d. cap. 6. vt per Menoch. conſ. 52. num. 180. Sbroz de officio Vicarij lib. 2. quæſt. 145. Rot. deciſ. 743. num. 5. part. 1. diuerſ. & deciſ. 321. part. 2. diuerſ. latè Ludou. à Sarauia d. tract. q. 14. per tot. ibidem poteſt Vicarius Sede vacante, imò abſque Adiunctis procedere non valebit, ſi Epiſcopus, dum viuebat, non habebat auctoritatem procedendi ſine illis, vt referunt deciſum Sbroz in addit. ad d. quæſtionem 145. & Ludou. à Sarauia d. tract. q. 17. num. 35. verſ. in omnibus, in fine. 12

Proprius Notarius ab Epiſcopo aſſumendus eſt in viſitatione perſonarum Cathedralis Eccleſiæ, qui illi Capitulo ſuſpectus non ſit, vt ait reſolutum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 6. de viſitat. num. 38. vbi, num. 61. ſubdit proceſſum in cauſis viſitationis coram ipſo eſſe fabricandum. † Aſſu- 13
mere poterit Epiſcopus ſuum Fiſcalem, qui interuenire ſolet in criminibus Canonicorum reorum, vel alium, quem magis voluerit, deputare, nec tenetur ad ſumendum Capellanum de choro, ex Armendar. d. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num. 91. in fine, & num. 92. quem refero ego ipſe d. alleg. 73. num. 8. 14

Vnum autem, inquit Conc. Trid. d. cap. 6. 15
tantùm ſit vtriuſque Adiuncti votum, poſſitque alter Epiſcopo accedere: quòd ſi ambo ab Epiſcopo diſcordes in aliquo actu, ſeu interlocutoria, vel definitiua ſententia fuerint, tunc intra ſex dierum ſpatium cum Epiſcopo tertium eligant, & ſi in electione tertij etiam diſcordent, ad viciniorem Epiſcopum electio deuoluatur, & iuxta eam partem, cùm tertius conueniet, articulus in quo erat diſcordia, terminetur, aliàs proceſſus, & inde ſequuta nulla ſint, nullóſque producant iuris effectus. Hactenus ſunt verba Concilij: ex quibus colligitur, quòd ſi Epiſcopus, & vnus ex duobus Adiunctis ſine tertio pronunciarent, ſententia eſſet nulla, vt ex aliis reſoluit Ludou. à Sarauia d. tract. q. 31. num. 21. & ideo referunt Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 100. n. 64. & idem Ludou. à Sarauia d. tract. q. 31. num. 3. ſententia Epiſcopi, & Adiunctorum in cauſis criminalibus contra Capitulares eſſe concipiendā ſub hac forma. *Ego N. Epiſcopus de conſilio, & aſſenſu N. & N. Adiutorū ita pronuntio.*

Viſitatio Capitulorum, & perſonarum Epi- 16
ſcopis conceſſa, intelligenda eſt cumulatiuè, nō priuatiuè ad Abbates, & Decanos, ac alios, quibus ante Concilium competebat ius viſitandi, ſeorſum tamen ab Epiſcopis, vt referunt deciſum Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 154. num. 40. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 2. proœm. num. 21. Ludou. à Sarauia d. tract. q. 4. † Collectores Cameræ Apoſtol. ad nudum 17

miniſterium exigendi certis caſibus in partibus deputati, ſi ſunt Canonici, vel aliàs beneficiati ab Epiſcopo viſitari, & corrigi non poſſunt, vt referunt reſolutum *ad reg.8.Cancell.gloſ.* 51. *num.* 82. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 6. *de Viſitat. num.*30. *verſ.item Collectores.*

18 Sine Adiunctis poteſt Epiſcopus viſitare corpus Eccleſiæ Cathedralis, & Sacramentum, reliquias, veſtes, ornamenta, cæteraque ad cultum Diuinum deſtinata, ſed & capellas, capellanias, dotationes, anniuerſarium, inſtitutiones, memorias Defunctorum, pia opera, vel res, aut bona fabricæ, ſeu Eccleſiæ, vt per Armendar. *d. tit.* 6. *de viſitat. num.* 123. quem refero ego ipſe *d. alleg.* 73. *num.* 15.

19 Poteſt quoque ſine Adiunctis Capitularibus Epiſcopus viſitando peccata, & exceſſus Capitularium, quos correctione, & punitione dignos repererit corrigere, punire, & emendare, non tamen pœna ordinaria, ſed ea, quæ ad morum magis emendationem, quàm punitionem reſpiciat, ita Armendar. *d. tit.* 6. *de viſitat. num.* 39. vbi *in reſp.*2. *& num.* 77. *&* 79. cum Nic. Garc. *de benef.p.* 3. *c.*2. *num.*198. *declarat.*10. ſubdit huiuſmodi facultatem viſitandi etiam ad res, & bona Capituli eiúſque adminiſtratores extendi.

20 Poteſt etiam Epiſcopus ſine Adiunctis procedere ad priuationem Canonicorum ex cauſa, quòd Ordines ſuis Præbendis annexos non ſuſceperint, ita reſolutum atteſtantur Nicol. Garc. *d. part.*3. *cap.*2. *num.*22. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. reſol.* 488. *num.* 2. *&* 3. Ludouic. à Sarauia *dict. tract. q.* 18. *per tot.* Ego ipſe *d. alleg.*73. *num.* 12.

21 Poteſt pariter Epiſcopus initio ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem ſine Adiunctis procedere in criminibus ex incontinentia prouenientibus, de qua in decreto de concubinariis, & in atrocioribus delictis depoſitionem, aut degradationem requirentibus, vbi de fuga timetur, ne iudicium eludatur, ita expreſſe Concil. Trid. *d. cap.* 6. Mantic. *deciſ.* 180. *num.* 6. Sarauia *d. tract. q.* 20. Rot. *in Calciaten. iuriſdictionis* 6. *Iunij* 1622. coram bonæ memor. Remboldo, vbi ſubditur non procedere in delictis ſimplicis incontinentiæ abſque qualitate concubinatus, eo quòd raptus, & violatio virginis eſt delictum requirens depoſitionem. Quoad fugam ſufficit quòd de illa Ordinarius illum reſpectum habuerit, Rot. *in Conchen. iuriſdictionis* 3. *Martij* 1617. coram bonæ mem. Card. Sacrato, *& in Calciaten. iuriſdictionis* 21. *Iunij* 1621. coram bonæ mem. Remboldo, & additur *in alia Calciaten. ſuprà allegata*, quòd ſtatur arbitrio iudicis an adeſſet timor fugæ. Quando autem quis dicatur ſuſpectus de fuga, vide Salult. Tiber. *in praxi iudic. lib.* 2. *cap.* 23. Ioſeph. Seſſe *de inhib. cap.* 9. §. 2. *num.* 44. *&* 46. Melch. Phœbo *Luſit. deciſ.* 54. *p* 1.

22 Poteſt denique Epiſcopus procedere ſine Adiunctis ad pœnas contra Capitulares non obſeruantes diem feſtum S. Auguſtini ab eodem indictum, vt cenſuit S. Congreg. Concil. *in cauſa Hiſpalen. die* 7. *Septemb.* 1630.

23 Item, contra Capitulares ſine Adiunctis procedit Epiſcopus quando totum Capitulum deliquit, vt per Seraph. *deciſ.* 1050. *num.* 1. *cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi p.* 4. *reſol.* 594. [Lotter. *d. lib.*1. *q.* 25. *num.* 62.] Ludou. à Sarauia *d. tract. q.*5. *num.* 4. *&* *q.*6. *per tot.* vbi, *num.* 8. aſſerit quòd ſi reperiatur vnus in Capitulo, qui non deliquerit, iſte procedet ſimul cum Epiſcopo. Intellige modò delictum non ſit in perſonam Epiſcopi, vel in contemptum eius, vel vbi Epiſcopus habet intereſſe; quia tunc facultatem contra Capitulares deuoluitur ad proximum Superiorem, vt per Armendar. *d.l.*7. *de Epiſcopis, num.* 90. Ludou. à Sarauia *d. tract. q.* 6. *num.* 5. *&* 6. [& ratio eſſe poteſt ne partes extra ſuas prouincias tot ſumptibus, & incommodis litigare, & degere cogantur, Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 126. Nouar. *in pract. noui iuris Pontific. concl.* 54. *num.* 3. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 5. *cap.* 837. *num.* 15.] Quando autem dicatur vniuerſum Capitulum delinquere, colligitur ex notatis per Curiam Piſanam *lib.*4. *cap.* 3. *num.* 1. *ad* 6. Magon. *Lucenſi deciſ.* 72. Card. Tuſch. *lit. V. concl.* 349.

24 Poteſt etiam ſine Adiunctis Epiſcopus rationes exigere ab officialibus ex gremio Capituli conſtitutis Sede vacante, niſi velit criminaliter ad eorum punitionem, & correctionem procedere, ita cenſuit Sacra Congreg. Concilij, teſte Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 23.

[Valet quoque ſine Adiunctis in perſonas Capitulares Epiſcopus procedere, ſi tales perſonæ extra Eccleſiam Capitularem, beneficia curam animarum habentia obtineant, & in exercitio curæ deliquerint, præualet enim qualitas illa officij propter quam Canonicus efficitur ſubditus ſolius Epiſcopi, neque tunc vti Canonicus, ſed vti curam habens animarum, vel eius adminiſtrationem iudicari debet. Ita Seraphin. *deciſ.* 1058. *per tot.* Vel ſi procederetur contra aliquem Capitularem, qui per accidens eſſet ſubiectus liberæ & abſolutæ poteſtati Epiſcopi, Seraphin. *d. deciſ.* 1058. *num.*2. Lotter. *d. lib.*1. *q.* 25. *num.* 61. *in fine.*]

25 Dubitatum fuit *primò* in cauſa Burgen. an Archiepiſcopus poſſit ad ſe auocare cauſas pẽdentes contra Capitulares exẽptos coram ſuo Vicario foraneo procedente cum Adiunctis à Capitulo deputatis.] *Secundò* an appellatio in tali

talibus caſibus poſt latam ſententiam detur ad ipſum Archiepiſcopum? Sacra Congreg. Concilij, *die* 18. *Septembris* 1627. ad *primum* cenſuit *non poſſe Archiepiſcopum auocare, vt cognoſcat ſolus, ſed benè cum Adiuncto. Ad ſecundum non dari appellationem à Vicario ad Archiepiſcopum, ſed cauſam deuolui ad Sedem Apoſt.*

26 Contra Coadiutores cum futura ſucceſſione non tenetur Epiſcopus cum Adiunctis procedere niſi ex forma Coadiutoriæ colligatur ipſi Coadiutori conceſſa fuiſſe omnia priuilegia, quæ habent Canonici, ita refert deciſum Nicol. Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benefic. p.* 4. *c.* 5. *num.* 96. vbi obſeruat ex clauſula generali Coadiutoriæ, quòd Coadiutor habeat omnes, & ſingulas prærogatiuas, præeminentias, & honores coadiuti, non colligi concedi coadiutori huiuſmodi priuilegium de Adiunctis, eo quòd illa intelligatur de prærogatiuis, præminentiis, &c. circa ſeruitium Eccleſiæ, vt ex tenore ipſius coadiutoriæ apparet, refert & ſequitur Ludou. à Sarauia *d. tract. q.* 29. Vnde in cauſa Barbaſtren. propoſito dubio in S. Congr. Concilij, an Epiſcopus poſſit per ſe ſine Adiunctis procedere contra Coadiutore Canonicorum Cathedralis, eadem Sacra Congr. *die* 9. *Nouembris* 1630. cenſuit *Epiſcopum non poſſe procedere contra huiuſmodi Coadiutores abſque Adiunctis, quatenus ex forma Coadiutoriæ ipſis conceſſa fuerant omnia priuilegia, quæ habent Canonici.*

27 Contra Portionarios habentes vocem in Capitulo poteſt Epiſcopus procedere ſine Adiunctis, vt per Armendar. *d. tit.* 6. *de viſitat. n.* 60. *& d. l.* 7. *de Epiſcopis num.* 91. *in princip.* Ludou. à Sarauia *d. tractat. quæſt.* 23. *ex num.* 2. Cuius tamen contrarium reſoluunt Aloyſ. Ricc. *d. collect.* 751. *& in praxi aurea reſolut.* 39. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum prael.* 21. *in princ. num.* 13. *ſecundum Romanum impreſſ.* Ego ipſe *d. alleg.* 73. *num.* 10. quorum opinio procedit in Capitularibus; prior verò in his, qui non ſunt de Capitulo, ſed habent vocem in Capitulo, vt ex multis intelligit Ludou. à Sarauia *d. q.* 23. *ex num.* 4. ſubdens quòd licet Portionarij, & dimidij Portionarij in Eccleſiis Corduben. Carthaginen. Hiſpalen. Calaguritan. & Calciaten. habeant vocem in Capitulo, tamen in electionibus, prouiſionibus, & ad effectum Coniudicum pro Capitularibus non habentur ex iis, quæ Gonzal. *gloſſ.* 43. *num.* 45. Rot. *deciſ.* 708. *num.* 2. *&* 3. *part. recent.* [& faciunt quæ ſuprà dixi poſt *num.* 3.]

28 In cauſa Oriol. quæſitum fuit *primò*, an ſi iudex ſecularis volens perquirere, & extrahere delinquentem ex priuata domo Canonici, ex vrbanitate imploret auxilium Epiſcopi, teneatur deſuper adhibere coniudices? *Secundò*, an ſi de facto coniuges ſe intromittant, & turbent in hoc iuriſdictionem Epiſcopi, poſſit ipſe procedere prout de iure cōtra huiuſmodi perturbatores? *Tertiò*, dato quod Epiſcopus poſſit procedere contra prædictos, an debeat adhibere in dicto iudicio alios coniudices à Capitulo eligendos, vel ſolus procedere? S. Cong. Conc. *die* 5. *April.* 1631. ad primum extra approbationem geſtorum ab Ordinario & ſecundùm ea, quæ proponuntur, reſpondit *Epiſcopum non teneri requirere conſenſum coniudicum.* Ad ſecundum *Epiſcopum poſſe contra dictos Coniudices procedere.* Ad tertium *teneri adhibere Coniudices.* Et nouiſſimè eadem S. Cong. Conc. *in Oriolen.* 27. *Mart.* 1632. *ad* 7. reſpondit *poſſe Epiſcopum ſolum ſine Adiunctis exigere rationem adminiſtrationis operum piorum ad curam Capituli ſpectantium, dummodo non procedat ad priuationem, vel aliàs criminaliter in forma iudicij.*

Poteſt quoq; ſine Adiunctis Epiſcopus procedere ad ſubtractionem fructuum, & ad multas ab eo impoſitas contra Canonicos habentes Capitulum eo tempore, quo diuina Officia celebrari debent, niſi cauſa aliqua vrgens in aliud tempus differri non patiatur, ead. S. Cong. Conc. *in d. Oriolen.* 27. *Mart.* 1632. *ad* 11 29

Poteſt ſimiliter Epiſcopus ſine Adiunctis procedere contra Canonicum ob non reſidentiam dum non procedit ad priuationem, ſed ad pœnas à S. Concil. præſcriptas, *ibid. ad* 13. 30

[Vtrùm autem Epiſcopus teneatur viſitare Capitula Eccleſiarum Cathedralium per propriam perſonam, vel viſitationem poſſit committere ſuo Vicario? Vide latè diſputantem Ioan. Sanci. *in ſelectis diſp.* 50. *per tot. in* 2. *part.*] 31

CAPVT XXIX.

De Canonicorum Coadiutoribus.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutoriæ in Dignitatibus, Canonicatibus, & Portionibus Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum à tempore Sixti V. conceduntur à ſolo Papa.*
[*Coadiutoria in prædictis caſibus conceditur propter infirmitatem. ibid.*
Vel propter ſenectutem, ibid.]

2 *Coadiutoris poteſtas à forma coadiutoriæ pendet.*

3 *Coadiutores cum futura ſucceſſione non ſunt Beneficiarij interim dum viuunt coadiuti, nec habent ius nec titulum in beneficio.*

4 Coadiutoria cum futura ſucceſsione non ſunt verè, & propriè beneficia.

5 Papa coadiutoriam concedendo non prouidet abſolute de beneficio, ſed neceſsitati Eccleſiæ.

6 Coadiutor Canonicatuum futura ſucceſsione vocatur Canonicus factus.

7 Canonicatus non vacat per obitum coadiutoris.

8 Coadiutoria poſt mortem coadiuti continet gratiam coadiutoris, & non ſubiacet publicationi.

9 Coadiutoria licet ſimilis ſit reſignationi, eſt tamen quid diuerſum ab illa.

10 Coadiutor conſequi non poteſt fructus ex beneficio coadiuti.

11 Diſtributiones quotidianas abſente coadiuto lucratur coadiutor ad fauorem coadiuti.

12 Coadiutor quando aliunde habet vnde ſe valeat decenter ſuſtentari, diſponitur nonnunquam, quòd nihil prorſus percipere debeat de fructibus, aut diſtributionibus.

13 Officium Canonicum recitare non tenetur coadiutor, ſed proprietarius.

14 Fidei profeſsionem emittere non tenetur coadiutor, niſi cùm fuerit ſucceſsionis locus.

15 Coadiutor non tenetur ad reſidentiam præſam, ſed cauſatiuam.

16 Diſtributiones non lucratur coadiutor, excommunicato coadiuto.

17 Coadiutores interuenientes non poſſunt lucrari fructus Præbendæ pro Præbendatis coadiutis Eccleſiæ Carthaginen. pro tempore, qui dicti eorum coadiuti culpabiles reperti manſerint carcerati.

18 Poſſeſsionem verè non capit, coadiutor niſi poſt ceſſationem coadiutoriæ.

19 Poſſeſsio prima capta viuente coadiuto non ſufficit, eſt enim poſt illius mortem noua capienda.

20 Coadiutor debet habere locum captæ poſſeſsionis poſt mortem coadiuti, & non locum captæ poſſeſsionis viuente coadiuto.

21 Poſſeſsio ab obitu coadiuti numeranda eſt quamuis prior poſſeſsio accederet ad annos viginti.

22 Coadiutor ſedere debet in vltimo loco poſt omnes Canonicos.

23 Coadiutores antianitatem non à die coram admiſsionis, ſed à ceſſationis coadiutoriæ die adipiſcuntur.

24 Coadiutores quando aliquas functiones faciunt, quæ pertinent ad ſuos coadiutores, debent illas facere in nouiſsimo loco.

25 Canonicis quamuis poſterius prouiſis competit præcedentia ſupra coadiutores, niſi aliud in forma coadiutoriæ caueatur quacunque conſuetudine in contrarium non obſtante.

26 Statutum diſponens quòd coadiutores gradatim aſcendant, & præcedant poſteros Canonicos non eſt obſeruandum.

27 Coadiutor in Dignitate abſente, vel impedito coadiuto ſuo præcedit omnibus Canonicis, & ei competit ſtallum in quo ſedere deberet coadiutus, & functiones facere, quas obiret proprietarius ſi aderat.

28 Coadiutor non intelligitur comprehenſus in ſtatuto, quòd ex aliqua cauſa iubilare facit Canonicos.

29 Coadiutor non ſibi optat, ſed coadiuto.

30 Coadiutor in ingreſſu non debet fabricæ ſoluere, quod eſt conſuetum ſolui per Canonicos de nouo ingreſſos.

31 Iudex Apoſt. ſeu delegatus Papæ, aut Iudex Synodalis eſſe non poteſt coadiutor.

32 Coadiutor non gaudet priuilegiis, & indultis de percipiendis fructibus in abſentia.

33 Coadiutor non tenetur ad onera Canonicorum iuniorum, licèt teneatur ad onera ſui coadiuti.

34 Canonicus iunior iuxta conſuetudinem Eccleſiæ Elboren. debet ſupplere vices hebdomadarij abſentis, vel impediti, & non coadiutor.

35 Coadiutor non tenetur ad pœnas iudiciales, & quæ non haberent rationem mulctæ ordinariæ impoſitas ob culpam coadiutoris.

36 Coadiutor non tenetur tempore conceſsionis coadiutoriæ habere Ordinem Presbyteralem vbi ſtatuto Eccleſiæ cautum fuerit, quòd Canonicus actu ſit Sacerdos tempore promotionis.

37 Coadiutor non tenetur ſe promoueri facere intra annum ad Ordinem requiſitum ſi nunquam reſedit, ſeu inſeruiit.

38 Coadiutor datus Canonico non ordinato iuxta formam ſtatuti requirentis Ordinem Subdiaconatus, ſub pœna amiſsionis certæ partis fructuum, non lucratur fructus, & diſtributiones pro coadiuto ſi ipſe coadiutor eſt Ordinatus ad formam ſtatuti.

39 Coadiutoria ad titulum non poteſt coadiutor ordinari.

40 Coadiutor non poteſt exercere officia, ad quæ coadiutus electus eſt.

41 Diſtributiones quotidianæ debentur Canonico coadiuto abſente, vel non ſeruiente coadiutore.

42 Habitum, & tonſuram clericalem tenetur deferre coadiutor, & fori priuilegio gaudet.

43 Coadiutor gaudet regula de annali, & trienali poſſeſſore.

44 *Coadiutor poteſt gaudere menſibus datis cauſa recreationis, & illos conſumere ſicut principalis.*

45 *Coadiutus impedito, ſeu infirmo coadiutore, an teneatur inſeruire ſi habilis ſit ad effectum lucrandi diſtributiones, oſtenditur.*

46 *Coadiutor excommunicato exiſtente principali poteſt inſeruire, & reſidere in Eccleſia, & lucratur partem, ſeu portionem ſibi aſsignatam pro congrua.*

47 *Coadiutor tenetur habere qualitates requiſitas ad obtinendam præbendam.*

48 *Coadiutores debent eſſe conſtituti in illa ætate, quæ ad illud obtinendum beneficium requiritur.*

49 *Coadiutor ex quo reſidet, & inſeruit, debet promoueri infra annum ad Ordinem ſuæ Præbendæ annexum.*

50 *Coadiutor extra Eccleſiam Cathedralem in abſentia coadiuti tanquam verus, & proprius Canonicus quoad præeminentias cenſendus eſt.*

51 *Coadiutor tenetur facere mentionem de obtentis beneficiis, quæ habet.*

52 *Coadiutor, quamuis non ſit in Sacris conſtitutus, poteſt omnia, & ſingula facere, & exercere, quæ ſine Paramentis ſacris cum cappa, & cotta facere poſſet coadiutus ſi præſens eſſet.*

53 *Coadiutori tenentur Canonici inſeruire, & miniſtrare prout tenentur inſeruire proprio Canonico coadiuto in omnibus functionibus Canonicalibus.*

54 *Coadiutor ſeruiens pro coadiuto, an debeat exire de Capitulo in quo agitur de negotio ipſius coadiuti, oſtenditur.*

1 QVAMVIS Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 7. *verſ. in coadiutoriis*, ſtatuerit vt nemini in quibuſcunque beneficiis eccleſiaſticis permitterentur perpetuæ, & irreuocabiles coadiutoriæ cum futura ſucceſſione, & iuxta illius diſpoſitionem fuerit ſic inuiolabiliter obſeruatum vſque ad tempus Sixti V. tamen ab eo vſque ad hæc tempora conceſſæ fuerunt, & conceduntur in Dignitatibus, Canonicatibus, & Portionibus Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum, a ſolo ſcilicet Papa, & non ab alio, quamuis ſit Legatus, ſeu Nuncius, vt per Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib* 6. *q.* 5. *num.* 15. *& lib.* 7. *q.* 20. *num.* 14. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 5. §. 9. *num.* 91. Monet. *de diſtrib. quotid. part.* 2. *q.* 1. *num.* 33. Nicol. Garc. *de benef. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 19. Campan. *in diuerſ. Iuris Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 105. *prope fin.*

[Coadiutoria in prædictis caſibus conceditur, propter infirmitatem: Verall. *par.* 1. *deciſ.* 130. *num.* 1. *&* 2. vel propter ſenectutem, nam ſi dicta ſit propter ingrauaſcentem ætatem, verificanda eſt in ætate ſexaginta annorum, & quando datur propter ſenium tantùm, debet probari ætas ſeptuaginta annorum, idem Verall. *d. p.* 1. *deciſ.* 129. Si verò conceſſa ſit coadiutoria propter ingraueſcentem ætatem, iunctis infirmitatibus, verificatur in anno quinquageſimo quinto, ex eodem Verallo *d. p.* 1. *deciſ.* 130. *in princ.* refert Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſion. p.* 6. *collect.* 2218. *in princ.* & *collect.* 2425. *etiam in princ.*

Licèt coadiutoria, & futura ſucceſſio ſint gratiæ diuerſæ & ſeparatæ, Puteo. *deciſ.* 98. *lib.* 2. *& deciſ.* 225. *num.* 19. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 349. *num.* 5. *p.* 2. *recentiſsim. in poſthumis*, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 25. *num.* 29. tamen ſunt ſubordinatæ cùm futura ſucceſſio abſque coadiutoria non detur per Papam propter expectatiuas prohibitas à Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 7. & ideò mortuo coadiuto de tempore datæ non ſolùm corruit coadiutoria, & eſt nulla à principio, cùm mortuo non detur coadiutor, nec mortuus pro ea ſupplicet, ſed corruit etiam futura ſucceſſio, quæ ab illa dependet, & datur ratione coadiutoriæ, Rota *d. deciſ.* 349. *num.* 7. *cum ſeqq.*]

Coadiutoris poteſtas (cùm à forma dationis coadiutoriæ pendeat, vt ex Pauin *de Viſitat. part.* 1. *q.* 2. *num.* 32. refert Flamin. Pariſ. *d. tract. lib.* 7. *q.* 20. *num.* 19) & capiatur, ante omnia eſt inſpiciendus tenor litterarum, ex Gonzal. *d.* §. 9 *num.* 94. ideò videndum qualiter his temporibus deputari ſoleat, vt exinde colligamus, quæ ſit eius auctoritas, & officium, ac obligatio. Per huiuſmodi igitur coadiutoriam nunc conſtituitur quis & deputatur alteri in coadiutorem perpetuum, & irreuocabilem in regimine, & adminiſtratione Dignitatis, ſeu Canonicatus, & Præbendæ, quos ille obtinet in ſpiritualibus, & temporalibus cum plena, libera, & omnimoda facultate, auctoritate, & poteſtate omnia, & ſingula, quæ ad huiuſmodi coadiutoris officium de iure, vel conſuetudine, aut aliàs quomodolibet ſpectant, & pertinent, faciendi, gerendi, exercendi, & procurandi, ita quòd durante coadiutoris officio huiuſmodi talis coadiutor coadiuto abſente vice, & loco illius eidem Eccleſiæ vti Canonicus, ſeu Dignitas deſeruire, ſtallúmque in choro, & locum, ac vocem in Capitulo, proceſſionibus, & aliis actibus eiuſdem Eccleſiæ habere, necnon omnes, & ſingulas prærogatiuas, præeminentias, & honores, quos principalis ratione Canonicatus, aut Præbendæ, ſeu Dignitatis habet, & ſi præſens adeſſet, haberet, atque omnia, & ſingula fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, diſtri- 2

butiones quotidianas, & alia emolumenta
quæcunque etiam anniuerſaria, manualia, &
alia quomodolibet nuncupata in quibuſuis
rebus conſiſtentia, quæ per ipſum principa-
lem, ſi perſonaliter diuinis Officiis tam diur-
nis, quàm nocturnis in eadem Eccleſia inter-
eſſet, lucrifieri, & percipi poſſint in omnibus,
& per omnia, abſque vlla prorſus differentia
pro eo lucrari, & percipere liberè, & licitè
valeat. Solet tamen opponi clauſula, quòd
non poſſit, neque debeat coadiutor niſi de
ipſius principalis conſenſu, & voluntate, in
dicto regimine, & adminiſtratione quouis
modo ſe intromittere, aut immiſcere, neque
prætextu coadiutoriæ quouis titulo, ſeu cauſa
quicquam petere, ſeu exigere. Et deinde di-
citur, quòd cùm primum tale beneficium per
ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamuis aliam di-
miſſionem, vel amiſſionem coadiuti, vel alio
quouis modo vacare contigerit, & ſic eodem
coadiutoriæ officio ceſſante conferatur, &
aſſignetur eidem N. & in corporalem poſſeſ-
ſionem illius, & annexorum, iurium, & per-
tinentiarum, auctoritate Apoſtolica induca-
tur, & defendatur. [Vt enim excludatur vo-
tum captandæ mortis, ſuper qua eſt fundata
reprobatio expectatiuarum, *cap. 2. de conceſſ. præbend. in 6.* exigitur conſenſus, & requiſitio
coadiuti, per quem conſenſum amaritudo
iſta excluditur, Rota apud Pute. *deciſ.* 478.
col. vlt. verſ. nam licèt iſta gratia lib. 2. in nou.
Lotter. *de re benef. lib. 29. c. 25. num. 20. cum ſeqq.* & hæc eſt ratio, cur in coadiutoris
huiuſmodi habet locum *reg. 44. de præſtandu conſenſ.* vt aduertit Gonzal. *gloſ. 5. §. 9. num.*
10. vbi, *num. 48. cum ſeqq.* ſubdit exigi etiam
litteras commendatitias aut Epiſcopi, aut
Capituli, ſuper qualitatibus coadiutoris, &
indulgentia Eccleſiæ. Vnde conſequitur quòd
ſi mortuo coadiuto opponat ſe prouiſus ex
ea vacatione ab Ordinario, teneatur ipſe
coadiutor iuſtificare cauſam coadiutoriæ in
litteris expreſſam, neque aliter intret re-
ſeruatio, vel affectio ad eius fauorem, cuius
rei ea eſt ratio, quia Papa mouetur ſola in-
tuitu Eccleſiæ, propter neceſſitatem, vel eui-
dentem eius vtilitatem, non autem intuitu
alicuius perſonæ, quia cauſa non ſubſiſtente
intrat defectus mentis, ceſſatque omnis affe-
ctio, ex Lotter. *d. lib. 2. q. 25. num.* 33. Cùm
ergo vtraque gratia æquè principalis, coad-
iutoris ſcilicet, & futuræ ſucceſſionis pendeat
à cauſis narratis Papæ, ideò ſi de tempore
datæ mortuus iam ſit coadiutus, ſicut gratia
coadiutoriæ (quæ ipſius fauorem reſpicit, fit-
que ad eius preces) ipſo iure nulla eſt. *l. Neratius ff. de reg. iuris*; ita nulla quoque eſt
gratia prouiſiua illi ſubordinata, & ab ea de-
pendens, vt reſoluunt Garc. *de beneſ. p. 5. cap. 5. num.* 130. *&* 131. Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 25.
num. 46. & 47. Rota *in Seguntina Canonica-tus* 26. *Nouembris* 1616. coram bonæ mem.
Patriarcha Manzanedo. Clauſ. enim, *etiamſi nunc actu vacet*, refertur ad omnes alios mo-
dos vacandi, quàm ad hanc per obitum, ne
videatur contradicere expreſſioni quòd coad-
iutor viuat, & ſupplicet, Achil. *deciſ.* 1 *de prebend.*]

Condiutores igitur cum futura ſucceſſio- 3
ne [viuentibus coadiutis poſſeſſionem bene-
ficiorum non habent ex propria perſona, cùm
illam habeant coadiuti, & duo in ſolitum
eandem rem eodem reſpectu poſſidere non
valeant. *l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſſ.*
quòd autem coadiutor coadiuto viuente non
dicatur poſſidere, tradit Garc. *de benefic. p. 4. cap. 5. num. 76. & 90. ad fin.* Rota *deciſ.* 410.
num. 3. & 4 p. 2. recentiſſim.] non ſunt enim
coadiutores Beneficiary interim dum viuunt
coadiuti, nec habent ius, [nec titulum in be-
neficio, ſed tantùm exercitium & admini-
ſtrationem, ius autem reſidet penes coadiu-
tum, Hoſt. *in cap. de Rectoribus, in verb. animarum*, & *ibi* Ioan. Andr. *verb. curam habeat*,
Card. *num.* 1. Aman. 2. Anchar. 3. Panor. *vlt. de cleric. ægrot.* Rot. *d. deciſ.* 410. *num.* 5.]
Nau. *in cap. ſi quando, de reſcript. prel. 5. num.* 10. *& in tract. de Orat. cap. 20. num.* 18. Lu-
dou. à Sarauia *in tract. de iuriſd. Adiunctorum q. 29. num.* 44. Rot. *deciſ. 456. num. 9. par.* 1.
recent. [Lotter. *d. lib. 2. q. 25. num.* 30. vbi
quòd coadiutor nullum penitus habet ius in
beneficio, vel reſpectu tituli, vel reſpectu
poſſeſſionis, vnde ſi præmori cum contingat,
beneficium non remanet affectum, quominus
Ordinarius illud prouideat, Pute. *deciſ.* 225.
num. 18. lib. 3. Gonzal. *gloſ. 52. num.* 44 Garc.
p. 1. cap. 1. §. 2. num. 174.] quia † coadiuto- 4
riæ huiuſmodi non ſunt verè, & propriè be-
neficia, ſecundùm Abb. *in cap. de rectoribus, de clerico ægrot.* Petr. Gregor. *de re benef. cap. 11. num.* 2. Gonzal. Mendez de Vaſconcellus
diuerſor. iuris argumentor. lib. 4. cap. 1. num. 8.
Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 2. q.* 4.
Gonzal. *d. gloſ. 5. §. 9. num. 40. & 64. cum ſequentib.* Anton. Fabric. *in theorica de re benefic. titul. de officiis, & admin. num. 20. cum ſeq.*
Sebaſt. Cæſar. *in relect. de Eccleſiaſt. hierarchia par. 4. diſput. 14. §. 9. à princip.* Nam
† Papa coadiutoriam concedendo, non pro- 5
uidet de beneficio, illud abſolutè conferendo,
ſed ad effectum prouidendi neceſſitati Eccle-
ſiæ, Burat. *deciſ.* 78.

Vnde coadiutorem Canonici cum futura 6
ſucceſſione vocari Canonicum fictum, tra-
dunt Gonzal. *d. gloſ. 5. §. 9. num.* 170. Monet.
d. tr. de opt. Canon. quæſt. 8. num. 143. Ludou. a
Sarauia *d. tract. de iuriſd. Adiunctor. q.* 29.
num. 33. [Rota *d. deciſ. 410. num. 6. in princip. p. 2. recentiſſim.* vbi, *num.* 7. reſpondet ad
verba

verba litterarum coadiutoriæ, per quę videtur apparere quòd coadiutor ſtatim ab ipſa conceſsione efficitur verè, & non fictè Canonicus. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 2. *num.* 11.

7 Hinc etiam Canonicatus non vacat per obitum coadiutoris, ſed ſolummodo per ceſſum, vel deceſſum coadiuti, & tunc incipit habere ius ipſe coadiutor, non tanquam coadiutor, ſed tanquam nouus Canonicus, & diuerſa perſona, nec dicitur continuare ius, ſed nouiter acquirere, *gloſ. fin. in cap. grandi, de ſuppl. negl. Præl. lib.* 6. Nicol. Garcia *d. p.* 405. *cap.* 75. Rota *d. deciſ.* 410. *num.* 5.] Pute. *deciſ.* 225. *num.* 3. *lib* 3. *in correctis*, Caualer. *deciſ.*
8 116. *num.* 5. & † coadiutoria poſt mortem coadiuti continet gratiam coadiutoris, ex Pute. *d. deciſ.* 225. *num.* 6. *lib.* 3. *& deciſ.* 98. *lib.* 2. Gonzal. *d. gloſſ.* 5. §. 9. *num.* 53. *& ſeqq.* Moner. *d. quæſt.* 8. *num.* 143. ac proinde non ſubiacet publicationi. Ludou. à Sarauia *d. q.*
9 29. *num.* 25. † Licèt enim ſit ſimilis reſignationi, eſt tamen quid diuerſum ab illa, Rot. *deciſ.* 10. *num.* 3. *lib.* 3. *part.* 3. *diuerſ.* Gonzal. *d.* §. 9. *num.* 69. Caualer. *d. deciſ.* 116. *num.* 4. [Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 25. *num.* 23. vbi, *num.* 42. *cum ſeqq.* ex Rota *in Tyraſſonen. coadiutoriæ* 8. *Nouemb* 1598. coram Penia, ſubdit quòd effectus huius gratiæ antequam vacet beneficium permaximus is eſt, vt ſcilicet inde cenſeatur ius ad rem in eo quæſitum ipſi coadiutori, in tantum vt ſuccedente vacatione non egeat noua collatione, etiam quòd non cœperit exercere officium coadiutoriæ, vel quòd per ipſum ſteterit, quominus exercuerit, impeditur enim hinc ne alteri conferri poſſit beneficium. Seraphin. *deciſ.* 1447. *num.* 4.]

10 Hinc prouenit, quòd coadiutor conſequi nun poteſt fructus ex beneficio coadiuti, Nau. *conſ.* 2. *num.* 3. *de cleric. ægrot.* Ludou. à Sarauia *d q.* 29. *num.* 26. Rot. *deciſ.* 285. *lib.* 3. *p.* 3.
11 *diuerſ.* † Sed lucratur etiam diſtributiones quotidianas abſente coadiuto ad vtilitatem coadiuti, vt cenſuit Sacra Rituum Congreg. *in vna Colimbrien.* 16. *Septembris* 1606. *in dub.* 6. *& in alia Elboren.* 15. *Aprilis* 1606.
12 Et ideò † quando coadiutor habet aliunde vnde ſe valeat decenter ſuſtentare, diſponitur nonnunquam quòd nihil prorſus percipere debeat de fructibus, nec de diſtributionibus, prout fuit in caſu, in quo Nauarr. conſuluit *d. conſ.* 2. *num.* 3. & ſæpe aliàs fit. Et interdum mandatur dari centum ducatos, & aliquando plus, vel minus, prout partes ſe conueniunt ante porrectam ſupplicationem, habita ſemper conſideratione ne coadiutor egeat, refert Gonzal. *d. gloſ.* 5. §. 9. *num.* 96. quia aliàs coadiutor poſſet petere à coadiuto congruam ſuſtentationem, ſi deſeruiat vti coadiutor, Nau. *d. conſ.* 2. *num.* 1. *& 7. & de Orat. cap.* 20. *num.* 18. Nicol. Garc. *d. par.* 4. *cap.* 5. *in addit. ſub num.* 130. *dub.* 36. niſi aliud caueatur in coadiutoria huiuſmodi, in qua hodie conſuetum eſt poni clauſula, quia partes ita conueniunt quòd coadiutor non poſſit petere congruam, nec quicquam exigere quouis titulo rationè coadiutoriæ, vt ipſe teſtatur Garc. *vbi proximè*, ſubdens id procedere etiamſi non narretur coadiutorem habere beneficium, ſeu vnde ſe valeat ſuſtentare, quamuis ſi coadiutor ob paupertatem magnam non valeat decenter ſeruire Eccleſiæ, poſſet excuſari à ſeruitio, nec principalis poſſit illum arctare, ſeu compellere, niſi dando ei aliquid, quo decenter, & honeſtè valeat deſeruire.

Nec tenetur ad Officium Canonicum re- 13
citandum, ſed proprietarius, vt per Campeg. *de coadiutore Epiſcopi*, *num.* 8. Nau. *in cap. ſi quando, præl.* 5. *num.* 10. *de reſcript. & de Orat. cap.* 20. *num.* 18. Gambar. *de offic. Legati à latere lib.* 4. *num.* 285. Redoan. *de Simon. part.* 2. *cap.* 28. *de Rectorib.* Soar. *de Relig. tom* 2. *tract.* 4. *lib.* 4. *cap.* 22. *num.* 19. Molfeſ. *in ſumma Theologiæ mor. tract.* 6. *cap.* 2. *num.* 44. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 4. *quæſ.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *num.* 41. Nicol. Garc. *de benef. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 109. Malder. *de virtut. tract.* 10. *cap.* 2. *dub.* 3. *q.* 2. Oliuer. Bonart. *de oblig. horarum Canon. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 26. Bonacin. *de horis Canon. diſput.* 1. *q.* 2. *puncto* 3. *num.* 15. Squillante *de obligat. Clericor. p.* 1. *à num.* 14. Ludou. à Sarauia *d. quæſt.* 29. *num.* 24. Paul. Layman. *in Theologia moral. lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 5. *num.* 8. *in fine*, Sebaſt. Cæſar. *d. diſp.* 14. §. 9. *num.* 3.

Nec tenetur ad Fidei profeſſionem, niſi 14
cùm fuerit ſucceſſioni locus, vt contra Acoſtam de Andrada *ad Bullam Cruciatæ. quæſt.* 73. reſoluunt Nicol. Garc. *de benefic. parte* 3. *cap.* 3. *num.* 16. Ludou. à Sarauia *d. quæſt.* 29. *num.* 37. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, parte* 3. *allegat.* 61. *num.* 13. me citato Squillante *de priuilegiis cleric. cap.* 4. *num.* 79.

Nec tenetur ad reſidentiam præciſam, ſed 15
cauſatiuam, id eſt, vt de bonis ſuis ſatisfaciat pro intereſſentia non ſoluta, ita Gonzal. Mendez de Vaſconcellos *d. cap.* 1. *num.* 8. Gonzal. *d. gloſ.* 5. §. 9. *num.* 63. me citato Ludou. à Sarauia *d. q.* 29. *num.* 27. etiam caſu, quo coadiutor propter infirmitatem, vel aliàs legitimè impeditus non teneretur alioquin reſidere, aliàs enim amittentur diſtributiones quotidianæ, quæ punctantur coadiuto in damnum ipſius coadiutoris, vt cenſuit S. Rituum Congreg. *in Elboren.* 15. *Aprilis* 1606. *& in Patau.* 8. *May* 1617. *& in Ceneten.* 4. *Aprilis* 1620. [Vnde Rota *deciſ.* 276. *num.* 3. *p.* 1. *recentior.* reprobat Nauarrum *conſ.* 2. *incip. Præſuppoſito, num.* 4. *de cleric. ægrot.* reſoluentem coadiutorem non teneri reſidere, licèt poſsit ſi velit: & addit Nauarrum hoc dicere, quia in illo

caſu

caſu coadiutoria habebat curia reſidentiam & ſeruitium verba facultatiua, *poſsis*, &c. non autem verba neceſſitatis, *debeas*, *& tenearis*: deinde, quia in caſu Nauarri nihil omnino erat coadiutori reſeruatum, ſecus quando plura emolumenta fuerunt attributa: demum quòd dictum conſilium Nauarri non videtur verum, quia ſecundùm illum intellectum gratia coadiutoriæ eſſet quodammodo ſimplex expectatiua, quæ per Sacrum Concil. prohibita eſt. refert nouiſſimè Theodoſ. de Rub. *ſingular. Rota tom. 2. p. 3. verb. Nauarrus, pag.* 203. vbi atteſtatur Sacram Rituum Congreg. reprobaſſe dictum conſilium Nauarri.]

16 Nec lucratur diſtributiones excommunicato coadiuto, Gonzal. *d. gloſſ.* 5. §. 9. *ex num.* 123. Ludou. à Sarauia *d. q.* 29. *num.* 38. Nicol. Garc. *d. par.* 4. *cap.* 5. *num.* 86. vbi, *num.* 85. ſubdit quòd ſi fortè coadiutori aliquid de fructibus, ſeu diſtributionibus aſſignatum ſit pro congrua, ſeu ſeruitio, vt aliquando fit, id ſibi poterit lucrari, non obſtante excommunicatione principalis, quæ ſibi, non alteri debet nocere. Sed pulcher caſus ſe offert reſol-
17 uendus. † Conſtitutione Eccleſiæ Carthaginen. cauetur, vt quotieſcunque occurrerit, quod aliquis Capitularis eiuſdem Eccleſiæ carceretur, ſi repertus fuerit culpabilis, non lucretur fructus ſuæ Præbendæ pro tempore, quo manſerit carceratus. Verùm, quia datur caſus, vt quandoque Capitulares prædicti habeant coadiutores, qui inſeruiendo Diuinis interſunt durante carceratione dictorum Capitularium, ideò fuit dubitatum in Sacra Congreg. Concilij an tales coadiutores inſeruientes poſsint lucrare fructus Præbendæ pro Præbendatis coadiutis pro tempore qui dictis eorum coadiuti culpabiles reperti manſerint carcerati? Eadem S. Congr. *die* 25. *Decemb.* 1618. cenſuit *coadiutum non poſſe percipere fructus prædictos.*

18 Nec verè capit poſſeſsionem niſi poſt ceſſationem coadiutoriæ, Rot. *deciſ.* 456. *num.* 6. *p.* 1. *recent.* Ludou. à Sarauia *d. q.* 29. *num.*
19 51. non enim ſufficit † prima capta poſſeſſio viuente coadiuto, vt declarauit Sacra Rituum Congreg. *in Patauina* 30. *Ianuary* 1616. *& in d. Colimbrien.* debet enim poſt mortem coadiuti noua capi, eadem Sacra Congreg. *in Patauina* 0. *Iuny* 1616. [nam ſi ſuperſit, eget noua apprehenſione poſſeſſionis, Rot. *deciſ.* 637. *num.* 4. *p.* 1. *recentior.* Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 25. *num.* 32. quia cùm prius careret titulo, non potuit ſibi poſſidere, *reg. beneficium*, *de reg. iuris in* 6.] & ideo *in vna Terulen.* 21. *Mar-*
20 *tij* 1609. cenſuit *quòd † coadiutor debet habere locum captæ poſſeſsionis poſt mortem coadiuti, & non locum captæ poſſeſsionis viuente coadiuto,* & *in alia Bergonen.* 7. *Auguſti* 1627. cenſuit
21 *† poſſeſsionem ab obitu coadiuti numerandum eſſe, quamuis prior poſſeſsio accederet ad annos* 20. Rota *d. deciſ.* 410. *num.* 5. *in fine*, *p.* 2. *recentiſsim.*

Nec ei aſſignatur eadem ſedes principalis 22
coadiuti, ſed ſedere debet vltimo loco poſt omnes Canonicos, prout deciſum referunt Gonzal. *d. gloſ.* 5. §. 9. *num.* 101. *&* 109. *cum ſeqq.* Monet. *de opt. Canon. cap.* 4. *q.* 8. *ex num.* 141. Nicol. Garc. *d. parte* 4. *cap.* 5. *ex num.* 66. Sebaſt. Cæſar. *d.* §. 9. *num.* 6. [Hermoſil. *ad Greg. Lop. gloſ.* 2. *prol. part.* 5. *num.* 22. *&* 23. Diana *reſol. moral. par.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 88. Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 25. *num.* 37. *&* 38. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *cap.* 4. *à num.* 57. Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 107. *in fine*, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 106. *num.* 39. D. Contelor. *de præcedent. num.* 50. nouiſſimè Mich. Ferrus *de præcedent. Eccleſ. q.* 15. *num.* 2. & Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 137. Rot. *d. deciſ.* 157. *& deciſ.* 637. *p.* 1. *recent.* Ludou. à Sarauia *d. q.* 29.
num. 41. vbi tenet † coadiutores antianitatem 23
non à die eorum admiſſionis, ſed à ceſſationis coadiutoriæ die adipiſci. [Rota *in Tarraconen. coadiutoria*, coram Penia, impreſſa per Marcheſ. *de commiſſ. p.* 1. *pag.* 466. vbi habetur coadiutori aſſignandam eandem illam ſedem, in qua reperiebatur tempore obitus coadiuti.]

Et quòd coadiutores viuentibus coadiutis 24
ſedere debent in vltimo loco poſt omnes Canonicos, & quãdo aliquas functiones faciunt, quæ pertinent ad ſuos coadiutos, vt cantare Lectiones, præintonare Antiphonas, &c. pariter debent illas facere in nouiſſimo loco, cenſuit S. Rituum Congreg. *in d. Colimbrien.* 16. *Septembris* 1606. *in* 4. *dub. & in Patauina* 3. *Decembris* 1616. *Brunduſin.* 18. *Martij* 1617. *Caſalen.* 15. *Iulij eiuſdem anni, &* 10. *Decembris* 1619. *Vicentin.* 18. *Aug.* 1618.

Competit igitur præcedentia Canonicis 25
quamuis poſteriùs prouiſis, niſi aliud in forma coadiutoriæ caueatur, quacunque conſuetudine in contrarium non obſtante; eadem Sacra Congreg. *in d. Colimbrien.* 16. *Septembris* 1606. *in* 2. *dub. Taurinen.* 10. *Nouembris* 1612. *&* 13. *Iunij* 1614. *Brunduſin.* 18. *Martij* 1617. *Elnen.* 20. *Aprilis* 1619. *Tiranoſen.* 13. *Iuly eiuſdem anni*, *Dertonen. & Cæſarauguſtana* 26. *Septembris* 1620. *Bellunen.* 23. *Ianuarij* 1621. *Taruiſin.* 29. *May eiuſdem anni. Calaritana* 18. *Auguſti* 1629. vbi fuit reſolutum *coadiutoribus nullam deberi ab aliis Canonicis præcedentiam, Caſalen.* 10. *Decembris* 1619. vbi *fuit dictum ſtatutum Eccleſiæ Caſalen. diſpo-*
nens, quòd † coadiutores gradatim aſcendant, & 26
præcedant poſteriùs Canonicis, vti Iuri Canonico aduerſans ſeruandum non eſſe, ſed coadiutores poſt omnes ſedere debere. Et iterum *in Elnen.* 7. *Auguſti* 1621. fuit reſolutum

coad

coadiutori non deberi eundem locum, quem vigore ſtatuti auctoritate Apoſtolica minimè confirmati, nec conſuetudinis haud legitimè præſcriptæ habebat tempore coadiuti, ſed illum cedere debere omnibus Canonicis proprietatis ingreſſis durante eius coadiutoria. [Ratio autem eſt, quia, vt ſuprà vidimus, *num.* 3. coadiutor coadiuto viuente non dicitur poſſidere, & ad hunc effectum conſequendæ antianitatis, non tempus prouiſionis, ſed captæ poſſeſſionis attenditur. *l.* 1. vbi Ioan. de Platea *C. de conſul. lib.* 12. Boer. *de auctor. magni Concil. num.* 81. Mohed. *deciſ.* 11. *ante num.* 1. *verſ. nam cum lotus, de renunc. & deciſ.* 25. *in fine, de præbend.* Rebuff. *in tract. nominat. q.* 21. *num.* 4. Gonzal. *ad reg. Cancel.* §. 3. *proœm. num.* 25. *cum ſeqq.* Nicol. Garc. *d. p.* 4. *cap.* 5. *num.* 77. tum etiam, quia, vt dictum eſt *num.* 6. coadiutor viuente coadiuto non eſt verè Canonicus, ſed fictè, & propterea veris Canonicis præferri non debet, quia minor eſt Dignitas proueniens ex fictione, quàm ex veritate. Bald. *in l. quoties, num.* 3. *verſ. nota quòd minor, C. vbi ſenat. vel clariſſ.* & in concurſu maior ſemper debet præcedere minorem, *cap.* 1. *& cap. ſoluta, de maior.* vnde rectè Gemin. *conſ.* 138. *num.* 1. *in fine & ſeqq.* reſpondit Canonicos veros fictis eſſe præferendos.]

27 Verùm vbi coadiutor in Dignitate eſſet, abſente, vel impedito coadiuto ſuo, præcedit omnibus Canonicis, S. Congr. Rit. *in Neritonen.* 22. *Octobris* 1619. idémque prorſus ſtallum, quòd coadiutus, ſi præſens eſſet, obtineret, habere debet, vt cenſuit eadem S. Congr. *in Brunduſin.* 29. *May* 1621. Vnde cùm Stephanus Guerrerius prouiſus de coadiutoria Archidiaconatus primæ Dignitatis Neritonen. quæſiſſet ab eadem S. Rituum Congr. quo in loco debeat ipſe ſedere abſente Archidiacono coadiuto, item an ad ipſum ſpectet functiones, quas faceret idem Archidiaconus, ſi præſens eſſet, eadem S. Rituum Congreg. Eminentiſſ. Card. Creſcentio referente cenſuit *coadiutori ſupradicto iuxta formam litterarum coadiutoriæ competere locum, ſeu ſtallum in quo ſederet Archidiaconus coadiutus ſi præſens eſſet; necnon ad eundem coadiutorem ſpectare functiones, quas obiret idem Archidiaconus, ſi adeſſet, ſub die* 12. *Octobris* 1619. Cùm in Eccleſia Monopolitana ſint duo Primicerij, & inter eos ſeruetur quod vacante primo Primiceriatu ſecundus Primicerius ſubintret locum primi, & efficiatur primus, prouiſus verò in locum primi ſit ſecundus; orta fuit controuerſia inter ſecundum Primicerium, & coadiutorem primi, cui eorum abſente, vel impedito primo Primicerio coadiuto deberetur primus locus & præcedentia, S. Congreg. Rit. *die* 17. *Iuly* 1632. vtraque parte plenè informante cenſuit *in præſenti caſu ad relationem Eminentiſſ. Card. Pamphily durante coadiutoria abſente, vel impedito primo Primicerio, coadiuto primum locum, & præcedentiam deberi ſecundo Primicerio, non autem coadiutori primi Primicery; coadiutoria verò ceſſante, & facto loco futuræ ſucceſſioni ſecundum Primicerium effici primum, & in illius locum ſubintrare, coadiutorem verò effici ſecundum.* [Quicquid huiuſmodi coadiutores Dignitatum ponendos ante Canonicos, & in vltimo loco Dignitatum, crediderit Mich. Ferrus *d. q.* 15. *num.* 4.

An coadiutor Canonici Præbendæ Diaconalis, ſedere debeat ante Canonicos Subdiaconalis? vide Gauant. *in enchirid. Epiſcop. verb. coadiutor Epiſcopi, num.* 24. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 57. *&* 58. Diana *d. p.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 88. *verſ. ſed difficultas.*]

Nec intelligitur coadiutor comprehenſus in ſtatuto, quod ex aliqua cauſa iubilare facit Canonicos, eadem S. Congr. *in Elboren.* 15. *Aprilis* 1606. *in* 3. *dub.* quicquid dicat Garc. *d. cap.* 4. *num.* 89. [Verùm ſi coadiutus fuerit exemptus à reſidentia per iubilationem, poſſet ſe adiuuare huiuſmodi exceptione dum habet coadiutorem, vt faciat fructus, diſtributiones, & alia emolumenta ſua, etiamſi coadiutor non reſideat? vide Rot. *in Tarraconen. coadiutoria*, coram Penia, impreſſam per Marcheſ. *de commiſſion. p.* 1. §. 2. *pag.* 466. *num.* 2. vbi tentum fuit coadiutum non priuari priuilegio iubilationis iam quæſitæ; necnon priuilegium iubilationis non ſuffragari coadiutori, & demum coadiutum non perficere ſuam iubilationem per ſeruitium coadiutoris. Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 25. *num.* 40.] 28

Nec ſibi optat, ſed coadiuto, Monet. *de opt. Canon. q.* 8. *num.* 152. Ludou. à Sarauia *d. q.* 29. *num.* 31. & declarauit ead. S. Rit. Cong. *in d. Colimbrien.* 16. *Septembris* 1606. *in* 5. *dub.* [Gratia enim coadiutoriæ cum futura ſucceſſione non eſt impedimento quominus coadiutus, vbi viget ius optandi, poſſit indiſtinctè optare Præbendas, vt contra Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 38. *ex num.* 23. reſoluunt Garc. *p.* 4. *cap.* 5. *ex num.* 120. Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 25. *num.* 41. *&* 58.] 29

Nec in ingreſſu debet fabricæ ſoluere, quod eſt conſuetum ſolui per Canonicos de nouo ingreſſos, Nicol. Garc. *d. p.* 4. *c.* 5. *num.* 78. 30

Nec poteſt eſſe iudex Apoſt. ſeu delegatus Papæ, vel deſignari iudex Synodalis, quia ex dicendis coadiutor non eſt verè Dignitas, ſeu Canonicus, quamuis ſit in ſeruitio Eccleſiæ, & ſic non habet qualitates, *cap. ſtatutum, de reſcript. lib.* 6. ita contra Acoſtam de Andrada, *ad Bullam Cruciatæ q.* 75. reſoluit Nicol. Garc. *d. parte* 4. *cap.* 5. *in addit. poſt num.* 130. 31

*num.*130.*dub.* 28. vbi ſubdit propterea commiſſionem factam Dignitati non tranſire in eius coadiutorem, non ſolùm quando fuit expreſſum nomen proprium, ſed etiam quando non fuit expreſſum.

32 Nec gaudet priuilegiis, & indultis de percipiendis fructibus in abſentia, purà ratione ſtudij, aut Lecturæ in aliqua Vniuerſitate, quibus coadiutus gaudere poteſt, ex multis adductis per Nicol. Garc. *in d. addit. dub.* 30.

33 Nec tenetur ad onera Canonicorum iuniorum, licèt teneatur ad onera ſui coadiuti, quia licèt ſedeat poſt omnes Canonicos, id non eſt ex eo, quòd ſit Canonicus iunior, ſed quia non eſt verè Canonicus, & fulget aliena Dignitate, non propria, ita Nicol. Garc. *in d. addit. dub.* 33. & declarauit S. Rit. Congreg. *in d. Colimbrien.* 16. *Septembris* 1606. *in* 7. *dub.* vnde cenſuit *in alia Elboren.* 15. *Aprilis* 1606.

34 quòd † Canonicus iunior iuxta cõſuetudinem Eccleſiæ debet ſupplere vices hebdomadarij abſentis, vel impediti, & non coadiutor, licèt ſedeat poſt vltimum Canonicum.

35 Nec tenetur ad pœnas iudiciales, & quæ non haberent rationem mulctæ ordinariæ, impoſitas ob culpam coadiutoris, non obſtante ſtatuto contrario, quia eſſet iniuſtum, & contra ius, niſi fortè fuiſſet à Papa in ſpecie confirmatum, Nicol. Garc. *in d. addit. dub.* 34. *in fine.*

36 Nec tenetur tempore conceſſionis coadiutoriæ habere Ordinem Presbyteralem, vbi ſtatuto Eccleſiæ cautum fuerit, quòd Canonicus actu ſit Sacerdos tempore promotionis, ſed ſufficit habere clericatum, & legitimam ætatem ad Ordinem requiſitum, ita Caputaq. *deciſ.* 127. *num.* 1. *&* 2. Gonzal. *d. gloſ.* 5. §. 90. Nicol. Garc. *in d. addit. ſub dub.* 23.

37 Nec tenetur ſe promoueri facere intra annum ad Ordinem requiſitum, ſi nunquam reſedit, ſeu inſeruiit, quia coadiutus non vult, ex quo non habet exercitium coadiutoriç, ſicut habens curam habitu, & non actu, non tenetur ad Sacerdotium promoueri infra annum, vt diximus *in tract. de Paroch. cap.* 15. *num.* 29. ita Nicol. Garc. *in d. addit. ſub dub.*

38 23. *verſ. modo.* & ideò † habilitas requiritur in coadiuto, nec hoc caſu illa coadiutoris ſufficeret, nam ſtante ſtatuto in Eccleſia Barbaſtren. quòd Canonici, qui infra annum non fuerint promoti ad Subdiaconatum, amittant tertiam partem fructuum, & ſi infra alios duos annos non fuerint promoti ad Diaconatum, amittant medietatem fructuum, & ſi infra alios duos annos non fuerint promoti ad Presbyteratum amittant omnes fructus, & diſtribntiones, quæſitum fuit an coadiutor datus Canonico non ordinato, vt ſuprà, poſſit lucrari fructus, & diſtributiones pro coadiuto ſi ipſe coadiutor eſt ordinatus ad formam dicti ſtatuti? Sacra Congreg. *die* 1. *Decembris* 1619. cenſuit *Canonicum ſupradictum coadiutum non lucrari fructus, neque diſtributiones mediante ſeruitio dicti coadiutoris.*

Nec poteſt ordinari ad titulum coadiutoriæ, Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 18. *num.* 7. Gonzal. *d. gloſ.* 5. §. 9. *num.* 8. Monet. *de opt. Canon. cap.* 4. *q.* 8. *num.* 169. Sebaſt. Cæſar. *d.* §. 9. *num.* 4. *&* 9. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 2. *cap.* 5. *à num.* 132. vbi ſubdit poſſe quem ordinari ad titulum coadiutoriæ ſi fortè ratione illius haberet congruam, non tanquam ad titulum beneficij, ſed tanquam ad titulum penſionis. 39

Nec poteſt exercere officia, ad quæ coadiutus electus eſt; nam in his, quæ ſpeciali nominatione competunt coadiuto, non venit coadiutor, nec eum repræſentat, ita Nicol. Garc. *in addit. ad dictum cap.* 5. *ſub num.* 88. 40

Nec eo abſente, vel non inſeruiente amittit diſtributiones quotidianas Canonicus coadiutus ſi per ſe deſeruiat, quia *in cauſa Vrbeuetana die* 9. *Septembris* 1628. S. Congr. Concilij cenſuit *diſtributiones quotidianas deberi Canonico coadiuto infirmo, abſente, vel non ſeruiente coadiutore.* 41

In multis tamen coadiutori effectus veri Beneficiarij tribuuntur, vt eſt ille quòd tenetur habitum, & tonſuram clericalem deferre, & fori priuilegio gaudet, ita Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *à num.* 97. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 19. *de foro compet. num.* 26. Sebaſt. Cæſar. *de Eccleſ. hierarchia diſput.* 14. §. 9. *num.* 8. Squillante *de priuileg. clericor. cap.* 7. *num.* 21. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.* 2. *allegat.* 12. *num.* 4. *&* 9. 42

Gaudet reg. de annali, & triennali poſſeſſione, vt apparet ex formulis coadiutoriæ, Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *à num.* 89. Gonzal. *d.* §. 9. *num.* 118. & declarauit S. Rituum Congr. *in d. Colimbrien.* 16. *Septembris* 1606. *in* 3. *dub.* & cenſuit Rota *d. deciſ.* 410. *num.* 9. *p.* 2. *recentiſsim.* 43

Et poteſt gaudere menſibus datis cauſa recreationis, & illos conſumere ſicut principalis, ita tamen quòd dies per vnum ipſorum conſumpti non poſſint per alterum aſſumi, ſed quoad ambos remaneant conſumpti, ita Gonzal. *d.* §. 9. *num.* 13. *& ſeqq.* Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 79. [Rota *in Salamantina coadiutoria* coram Penia, impreſſa per Marcheſan. *de commiſsion. p.* 1. §. 2. *pag.* 469. *in fine.* his verbis, *Præterea cùm Concilium Trid. & Eccleſia Salamantina conſtitutiones quolibet anno indulgeant Canonicis tres menſes recreationis, quibus ab onere reſidendi liberantur, & coadiutor prætenderit ſe iſto beneficio poſſe frui: contrà verò Capitulum ſentiret, ideo fuit dubitatum an Ioannes coadiutor poſſet dies gratia petere,* 44

petere, & conſumere, & domini reſponderunt affirmatiuè, quia reſpectu temporis conceſſi à Concilio, & Eccleſiæ Salamantinæ conſtitutionibus cenſuerunt habere locum argumentum deſumptum à ſubrogatione, ſeu æquiparatione, non obſtante inconueniente per Capitulum commemorato, quod ſi coadiutor haberet tres menſes, poſſet etiam Antonius coadiutus alios tres ſibi aſſumere, & ſic cultus Diuinus, & ſeruitium Eccleſiæ eluderetur: quia hoc ceſſabat ex eo quòd quando vnus ipſorum vſus eſt beneficio dicti temporis, nunc alter non poterat eodem beneficio perfrui, nec ſibi aliud trimeſtre applicare, &c.]

45 Et ægrotaus, aut aliàs legitimè impeditus haberi debet pro præſenti, & lucratur diſtributiones quotidianas, ſicut lucraretur principalis, quando ipſe coadiuto erat actu ſeruiens tempore ſuperuenientis infirmitatis, ſeu impedimenti, aliàs poſſet dari locus fraudibus in detrimentum ſeruitij Eccleſiæ, ita Nicol. Garc. *d. cap. 5. num. 80. & 81.* [Rota *in Tarraconen. adiutoria* coram Penia, impreſſa per Marcheſ. *de commiſſionib. p. 1. §. 2. pag. 466. num. 2.* vbi intelligit quãdo ſanus Diuinis intereſſe ſolebat, itaut infirmitas fuiſſet immediata cauſa non intereſſendi, ſubditque idem conſtituendum eſſe in impeditis quolibet corporali impedimento, & non obſtare ait quòd coadiutore ægrotante, aut legitimo impedimento detento Eccleſiæ erat deſeruiendum per coadiutum ſanum corpore & mente, reſpondet enim difficultatem tolli per formulam coadiutoriæ, de qua ibi mentio fit, nam Papa dederat coadiutorem Antonio ſiue non petenti, ſiue inſeruire nolenti.] qua de re in cauſa Barbaſtren. dubitatum fuit in Sacra Congreg. Concilij, an coadiutus, impedito, ſeu infirmo coadiutore, teneatur inſeruire, ſi habilis ſit, ad effectum lucrandi diſtributiones? *Die 9. Nouembris* 1630. S. Congreg. cenſuit, *ſi ex forma litterarum Apoſtol. coadiuti nunquam teneantur horis Canonicis intereſſe, coadiutores quandiu aliqua ex tribus cauſis expreſsis* in cap. vnic. de cleric. non reſid. lib. 6. *verè fuerint impediti, diſtributiones quotidianas lucrari, perinde acſi Diuinis intereſſent.*

46 Poteſt inſeruire, & reſidere in Eccleſia, excommunicato exiſtente principali, quia non inſeruit, nec agit nomine excommunicati, ſed nomine proprio, aut nomine Eccleſiæ, vt contra Gonzal. *d. §. 9. num.* 128. reſoluit Nicol. Garc. *d. cap. 5 num.* 83. vbi, *num.* 85. ſubdit quòd ſi forte coadiutori aliquid de fructibus, ſeu diſtributionibus aſſignatum eſt pro congrua, ſeu ſeruitio, vt aliquando fit, id ſibi poterit lucrari, non obſtante excommunicatione principalis, quæ ſibi, non alteri debet nocere, *& num.* 86. cum Gonzal. *vbi ſuprà num.* 123. reſoluit quòd tunc coadiutor non poteſt lucrari pro coadiuto excommunicato, & eius commodum, & vtilitatem, per *cap. paſtoralis, §. verum, de appell.* [Verùm poſt nonnullas huius tractatus impreſſiones inueni hac de re deciſionem Rotæ *in d. Tarraconen. coadiutoriæ* coram Penia impreſſam per Marcheſan. *p. 1. pag. 467. num. 4.* cuius verba hîc apponere duxi prout ſequuntur. *Ad quartam difficultatem negatiuè fuit reſponſum, Antonio ſcilicet coadiuto excommunicato non lucrari coadiutorem pro eo; cùm enim in litteris coadiutoriæ diceretur, quòd inſeruire deberet coadiutor pro coadiuto, & pro ipſo coadiuto lucrari, iure conſequebatur, vt hoc priuilegium intelligeretur competere coadiuto, dummodo eſſet habilis, & capax, excommunicatum autem non lucrari fructus & emolumenta beneficiorum clari iuris eſt.* cap. paſtoralis §. verùm, de appellat. *Rot.* deciſ. 8. num. 10. de ſent. excom. in antiq. *Pute.* deciſ. 280. num. 1. *Et qui non poteſt propter excommunicationem per ſe aliquid agere, nec poterit per alium ad ſuam vtilitatem, vt notant omnes* in cap. fin. *vbi Imol.* num. 19. de procurat. *Et ſatis eſſet indecorum vt alieni propter demerita à communione fidelium, & ſuffragiis Eccleſiæ, per hanc viam de patrimonio Eccleſiæ, cui non obedirent, alerentur,* cap. commiſſa, de elect. lib. 6. *Bald.* in cap. 1. in 2. lect. num. 12. de iudic. *Quibus non obſtabat quòd coadiutor non ageret, nec ſeruiret nomine excommunicati, ſed nomine proprio, aut nomine Eccleſiæ, ex traditis per Innoc.* in cap. fin. de procurat. *Oldrad.* conſ. 44. *Compoſtel.* in cap. fin. num. 17. de cler. ægrot. *quoniam Innoc. tantum affirmat excommunicationem coadiuti non nocere coadiutori quominus vel ſuo, vel Eccleſiæ nomine agere poſsit, at non cenſet eum quicquam poſſe lucrari ad commodum, & vtilitatem coadiuti excommunicati, quem ſua demerita ab iſtius commodi participatione merito excluſerunt.* Hactenus Rota apud Marcheſanum.]

Et tenetur habere qualitates requiſitas ad 47
obtinendam Præbendam exemplo reſignatarij, vt per Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 4. q. 9. num.* 19. Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 4. in fine*, Gonzal. *d. gloſſ. 5. §. 9. num. 6. &* 90. Monet. *d. cap. 4. num. 151. & 155.* Ludou. à Sarauia *d. q. 29. num. 7.* Campan. *in diuerſorio Iuris Canon. rubric. 7. cap. 6. num.* 103. vbi quòd
† coadiutores huiuſmodi debent eſſe conſti- 48
tuti in illa ætate, quæ ad illud obtinendum beneficium requiritur, de quo etiam nouiſſimè Squillante *de priuil. cleric. cap. 4. num.* 97.

Et ſic debet promoueri infra annum, ex 49
quo reſidet, & inſeruit, ad Ordinem ſuæ Præbendæ annexum, vt per Nicol. Garc. *dict. cap. 5. in addit. ſub num. 130. dub. 23. verſ. modo.*

Extra Eccleſiam Cathedralem in abſentia 50
coadiuti tanquam verus, & proprius Cano-

nicus cenſendus quoad præeminentias veris Canonicis conuenientes, vt cenſuit Sacr. Rituum Cong. *in Piſtorien.* 15. *Marty* 1608.

51 Et tenetur facere mentionem de obtentis beneficiis, quæ habet, ſaltem ratione futuræ ſucceſſionis, quæ ipſi conceditur, cùm ſit gratia beneficialis, ſeu de beneficio, Nicol. Garc. *in d. addit. dub.* 38. vbi addit totam gratiam vitiari, & eſſe nullam ſi non fiat mentio de obtentis coadiutoris; quia licèt illa de ſe ſit diuidua, & ſeparabilibis, tamen ex intentione Papæ, & ipſius coadiutoris eſt indiuidua.

[Et reſidere tenetur in Eccleſia, in qua datus eſt pro coadiutore, itaut non reſidendo beneficio priuari poſſit, ita latè Rota *decaſ.* 392. *per tot. p.* 1. *recentiſsim. in poſthumis.*]

52 Et quamuis non ſit in Sacris conſtitutus, poteſt omnia, & ſingula facere, & exercere quæ ſine paramentis ſacris cum cappa, & cotta facere poſſet coadiutus, ſi præſens eſſet, S. Congregat. Rituum *in Bononien.* 19. *Decembris* 1615.

53 Et ei tenentur Canonici inſeruire, & miniſtrare, prout tenerentur inſeruire proprio Canonico coadiuto in omnibus functionibus Canonicalibus, ead. S. Congreg. *in Caſalen.* 10. *Ianuary* 1609.

54 Vtrùm autem coadiutor ſeruiens pro coadiuto debeat exire de Capitulo, in quo agitur de negotio ipſius coadiuti, ſolet ab aliquibus in dubium reuocari, in quo videtur reſpondendum non debere exire; quia coadiutor non agit, nec inſeruit nomine coadiuti, licèt eum repræſentet quatenus agit, & inſeruit loco, & vice illius, ſed agit, & inſeruit nomine proprio, ſeu nomine Eccleſiæ, & ſic nihil impedit eum intereſſe, & dare vocem in Capitulo, in quo tractatur de negotio coadiuti, vnde videtur quòd poſſet coadiutor dare ſuffragium, ſeu votare in electione Præbendæ, quam prætenderet coadiutus, & eſſet oppoſitor, & etiam pro eo ſuffragium dare: rurſus è conuerſo coadiutus benè poteſt intereſſe in Capitulo, & dare vocem, ſeu votum vbi agitur de negotio coadiutoris, niſi fortè tractetur de re ſpectante ad ipſam coadiutoriam, quæ particulariter etiam ſpectet ad ipſum coadiutum, ita Nicol. Garc. *d. p.* 4. *cap.* 5. *ex num.* 103. Sebaſt. Cæſ. *d.* §. 9. *num.* 12. vbi, *num.* 13. exiſtimat non eſſe inconueniens, quòd ſimul poſſint in habitu Canonicali intereſſe coadiutus, & coadiutor in proceſſionibus, & Miſſarum ſolemniis principalis in loco ſibi debito iuxta antiquitatem ſuam, coadiuto poſt omnes Canonicos, quicquid dicat Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *ex num.* 107. cuius fundamentum quòd vnum tantùm Canonicatum repræſentant, ſolùm concludit ne duplicem vocem habeant, vel duplices lucrentur diſtributiones, non quoad intereſſentiam, quæ diuerſis reſpectibus vtrique conuenit, vni tanquam vero Canonico, alteri tanquam coadiutori, ſicut nihil inconuenit quòd in eadem Eccleſia Rector principalis vt talis, & Vicarius vt Vicarius intereſſe valeant, & vſu receptum videmus in Epiſcopo, & eius Vicario generali.

Capvt XXX.

Canonici an, & quando optare poſſint?

SVMMARIVM.

1 *Optio eſt ius quoddam Capitulo, ſeu Collegiali alicui Eccleſiæ ex conſuetudine, vel ſtatuto competens, vt antiquiores gradatim vacantem Præbendam, quæ reſeruata non ſit, propria dimiſſa intra certum tempus eligere poſſint.*

2 *Optio non inducitur à iure communi, ſed à conſuetudine, priuilegio, indultu Apoſtolico, aut ſtatuto.*

3 *Ius optandi quanto tempore conſuetudine induci poſsit, oſtenditur, & num ſeq.*

5 *Optio regulariter fieri debet intra viginti dies, & currunt ſimul omnibus optare valentibus, ſed non poteſt id tempus per Capitulum minui.*

6 *Dies 20. ad optandum computantur à die veriſimilis ſcientiæ vacationis, & non currunt ignorantibus.*

7 *Antiquiores Regulariter priùs optare debent, quàm iuniores.*

8 *Canonicus antiquior ſi differt optare infra legitimum tempus, poterit iunior ſequens optare Præbendam.*

9 *Antiquior non ætate, ſed receptione priùs optare debet.*

10 *Antiquitas ſola in optione conſideranda eſt, non perſonæ prærogatiua, quamuis ſit Cardinalis.*

11 *Antiquiores in optione Præbendæ, illi dicuntur, qui diutiùs in Eccleſia militarunt, & fuerunt in poſſeſsione priores, licèt ſint in prouiſione poſteriores.*

12 *Optio ita gradatim fieri debet, vt ſi non optat primus, ſeu antiquior, optet ſecundus, ſeu ſequens.*

13 *Optionis natura eſt, vt ſucceſsiuè vnus Præbendatus, ſeu Beneficiatus poſt alium, prout quiſque antiquior eſt, gradatim aſcendat.*

14 *Abſens optare poteſt per Procuratorem ſi ſtatutum, vel conſuetudo contraria non obuiet.*

15 Ca

15 *Canonicus in Sacris non conſtitutus benè poteſt optare maiorem Præbendam ſi ſtatutum, vel conſuetudo contraria non obuiet.*

16 *Optarè nemo impeditur quamuis habeat reſeruatum beneficium ratione optionis dimittendum, necnon quamuis habeat Præbendam ſuper cuius fructibus ipſe voluntariè conſenſit penſionem reſeruari ad fauorem alterius, & num. 17.*

18 *Excommunicatus poteſt optare, niſi ſpeciali ſtatuto, vel conſuetudine optandus ſit titulus.*

19 *Optare non poteſt vacantem Præbendam, qui propter aliquod corporis vitium repellitur ab Ordinibus illi annexis, quamuis vitium huiuſmodi contraxerit poſt obtentum beneficium in Eccleſia, ſi in optione requiratur noua collatio.*

20 *Canonicus Pœnitentiarius, & Lector S. Scriptura optare non poteſt.* [*& quid in coadiuto. ibid.*]

21 *Optio locum non habet in beneficiis, ſeu Præbendis in Curia, vel apud Sedem vacantibus.*

22 *Beneficia quomodocunque reſeruata, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter, etiam per reg. 8. Cancellaria non cadunt ſub optione.*

23 *Beneficia, & Præbenda quæ permutantur, vel reſignantur, non optantur.*

24 *Optio habet locum in his Præbendis, quæ deuoluuntur ad Papam ex negligentia inferiorum in non conferendo intra ſex menſes à die notitia vacationis.*

25 *Beneficia iuriſpatronatus laicalis, aut mixti non cadunt ſub optione, niſi accedat patroni conſenſus.*

16 *Caſus refertur in materia optionis contingibilis.*

1 BONIFACIVS VIII. *in cap. vlt. de conſuetud. lib. 6.* iubet obſeruari conſuetudinem, qua antiquiores Canonici gradatim poſſint, ſi voluerint, cùm vacant, per ſe, vel per alium meliores Præbendas decedentium optare, hoc eſt, ſuas deteriores cum melioribus vacantibus permutare, ex quo textu iunctis aliis, quæ tum ibi, tum alibi tradunt Doctores, optionem definit Monet. *in tract. de option. Canon. cap. 1. num. 13.* vt ſi ius quoddam Capitulo, ſeu Collegiali alicui Eccleſiæ ex conſuetudine, vel ſtatuto competens, vt antiquiores gradatim vacantem Præbendam, quæ reſeruata non ſit, propria dimiſſa intra certum tempus eligere poſſint, & *num. ſeqq.* ſingulas huius definitionis particulas percurrit, *& num. 31.* addit † optionem non à iure cõmuni induci,
2 ſed conſuetudine, vel priuilegio, ſeu indultu Apoſt. aut denique ſtatuto. [Facienda eſt tamen interpretatio per quam ſtatutum de optando vel ſe conformet, vel minus quàm fieri poſſit, deroget iuri communi, *cap. cùm dilectus, de conſuet.* Roman. *conſ. 197. num. 2.* Alexand: *conſ. 105. num. 9. lib. 5. & conſ. 117. n. 12. lib. 6.*

Quod ius optandi in Eccleſiis ex eo fundamentum capit, quia cùm præbendæ, ſeu propriùs præbendalia conſiſtant in mera & nuda temporalitate vti conflata ex prędiis aliquibus aſſignatis ſingulis præbendis, ideo inter ipſos Canonicos poſſunt permutari abſquè vlla ſimoniæ labe. Hoſt. *in cap. quæſitum, num. 2. de rer. permut.* nam licèt ſingulæ præbendæ conſueuerint annecti ſingulis Canonicatibus, refert tamen videre qua annexione ſint connexæ, vt fundamentum huius iuris pateat.

Alia eſt enim annexio perpetua, per quam ſcilicet ita addictum eſt prædium præbendale certo Canonicatui, vt ab eo non poſſit diuelli, vel per momentum ſeparari, quæ eſt vera & propria annexio, veluti indiuiduum conſtituens per incorporationem. *l. quemadmodũ C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Alciat. *in l. ſolaendo 114. ſub num. 5. verſ. acceſſione, de verb. ſignif.* & hoc caſu in tantum eſt permiſſa optio, in quantum interuenit auctoritas ſuperioris habentis inſtituere, ex doctrina Hoſt. *in d. cap. quæſitum, num. 3.* Card. *conſ. 126. ſub num. 4. verſ. & ſecundùm hæc intelligitur.* Alia autem eſt annexio reuocabilis, quæ bene ſe compatitur cum ipſo iure optandi: & hæc quamuis perpetuò hæreat iuri ſpirituali reſpectu canoniæ, quod colligitur ex correſpectiuitate numeri. Abb. *in cap. maioribus, num. 4. verſ. quandoque, de præben.* ac propterea cadat ſub diſpoſitione canonicatus tanquam quid illi perpetuò annexum. Verall. *deciſ. 359. num. 1. p. 2.* Rota *in Conchen. coadiatoria 27. Nouemb. 1619.* coram Archiep. Selucien. Nihilominus propter illam ſeparabilitatem à ſingulis Canonicatibus ad effectum optandi reputatur quid merè temporale, nec intelligitur dimitti, ſeu optari Prædenda Canonicalis, quatenus verè Præbenda eſt ius ſpirituale, ſed ea ſemper retinetur, vt bene explicat Cardin. *d. conſ. 126.* cum quo tranſiuit Rota apud Caſſad. *deciſ. 57. num. 2. & 3. de præbend.*]

Sed quanto tempore conſuetudine induci 3
poſſit ius optandi, non benè conſtat inter Doctores, nam [Bellarmin. *deciſ. 62.* Pute. *deciſ. 201. num. 1. lib. 2.* quos refert Bottell. *in ſum. deciſ. tom. 1. tit. 29. num. 32.* tenent ſufficere præſcriptionem decem annorum, At idem Bottell. *ibidem, num. 33.* Aloyſ. Riec. *in collect. deciſ. par. 6. collect. 2451. verſ. ſed quia ad materiam.*] & Gonzal. ac plures per eum citati, *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 34. à num. 11.* diſtinguunt inter optionem præter ius, quæ eſt quando optans retinet

ſemper primum titulum,aut ius ſpirituale,optátque dumtaxat Portionem , ſeu Præbendam temporalem ſeparatam ; & inter optionem contra ius, quæ eſt quando Præbendæ ſunt annexæ Canonicatibus, & non retinetur primus titulus , ſed mutatur, & optans propria auctoritate alium diuerſum titulum ſpiritualem conſequitur, quia in Eccleſia eſt diſtinctio titulorum , ſicut in primo caſu non eſt diſtinctio titulorum, ſed Præbendarum, & poſtmodum concludunt quòd in primo caſu ſufficit decennalis conſuetudo , in ſecundo autem requiritur quadragenaria.

4 Monet. verò *d.tract.cap.2.q.2.num.16.*poſt Rot. Bellam. Roch.de Curte, Gig. Petr. Gregor.& alios , quos *ibi* refert *num.* 18. aliter diſtinguit , quòd ſcilicet , aut in Eccleſiis nulla eſt diſtinctio, numerúſve Prębendarum , nec certus numerus Canonicatuum , vt in caſu tex. *in cap. dilecto , & in cap. vacante, de Præbend. & in cap. ex parte , de conceſſ. Præbend.* & in his non poteſt induci talis conſuetudo, cùm non ſi dare vocationem Prębendarum, prout diſponitur in dictis iuribus,quod tamen requiritur *in d. cap.fin.de conſuet.lib.6.* Aut eſt certus numerus Canonicatuum , ſeu Canonicorum , ſed nullus numerus, nec diſtinctio Præbendarum, vt *in cap.fin.§. ſi autem,de conceſſ. Præbend. in 6.* & tunc quoque non habet locum hæc conſuetudo , quia in iis Eccleſiis per adminiſtratores Capituli bona,ſeu fructus diuiduntur inter Canonicos, & quantò ij pauciores ſunt,tantò maiores portiones recipiunt, & quantò plures ſunt , eò minores recipiunt portiones , vt *in d. §. ſi autem.* Aut eſt certus numerus Canonicatuum, & totidem etiam Præbendæ , ſed eæ diſtinctæ non ſunt , immò bona ſunt quoad dominium Capituli communia , ſuper quibus bonis quaſi in confuſo abſque actuali aliqua diſtinctione inſtitutus numerus Præbendarum correſpondens numero Canonicatuum, & tunc ſi Capitulum per officiales ſuos bona adminiſtrat, & de fructibus collectis tot facit æquales portiones,quot Canonici , non poteſt etiam introduci hæc conſuetudo , cùm enim non ſit dare vnam ex his portionibus meliorem, non cadit electio , neque optio. Si verò Capitulum non adminiſtrat dicta bona per Officiales ſuos, ſed ea diuidit in tot Præbendas , quot ſunt Canonici, cuilibet conſignando Præbendam ſuam , ad tempus tamen , & ſecundùm quod Capitulo placet,itaut eo tempore elapſo iterum in commune reducantur , fiátque noua bonorum diuiſio, & in his Præbendis ſic diuiſis, quoniam non poteſt ea diuiſio fieri ita æqualis , quin inter eas cadere poſſit electio, ideò poteſt etiam habere locum conſuetudo optionis Præbendarum , in iiſdémque Eccleſiis poterit hæc conſuetudo induci ſpatio decem annorum; neque enim tunc mutatur titulus per optionem , cùm inter Præbendas , vt ſunt tituli beneficiales , non ſit eo caſu actualis , realis , ac perpetua diſtinctio , ſed ſolùm prout in temporalitate conſiſtunt : ideóque mutatio nihil iuri contrarium,ſed æquitatem magnam continebit. Si verò in Eccleſiis non ſolùm certus eſt numerus Canonicatuum , & Præbendarum , ſed etiam eæ Præbendæ realiter, actualiter, & perpetuò ſunt inter ſe diſtinctæ , itaut non ſit vnum beneficium Eccleſiaſticum , ſed dos vnius actualiter, & omnino diſtincta ſit à dote alterius , iuxta tex. *in cap. litteras , de conceſſ. præbend. & in Clem. fin. de præbend.* tunc ſibi habet locum optio per ſupradicta, ita eius conſuetudo non poteſt minori ſpatio induci, quàm 40. annorum. Hactenus Monet. qui etiam *à num.* 2. probat ad inducendam optandi conſuetudinem requiri ſcientiam, & patientiam Epiſcopi,ſeu eius ad quem ſpectat collatio, vbi ſumus in conſuetudine decem annorum ; quam tamen ſubdit non requiri in quadragenaria , cùm præſumatur ex eo tempore tam ſcientia, quàm tacitus conſenſus , & *à num.* 39. reſoluit non eſſe neceſſe, hanc conſuetudinem obtentam eſſe in contradictorio iudicio.

Hæc optio regulariter fieri debet intra vi- 5
ginti dies,vt eſt expreſſum *in d.cap.vlt.*Franc. Marc. *Delphin. deciſ.* 1258. *num.* 5. [adden. ad Mohedan. *deciſ.* 297. *lit. B.*] Gonzal. *d. gloſ.* 34. *num.* 75. Monet. *d.tract.cap.*4. *à num.* 1. & currunt ſimul omnibus optare volentibus, gloſſ. *verb.dumtaxat in d. cap. vlt.* Gonzal. *d. gloſſ.*34. *num.* 76. Monet. *d. tract. cap.* 6. *num.* 11. minui autem poteſt hoc tempus per Capitulum [per duos , vel quatuor dies. gloſ. *verb. dumtaxat*, ibi , *quia Capitulum poterat,in d. c.vlt.* Tiraq. *de retractu lig.§.* 1. *gloſ.* 10. *n.*58. Matienſ. *l.*12. *gloſ.*1. *n.*3. 31. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua Recop.*] Pariſ. *conſ.*10. *n.*17. *vol.*4. Monet. *d. cap.*4. *n.* 3. Sicut ab eodem prorogari valet, purà per duos alios dies. Zerol. *in praxi Epiſc.* 1. *verb. Canonia*,§.7. Monet. *d.cap.*4. *à n.*7.

Computantur autẽ huiuſmodi viginti dies 6
à die veriſimilis ſcientiæ vacationis,gloſ. *verb. viginti in d.c.vlt.* Zerol. *d.* §.7. Gonzal. *d. gloſ.* 34. *n.*75. cùm tempus optandi Præbendas non currat ignorantibus, Tiraquell. *de retract. lig.* §.35. *gloſ.*4. *n.*14. Monet. *d.tract.c.*6. *n.*18. vbi *n.*21. notat quòd ad hoc vt currat hoc tempus ad optandum, non ſufficit ficta illa notitia, de qua *in Clem. vnic. §. ceterùm, de conceſſ. præb.* & *n.*39. firmat probabile eſſe,quòd ſi ij omnes, qui optare debebãt,iuſtè impediti fuerint,durante tali impedimento , illud tempus iis non currat,& *num.*43. ait quòd vbi etiam ipſo iure currit illud tempus optandi , adhuc competet tã minoribus ex cauſa ætatis, quàm abſẽtibus, aliíſve iuſtè impeditis in integrum reſtitutio.

Anti

7 Antiquiores regulariter priùs optare debent, quàm iuniores, vt expreſsè decidit tex. *in d. cap. vlt.* Monet. *d. tract. cap. 4. q. 1. num. 15.* vbi cum Bellam. *deciſ. 229.* tenet hoc ita procedere, vt huiuſmodi antiquiores vigore ſtatuti, aut conſuetudinis de optando non ſemel dumtaxat, ſeu pro prima vice, ſed quoties caſu euenerit, modò aliud non obſtet, optare non poſſint, cùm hic actus ſua natura repetibilis, ſeu iterabilis ſit.

8 Si Canonicus antiquior differt optare infra legitimum tempus, itaut ſi periculum oe illud labatur ad damnum iuniorum, poterit iunior ſequens optare Præbendam, quam ille optare debebat, & tenebit optio iunioris in euentum, quo ſenior, ſiue antiquior intra tempus ſtatutum non optauerit, vt per Tiraq. *de retract. conuent. §. 2. gloſ. 1. num. 66.* Zerol. *d. verb. Canonia, §. 7. concluſ. 4.* Gonzal. *d. gloſ. 34. num. 78.* Monet. *d. tract. cap. 5. q. 1. num. 3.*

9 Intellige de antiquioribus non ætate, ſed receptione, gloſſ. *verb. antiquiores in d. cap. vlt.* Rot. *deciſ. 6. num. 2. de conſuet. in antiq. & deciſ. 411. num. 2. part. 1. diuerſ.* Falcon. *in tract. de reſeruat. benefic. effectu 49.* [Anton. Fabric. *in ſuo Codice tit. de ſacroſ. Eccleſ. diffinit. 96.*] Miles *in ſuo repert. verb. conſuetudo per quam diſponitur, il primo,* Zerol. *d. verb. Canonia, §. 7. concluſ. vlt.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 26. quaſ. 13.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. §. 3. proœm. d. num. 22.* Monet. *d. tract. cap. 4. quaſ.*
10 *1. à num. 15.* & † ſola antiquitas hac in re eſt conſideranda, non autem perſonæ prærogatiua, quamuis ſit Cardinalis, Gonzal. *d. gloſſ.*
11 *34. num. 100.* Et ſic † antiquiores in optione Præbendæ illi dicuntur, qui diutiùs in Eccleſia militarunt, Menoch. *de arbitr. caſu 24. num. 5.* & fuerunt in poſſeſſione priores, licèt ſint in prouiſione poſteriores, Gonzal. *d. gloſ. 34. n. 49.*

12 Optio ita gradatim fieri debet, vt ſi non optat primus, ſeu antiquior, optet ſecundus, ſeu ſequens, aliàs optet tertius, & ſic deinceps, prout eſt intentus, & magis germanus intellectus aduerbij *gradatim*, quod eſt *in d. cap. fin. de conſuet. lib. 6.* Monet. *d. cap. 5. num. 14.* vbi, *num. 15.* addit quòd optio ita gradatim fit, vt antiquiore optante vacantem cum Canonicatu Præbendam, quam antiquior dimittit, & ab hoc dimiſſam optet alter, & ſic de cæteris, vt apertè colligitur ex *d. cap. fin.* dum ibi dicitur, *poterunt ipſi antiquiores iuxta conſuetudinem eandem optare, cùm Præbenda vacabit, & illa, quæ optata non fuerit, ſi nulli ſit debita, erit illi, pro quo ſcripſimus, conferenda.* Nam
13 † optionis natura eſt, vt ſucceſſiuè vnus Præbendatus, ſeu Beneficiatus poſt alium, prout quiſquam antiquior eſt, gradatim, aſcendat, Gonzal. *d. gloſ. 34. n. 15.* vnde infert *num. ſeqq.* quòd ſtante ſtatuto, ſeu conſuetudine, quòd Canonicatum vacantem optet antiquior Portionarius, intelligi debet poſtquam Canonici optauerint, vel de optimo Canonicatu per moderniorem Canonicum ratione dictæ optionis dimiſſo. [Canonici qui habent facultatem optandi Præbendas in Eccleſia ex conſuetudine, non optando non idcirco amittunt dictam facultatem. Capyc. *deciſ. 134. num. 4.* Borrel. *d. tit. 29. num. 26.*]

Abſens optare poteſt, ſi ſtatutum, vel conſuetudo contraria non obuiet, Monet. *d. tract. cap. 4. q. 3. à num. 31.* per procuratorem ſcilicet, qui habeat ſpeciale mandatum, vt colligitur ex *d. cap. vlt.* ibi, *per alios,* Gonzal. *d. gloſ. 34. num. 123.* Monet. *d. cap. 1. num. 52. cum ſeqq.* vbi, *num. 55.* id ampliat etiamſi procurator iſte non habeat ſpeciale mandatum, dummodo conſtitutus ſit cum libera, & *à num. 58.* ſubdit, quòd ſi procurator habeat generale mandatum, vel negotiorum geſtor optet nomine meo, & ego ratum habeam optionem, valebit optio. 14

Quamuis Canonicus, qui non eſt in Sacris, vocem in Capitulo non habeat, *Clem. 2. de ætate, & qualitate.* Conc. Trid. *ſeſſ. 22. de refor. c. 4.* iunctis reſolutis, *c. 37. à n. 3.* tamen benè poterit optare maiorem Præbendam acſi eſſet in Sacris, ſi ſtatutum, vel conſuetudo contraria obuiet, cùm hic actus optandi competat ex Canonia, & Præbenda, non ex voce Capituli, ita gloſ. *verb. in Capitulo in Clemen. 2. de ætate, & qualit.* Gonzal. *d. gloſ. 34. num. 128.* Monet. *d. tract. cap. 4. q. 5. à num. 71* [Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. c. 482. num. 21.*] 15

Et nemo impeditur optare quamuis habeat reſeruatum beneficium ratione optionis dimittendum, puta ex eo quòd fuerit Subcollector, aut familiaris Papæ, aut ex alia quacunque cauſa, & illud durante officio, aut familiaritate obtinuerit, Card. *conſ. 126. incip. Vacauerunt, num. fin.* Gonzal. *d. gloſ. 34. n. 42.* 16

Necnon quamuis habeat Præbendam, ſuper cuius fructibus ipſe voluntariè conſenſit penſionem reſeruari ad fauorem alterius, vtitur enim iure ſuo, cùm in re propria ſit moderator, & arbiter, niſi eſſet aliqua coniectura fraudis, veluti quòd ideò conſenſerit, quòd de proximo optare ſperabat, vel infirmus eſſet, ita poſt Pute. *deciſ. 155. lib. 3. in vtraque edit.* tenet Gonzal. *d. gloſ. 34. num 43. & 44.* [Vnde Canonicum optantem Canonicatum habentem præbendam annexam, teneri ſoluere penſionem ſuper Canonicatu optato iam impoſitam ex Rotæ *deciſione* reſoluit Marcheſ. *de commiſſion. par. 1. §. 2. num. 63. pag. 588.* Verùm vt clariùs in hoc procedamus, id obſeruare debemus, an fuerit dimiſſus titulus Canonicalis, & alios optatus, & tunc proculdubio teneatur is, qui optauit dimiſſum, penſionem ſoluere. Greg. *de penſion. q. 63. num. 2.* Aut potius fuerit ſimpliciter dimiſſa Præben- 17

da, id eſt, prædium, vel portio Præbendalis, aſſignata Canonicatui, retento eodem titulo, & tunc non tenebitur qui dimiſſam optauit, ſed qui dimiſit, ex quo retinuit ſibi eundem titulum, illamque Præbendam ſpiritualem, ſuper qua fuit penſio reſeruata; ita ex Rota Gonzal. *d. gloſ. 34. ſub n. 47. verſ. & fuit quoque*, Anton. Fabric. *d. diffinit.* 96. Mantic. *deciſ.* 279. *num.* 1. *cum ſeqq.* Seraphin. *deciſ.* 1429. *num.* 4. Monet. *de diſtribut. quotid. p. 3. q. 8. num. 15. & 16. & de optione Canon. cap. 7. q. 3. concl. 3. ex num.* 33. Rota *in Lucana penſionis* 29. *Ianuary* 1618. coram Vbaldo ſen. Vnde vbicunque is, qui dimiſit, ſub hoc prætextu vult euitare onus huiuſmodi penſionis, tenetur ipſe iuſtificare quòd fuerit optata Præbenda ipſa ſpiritualis, & ſic nouus titulus. Pute. *deciſ.* 196. *ſub num.* 1. *verſ. ex cuius dictu lib.* 2. Rota *in d. Lucana penſionis.*]

18 Excommunicatus poteſt optare, vt eſt communis apud Couar. *in cap. alma mater, part. 1. §. 7. num.* 4. Gig. *de penſion. q. 63. num.* 15. Vgolin. *de cenſur. tab. 2. cap. 13. §. 2. num.* 15. Sayr. *in ſimili tract. lib. 2. cap. 6. num.* 13. Monet. *d. cap. 4. à num.* 20. vbi poſt *num.* 30. limitat ſi ex ſpeciali ſtatuto, vel conſuetudine optandus ſit titulus, putà quando Portionarius optat Canonicatum, vel Canonicus Dignitatem, aut aliàs vbi requiritur in optione noua collatio, quod etiam tenet Gonzal. *d. gloſſ. 34. num. 65. & à num.* 72. hinc infert excommunicatum, aut irregularem, ſeu aliàs à iure prohibitum minimè poſſe optare nouam Præbendam ſpiritualem, & nouum, ac diſtinctum titulum conſequi, Soar. *tom. 5. de cenſur. diſput. 13. ſect. 1. num.* 19. Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 13. num. 48. cum ſeqq.* Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſten. lib. 4. cap. 11. per tot.*

19 Vbi quis propter aliquod corporis vitium repellitur ab Ordinibus annexis alicui Præbendæ, vel beneficio in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, non poterit quoque in ea Eccleſia optare vacantem Præbendam, aut portionem, quia inhabilis ad Ordines, inhabilis quoque eſt ad beneficium, inhabilis verò ad beneficium, multò magis repellendus eſt ab actu, qui non fit niſi à Præbendato, & beneficiario, cuiuſmodi optio, ita Monet. *d. cap. 4. num.* 109. vbi *numeris ſeqq.* hinc refert cæcum, mutum, & ſurdum, ſeu alios habentes corporis defectum repellentem ab Ordinibus, non poſſe optare, niſi huiuſmodi vitium contraxerint poſt obtentum beneficium in Eccleſia, in qua viget ius optandi, vt in cæco declarat Monet. *ibidem à num.* 117. cuius tamen reſolutio videtur pati difficultatem quando in optione requiritur noua collatio, cùm tunc requiratur capacitas, & idoneitas ad tale beneficium, perinde acſi abſque optione eſſet illi conferendum, vt benè reſoluit Gonzal. *d. gloſ. 34. num.* 73.

20 De Canonicatu Pœnitentiarij an, & quando poſſit optari, diximus ſuprà *cap. 26. num.* 23. & Theologali, ſeu Lectorali, *cap. 27. à num.* 19. & de Coadiutore *cap. 29. num.* 29.

21 Optio locum non habet in beneficiis, ſeu Præbendis in Curia, vel apud Sedem vacantibus, ita expreſsè habetur *in d. cap. vltim.* Simonet. *de reſeruat. benef. q. 45. num.* 3. Falcon. *in ſimili tract. q. 4. effectu* 1. [Aloyſ. Ricc. *p. 6. collectan.* 1451. *verſ. ſed vigore.*] Flamin. Pariſ. *de reſignation. benef. lib. 2. q. 20. num.* 7. Azor. *d. part. 2. lib. 6. cap. 26. q. 14. in fine*, Monet. *d. tract. cap. 3. quæſ. 3. num. 12. cum ſeqq.* [Camill. Borrel. *in ſum. deciſ. tom. 1. tit. 29. num.* 14. vbi, *num.* 31. poſt Franc. Marc. *deciſ.* 1232. *num. 7. vol.* 1. ſubdit quòd quando Præbendæ vacant in Curia alio modo, quàm per mortem, optio locum ſibi vendicat.]

22 Nec in beneficiis quomodocunque reſeruatis, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter, [Mohedan. *deciſ. 297. num.* 1.] Franc. Marc. *Delphin. deciſ. 1271. num. 2. part.* 1. Pariſ. *conſ. 10. num. 5. & 8. volum.* 4. Gig. *de penſionib. q. 63. num.* 9. Flamin. Pariſ. *d. q. 20. num.* 3. Azot. *d. p. 2. lib. 6. cap. 26. quæſ.* 13. Anaſt. Germon. *de indultis Cardinal. §. etiam ex eo, num.* 12. Gonzal. *d. gloſ. 34. num.* 2. Nicol. Garc. *de benef. part. 5. cap. 1. num.* 452. Monet. *d. cap. 3. quæſ. 3. à num.* 41. Marc. Antonin. *variar. reſol. lib. 1. reſol. fin. caſu* 9. Etiam per *regul.* 8. *Cancell.* de alternatiua, aut in menſibus Apoſtolicis, vt in ſpecie tradunt Paul. Granut. *in addit. ad Simon. de reſeruat. benef. q. 42. verb. ſuperfluum*, Gonzal. *d. gloſ. 34. à num.* 1. Monet. *d. quæſt. 3. num.* 78. latè Alex. Trentacinq. *tom. 1. conſ. 27. per tot.* vbi refert ita Romæ fuiſſe iudicatum.

23 Nec in beneficiis, & Præbendis, quæ permutantur, & reſignantur, ſiue in ipſa permutatione, & reſignatione, quia ibi vacat beneficium vbi fit reſignatio, vnde cùm iſta reſignatio fiat in Curia, & in manibus Papæ, obſtat reſeruatio, ita Petr. Gregor. *de benef. cap. 39. num.* 4. Azor. *d. part. 2. lib. 6. cap. 26. in fine, & lib. 7. cap. 30. quæſ.* 7. Flamin. Pariſ. *d. q. 20. num.* 2. Gonzal. *d. gloſ. 34. num. 35. & ſeqq.* Monet. *d. cap. 3. à num.* 124. Habet tamen locum

24 † optio in iis Præbendis, quæ deuoluuntur ad Papam ex negligentia inferiorum in non conferendo intra ſex menſes à die notitiæ vacationis, vt per Franciſcum Marc. *Delphin. deciſ. 1259. num. 2. part.* 1. Azor. *d. cap. 26. q.* 14. Monet. *d. cap. 3. q. 3. num.* 106. vbi id multis mediis probare intendit, vide apud illum. [Niſi Præbenda vacaret per permutationem coram Ordinario factam, ſic intelligendus Franc. Marc. *deciſ. 1259. num. 1. vol.* 1. Borrell. *d. tit. 29. num.* 29.]

25 Nec denique in beneficiis iuris patronatus laicalis, aut mixti locum habet optio, vt latè probat Monet. *d. tract. cap.* 3. *à num.* 112. niſi accedat patroni conſenſus, vel ſpeciali præſcriptione, aut conſuetudine inducatur, vt etiam in beneficiis, & Præbendis iuriſpatronatus laicalis ſit optio, vt ipſe Monet. declarat *ibidem*, *num.* 121. *&* 122. addens huiuſmodi conſuetudinem iudici ſaltem ſpatio quadraginta annorum quoad ius Eccleſiæ inferioris, & ſpatio triginta quoad ius laici.

26 Quærit Gonzal. *d. gloſ.* 34. *num.* 92. de caſu, qui paſſim euenire poteſt, videlicet vnus fuit prouiſus de vna quarta Portione, cuius vigore optauit, & aſcendit ad dimidiam, & poſtea ad integram Portionem, ſi poſtquam declaratur quòd collatio facta de quarta Portione eſt nulla, vel quia erat reſeruata, vel ex alio defectu, an debeat etiam priuari integra Portione, quam habet? & concludit quòd ſic, niſi triennali poſſeſſione, vel alio nouo titulo ſe defendatinam ſublato antecedente, & fundamento tollitur conſequens, & totum ædificium corruit, & *n.* 94 ex hac ferè ratione reſoluit quòd ſi vnus Cauonicus iunior optauit Canonicatum maiorem, & integer Portionarius optauit Canonicum dimiſſum, & dimidius Portionarius optauit integram Portionem dimiſſam, & quartus Portionarius optauit dimidiam Portionem, & de illa quarta Portione dimiſſa fuit vnus nouiter prouiſus, & poſt aliquod tempus euictus fuit Canonicatus primo loco optatus, quia erat reſeruatus, ſeu ex alia cauſa affectus, tunc iſte Canonicatus, & reliqui omnes debent gradatim reſtitui ad locum, & beneficium ratione dictæ optionis dimiſſum, niſi ſcienter malè optaſſent, & ſic prouiſus de quarta Portione remanebit ſine illa, & inanis, per *c. ſi beneficia* 20. *de præben. lib.* 6. vbi Anchar. *notab.* 8. *num. fin.* & Franch. *num.* 4. notant, quòd quando adeſt error in primo gradu, & ille eſt, cauſa erroris ſucceſſiuè in pluribus gradibus primo reſtituto aduerſus ſecundum, reſtituitur ſecundus aduerſus tertium, & tertius aduersùs quartum, & ſic de ſingulis.

CAPVT XXXI.

Canonicorum officium per ſe, & non per ſubſtitutos adimplendum.

SVMMARIVM.

1 *Officium Canonicorum in duobus potiſsimum conſiſtit, ſtallo ſcilicet in choro cum participatione Diuinorum, & loco in Capitulo.*

2 *Officium Canonicorum in choro in quibus conſiſtat, oſtenditur.*

3 *Canonici tenentur per ſe ipſos, & non per ſubſtitutos ſuo muneri ſatisfacere, niſi legitimè ſint impediti.*

4 *Statutum quòd Canonici poſsint inſeruire per ſubſtitutos, vel alternatim vnus pro alio, non eſt attendendum.*

5 *Canonici cogendi ſunt ad perſonaliter canendum Miſſam illis diebus, quibus ex inſtitutis, & legitima conſuetudine illius Eccleſia debent.*

6 *Dignitates, Canonici, vel Portionary, præſertim in Cathedralibus ſi legitimo impedimento detenti ſint, & per ſe ipſos munera eis incumbentia adimplere non poſsint, tunc alios eiuſdem Ordinis, & gradus deputare debent.*

7 *Dignitatem cum Canonicatu, aut Portione obtinentes tenentur vtriuſque beneficij onera ſubire per ſe ipſos, niſi ſeruitia eodem tempore concurrant.*

8 *Dignitas, & Canonicatus ſi ſunt ad inuicem vniti, an, & quando illos obtinens teneatur vtriuſque onera ſubire per ſe ipſum, oſtenditur.*

9 *Portio ſi vnita ſit Dignitati perpetuò, & acceſſoriè, & per viam incorporationis, tunc obtinens Dignitatem non tenetur ſeruire tanquam Portionarius.*

10 [*Canonicus iudex eſt ſuſpectus in cauſa ſui concanonici, ſed verius num.* 11.

Canonici in cauſa ſui Capituli ſunt idonei teſtes. ibid.

12 *Teſtis de vniuerſitate eccleſiaſtica admittitur ad teſtificandum pro ſua vniuerſitate.*

13 *Canonici in iis, quæ ſingulorum commodum, & vtilitatem reſpiciunt, ad teſtificandum non admittuntur.*

14 *Canonicus in cauſa ſua præbenda non poteſt eſſe teſtis.*

15 *Cauſa ſpectare ad ſingulos de Capitulo, quando dicatur.*]

OFFICIVM Canonicorum in duobus potiſſimum conſiſtit, ſtallo ſcilicet in choro cum participatione Diuinorum, & loco in Capitulo, vt probat tex. *in cap. relatum* 9. *cap. dilectus* 19. *cap. pro illorum* 22. *in fine*, *cap. dilecto* 25. *in princ. de præbend.* Petr. Greg. *Syntagm. iuris, lib.* 15. *cap.* 23. *num.* 12. Zerol. *in praxi Epiſcop. parte* 1. *verb. Canonici*, §. 4. Officium chori, & participationis Diuinorum breuiter, ſed eleganter deſcribit Concilium Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 12. *verſ. omnes*, in hæc verba. *Omnes verò Diuina per ſe, & non per ſubſtitutos compellantur obire Officia, & Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti aſsiſtere, & inſeruire atque in choro ad pſallendum inſtituto hymnis, & canticis Dei no-* 1

men reuerenter, diſtinctè, deuotéque laudare.

2 Ex tribus conſtare officium Canonicorum in choro colligitur ex dicto Concilij decreto, *primò* in ſeruiendo per ſe, & non per ſubſtitutos; *ſecundò* in aſſiſtendo Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti; *tertiò* in pſallendo in choro. De eorum quolibet ſigillatim particulari ſub capite agemus, & in hoc de primo.

3 Sacra igitur Rituum Congreg. *in vna Egitanien.* 23. *Nouembris* 1602. cenſuit *Canonicos teneri per ſe ipſos, & non per ſubſtitutos ſuo muneri ſatisfacere, niſi legitimè ſint impediti,* prout declarauit eadem Sacra Congreg. *in vna Neritonen.* 15. *April.* 1606. & nuncu-
4 patim quòd † Canonici Eccleſiarum Collegiatarum per ſe, & non per ſubſtitum inſeruire debeant, [& diuina obire munia, poſt Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. d. cap.* 12. *verſ. omnes verò*, tenent Seraphin. *deciſ.* 1256. *num.* 4. nouiſſimè Ciarlin. *controuerſ. forenſ. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 29.] Rota *deciſ.* 659. *num.* 3. *parte* 4. *diuerſ.* Et ſi factum ſit aliquod ſtatutum, aut extet conſuetudo etiam immemorialis, quòd Canonici poſſint inſeruire per ſubſtitutos, vel alternatim vnus pro alio, eius ratio habenda non eſt, quia eſt contra Conc. *cit. loco*, ita [Seraphin. *d. deciſ.* 1256. *num.* 4. Ciarlin. *d. cap.* 38. *num.* 30.] Zerol. *in praxi Epiſcop. par.* 2. *verb. Canonicus*, §. 5. Nicol. Garc. *de benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 498. & *num.* 503. Rot. *deciſ.* 659. *par.* 4. *diuerſ.*

[Circa onus Canonicis incumbens ad Miſſas decantandas an debeant illud perſonaliter obire, vel poſſint quandoque per ſubſtitutos adimplere, huius loci eſt inueſtigare & quamuis ad huiuſmodi onus ſubeundum cogi poſſe videantur, ex vulgatis iuris regulis, quæ in hoc caſu præceptum, & neceſſitatem important, nihilominus tamen ſtante vſu immemorabili, vt quis deſeruiat in Miſſis cantandis per alium ſui ſimilem, puto probabile, vt Canonicus per ſe non teneatur celebrare, ſed poſſit per ſubſtitutum ſatisfacere, per ea quæ latè tradit Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 800. *num.* 1. *cum ſeqq. tom.* 4. quod neceſſariò eſt intelligendum exiſtente iuſta cauſa impedimenti, vel abſentiæ. nam qui tenetur per ſe celebrare, iuſtam habet excuſationem, ſi legitimè impediatur, adeò, vt tunc nec adſtringi valeat ad celebrandum per alterum: qui verò per ſe, vel per alium obligatus eſt celebrare, etiamſi iuſto detineatur impedimento, tamen adhuc tenetur per alium adimplere, ita Nau. *in man. cap.* 25. *num.* 154. Azoti. *inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *q.* 7. *verſ. reſpondeo.* Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcop. par.* 2. *alleg.* 24. *num.* 28. Vnde meritò, vt nullo caſu omittat Canonicus adimplere onus ſibi iniunctum Miſſarum decantandarum, licèt infirmus ſit, vel ex iuſta cauſa abſens, ſolet ſtatuto caueri, vt per ſe, vel per alium ſui ſimilem huic oneri ſatisfaciat, quo etiam caſu non libera præſtatur Canonico electio, vt fieri ſolet, ſed analogicè, vt ita demum Canonicus poſſet per alium ſatisfacere oneri Miſſarum, ſiue ſolemnium, ſiue non ſolemnium, ſi iuſto aliquo impedimento fuerit detentus, vel infirmitatis, vel abſentiæ, ne ipſe valeat phyſicè per ſe adimplere, ſic enim iuſtum eſt, vt per inſtitutum ſeruiat, ſi poteſt, ſin impeditus ſit, per alium ſatisfaciat, Lambertin. *de iurepatron. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 7. *princ. art.* 28. *num.* 2. 3. & 4. & *art.* 30. *num.* 25. §. *ſit igitur concluſio, verſ. amplia ſecundò.* Gutier. *conſ.* 1. *num.* 11. *verſ. & prædicta.* Nicol. Garc. *de benef. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 496. 498. & 504. Azoti. *inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *q.* 7. *verſ. quando verò talis*, quos refert & ſequitur Ioan. Baptiſt. Ciarlin. *controuerſ. forenſ. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 28.

Et ad hæc reducenda ſunt, quæ à ſacris Congregationibus Concilij & Rituum hac de re emanarunt; ſacra autem Concilij Trid. Cong. prout refert Garc. *d. par.* 3. *cap.* 2. *num.*
495. ita habet † *An Canonici teneãtur per ſe* 5
ipſos cantare Miſſas in omnibus feſtis Dominicis Aduentus, & Quadrageſima, an tantùm ſolemnibus? Congregatio cenſuit cogendos eſſe ad perſonaliter canendum Miſſam illis diebus, quibus ex inſtitutis, & legitima conſuetudine illius Eccleſiæ debent eas dicere, nec poſſunt per alios Miſſas canere maiores prætextu quòd ipſi Miſſas diebus ſolemnibus decantabunt, ſed cogendi ſunt ad perſonaliter canendum Miſſas illis diebus, quibus ex inſtitutis, vel legitima conſuetudine illius Eccleſiæ debent.

Item & alia deciſio S. Rituum Congreg. 6
ad ſupplicationem Capituli, & aliorum Eccleſiæ Abulen. Portionatium, quæ ſic cantat, *Obtinentes Dignitates, Canonicatus, vel Portiones in Eccleſiis præſertim Cathedralibus cuiuſcunque qualitatis ſint, Epiſcopo ſolemniter celebranti, aut Pontificalia exercẽti aſſiſtere, ac veſtibus ſacris indutos eidem inſeruire, necnon munera eiſdem Dignitatibus, Canonicatibus, & Portionibus in decantatione Miſſæ, Euangelij, Epiſtolæ, & ſimilium functione, præſtatione incumbentia, & annexa per ſe ipſos ſubire, & exercere iuxta ſacrorum Canonum, & Concilij Trident. diſpoſitionem, ac cuiuſque Eccleſiæ particularem ordinationem, certam eſſe reſpondit Sacrorum Rituum Congregatio, quod ſi quando aliquis legitimo impedimento detentus ea per ſe ipſum adimplere non poterit, tunc alios, eiuſdem tamen Ordinis, & gradus, non autem inferioru, Dignitates nempè alias Dignitates, Canonici Canonicos, & Portionarij reſpectiuè Portionarios in ſua quiſque hebdomada, ne graduum, & ordinum prærogatiua confundantur,*

deputare

deputare debebunt, idque per Epiſcopum opportunis remediis etiam huius Decreti vigore prouidendum fore cenſuit eadem Sacra Congreg. ſub die 18. *Maij* 1602. *Ptolom. Card. Comen. Alex. Gratianus Profec. Congr.* quam declarationem ſe vidiſſe authenticam teſtatur Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 496.

7 Obtinentes quoque Dignitatem cum Canonicatu, aut Portione, tenentur vtriuſque beneficij onera ſubire per ſe ipſos, niſi ſeruitia eodem tempore concurrant, itaut ab vna perſona præſtari nequeant [nam percipit duplices fructus & diſtributiones, vt dixi *cap.* 21. *num.* 18. vnde duplex onus ſubire debet, & duarum perſonarum vices præſtare. *l. tutorem ff. de his quibus, vt indign.* latè Prob. *in cap.* 1. *num.* 7. *de conſuet. in* 6. niſi fortè vna præſentia ſufficeret propter incompatibilitatem beneficiorum. Cou. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 5. Rebuff. *de diſpenſ. ad plura beneſ. num.* 71. *&* 72. refert Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 5. *cap.* 894. *num.* 23. *cum ſeqq.*] & ita declarauit Sacra Congreg. Concilij *in vna Abulen.* cuius verba refert Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 503. vt in ſequenti declaratione Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini. *Pro parte Epiſcopi Abulen. quæritur an obtinens Dignitatem cum Canonicatu, ſeu portione in eadem Eccleſia teneantur per ſe ipſos vtriuſque beneficij onera ſubire, itaut non ſatisfaciant Concilio deſeruiendo perſonaliter in Dignitate, & per ſubſtitutum in Canonicatu, ſeu Portione non obſtante contraria Eccleſiæ conſuetudine? Epiſcopo Abulen. reſp. Reuerendiſſ. D. vti frater. Propoſitus fuit libellus S. Congregationi Cardinalium Concilij Tridentin. interpretum, qui cum his ad Amplitudinem tuam litteris mittitur, de obtinentibus Dignitatem cum Canonicatu, ſeu Portione in eadem Eccleſia, vt ex illo ipſa videbit. Congregatio cenſuit ſic obtinentem teneri per ſe ipſum vtriuſque beneficij onera ſubire, nec aliter Concilio ſatisſacere quàm ſi perſonaliter vtrique deſeruiat, niſi tamen ſeruitia ſimul ita concurrant, vt ab vna perſona eodem tempore præſtari nequaquam poſsint. Porrò facultatem ſubſtituendi in ſeruitio Canonicatus quempiam alium Canonicum, qui eo tempore ſeruitio non ſit obſtrictus, exiſtimauit minimè illi denegandum eſſe, ceſſante fraude, & calumnia, quam Congregationis ſententiam Amplitudini tuæ ſignificandam duxi, vt illam pro ſuo munere obſeruandam curet, cui optimam valetudinem precamur in Domino. Romæ die* 27. *Iulij* 1587. *Amplitudinis Tuæ vti frater A. Cardin. Carrafa.* Et addit idem Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *ſub num.* 504. aliam declarationem *in vna Calagurita-na ſub die* 19. *Iulij* 1593. quæ ſic ait. *Congregatio Concilij cenſuit minimè potuiſſe Epiſcopum ſtatuere, vt Decanus primam obtinens Dignitatem in Eccleſia Collegiata S. Mariæ, tenentur contra conſuetudinem dictæ Eccleſiæ inſeruire in Diaconi officio Sacerdotali celebranti, niſi Decanus vltra Dignitatem Decanatus obtineret in eadem Eccleſia etiam Præbendam onus hoc canendi Euangelium annexum habentem, tunc enim ad onus prædictum etiam ſubeundum cogendum fore.*

Si Dignitas, & Canonicatus ſint adinuicem, & æquè principaliter vnita, cùm vti duo beneficia obtineantur, illa obtinens vtriuſque onera ſubire per ſe ipſum tenetur, ſecus verò ſi vnio facta ſit acceſſoriè, & non æquè principaliter, idem etiam dicendum eſt ſi facta ſit ad vitam obtinentium dumtaxat; quia per iſtam vnionem, ad vitam non extinguitur titulus beneficij vniti, ita declaraſſe Sacram Congreg. Concilij refert Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 506. *& ſeqq.* 8

Sed ſi Portio vnita ſit Dignitati perpetuò, & acceſſoriè, & per viam incorporationis, tunc quia per iſtam vnionem Portio deſiit eſſe Portio, & eius titulus, & effectus extinctus fuit, ac effecta eſt vnum tantùm beneficium, obtinens Dignitatem, cui ſic eſt vnita Portio, non tenebitur ſeruire tanquam Portionarius, nec ſubire onera aliàs competentia ratione Portionis: ex alia declaratione eiuſdem Sacræ Congreg. colligit Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 508. *&* 509. vbi, *num.* 510. refert ſic etiam fuiſſe reſolutum in Rota *in vna Burgen. ſeruitij Decanatus* 13. *Iunij* 1594. coram Litta, quam, cùm ſit in hac materia magiſtralis, hîc inſerendam duxi. *Domini reſoluerunt Decanum non teneri ſeruire tanquam Portionarius, quia Portio eo ipſo quòd vnita fuit in perpetuum Dignitati Decanatus per viam incorporationis, vt ex lectura vnionis factum fuiſſe apparet, deſiit eſſe Portio, illiúſque nomen, & effectus extinctus fuit,* Doct. *in cap. cùm acceſsiſſent, de conſtit.* gloſſ. *verb. Eccleſias, in Clemen. per litteras, de præbend.* Ioan. Baptiſt. de S. Seuerino *in tract. de vnion. art.* 8. *q.* 11. *& ſeqq.* Oldrad. *conſ.* 259. *num.* 15. *& ſeq.* Rot. *deciſ.* 11. *de reb. Eccleſ. non alienan. in antiquis.* Caſſad. *deciſ.* 13. *num.* 1. *ſuper regulis. Vnde cùm titulus Portionis, eiúſque effectus ſit extinctus, non poteſt dici quòd Decanus vti Portionarius tenentur ſeruire, cùm non entis nullæ ſint qualitates, & qualitates ſine ſubiecto eſſe non poſsint; nec ex eo, quòd in vnione dicitur quòd per vnionem huiuſmodi dicta Portio debitis non fraudetur obſequiis, ſed eius congruè ſupportentur onera conſueta; debet contrarium determinari; nam dixerunt Domini dictam clauſulam intelligi debere de oneribus non competentibus ratione ſolius Portionis; ſed de his, quæ extrinſecè veniunt ſubeunda, cùm, quæ competunt ratione ſolius tituli, ceſſent, de medio ſublato ipſo titulo per viam dictæ perpetuæ vnionis,* 9

vnionis, ad tex. in cap. cùm ceſſante, de ap-
pellationib. *eum vulgaribus, & huic interpre-
tationi eſſe inhærendum, dixerunt Domini ne
verba Papæ facto eiuſdem contradicant, ad tex.
in l. 1. vbi ſcribentes, C. plus valere quod agi-
tur. Et quòd inductum fuit mediante vnione in
honorem Dignitatis Decanatus, & augmentum
eius, retorqueatur in diminutionem honoris, &
Dignitatis illius mediante ſeruitio ſuæ Digni-
tati minimè condigno contra omnem rationem.
Debet enim omnis diſputatio ſano modo inter-
pretari, & vt omnis contrarietas euitetur, cap.
inter dilectos, §. cæterùm, de fide inſtrumen.*
Bart & alij *in 2. §. creditum, ff. ſi certum pet.
cum aliis* per Aymon. *conſ. 548. num. 19. lib. 3.
præſertim cùm Eccleſia ex defecta dicta Portio-
nis in Diuinis non dicatur pati aliquem defe-
ctum, vt notatur per Angel. in l. non alius. §.
legati,* & *ibi* Caſtr. *num. 3. ff. de iudic.* & per
Bald. *in repet. d. l. num. 2. in 2. elect.* Hacte-
nus Rota.

10 [Cùm ergo Canonici teneantur ſeruire per
ſe, ac in Choro, & in Eccleſia, perſonaliter,
& non per ſubſtituros aſſiſtere, iuxta ea, quæ
ſuprà hoc *eod. cap.* adduximus, & ſic ſocieta-
tem & familiaritatem inter ſe obtineant, vt
tradit gloſ. *in cap. cùm R. Canonicus 35. in
verb. cùm ſint eius ſocij, de offic. deleg.* & fra-
ternitatem contrahant, quia Canonici dicun-
tur fratres, *cap. quanto, & cap. nouit, de his,
quæ fiunt à Prel. ſine conſenſu Cap. cap. acce-
dens, vt lite non conteſt.* ideo Aloyſ. Ricc. *in
deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. p. 1. deciſ.
179. per tot.* reſoluit Canonicum iudicem eſſe
ſuſpectum in cauſa ſui Concanonici.

11 Verùm contraria ſententia receptior eſt,
quamque tenent Aufter. *de reprobat. teſtium
num. 13. verſ. adde quòd*, Alberic. de Malettis
in tract. de teſtib. cap. 4. num. 76. vbi intelli-
git quando Canonici inſimul non habitant,
Crot. *eod. tract. num. 168.* Campeg. *in ſimili
reg. 99. fallent.* 8. Maſcard. *de probat. concluſ.*
260. *num. 7.* Farin. *in praxi crimin. p. 3. q. 60.
num.* 461. Buratt. *deciſ.* 552. *num.* 8. Et ſpecia-
liter in Canonicis reſpectu ſui Capituli. id ip-
ſum aſſerunt Hector AEmil. *in tract. de teſtib.
verb. teſtis Abbas num.* 13. Alber. de Malletis
vbi ſup. cap. 5. num. 27. Maſcard. *d. concl.* 260.
num. 6. & 9. plures citati à Farin. *d. q. 60. num.*
460. per tex. *in cap. ſuper prudentia*, vbi etiam
gloſ. *in figuratione caſus* 14. *q. 2. & in d. cap.*
12 *cùm R. Canonicus.* † Nam teſtis de vniuerſitate
Eccleſiaſtica admittitur ad teſtificandum pro
ſua vniuerſitate. *cap. inſuper, de teſtib.* Socin.
reg. 408. in princ. Viui. *commun. verb. teſtis de
collegio*, Farin. *d. q. 60. num.* 451.

13 Limita tamen, hanc ſecundam receptio-
rem ſententiam non procedere in iis, quæ
ſingulorum commodum, & vtilitatem reſpi-
ciunt, in quibus eoſdem Canonicos, ſingu-
loſque alterius cuiuſcunque vniuerſitatis, ad
teſtificandum non admitti tenent Cou. *pract.
cap. 18. num. 4. verſ. quibus ſuffragatur*, Cæſ.
de Graſſis *deciſ. 85. num. 2.* Menoch. *de arbitr.
caſu 106. num. 13. cum ſeqq.* Maſcard. *concluſ.*
318. *num.* 3. Farin. *d. q. 60. num.* 496. Et in
ſpecie quòd † in cauſa Præbendæ ipſius Ca- 14
nonici, quia agitur de proprio, & ſingulari eius
commodo, non ſit ipſe Canonicus idoneus
teſtis, reſoluunt Abb. *in cap. inſuper num. 7.*
Felin. *num. 6. de teſtib.* Aufter. *de reprobat.
teſt. num. 1. verſ. ex qua Siculus, & num.* 91.
Maſcard. *concl.* 1357. *num.* 29. Farin. *d. q. 60.
num.* 462.

Dicitur autem cauſa ſpectare ad ſingulos 15
de Capitulo quando proprietas eſt Capituli,
ſed vtilitas ſingulorum, vel quando agitur de
prædio & vinea, de cuius fructibus ſinguli de
Capitulo habent ſuos redditus, & ex quibus
viuunt, & aluntur, vel quando agitur de lite,
in qua ſi Capitulum ſuccumberet, certum eſt
in ſingulos imponendam eſſe collectam, ſecus
ſi hoc ſit dubium, ita Farin. *d. q. 60. num.* 499.
504. 505. *&* 507.]

Capvt XXXII.

Canonici an, quando, & quomodo teneantur aſſociare, & reducere Epiſcopum venientem ad Eccleſiam celebraturum, vel diuina Officia auditurum?

Svmmarivm.

1 *Canonici tenentur in eorum habitu Canonicali accedere ad domum Epiſcopi, & illum aſſociare ad Eccleſiam celebraturum, vel diuina Officia auditurum cum cappa accedentem, excipientes illum ex aliquo cubiculo Palatij Epiſcopalis Eccleſiæ contigui.*

2 *Cæremoniale ſeruandum circa aſſociationem, & reductionem Epiſcopi celebraturi in Cathedrali.*

3 *Domus Epiſcopi quibus paſſibus debeat diſtari à Cathedrali, vt Canonici illum ab ea ad Cathedralem aſſociare non teneantur, oſtenditur.*

4 *Palatium Epiſcopi ſi ſit longè diſtans, debet Epiſcopus aſſociari per Canonicos ex aliquo loco ad hoc deputato propè Eccleſiam, vel ex Eccleſiæ ipſius atrio, aut ſcalis.*

5 *Canonici in eorum habitu Canonicali tenentur aſſociare Epiſcopum in ſolemnioribus tantùm diebus, quibus cum cappa ad celebrandum ſolemniter, ſeu vt diuinis*

nis Officiis aſſiſtat, accedere voluerit.
Canonici Diaconi non debent hinc inde aſſiſtere Epiſcopo dum is accedit ad Eccleſiam, niſi quando eſt paratus cum Pluuiali, & Mitra.

7 *Canonici non tenentur niſi ex voluntate, & vrbanitate aſſociare Epiſcopum, cùm in diebus non ſolemnioribus priuatè ſine cappa, vel ex alia cauſa ad Eccleſiam accedere voluerit.*

8 *Aſperſorium cum aqua benedicta Epiſcopo accedenti ad Eccleſiã debet miniſtrari à prima Dignitate, vel digniore Canonico.*

9 *Aſperſoriam porrigendum eſt Epiſcopo accedenti ad Eccleſiam Collegiatam ab illius Priore, non autem à prima Dignitate, vel primo Canonico Cathedralis, quatenus ibi adſit.*

10 *Feſta ſolemnia, ſeu dies ſolemnes, quibus Epiſcopus poteſt incedere, ſeu procedere ad Eccleſiam cum cappa, ſeu Pluuiali, ſunt qui* in cap. 1. & 33. Cæremonialis Epiſcoporum *annumerantur.*

11 *Diebus ſolemnioribus tenentur Canonici Epiſcopum aſſociare, & reducere etiamſi cappa non vtatur, ſi ea vti non ſoleat illis diebus.*

12 *Canonici debent aſſociare Epiſcopum ad Eccleſiam in Dominicis diebus, & aliis feſtiuitatibus per annum, ſi id conſuetudine fuerit introductum.*

13 *Suffraganco Epiſcopo veniente ad Eccleſiam ad celebrandum nomine proprij Epiſcopi, non tenentur Canonici obuiam ire, niſi vſque ad portam Eccleſiæ.*

14 *Epiſcopus debet Canonicis certam horam ſui aduentus ad Eccleſiam tempore congruo ſtatuere, & ſignificare.*

15 *Canonici poſt ſignum datum ad Officium inchoandum, etiam non expectato Epiſcopo, Officium inchoare poterunt.*

16 *Epiſcopus ſi ad Eccleſiam deſcendat poſt inchoatum Officium, tunc ſatis eſt ſi quatuor, vel quinque Canonici ei obuiam eant, idem ſi poſt decantatum Euangelium concio inchoetur, vt num.* 17.

18 *Epiſcopum ſi finita concione velit ad domum redire, non debent Canonici deſerere Miſſam, ſed tres, vel quatuor Epiſcopum vſque ad portam comitentur.*

19 *Canonici vt Epiſcopum in reditu finito Officio aſſocient ſufficit vſque extra portam Eccleſiæ, vel vſque ad primum atrium.*

20 *Deciſio in cauſa Elboren. refertur.*

21 *Canonici debent aſſociare Epiſcopum redeuntem vſque ad aulam, vnde deduxerunt eum ad Eccleſiam.*

22 *Pallium à palatio in Eccleſiam non conuenit geſtare Epiſcopo, ſed debet aſſumi poſt cantatam Tertiam in ſacello Eccleſiæ vbi paratur Epiſcopus.*

23 *Legilis loco de quo* in Cærem. lib. 2. cap. 31. *poteſt tolerari Laicus clauiferarius, dummodo ſit indutus habitu clericali.*

24 *Duci Segorbicæ, & Cardonæ an debeantur, & quomodo cæremoniæ aſſociationis, thurificationis, & pacis per Canonicos Eccleſiæ Cathedralis Segorbicen. oſtenditur.*

TENENTVR Canonici in eorum habitu Canonicali accedere ad domum Epiſcopi, illúmque aſſociare ad Eccleſiam celebraturum, vel diuina Officia auditurum cum cappa accedentem, & finito Officio illum in reditu aſſociare, ita Sacra Rituum Congregat. *in vna Raguſina* 8. *Maij* 1617. *& in alia Taruaſin.* 19. *Ianuarij* 1619. non ex vrbanitate, ſed ex debito, vt *in Salamantina decimoſexto Iulij* 1605. Excipientes ſcilicet illum ex aliquo cubiculo Palatij Epiſcopalis Eccleſiæ contigui in reaſſociatione verò eiuſdem ab Eccleſia ſaltem vſque ad portam Eccleſiæ, circa quod † ſeruandum eſt Cæremoniale *lib. 2. cap. 1.* ita eadem Sacra Congregat. *in Elboren. & Oſcen.* 16. *Maij* 1601. *& in Cremen.* 28. *Septembris* 1602. *& in Placentina prouinciæ Compoſtellanæ* 4. *Iulij* 1615. *in 6. dub.* † Etiamſi domus non ſit contigua Eccleſiæ, dummodo non multum diſtet, vt *in Colimbrien.* 6. *Iulij* 1602. *& in dict. Oſcen.* & etiamſi diſtet per ſpatium 60. paſſuum, qui habentur pro modico ſpatio *in Theatina* 14. *Decembris* 1602. *Tiſernaten.* 5. *Iulij* 1603. & etiamſi diſtet per ſpatium 110. paſſuum, vt *in Elnen.* 10. *Ianuarij* 1604. & per ſpatium 160. paſſuum, vt *in Tarracinen.* 20. *Auguſti* 1622. † Si verò Palatium ſit longè diſtans, debet aſſociari ex aliquo loco ad hoc deputato propè Eccleſiam, vel in Eccleſiæ ipſius atrio, aut ſcalis, vt *in d. Oſcen.* 16. *Maij* 1601. 1 2 3 4

Sed non quoties Epiſcopus ad Eccleſiam accedit Canonici in eorum habitu Canonicali eum ex ſuo Palatio aſſociare tenentur, & reducere, ſed in ſolemnioribus tantùm diebus, quibus cum cappa ad celebrandum ſolemniter, ſeu vt diuinis Officiis aſſiſtat, accedere voluerit, ita ead. S. Congreg. *in vna Peruſina* 20. *Nouembris* 1601. *& in dict. Placentina in* 1. *dub.* & † Canonici Diaconi non debent hinc inde aſſiſtere Epiſcopo, dum accedit ad Eccleſiam, niſi quando eſt paratus cum Pluuiali, & Mitra, eadem Sacr. Congreg. *in Æſina* 30. *Auguſti* 1602. 5 6

In cæteris verò diebus, quibus Epiſcopus priuatè ſine cappa, vel ex alia cauſa ad Eccleſiam accedere voluerit, non tenentur Canonici niſi ex voluntate, & vrbanitate hæc obſequia ei præſtare, & ſatis eſt ſi aliqui ex 7

Digni

Dignitatibus, & Canonicis ad oſtium Eccleſiæ occurrant, qui dignior aſperſorium cum aqua benedicta miniſtrare debet, & abeuntem ſimiliter vſque ad oſtium comitentur. Ita eadem S. Cong. *in Peruſina* 20. *Decemb.* 1601. *Brunduſina* 2. *Martij* 1602. *Aſculana* 16. *Decembris* 1606. *Ripana* 24. *Octobris* 1604. *&* 30. *Ianuarij* 1610. *Sarzanen.* 12. *Martij* 1618. *Taruiſana* 19. *Ianuarij* 1619. *Liman. in Indiis* 26. *Maij* 1621. & nouiſſimè *in Lunen. Sarzanen.* 3. *Martij* 1633. vbi expreſsè tenet Epiſcopum venienti ad Eccleſiam dum non recitantur horæ, omnes in Eccleſia, & choro præſentes teneri obuiam ire, & excipere.

8 Semper enim aſperſorium cum aqua benedicta Epiſcopo accedenti ad Eccleſiam debet miniſtrari à prima Dignitate, vel digniore Canonico, ead. S. Congreg. *in Salamantina* 16. *Iulij* 1605. *& in Sarzanen.* 12. *Martij*
9 1612 † Accedenti verò ad Eccleſiam Collegiatam porrigendum eſt à Priore eiuſdem Eccleſiæ, non autem à prima Dignitate, vel primo Canonico Cathedralis, quatenus ibi adſit, vt *in Camarinen.* 15. *Martij* 1618. *in reſp. ad* 2. *dub.*

10 Quæ autem intelligantur feſta ſolemnia, quibus Epiſcopus poteſt incedere, ſeu procedere ad Eccleſiam cum cappa, ſeu Pluuiali, refert Cæremoniale *lib.* 2. *cap.* 1. *&* 34. ad quod recurrendum eſſe in hac parte cenſuit eadem Sacra Cong. *in vna Lamacen.* 17. *Martij* 1607. & dies ſolemnes ad effectum de quo agitur, eſſe illos omnes, qui *in cap.* 1. *&* 25. *Cæremonialis Epiſcoporum* connumerantur, ex
11 quibus ſtatuitur † Epiſcopū poſſe ad libitum vel celebrare, vel Diuinis aſſiſtere, vt dicit eadem Sacra Congregat. *in vna Terracinen.* 18. *Martij* 1623. nouiſſimè eadem S. Cong. Rit. declarauit *ſub die* 1. *Decembris* 1632. *inhærendo alteri reſolutioni ſub die* 17. *Nouembris* 1607. *feſtiuitates ſolemnes per annum eſſe feſtum Paſchatis, Reſurrectionis D.N. Ieſu Chriſti, feriam quintam in Cœna Domini, feſtum Aſcenſionis D. N. feſtum Pentecoſtes, feſtum Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, feſtum Aſſumptionis B. Mariæ, feſtum omnium Sanctorum, feſtum Natiuitatis, & feſtum Epiphaniæ;* & his diebus tenentur etiam Epiſcopum aſſociare, & reducere, etiamſi cappa non vtatur, quando pro loci, aut prouinciæ conſuetudine, aut aliàs cappa vti non ſolet, aut eius loco alium habitum ferre conſueuit, vt *in Elboren.* 8. *Martij* 1600.

12 Vbi tamen eſt conſuetudo quòd quoties Epiſcopus cum cappa accedit ad Eccleſiam vt celebret, vel diuinis Officiis aſſiſtat, etiam in Dominicis diebus, & aliis feſtiuitatibus per annum, ſemper illum Canonici à cubiculo, ſeu à camera deputata aſſocient ad Eccleſiam, & in reditu finito Officio vſque ad Portā Palatij, illa ſeruanda eſt, ſicut cenſuit eadem S. Cong. Rit. *in Ripana* 30. *Ianuarij* 1610. & quæ huc uſque diximus de Canonicis, intelliguntur de Dignitatibus, licèt Cæremoniale tantùm Canonicos exprimat, ex eadem S. Cong. *in Peruſina* 21. *Auguſti* 1601.

Epiſcopo autem Suffraganeo venienti ad 13
Eccleſiam ad celebrandum nomine Epiſcopi proprij, non tenentur Canonici obuiam ire vſque ad cubiculum, ſicut tenentur ire obuiam Epiſcopo proprio; ſed ſatis eſt, vt Suffraganeo aliqui Canonici obuiam procedant vſque ad portam Eccleſiæ, ex eadem Sacra Cong. *in Bracharen.* 1. *Septembris* 1607.

Ne diuina Officia turbentur, debet Epi- 14
ſcopus certam horam ſui aduentus tempore congruo ſtatuere, & ſignificare, vt dicitur *in dictis Elboren. & Oſcen.* 16. *Maij* 1601. *& Placentina Prouincia Compoſtellana* 4. *Iulij* 1605. *in* 1. *dub.* vbi additur quòd † ſi fuerit 15
intimata certa hora Officij, ac dato ſigno, & non veniente Epiſcopo inchoari poteſt Officium. Quando enim per ſonum campanæ hora certa Officij inchoandi intimatur, quæ tamen hora conſultanda erit, & ſtabilienda priùs cum Epiſcopo, dato ſigno diutiùs vltra ſignum vltimum datum non eſt immorandum, ſed Canonici poſt ſignum datum, etiam non expectato Epiſcopo, Officium inchoare poterunt, vt habetur *ibidem in* 5. *dub. & in d. Salamant.* 16. *Iun.* 1605.

Sed quando poſt inchoatum Officium Epi- 16
ſcopus ad Eccleſiam deſcendit, tunc ſatis erit ſi quatuor, vel quinque Canonici, vel de Capitulo ei obuiam eant, & maior pars Canonicorum in choro remaneat, vt *in d. Placentina in* 1. *dub.* Et nouiſſimè eadem Sac. Cong. *Rituum in Lunen. Sarranen.* 3. *Martij* 1653. cenſuit † *quòd Epiſcopo venienti ad Eccleſiam,* 17
dum in choro à Canonicis recitantur horæ Canonicæ, ſaltem duo ex Canonicis tenentur è choro diſcedere, & obuiam ire, porrigentes aſperſorium.

Idem ſi Epiſcopus venit in eo tempore, quo 18
poſt decantatum Euangelium concio inchoatur, vt *in eadem Placentina in* 2. *dub.* quòd ſi finita concione velit domum redire, non debent Canonici deſerere Miſſam, ſed tantùm tres, vel quatuor Epiſcopum vſque ad portam comitentur, & ſtatim redeant, vt *in* 3. *dub.* Sed ſi poſt finitam Miſſam velit diſcedere, nec expectare quòd Hora Sexta recitetur, quæ de conſuetudine Eccleſiæ immediatè finita Miſſa cantari ſolet, Canonici omnes ſaltem vſque ad portam Eccleſiæ comitentur, vt *in* 4. *dub.*

In reditu verò finito Officio ſufficit, vt 19
Canonici Epiſcopum ſuum aſſocient vſque extra portam Eccleſiæ, vt dicitur in Cæremoniali,

niali, *lib. 1. cap. 1. in fine*, & declaratum fuit ab eadem Sacra Rituum Congregat. *in Cremen. ſub die 28. Septembris* 1602. vel vſque ad primum atrium, ſeu portam domus Epiſcopi, quando domus contigua eſt Eccleſiæ, vt declaratum fuit *in dictis Salamantin. & Placent. in reſpon. ad 6. dub.* Quæ omnia intelliguntur, vt diximus, quando Epiſcopus cum cappa venit ad Eccleſiam, vt celebret ſolemniter, vel vt diuinis Officiis aſſiſtat; quando verò priuatè, vel ex alia cauſa ſine cappa Epiſcopus ad Eccleſiam venire voluerit, non tenentur Canonici niſi ex vrbanitate hæc obſequia præſtare, vt fuit reſolutum *in d. Placentina in fine.*

20 Operæpretium duxi deciſionem emanatam in ſæpè citata *Elboren.* ex integro hic apponere, quæ ſic cantat. *In controuerſia quæ inter Reuerendiſsimum Archiepiſcopum Elboren. & Capitulum eiuſdem Eccleſiæ in Rota pendet ſuper modo excipiendi, & aſſociandi ipſum Archiepiſcopum cùm ad Eccleſiam acceſſurus eſt, quæ ad Congregationem Sacror. Rituum per Sanctiſſ. Dom. N. remiſſa fuit, Congregatio auditis ſæpius ambarum partium procuratoribus, & aduatis die 16. May 1601. decreuit Archiepiſcopum quoties ad Eccleſiam cum cappa Pontificali acceſſurus eſt, excipiendum eſſe à Capitulo ex aliquo cubiculo, ſeu camera Palatij Archiepiſcopalis Eccleſiæ contigui, in aſſociatione autem, & reductione eiuſdem tum ex Eccleſia diſcedit, ſeruanda eſſe ea, quæ in Cæremoniali Epiſcoporum nuper edito præſcribuntur. Cæterùm ne propter Archiepiſcopi aduentum dicta Officia turbari contingat, Archiepiſcopus certam horam, qua ad Eccleſiam accedere intendit, congruo tempore Canonicis, & Capitulo intimare, & ſignificare debebit, litem verò in Rota pendentem facto verbo cum Sanctitate ſua non obſtante aſſerta Capituli conſuetudine extinguendam fore cenſuit.*

Canonici omnes non tenentur aſſociare Epiſcopum ab eo Altari, in quo Miſſam planam celebrauit, ad Sedem Epiſcopalem, ſi voluerit Miſſæ Conuentuali aſſiſtere, ex eadem Sacr. Congregar. Rituum *in Tifernaten. 5. Iuly* 1603. Nec tenentur niſi ex vrbanitate aſſociare Epiſcopum venientem ad Cameram Capitularem, eadem Sacr. Congregat. *in Salamantina 16. Iuly* 1605. Huiuſmodi autem Canonici aſſociantes Prælatum incedentem per Eccleſiam dando benedictionem debent incedere capite detecto, vt cenſuit S. Congregat. Rituum *in Lunen. Sarzanen. 3. Marty* 1633. vbi etiam fuit deciſum Canonicos incedentes in proceſſionibus Palmatum, & Candelarum, quibus Prælatus cum Mitra interuenit, debere in Eccleſia incedere capite detecto, extra verò Eccleſiam cum birreto.

Palatium Epiſcopale Portugalen. ſi non 21
eſt continuum cum Eccleſia Cathedrali, illi tamen eſt contiguum, & quando Epiſcopus ad dictam Eccleſiam pallio conſiſtoriali indutus procedit, illum ſic procedentem à dicto Palatio vſque ad prædictam Eccleſiam Decanus, & Capitulum aſſociant, at redeunti hoc facere negligunt niſi vſque ad portam Eccleſiæ ſolummodò, & licèt Cæremoniale contrarium diſponat, Capitulum tamen offert in exequutione veterem poſſeſſionem in qua reperitur, nam duo antecedentes Epiſcopi hoc ita fieri permiſerunt. Quare *primò* dubitabat nunc modernus Epiſcopus, verùm in hoc caſu debeat obſeruari Cæremoniale, an huiuſmodi ſtylus? *Secundò*, vtrùm ad Orationes pro Aſperges in Miſſa, & in Proceſſionibus debeat tenere Miſſale ille, quem Cæremoniale, & idem Miſſale diſponunt, an quidam laicus clauiſerarius, vulgo *Porteiro da maſſa*, quem Capitulum ſecundùm ſua ſtatuta, & ſtylum ad hunc effectum deputat? *Tertiò* vtrùm poſſit Epiſcopus obligare Capitulum ſub cenſuris, & pœnis pecuniariis ad obſeruationem Cæremonialis, quòd prædictum Capitulum obſeruare recuſat ſub prætextu quòd reperiatur in contraria poſſeſſione, & ſtylo.

Sacra Rituum Congreg. de menſe Decembris 1630. *reſpondit ad primum, quòd debent Canonici aſſociare Epiſcopum redeuntem vſque ad aulam, vnde deduxerunt eum ad Eccleſiam,* ex Cæremon. Epiſcoporum, lib. 1. cap. 15.
Aduertendum tamen quòd † non conuenit 22
geſtare pallium à palatio in Eccleſiam; quia pallium aſſumi debet poſt cantatam Tertiam, in Sacello Eccleſiæ, vbi paratus Epiſcopus, Cæremon. lib. 2. cap. 8. *Ad ſecundum, quòd † in Cæ-* 23
remon. lib. 2. cap. 31. *alternatiuè dicitur à miniſtris, vel à legili, ideò loco legilis poteſt tolerari laicus ille clauiſerarius, dummodo ſit indutus habitu clericali. Ad tertium, quòd Conſtit. Clem. VIII. apertè obligat ad formulas traditas in Cæremoniali Epiſcoporum, neminémq; aliter ſatisfacere poſſe.* Poſſunt igitur cogi contumaces iuris remediis, & præſertim quia ibidem tollit omnem contrariam conſuetudinem.

Supereſt nunc vt videamus an Domino 24
Ciuitatis debeantur per Canonicos Cæremoniæ aſſociationis cùm ad Eccleſiam Cathedralem accedit? hoc dubium fuit ſatis ventilatum in cauſa cæremoniarum vertente inter D. Ducem Segorbicæ, & Cardonæ ex vna, necnon Canonicos, & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis ſuæ Ciuitatis Segorbicen. partibus ex altera, in qua Eccleſia præſupponitur eſſe decem Canonicos, & quatuor Dignitates, vltra quatuor alia officia, & compluta beneficia, propoſito dubio, an prædicto Duci debeātur, & quomodo cæremoniæ aſſociationis;

thurificationis, & pacis, & audita vtraque parte in verbo, & ſcriptis informante perpenſiſque omnibus hinc inde deductis, & allegatis. Sacra Rituum Congr. *ſub die 16 Februarij* 1630. referente Eminentiſſ. Sabelo decreuit *quòd prædicto Duci ad dictam Eccleſiam accedenti obuiam ire debeat vſque ad valuas dictæ Cathedralis, cum habitu Canonicali, tertia pars Canonicorum tunc exiſtentium in dicta Eccleſia choro, Sacriſtia, ac toto ambitu dictæ Cathedralis, dummodo non ſint pauciores duobus Canonicis, inter quos ſit, & eſſe debeat ſemper vna ex Dignitatibus, eumdémque Ducem aſſociare ad ſedem pro eo præparatam, atque in diſceſſu reſociare ad dictas valuas Eccleſiæ. Et inſuper quòd idem Dux priuſquam Canonici, & Dignitates thurificenter tribus ictibus per Diaconum in Miſſa, in Veſperis verò per primum Presbyterum aſsiſtentem, ſeu aliàs per eundem à quo thurificatur Epiſcopus, & hoc tam præſente, quàm abſente Epiſcopo; eidémque Duci oſculum pacis eodemmet modo ante Canonicos, & Dignitates per Subdiaconum tranſmittatur, & ita prædicta Congregatio cenſuit, & mandauit ab omnibus, quibus præſens tangit negotium, inuiolabiliter obſeruari.*

Capvt XXXIII.

Canonici an, & quando, & quomodo Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti aſsiſtere, & inſeruire teneantur?

SVMMARIVM.

1 *Aſsiſtere tenentur Epiſcopo celebranti Decanus, ſeu prima Dignitas, & duæ aliæ Dignitates, vel Canonici præter Diaconum, & Subdiaconum miniſtros.*

2 *Aſsiſtere Epiſcopo debent digniores, & honoratiores.*

3 *Aſsiſtentia cum Pluuiali Epiſcopo celebranti facienda eſt à prima Dignitate, ſeu à primo Canonico in Ordine Presbyterali conſtituto.*

4 *Dignitas prima, quamuis ſit vnita, ad aſsiſtendum Epiſcopo ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis cogi poteſt.*

5 *Dignitas prima dum in aſsiſtentia eſt apud Epiſcopum, intelligitur præſens in choro tam in Cathedrali, quàm in alia Eccleſia.*

6 *Aſsiſtentia duorum Canonicorum ſemper conuenit Epiſcopo loci Ordinario tantùm, ſiue celebret, ſiue diuinis Officiis aſsiſtat, maximè quando eſt paratus.*

7 *Canonici duo aſsiſtentes Epiſcopo debent eligi ex numero Diaconorum quando Præbendæ ſunt diſtinctæ.*

8 *Aſsiſtere Epiſcopo tenentur Canonici etiam quandò Ordinationem celebrat extra propriam Eccleſiam.*

9 *Epiſcopo exercente Pontificalia extra Cathedralem Eccleſiam, in ciuitate tamen, tenentur Canonici aſsiſtere & inſeruire, qui ſolent aſsiſtere, & inſeruire exercenti Pontificalia in Cathedrali.*

10 *Canonici Cathedralis ſi adſint debent inſeruire Epiſcopo Pontificalia exercenti extra Cathedralem, & non alij inferiores.*

11 *Dignitatibus, & Canonicis Cathedralis, ſi adſunt, pertinet aſsiſtere Epiſcopo Pontificaliter celebranti etiam in Eccleſia Collegiata, vel Parochiali, non autem ad Canonicos Collegiatæ, vel Presbyteros Parochialis.*

12 *Epiſcopo Miſſam priuatè celebranti in Cathedrali non tenentur Canonici aſsiſtere, niſi ex conſuetudine Eccleſiæ aſsiſtere tenerentur, vt num. 14.*

13 *Canonici in Miſsis priuatis Epiſcopo inſeruientes non lucrantur diſtributiones quotidianas, niſi ex conſuetudine Eccleſiæ aſsiſtere tenerentur, vt num. 14.*

15 *Aſsiſtentes Epiſcopo, licèt ſint minus digni, omnibus aliis præferuntur.*

16 *Aſsiſtentes ratione Aſsiſtentiæ ante Dignitates, & Magiſtratum thurificantur, & recipiunt pacem.*

17 *Thurificare debet Epiſcopum Aſsiſtens Presbyter, ſiue Dignitas ſit, ſiue Presbyter.*

18 *Epiſcopo Suffraganeo tenentur Canonici aſsiſtere quando nomine proprij Epiſcopi functiones Epiſcopales exercet.*

19 *Epiſcopus Suffraganeus non debet habere aſsiſtentiam duorum Canonicorum vltra Diaconum, & Subdiaconum.*

20 *Conſuetudo vt Dignitates, & Canonici Mitram, gremiale, & thuribulum, ac ſimilia miniſtrent Epiſcopo, ſeruanda eſt.*

21 *Conſuetudo ſeruari debet vt Dignitas, ſeu Canonicus geſtet Baculum Paſtorale ante Epiſcopum in quibuſdam diebus feſtiuis.*

22 *Archidiaconus cùm ſuſtinet Baculum Epiſcopi dum celebrat ſolemniter, thurificandus eſt immediatè poſt Diaconos aſsiſtentes, etiamſi ſit primus Archidiaconus.*

23 *Cæremoniale Romanum ſeruandum eſt circa aſsiſtentiam faciendam Epiſcopo à Dignitatibus, & Canonicis.*

24 *Cæremoniale non tollit immemorabiles, & laudabiles conſuetudines, ſed abuſus.*

25 *Dignitates, & Canonici tantùm, & non alij etiam vicarius generalis, debent facere circulum.*

26 Bire

26 *Biretum debet Epiſcopus cum cappa ſedens ad ſedem ſuam, ſibi de per ſe extrahere, & num. ſeq.*

27 *Dignitates Pluuialibus, Canonici Presbyteris Planetis, & Subdiaconi Dalmaticis, & Tunicellis vti debent, quando Epiſcopus ſolemniter celebrat, & in proceſsionibus.*

28 *Dignitates, & Canonici non tenentur ad benedictionem Epiſcopi genuflectere, ſed tantùm caput inclinare.*

1 EPISCOPO celebranti [aut alia Pontificalia exercenti aſſiſtere & inſeruire Canonici debent, vt ſtatuit Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. verſ. & Epiſcopo celebranti.* Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi p. 1. cap. 19. §. 3. in princip.* Quare dum ille Miſſæ ſacrum celebrat ſolemniter] aſſiſtere tenetur Decanus, ſeu prima Dignitas, & duæ aliæ Dignitates, vel Canonici præter Diaconum, & Subdiaconum miniſtros, qui cantant Euangelium, & Epiſtolam, ita cenſuit Sacra Rituum Con-
2 greg. *in vna Iacen. de anno* 1609. quia † aſſiſtere Epiſcopo debent digniores, & honoratiores, vt *in Calaguritana* 1 *Iulij* 1601. & ſic à prima Dignitate, vel à primo Canonico in Ordine Presbyterali conſtituto aſſiſtentia cum Pluuiali Epiſcopo celebranti facienda eſt, vt *in Vercellen. 7. Auguſti* 1610. *& in Rea-*
3 *tina* 10 *Ianuary* 1609. vbi etiam quòd † recuſans cogendus eſt pœnis, & cenſuris Ec-
4 cleſiaſticis, etiamſi ipſa † prima Dignitas ſit vnica, quæ ad aſſiſtendum etiam ſub eiſdem pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis cogi poterit,
5 vt *in Calaguritana* 12. *Decembris* 1620. † Et dum eſt in aſſiſtentia apud Epiſcopum intelligitur præſens in choro, tam in Eccleſia Cathedrali, quàm in alia Eccleſia, eadem Sacra Congr. *in Camerinen.* 15. *Martij* 1608. Dignitatibus, vel aliqua ipſarum ſuperueniente inchoato Officio, aſſiſtentes pro ipſis Epiſcopo, tenentur cedere locum aſſiſtentiæ, ita S. Congr. Rit. *in Iſernien.* 21. *Iunij* 1632. Et nouiſſimè petentibus Dignitatibus Cathedralis Monopolitan. declarari an Epiſcopo interueniente Miſſæ, vel Veſperis aſſiſtere debeant pro Presbytero aſſiſtente vna ex Dignitatibus, an verò Canonicus primus poſt Dignitates. S. Rit. Congr. in caſu propoſito ſic reſpondendum cenſuit; *Aut Prebendæ ſunt diſtinctæ in Presbyterales, & Diaconales, & tunc Epiſcopo ſolemniter celebranti aſsiſtere debere pro Presbytero aſsiſtente digniorem de Capitulo quocunque nomine nuncupetur, dummodo ſit in Sacerdotio conſtitutus. Epiſcopo verò non celebranti, ſed Diuinis tantum præſenti pro Presbytero aſsiſtente, inſeruire debere digniorem Canonicum poſt Dignitates. Aut Prebendæ non ſunt diſtinctæ in Presbyterales, & Diaconales, & tunc Epiſcopo ſiue ſolemniter celebres, ſiue Diuinis tantum præſens ſit pro Presbytero aſsiſtente inſeruire debere digniorem de Capitulo, iuxta diſpoſitionem Caremonialis, lib. 1. cap. 7. & 8. Ita ſub die* 15. *Decembris* 1632.

Hæc duorum Canonicorum aſſiſtentia ſemper conuenit Epiſcopo, ſiue celebret, ſiue diuinis Officiis aſſiſtat, vt *in Granaten.* 10. *May* 1608. maximè quando eſt paratus, vt *in Seonen.* 21. *Auguſti* 1604. *& in Æſina* 30. *Auguſti* 1602. Et hoc intelligitur de Epiſcopo loci Ordinario tantummodo, vt *in Cæſarauguſtana* 9. *May* 1606. † Debent autem hi duo Canonici aſſiſtentes eligi ex numero Diaconorum, quando Præbendæ ſunt diſtinctæ, ead. S. Cong. *in Nolana* 23. *May* 1603. Non conuenit igitur vt Epiſcopus in Veſperis decantandis per aliquam ex Dignitatibus Cathedralis ſtante penuria Sacerdotum admittat pro aſſiſtentibus eum Pluuialibus clericos in minoribus conſtitutos, etiam in ſolemnioribus feſtiuitatibus, Sacr. Congreg. Rituum *in Caſertan.* 18. *Septembris* 1632. 6 7

Aſſiſtere Epiſcopo Canonici tenentur, etiam quando Ordinationem celebrat extra propriam Eccleſiam, dummodo numerus ſufficiens Canonicorum, & miniſtrorum in Eccleſia remaneat, ead. S. Rit. Cong. *in vna Elboren.* 7. *Iuly* 1612. Nam † Epiſcopo exercenti Pontificalia, ſeu Pontificaliter concionanti etiam extra Cathedralem Eccleſiam, in ciuitate tamen, & non in Diœceſi, tenentur aſſiſtere, & inſeruire, qui ſolent aſſiſtere, & inſeruire exercenti Pontificalia in Cathedrali, vt referunt deciſum Galet. *in Margarita caſuum Conſcient. verb. Canonicus pen.* Scipio de Rubeis *in aphoriſm. Epiſcopal. verb. Aſsiſtentia n.* 2. [latè Stephan. Gratian. *diſcept. foren ſ. tom. 4. cap. 467. à n. 55.* vbi intelligit quando Epiſcopus facit actum neceſſarium, exequendo officium ſuum Paſtorale, vocatus ſcilicet ab exemptis.] † Vnde pro parte Capituli Cathedralis Iſernien. narratum fuit Epiſcopum exercentem Pontificalia extra Cathedralem adhibere inſeruientes Presbyteros ſimplices neglectis Canonicis Cathedralis, & petitum declarari an conueniat? Et eadem Sacra Rituum Congregat. *ſub die* 2. *Auguſti* 1631. reſpondit *non conuenire, ſed Canonicos Cathedralis in caſu propoſito inſeruire debere etiam extra Cathedralem, & non alios inferiores.* 8 9 10

Ad Dignitates igitur, & Canonicos Cathedralis, ſi adſint, pertinet aſſiſtere Epiſcopo Pontificaliter celebranti etiam in Eccleſia Collegiata, vel Parochiali, non autem ad Canonicos Collegiatæ, vel Presbyteros Parochialium, etiamſi numerus alioquin ſufficiens ſit Presbyterorum, ead. Sacr. Rit. Congr. *in Calaguritana* 1. *Iuly* 1601. *& in Bononien.* 20. *Aprilis* 1602. *& in Brunduſin.* 15. *Iuly.* 1617. 11

Quod abſque dubio procedit etiam quan-
do Epiſcopus celebrat, aut Miſſæ, ſeu Veſpe-
ris ſolemnibus quacunque ex cauſa intereſt
in Eccleſiis exemptis, & Sedi Apoſtolicæ im-
mediatè ſubiectis, intra finem tamen ſuæ
Diœceſis exiſtentibus, quia poteſt ibi ſibi aſ-
ſumere ſuos Canonicos, & ibi habere cum
eis circulum ad gloriam, & ad ipſum pertinet
Confeſſionem facere cum Sacerdote, incen-
ſum imponere, & benedicere, ac benedictio-
nem poſt Veſperas, & poſt Miſſam date. Et ſi
contingat ipſum proceſſionaliter cum Ca-
pitulo Cathedralis Eccleſiæ accedere ad di-
ctam Eccleſiam, vt ſuprà exemptam, & in ea-
dem Miſſæ ſolemni, aut Veſperis intereſſe,
tunc Epiſcopalis ſedes in cornu dextro chori,
ſiue Eccleſiæ collocanda eſt vno gradu emi-
nentior cum ornatu congruo, & ſitu aliqua-
tenus ſuperiori reſpectu ſedis Abbatis dictæ
Eccleſiæ, & à latere Epiſcopi ſequi debent
immediatè Canonici Cathedralis Eccleſiæ: in
ſiniſtro verò cornu ponenda eſt ſedes Abbatis
vno gradu humilior abſque ornatu, & loco
aliquatenus inferiori, adeò vt non ſit oppoſita
ſedi Epiſcopali, & apud Abbatem ordine ſe-
deant ipſius Collegiatæ Eccleſiæ Canonici,
ita S. Congr. Rit. *in Alexandrina S. Petri in*
Brogaglio 7. Februarij 1604.
12 Epiſcopo Miſſam priuatè celebranti in
Cathedrali non tenentur Canonici aſſiſtere,
vt reſolutum ait Scipio de Rubeis *d. verb. Aſ-*
13 *ſiſtentia, num.* 4. & † quatenus Epiſcopo in his
Miſſis priuatis inſeruiunt, non gauderēt diſtri-
butionibus, vt cenſuit S. Congr. Conc. *ſub die*
14 17. *Martij* 1619. † Niſi ex conſuetudine Ec-
cleſiæ aſſiſtere tenerentur, quia talis conſue-
tudo eſſet obſeruanda, & Canonici aſſiſtentes
non amitterent diſtributiones quotidianas, vt
cenſuit Sacra Rituum Congreg. *in vna La-*
macen. 28. *Aprilis* 1608.
15 Aſſiſtentes Epiſcopo, licèt ſint minus digni,
omnibus aliis præferuntur, ead. S. Rit. Congr.
16 *in vna Caputaq.* 18. *Maij* 1602. † & ratione
aſſiſtentiæ ante Dignitates thurificantur, &
recipiunt pacem, vt *in Cremen.* 28. *Septembris*
1602. *& in Nolana* 23. *Maij* 1603. *& in Bra-*
17 *charen* 19. *Iunij* 1608. † & ſic poſt Epiſcopum
ante Magiſtratum quamuis ſit de maioribus,
eadem Sacr. Congreg. *in Patauina* 2. *Martij*
1602. Epiſcopum autem thurificare debet
aſſiſtens Presbyter, ſiue Dignitas ſit, ſiue Ca-
nonicus, & non Diaconus Euangelij, ea-
dem Sacra Congrat. *in Placentina* 19. *May*
1607.
18 Epiſcopo autem Suffraganeo tenentur Ca-
nonici aſſiſtere quando nomine proprij Epi-
ſcopi functiones Epiſcopales exercet, eadem
S. Rituum Congreg. *in vna Bracharen.* 20.
February 1604. & eadem obſequia præſtare
Epiſcopo delegato, quæ tenentur præſtare
delegante, vt *in ead. cauſa* 20. *Martij* 1604.
† Non debet tamen habere aſſiſtentiam duo- 19
rum Canonicorum vltra Diaconum, & Sub-
diaconum, qui ſunt cantaturi Euangelium, &
Epiſtolam, ſicut haberet proprius Epiſcopus,
vt *in eadem Bracharen.* 1. *Septembris* 1607.
Nec contrariam deciditur *in Tarraconen.* 7.
Iulij 1612. dum habet Canonicos, duos non
autem Dignitates, præter Diaconum, &
Subdiaconum aſſiſtere debere Epiſcopo Suf-
fraganeo Pontificaliter celebranti, quia de
hoc erat ibi antiqua conſuetudo.
Conſuetudo vt Dignitates, & Canonici 20
Mitram, gremiale, & thuribulum, ac ſimilia
miniſtrent Epiſcopo, ſeruanda eſt, eadem
Sacr. Rituum Congregat. *in Lamacen.* 5. *Iulij*
1603. vbi etiam fuit reſolutum † ſeruari de- 21
bere conſuetudinem vt Dignitas, ſeu Cano-
nicus geſtet Baculum Paſtorale ante Epiſco-
pum in quibuſdam diebus feſtiuis. † Cum au- 22
tem Archidiaconus ſuſtinet Baculum Epiſco-
pi dum celebrat ſolemniter, thurificandus
eſt immediatè poſt Diaconos aſſiſtentes, S.
Congreg. Rituum *in Bracharen.* 28. *Aprilis*
1607. etiamſi ſit primus Archidiaconus, &
habeat alias prærogatiuas, vt *in eadem cauſa*
19. *January* 1608.
Denique circa aſſiſtentiam faciendam Epi- 23
ſcopo à Dignitatibus, & Canonicis ſeruan-
dum eſt Cæremoniale Romanum, vt ex-
preſſè monuit eadem Sacra Rituum Con-
gregat. *in vna Viſen.* 31. *Iunij* 1605. & aliàs
fuiſſe declaratum teſtatur Scipio de Rubeis
dict. verb. Aſſiſtentia, vltim. prout circa
alia omnia ſeruari debere cenſuit eadem Sa-
cra Congregat. *in vna Alexandrina deci-*
moquinto Martij 1608. *& in Mexican.* 4.
Aprilis 1620. Prout etiam diſpoſitionem
Cæremonialis Epiſcoporum tenetur Epiſco-
pus omnino obſeruari facere in Cathedrali,
& in aliis Eccleſiis ſuæ Diœceſis, Sacra Con-
gregat. Rituum *in Angren.* 15. *Decembris*
1632. niſi adſit laudabilis, & immemoria-
lis conſuetudo in contrarium, vt *in Saler-*
nitana 16. *Iuly* 1605. quia † Cæremonia- 24
le non tollit immemorabiles, & laudabiles
conſuetudines, ſed abuſus, vt *in Salaman-*
tina 10. *Ianuarij* 1604. *Cæſaraugustana* 10.
Aprilis 1604. *Mantuana* 19. *Iuny eiuſ-*
dem anni, Brunduſina 17. *Septembris* 1611.
Tornacen. 28. *Ianuary* 1612. *Forolinien.* 4.
Aprilis 1615. *Hydruntina* 30 *Ianuary*
1616. quod quidem procedit in omnibus
Regnis, & locis totius Chriſtianitatis,
vt fuit dictum *in vna Elborenſi* 17. *Iunij*
1606.
In Miſſa ſolemni ante Epiſcopum ad Hym- 25
num Angelicum, Credo, Sanctus, &c. Digni-
tates, & Canonici tantùm, & non alij, etiam
Vicarius generalis, debent facere circulum, vt
cenſuit

cenſuit eadem S. Rituum Congregat. *in vna Maceraten. 28. Septembris* 1630.

Et Canonici ad chorum obligati ſemper Epiſcopo intereſſenti cum cappa Meſſis decantandis tenentur facere circulum iuxta diſpoſitionem Cæremonialis Epiſcoporum, S. Congregat. Rituum *in Caſſanen. 5. Martij* 1633.

26 Pro parte Cathedralis Lauden. petitum fuit à S. Rit. Cong. declarari an in Prouincia Mediolanen. ſit laudabilis ea conſuetudo, vt Epiſcopo cum cappa ſedenti ad ſedem ſuam caput aperiatur, & cooperiatur ab altero ex Diaconis aſſiſtentibus, & eo caſu ad quem ſpectabit? & S. Rit. Cong. audita relatione Eminentiſſ. & Reuerendiſſimi D. Card. Bellarmini reſpondit *biretum debere Epiſcopum ſibi de per ſe extrahere. Die 4. April.* 1620.

27 Capitulum, & Canonici Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Martini terræ Carreti Theleſinæ Diœceſis petierunt ab eadem Sacra Rituum Congregatione reſponderi, an Epiſcopo aſſiſtenti diuinis Officiis cum Cappa Canonici debeant deponere, & ponere biretum in capite Epiſcopi, & an iſto caſu debeatur aſſiſtentia Canonicorum? & eadem Sacra Congregatio *ſub die 22. Decembris* 1629. reſpondit *nihil deberi de prædictis Epiſcopo*. Et nouiſſimè eadem S. Congreg. *in Iſernien. 21. Auguſti* 1632. cenſuit *neque Dignitates, neque Canonicos aſſiſtentes Epiſcopo teneri caput Epiſcopo tegere & detegere, quando aſſiſtit diuinis cum cappa & bireto.*

28 Et quando Epiſcopus ſolemniter celebrat, ac in proceſſionibus abuſus eſt, vt omnes tam Dignitates, quàm Canonici Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi induantur Pluuialibus, quia Dignitates Pluuialibus, Canonici Presbyteri Planetis, Diaconi, & Subdiaconi Dalmaticis, & Tunicellis vti debent, Sacra Congregatio Rituum *in Neapolitana 25. Martij* 1602. *& in Placentina 19. May* 1607.

29 Canonici, & Dignitates non tenentur ad benedictionem Epiſcopi genuflectere, ſed tantùm caput inclinare, nec debent genuflectere quando Epiſcopum celebrantem thurificant, eadem Sacr. Congregat. *in Oſcen. 4. Maij* 1613.

30 Et ideò Dignitates & Canonici aſſiſtentes, vel aliquo modo Epiſcopo ſolemniter celebranti inſeruientes, nullo modo tenentur genuflectere, S. Cong. Rituum *in Monopolitana 15. Decembris* 1632.

31 Et Epiſcopus diebus feſtis non ſolemnioribus, & ferialibus non debet æqualiter ſedere cum Canonicis, ſed ſedem cæteris eminentiorem indifferenter conſcendere, ſnóque gradu, & ordine inſpecto vbique Epiſcopalis Dignitatis decorem, & grauitatem ſuſtinere, ita S. Congreg. Concil. *in Tarſonen. 20. Iulij Barboſ. de Canon. & Dignitatib.*

1620. ante Dignitates non debet poni puluinar cum tapete, ſed debent ſedere in ſuo ſtallo, ſicut reliqui Canonici, ſed quandoque ratione Dignitatis poteſt indulgeri puluinar de corio tantùm, ita S. Congreg. Rituum *in Tridentina 24. Martij* 1612.

CAPVT XXXIV.

Canonicorum Officium in canendo, & aſſiſtendo in choro quod?

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones quotidianas, vt lucrentur Canonici, tenentur ad cantandam Miſſam Conuentualem.*

2 *Miſſa Conuentualis omitti non poteſt pro Miſſa votiua pro Defunctis.*

3 *Diaconus, & Subdiaconus inſeruientes celebranti debent eſſe eiuſdem Ordinis, & non inferioris cum celebrante.*

4 *Canonici, qui Breuiarium à Pio V. reformatum acceptarunt, tenentur (ſed non ſub peccato mortali) recitare in choro Officia Defunctorum, & B. Mariæ, & Pſalmos Pœnitentiales, & Graduales diebus aſſignatis.*

5 *Conſuetudo ſeruanda eſt, qua recitatur in choro Officium B. Virginis in Semiduplicibus, & Dominicis.*

6 *Officium paruum B. Virginis quando recitatur in choro tempore Paſchali, dicitur ſine addito Alleluia.*

7 *Officium in choro dato ſigno inchoandum eſt, non expectato Vicario.*

8 *Officium non eſt inchoandum ſtatim ſigno dato, ſed elapſa tertia parte horæ poſt ſignum datum.*

9 *Canonici obligantur ſub onere, & obligatione reſtitutionis diſtributionum pſallere, ſeu cantare in choro cum aliis, & non ſatisfaciunt ſi ſolùm aſſiſtant, & numeris ſeqq.*

12 *Conſuetudine, aut ſtatuto vigente Canonici choro ſatisfaciunt intereſſendo, & faciendo vt Capellani, & Cantores pſallant.*

13 *Diſtributiones amittunt dormientes, vel confabulantes in choro.*

14 *Canonici non tenentur ad harmoniacam modulationem cantus figurati, ſed ſatisfaciunt in magnis feſtiuitatibus, in quibus Eccleſia eo cantu vtitur, aſſiſtendo cum debita intentione Cantoribus.*

15 *Canonicus in choro cum aliis non cantans, non tenetur ad totas diſtributiones reſtituendas, ſed proportionabiliter pro parte correſpondente defectibus, quos commiſit.*

16 *Canonicus qui abeſt à choro ſine cauſa animo amittendarum diſtributionum tempore abſentia reſpondentium, an peccet mortaliter remiſſiuè.*

17 *Aſſiſtentia in choro quomodo facienda, & an & quando ab eo egredi liceat, oſtenditur.*

18 *Punctator eſt creandus qui in choro notet eos, qui interſunt Diuinis.*

19 *Punctator librum oſtendere debebit cùm Epiſcopo videbitur.*

20 *Epiſcopus poterit cogere Canonicos ad præſtandum iuramentum de fideliter punctando in chori.*

21 *Libris Capituli circa Canonicorum intereſſentiam ſtandum eſt.*

22 *Libri Capituli eo fortiùs pro ipſo Capitulo fidem faciunt ſi fuerint tenti, & rogati per ſecretarium Capituli, qui fuerit Notarius.*

23 *Aquæ benedictæ aſperſio debet fieri ſigillatim quibuſcunque Dignitatibus, & Canonicis.*

24 *Thurificandi munus ad Diaconum ſpectat.*

25 *Thurificandus minimè eſt à Presbytero celebrante dominus loci, aut quiuis alius.*

26 *Thurificatio cum triplici ductu thuribuli Epiſcopo tantùm conuenit.*

27 *Thurificatio Epiſcopo non debetur à Canonico, vel Dignitate aſsiſtente genibus flexis, ſed ſtante.*

28 *Thurificatio iuxta regulas Cæremonialis debet fieri celebranti in abſentia Epiſcopi triplici ductu.*

29 *Vicario generali ſedenti in choro licet ſupra Canonicos thurificatio duplici, non autem triplici ductu thuribuli debetur, ſi tamen non ſit Prælatus.*

30 *Dignitatibus, & Canonicis Cathedralium, & Collegiatarum in ſuis Eccleſiis duplici, cæteris verò de choro vnico ductu thurificatio debetur.*

31 *Portionarij, ſeu Beneficiarij ſi per omnia æquiparentur Canonicis, & æqualiter ſedeant, & incedant, duplici ductu thurificandi ſunt.*

[Inſenſatio, & oſculum dantur prout Dignitas perſonarum, vel obſeruantia introduxerit. ibid.]

32 *Epiſcopo cum Canonico Cathedralis in Collegiata exempta thurificatio qualis debeatur, oſtenditur.*

33 *Magiſtratus debetur thurificatio poſt Canonicos æquis ductibus.*

34 *Canonici Cathedralis ante Magiſtratum in omnibus Eccleſiis, vbi ſimul conuenerint. thurificandi ſunt.*

35 *Thurificatio cum vnico tantùm thuribulo ſemper facienda eſt.*

CANONICI vt lucrentur fructus 1
& diſtributiones quotidianas, [munera que ſua obire poſſit, Miſsæ ſacris, ſeptemque Horarum Canonicarum precibus intereſſe debent. nam ob hanc rationem Collegia huiuſmodi inſtituta ſunt, quo ſimul dum Miſsæ ſacrum cantu celebratur, ſeptemque Horarum Canonicarum preces recitantur, interſunt, Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi p. 1. cap. 19. §. 1. in princ.* & ideo] ad cantandam Miſſam de die tenentur, ſicut decreuit S. Congr. Rituum *in cauſa Fauentina ſub die 25. Iunij 1611. & ſub die 28. Ianuarij* 1612. etiam in illis diebus, quibus cantant aliquam Miſſam votiuam, eadem Sacra Congreg. *in vna Vrbinaten. 21. Iunij* 1611.
† non enim pro Miſſa votiua omitti poteſt 2
Miſſa Conuentualis, eadem Sacra Congreg. *in d. cauſa Fauentina ſub die 16. Ianuarij* 1627. & abrogauit omnem contrariam conſuetudinem in eadem cauſa *ſub die* 18. *Iulij, & 28. Auguſti* 1628.

Propterea Miſſa Conuentualis in Quadra- 3
geſima, Aduentu, quatuor temporibus, & ſimilibus, etiam quòd in dictis diebus occurrat feſtum duplex, non eſt omittenda, ſed vtraque Miſſa, nempe de Sancto, & de feria eſt celebranda, eadem S. Congreg. Rituum *in Lunen. Sarzanen. 5. Martij* 1633. Vnde fit vt Capitulo, & Canonicis Cathedralis Fauentin. petentibus eximi ab obligatione canendi Miſſam Conuentualem de die quotieſcunque eadem die aliam Miſſam cantaſſent votiuam, vel Defunctorum, Sacra Rit. Cong. reſponderit *non poſſe prætermitti Conuentualem, de menſe Martij* 1631. quæ itidem cenſuit, & declarauit *Diaconum, & Subdiaconum inſeruientes celebranti eſſe debere eiuſdem Ordinis, & non inferioris cum celebrante, contrariámque conſuetudinem eſſe abuſum, & corruptelam,* vt *in Calaguritana 7. Septembris* 1593. *& in Ceneten.* 14. *Februarij* 1615. *& in Perulen.* 8. *Februarij* 1631. *& in Colonen.* 31. *Martij* 1629 & nouiſſimè *in Sarnen. 5. Martij* 1633. declarauit *Canonico ſolemniter celebranti pro Decano & Subdiacono inſeruire debere pariter Canonicos, non autem Capellanos, non obſtante immemoriali contraria conſuetudine allegata, quæ venit priùs formiter probanda,* ſubiunxitque *Canonico ſolemniter celebranti pro Diacono & Subdiacono inſeruire debere Canonicis habentes Præbendam Diaconalem, & Subdiaconalem.* Et *in Sypontina Montis Galgani ſub die* 8. *Martij* 1631. decreuit, *Dignitate, vel Canonico ſolemniter celebrante Canonicos pariter pro Diacono, & Subdiacono, & non alios inferiores inſeruire debere, additque Dignitate, vel Canonico Officium ad Veſperas faciente Presbyteros, non tamen Canonicos cum Pluuialibus aſsiſtere debere iuxta*

diſpo

diſpoſitionem libri Cæremonialis Epiſcoporum,
lib.2. cap.3. ibi, *Presbyteros de gremio Eccleſiæ,*
non autem Canonicos, &c.
4 Tenentur etiam Canonici, qui Breuiarium
à Pio V. reformatum acceptarunt, recitare in
choro Officia Defunctorum, & B. Mariæ, &
Pſalmos Pœnitentiales, & Graduales in die-
bus aſſignatis in rubricis dicti Breuiarij, ea-
dem S. Rit. Congreg. *in vna Pacen. de menſe*
Ianuarij 1606. ſed qui prædicta non recitant,
non peccant, vt *in Barcinonen.* 10. *Ianuarij*
5 1609. & ſeruandam eſſe † conſuetudinem,
qua recitatur in choro, Officium B. Virginis
in Semiduplicibus,& Dominicis,non obſtan-
te rubrica Breuiarij decreuit eadem S. Congr.
6 *in die prima Septembris* 1607. † Et quando
recitantur in choro,Officium paruum B. Vir-
ginis tempore Paſchali dicitur ſine addito
Alleluia, eadem S. Congr. *ſub die* 28. *Martij*
7 1626. † Officium in choro dato ſigno in-
choandum eſt,non expectato Vicario, vt cen-
ſuit ead. S. Congr. *in Neritonen.*2. *Februarij*
8 1606. † & non eſt inchoandum ſtatim ſigno
dato,ſed elapſa tertia parte horæ poſt ſignum
datum, eadem Sacr. Congreg. *in Tarentina*
Cryptaliarum 3. *Septembris* 1605. *ad* 5. *dub.*
Ab his, & aliis oneribus Canonicalibus gra-
dus Doctoratus non eximunt Canonicos gra-
duatos, ſed munia Canonicalia per ipſos gra-
duatos porrigi debent ac ſi non eſſent gra-
duati, ita S. Congreg. Rituum *in Licien.* 21.
Iunij 1631. Poteſt aliquando ex cauſa,veluti
ob frigus extra chorum in diebus ferialibus
arbitrio Epiſcopi recitari, in diebus verò fe-
ſtiuis omnino recitandum in choro, non
obſtante contraria conſuetudine, S. Congr.
Rituum *in Lunen. Sarzanen.* 3. *Martij* 1633.
vbi etiam fuit deciſum *lumina duo ad minus*
in Altari accenſa eſſe debere, dum recitatur
diurnum Officium, & Canonicos intereſſentes
diuinis Officiis ſine habitu Canonicali, & ſuper-
pelliceo debere punctari.
9 Obligantur quoque Canonici ſub onere,
& obligatione reſtitutionis diſtributionum
pſallere, ſeu canere in choro cum aliis, &
non ſatisfaciunt ſi ſolùm aſſiſtant, & interſint
Horis, & per Capellanos, & alios Beneficia-
rios pſallant, ipſi verò vel ibi, vel domi pri-
uatim recitent Horas, quia inſtitutio Cano-
nicatuum eſt, non vt adſint tantùm in choro,
ſed vt canendo aſſiſtant, & ob id eis dantur
diſtributiones, tum quia in Concil. Trident.
ſeſſ. 24. *de reform. cap.* 12. ſic habetur. *Omnes*
verò Diuina, & per ſe, & non per ſubſtitutos
compellantur obire Officia, atque in choro ad
pſallendum inſtituto Hymnis, & Canticis Dei
nomen deuotè laudare: ita docent [Gaiet. *verb.*
hora Canonica Syluest. *eod. verb.* §. 3.] Nau.
[*de Horis Canon. cap.* 16. *num.* 5.] & *de Orat.*
*cap.*10. *n.*47. *& cap.*11. *num.* 41. *& miſcel.*79.
Sandoual. *de Officio diuino part.* 6. *cap.* 16.
Ludou. Lopez *in inſtruct. Conſcient. part.* 2.
*cap.*90. Læl Zech. *de Rupubl. Eccleſ. cap.* 24.
de Canon. ſub num 6. Iacob. de Graff. *in aureis*
*deciſ. p.*1. *cap.* 51. *num.*12. *& cap.*52. *num.*22.
*& cap.*53. *num.* 4. *&* 5. Fr. Emman. *in ſum.*
*tom.*1. *cap.*145. *num.* 5. Fernandez *in examine*
*Theologia moralis part.*4. *cap.* 5. §. 12. *num.* 2.
Soar. *de Relig. tom.* 2. *tract.* 4. *lib.* 4. *cap.* 12.
*num.*8. *cum ſeq.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral.*
*lib.*1. *quæſt.*62. *à num.* 2. Azor. *inſtitut. moral.*
*part.*1. *lib.*10. *cap.*11. *q.* 11. Petr. de Ledeſma
*part.*2. *tract.*9. *cap.*4. *concl.*1. *diffic.*1. [Vgolin.
*de poteſt. Epiſcopi p.*1. *cap.* 19. §. 1. *num.*4.]
Leſſi. *de Iuſtit. lib.*2. *cap.* 34. *num.* 184. Squil-
lante *de obligat. cleric. part.* 1. *num.* 60. Paul.
Laymann. *in ſum. Theologiæ moralis lib.*4. *tit.*2.
cap. 7. *num.* 6. Oliuer. Bonart. *de obligation.*
*Horarum Canon. lib.*2. *cap.*23. *n.*9. Tamburin.
*de iure Abbatum tom.*2. *diſput.*10. *q.* 3. *num.* 4.
prope finem. [Caſtr. Palaus *in opere moral. tom.*
2. *diſput.*3. *puncto* 4. *num.* 5. Bcia *reſp. caſuum*
*Conſci. p.*1. *caſu* 55. nouiſſimè Marcel. Vulpe
in praxi iudic. fori Eccleſ. cap. 13. *num.* 14.]
Barthol. à S. Fauſto *de Horis Canon. lib.*3. *q.*13.
latiſſimè Sebaſt. Cæſar. *in relect. de eccleſiaſt.*
*hierarchia diſput.*12. §. 1. *num.*7. *cum ſequent.*
& hanc opinionem amplexa eſt Sacra Cong.
Concilij, nam propoſito dubio an Canonici,
& alij, qui interſunt diuinis Officiis, ſatisfa-
ciant eorum muneri exhibendo ſuam præſen-
tiam in choro etiam quòd non cantent, neque
pſallant, maximè ſi allegarent ſe eo tempore
meditari, vel ſubmiſſa voce dicere, quæ ab
aliis cantantur, vel aliàs pias preces tunc re-
citare; an verò teneantur præcisè alta, & con-
ſona voce diuina Officia, & horas Canoni-
cas recitare, cantare, & pſallere, & aliter non
ſatisfaciant muneri, & obligationi; eadem
Sacra Congregatio *ſub die* 20. *Aprilis* 1602.
cenſuit *teneri omnino pſallere, alioquin obli-*
gationi ſuæ non ſatisfacere. Alta autem voce
debent Canonici cantare in choro, & Epiſcopus
poteſt illos ad hos hortari, ſed non cogere. Idem
reſoluit Sacra Congregatio Rituum *in Egita-*
*nien.*23. *Nouembris* 1602. [Quare, ita ait Vgo-
lin. *citato loco*, Canonici, qui aut generis no-
bilitate, aut rerum abundantia dedignantur
cum aliis diuinas preces recitare, videant qua
ratione ſuo muneri ſatisfaciant, non enim
nobilitas, non rerum abundantia, & alia ex-
cuſant Canonicos à ſuo munere adimplendo,
vt decreuit Tridentina Synodus *ſeſſ.* 22. *de*
reform. cap. 4. *verſ. y verò*, ibi, *quocunque ij*
priuilegio; &c.]
Contra Medin. *in inſtruct. Confeſſ. part.* 1. 10
cap. 14. §. 11. *ad fin.* Petr. Nau. *de reſtit. lib.*2.
cap. 2. *ex num.* 21. Valer. Reginald. *in praxi*
*fori pœnit. lib.*18. *à num.* 175. Nicol. Garc. *de*
benefic. part. 3. *cap.* 2. *num.* 154. Monet. *de*

diſtribut. quotid. part.2. q.2. per tot. [Soar. *de relig. tom. 2. lib. 4. cap. 2. num.* 18. Bonac. *de horis Canon. diſp.* 1. *q.*3. *p.* 2. §. 1. *num.* 17.] latè Cened. *practic. & Canon. quæſt. lib.* 1. *q.* 2. *à princip. & præcipuè ex num.* 14. Ioann. de la Cruz *in director. Conſcient. præcepto* 3. *art.* 3. *dub.* 7. *concluſ.* 4. Gauant. *in comment. ad rub. Miſſalis tom.* 2. *tractat.* 1. *cap.* 5. *titul.* 5. *num.* 4. Antonin. Diana *moral. reſolut. part.* 2 *tract.* 12. *de Horis Canonic. reſolut.* 6. [& *p.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 217. *in fine.* Sanch. *in opuſcul. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 100. *num.* 2.] exiſtimantes non pſallentes diſtributiones ſuas facere, licèt non canant, ſed priuatim, vel voce ſubmiſſa recitent.

11 Pro quibus non faciunt nonnulla iura, quæ intereſſentibus, non verò cantantibus diſtributiones deberi affirmant, vt *in cap. licèt. de præbend.* ibi, *qui interſunt Horis Canonicis exhibentur*, *cap. vnic. de cleric. non reſident. lib.* 6. ibi, *qui eiſdem Officiis in ipſis Eccleſiis aſſuerint*, Concil. Trident. *dict. cap.* 12. *verſ. diſtributiones*, ibi, *qui ſtatis Horis interfuerint, recipiant*, cum aliis, quia reſpondetur ex iuribus illis, quæ probant diſtributiones quotidianas deberi, & tribuendas eſſe intereſſentibus, rectè concludere negatiuè, ſcilicet ſolis intereſſentibus eſſe tribuendas, affirmatiuè autem quòd debeantur iuxta modum, & formam præſcriptam à iure, & Eccleſiarum ſtatuta.

12 Poterit tamen hæc vltima ſententia, quam reiicimus, retineri in iis Eccleſiis, in quibus viget conſuetudo, aut ſtatutum, vt Canonici, & beneficiati choro ſatisfaciant intereſſendo, & faciendo, vt Capellani, & Cantores cantent, & pſallant, & reliqua exequantur munera, vt facilè admittunt Doctores poſterioris ſententiæ, atque etiam plures ex iis, qui primam ſequuntur, vt conſtat ex Petr. Nau. *d. cap.* 2. *num.* 217. & 222. Azor. *d. quæſ.* 6. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 522. Soar. *d. cap.* 12. *num.* 11. & 13. Cened. *d. quæſt.* 2. *num.* 12. Leſſi. *d. cap.* 34. *num.* 185. Squillante *de obligat. cleric. part.* 1. *num.* 61. *in fine*, Oliuer. Bonart. *dict. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 13. Paul. Laymann. *d. num.* 6. *verſ. dico ſecundò*, Antonin. Diana *d. reſolut.* 6. *in fine*, Sebaſt. Cæſar. *d.* §. 1. *num.* 11. [Marchin. *de ſacram Ordinis p.* 6. *tract.* 2. *cap.* 9. *diffic.* 7.] Barthol. à S. Fauſto *de Horis Canon. lib.* 3. *q.* 14. vbi, *num.* 15. ſubdit valere hanc conſuetudinem etiam poſt Conc. Trid. & Pij V. conſtitutionem, ex quo conſuetudo eſt optima legum interpres, *l. ſi de interpretatione, ff. de legib. cap. cùm dilectus, de conſuetud.* cum aliis per me citatis *in tract. Axiomatum iuris vſufreq. Axiom.* 56. *num.* 6.

13 Amplia, vt non ſolùm diſtributiones amittant non pſallentes, & canentes in choro cum aliis, ſed etiam ibi dormientes, vel confabulantes, vt per Iacob. de Graff. *d. lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 12. Frangipan. *in direct. Eccleſ. diſcipl. tit. de reſidentia*, [Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi p.* 1. *cap.* 19. §. 1. *num.* 6. vbi de iis, qui dum recitare debent, aut rident, aut dormitant, aut litteras legunt, aut cum vicinis Canonicis colloquuntur, aut ſi quid erroris ab aliis committitur, eos irrident, & quandoque per chorum ambulant, vel quoſcunque prætereuntes, abeunteſve intuentur.] Veg. *in ſum. part.* 1. *cap.* 128. Petr. de Ledeſma *d. tract.* 9. *cap.* 4. *concl. vlt. diffic.* 1. & 2. Raph. de la Torre *in* 2. 2. *q.* 83. *de horis Canon. controu.* 10. *diſp.* 9. *num.* 5. Soar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 9. Squillante *de obligat. cleric. part.* 1. *n.* 61. Antonin. Diana *d. tract. de horis Canon. reſol.* 7. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 3. *q.* 17. vbi de illo, qui ſponte animo diſtracto diuinum Officium perſoluit, vel ad ſocios recitantes non attendit, quamuis Nicol. Garc. *d. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 514. aſſerat Canonicos notabiliter confabulantes in choro peccare mortaliter, non tamen teneri ad diſtributionum reſtitutionem.

Ad harmoniacam verò immodulationem cantus figurati non tenentur Canonici, ſed ſatisfaciunt in magnis feſtiuitatibus, in quibus Eccleſia eo cantu vtitur, aſsiſtendo cum debita intentione cantoribus, ita Petr. Nau. *d. cap.* 2. *num.* 205. Paul. Comitol. *d. lib.* 1. *quæſt.* 62. *num.* 2. *in fine*, Cened. *d. quæſt. à num.* 5. Sebaſt. Cæſar. *d.* §. 1. *num.* 10. *poſt princip.* 14

[An Canonici recitantes alternatim in choro diuinas preces, ſatisfaciant ſi vna pars non expectet vt altera ſuum verſiculum recitauerit? (hic enim error communis eſt, nam antequam pars vna canentium dimidiam partem verſiculi recitauerit, altera ſuum inchoauit) hæc quæſtio excitatur ab Vgolin. *d. tract. de poteſt. Epiſcopi p.* 1. *cap.* 19. §. 1. *num.* 5. & ſentit hos non ſatisfacere, quia omnes Canonici tenentur ad totum Officium integrum, & permiſſum eſt eis, vt in choro alternatim illud recitent eo modo, quo vnaquæque pars participem faciat aliam partem Canonicorum ſuæ portionis, quam recitat.]

Reſtitutio autem qualiter facienda ſit ab eo, qui in choro cum aliis non cantat, iuxta ſupradictam reſolutionem, eſt à nobis in præſentiarum inquirendum, ac proinde reſoluendum hunc ad totas diſtributiones reſtituendas non teneri, ſed proportionabiliter pro parte correſpondente defectibus, quos commiſit, nam qui in choro ſic ſe gerit, in totum non deeſt ſuo muneri, ex quo exhibet præſentiam ſuam, & partem etiam cantus implere videtur audiendo cum attentione, vnde ex ratione defectus in canendo ſubmiſsè ex natura rei videtur, vt dimidiam partem diſtribu- 15

tionum

tionum non lucrifaciat, ſicut aduertunt Soar. *d. cap.* 12. *num.* 10. Squillante *d. parte* 1. *n.* 61. Et aliter cum illis agendo, qui confabulando, & garriendo chorum perturbantes non canunt priuatim recitando horas propter voces, aut virium imbecillitatem, vel vt liberius meditentur, quæ ab aliis decantantur, vel ob Dignitatem, aut ſimiles rationes; licèt cum cauſæ iſtæ ſtando in iuris rigore non ſufficiant, vt à canendo liberentur, vt expreſsè notauit Nau. *de Orat. cap.* 11. *num.* 41. meritò tamen debet attendi ad qualitatem reſtitutionis intelligendam, & iudicandam, quia licèt iſti non canant, quatenus tamen interſunt, & præſentia ſua choro auctoritatem conciliant, aliquam partem diſtributionum merentur, vt ex Fr. Ludou. Lopez, & Beja tradit Sebaſt. Cæſar. *d.* §. 1. *num.* 17.

16 An autem Canonicus, qui abeſt à choro ſine cauſa animo amittendarum diſtributionum tempore abſentiæ reſpondentium, peccet mortaliter? Diximus *cap.* 40. *à num.* 9.

17 Circa aſſiſtentiam in choro habendam extat optima deciſio Sacræ Congreg. Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſita *in vna Theatina* 18. *Aprilis* 1617. quæ eſt vt ſequitur. *Nemo etiam officio expleto è choro egredi valeat, vel audeat antequam finis ſignum per Archidiaconum detur. Canonicis in choro exiſtentibus ſub quouis prætextu exinde exire non valeant plures quàm duo pro qualibet vice, & in egreſſu, & regreſſu Archidiacono reuerentiam exhibeant, eorum egreſſus cauſam notam facientes, vt in pleno Capitulo an ſit iuſta, vel ne diſcuti valeat, & contrafaciens punctetur. Determinatis horis pulſandi Matutinum, alias Horas, Veſperas, & Completorium iuxta temporum diuerſitates, & pulſata campana per Sacriſtam, aut eius deputatum, ac in Eccleſia luminibus accenſis, Officium horæ, Veſpera, & Completorium ad alicuius inſtantiam differri non valeant, & Hebdomadario abſente Archidiaconus alteri iubeat, vt incipiat. Dum diuina celebrantur Officia nemo extra chorum cum cotta, vel ſine permanere, nec in choro actus à diuinorum Officiorum recitatione differentes, vt putà ſcripturas legere, ſcribere, aut aliud id generis gerere valeat, alioquin tanquam abſens punctetur. Quilibet functiones ſuas promptè obeat, vt putà Miſſam planam, vel cantatam tam ſolemnem, quàm Conuentualem, ac Hebdomadam iuxta Eccleſiæ laudabilem conſuetudinem ſub pœna punctaturarum iuxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem, ac Eccleſiæ conſuetudinem.* Additurque in eadem deciſione ad Archidiaconum tanquam primam Dignitatem ſpectare in principio Matutini Horarum Canonicarum, ac Veſperarum intonare *Pater noſter*, quo dicto eidem pariter ſpectare eius manu ſignum dare, vt incipiatur: *Domine labia*, &c. Vel, *Deus in adiutorium meum*, &c. ipsique etiam ad Primam dicere pertinere, *Dies, & actus noſtros*, &c. *Adiutorium noſtrum*, &c. & *Deus nos benedicat*, &c. Ad Completorium, *Noctem quietam*, &c. *benedicat, & cuſtodiat nos*, &c. & in fine Horarum, & Matutini, *Domine det nobis*, &c.

Punctator eſt creandus, ac conſtituendus, 18
qui notet eos, qui non interſunt Diuinis, &
iuret priùs ſe fideliter ſuum munus obiturum
pœna propoſita ſi in officio fidelis non erit,
ita Fuſc. *de viſitat. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 29.
† qui librum oſtendere debebit cùm Epiſco- 19
po videbitur, vt dicit Vgol. *de offic. Epiſc. cap.*
19. §. 1. *num.* 7.

Et poterit Epiſcopus cogere Canonicos ad 20
præſtandum iuramentum de fideliter punctando in choro, vt cenſuit S. Congreg. Con-
cilij 17. *Martij* 1619. † Et libris Capituli 21
circa Canonicorum intereſſentiam ſtandum eſt, Felin. *in cap. ad audientiam, num.* 16. *de præſcript.* Anchar. *conſ.* 44. *num.* 5. Rot. *deciſ.* 629. *circa med. parte* 2. *recent. & in Elnen. diſtributionum* 25. *Iunij* 1629. coram R. P. D.
Duran. † & huiuſmodi libri eo fortiùs pro 22
ipſo Capitulo fidem facient ſi fuerint tenti, & rogati per Secretarium Capituli, qui fuerit Notarius Rot. *in Burgen. expenſarum* 31. *Ianuarij* 1625. coram R. P. D. Merlino.

Sedes Dignitatum abſentium non debent occupari ab aliis Dignitatibus, ſeu Canonicis; ſed vnaquæque Dignitas, ſeu Canonicus in proprio ſtallo permanere debet, ita Sacra Congregat. Rituum *in Capuana* 12. *Martij* 1618. *& in Placentina* 25. *Maij* 1632. Canonici exire volentes de choro ne punctentur, non Cantori, ſed digniori de Capitulo in choro exiſtenti veniam petere debent, S. Congr. Rit. *in Caſſanen.* 5. *Martij* 1633.

Laici dum Diuina celebrantur, non debent inter Canonicos, & alios Eccleſiæ Præbendatos in choro ſtare, vel ſedere. S. Congreg. Rituum *in Compoſtellana* 4. *Februar.* 1600. non enim debent occupare ſtalla, ſeu loca Dignitatum, Canonicorum, & Præbendarum in choro, vel Presbyterio, etiamſi ſint illuſtres, & de Magiſtratu, eadem S. Congr. *in Compoſtellana* 21. *Februar.* 1604. *& in Granat.* 24. *Octobr.* 1609. quia laicorum loca in Eccleſia diſtincta, & ſeparata eſſe debent à locis Canonicorum & miniſtrorum in Diuinis inſeruientium, eadem S. Congreg. *in Elboren.* 8. *Januar.* 1605. aliàs nanque ipſa laicorum ſcamna, & loca moderari poterunt arbitrio Epiſcopi, ead. S. Congreg. *in Entemlien.* 10. *Decemb.* 1604. *in* 3. *dub.*

Quoad Aquæ benedictæ aſperſionem eſt 23
aduertendum debere fieri ſigillatim quibuſcunq; Dignitatibus, & Canonicis, incipiendo

ab

ab iis, qui in dextero cornu exiſtunt, non
vnico ictu in circulum, Sac. Congreg. Rit.
in Peruſina 20. *Decemb.* 1601. In diebus Do-
minicis aſperſio aquæ benedictæ fieri debet
per ipſum celebrantem, etiam quòd ſit prima,
vel alia Dignitas, non obſtante contraria con-
ſuetudine, quæ potiùs corruptela quàm con-
ſuetudo dici debet, cùm ſit contra rubricas
Miſſalis Romani, & diſpoſitionem Cæremo-
nialis Epiſcop. *lib.* 2. *cap.* 30. quæ tollit om-
nem contrariam conſuetudinem, Sact. Con-
greg. Rit. *in Peruſina* 29. *Nouembris* 1632.
24 † Circa thurificationem eſt notandum mu-
nus hoc thurificandi ad Diaconum ſpectare,
qui etiamſi ſit ex Dignitatibus, debet poſt
incenſatum Epiſcopum alios Prælatos, ſi ad-
ſint, Magiſtratum ſecularem, Dignitates, &
Canonicos incenſare: Manſionarios verò, &
alios Capellanos alius Capellanus, ſeu Magi-
ſter Cæremoniarum pro Eccleſiæ conſuetudi-
ne incenſare debet, S. Cong. Rit. *in Lucen.* 10.
25 *Iun.* 1600 † à Presbytero enim celebrante nec
dominus loci, nec quiuis alius thurificandus
eſt, eadem Sacra Cong. *in Calagur* 5. *Iuly*
26 1614. † Thurificatio cum triplici ductu thu-
ribuli, vnico tantùm & digniori, id eſt, Epi-
ſcopo conuenit, ad S. Congr. *in Entomil.* 11.
Decemb. 1604. *&* *in Ciuit. Ducalis* 11. *Nou.*
27 1614. † ſed illi non debetur à Canonico, vel
Dignitate aſſiſtente genibus flexis, ſed ſtante,
28 eadem Sac. Cong. *in Oſcen. May* 1613. † Ce-
lebranti in abſentia Epiſcopi thurificatio iux-
ta regulas Cæremonialis debet fieri triplici
ductu, eadem S. Congreg. *in Patauin. Plebis
Sani*, 9. *May* 1606. *& in Comen. Valuccia* 30.
Ianuar. 1616.
29 Vicario generali ſedente in choro licèt ſu-
pra Canonicos thurificatio duplici, non au-
tem triplici ductu thuribuli debetur, ſi tamen
non ſit Prælatus, ead. S. Cong. *in Nepeſina* 14.
Ianuar. 1617.
30 Dignitatibus, & Canonicis Cathedralium,
& Collegiatarum in ſuis Eccleſiis, duplici, cæ-
teris verò de choro vnico ductu thurificatio
debetur, eadem Sacra Congreg. *in dictis Pata-*
31 *uina, & Comen.* † niſi huiuſmodi de choro
Portionarij, ſeu Beneficiarij, vel alio nomine
nuncupati in reliquis omnibus, & per omnia
æquiparentur Canonicis, & æqualiter ince-
dant in proceſſionibus, & ſedeant in æquali-
bus ſcamnis, quia tunc duplici ductu thurifi-
candi ſunt, non obſtante Cæremonialis libro,
qui intelligitur quando non adſunt Presbyteri,
qui ſint omnino æquales Canonicis, eadem
Sacra Congregat. *in Cæſaraugustana de Daro-
ca* 21. *Mart.* 1615.

Supradicta autem deciſio quòd dignitati-
bus Cathedralis thurificatio duplici ductu
debeatur, debet intelligi niſi formiter probe-
tur immemorabilis quòd triplici ductu thuri-
ficentur abſente Epiſcopo, S. Congr. Rit. *in
Caſertan.* 18. *Septembris* 1632.

[Nota quòd incenſatio, & oſculum pacis
non dantur gradatim, ſed prout Dignitas per-
ſonarum, vel obſeruantia introduxit, ita Rota
deciſ. 865. *num.* 7. *apud Farin. in nouiſſ. aliàs
p.* 4. *diuerſor.* Vnde Digniori debentur primo
loco prærogatiuæ, videlicet oſculum pacis,
incenſatio, & aliæ ſimiles, eadem Rota *ibid.
deciſ.* 866. *num.* 1. nec ſufficit præſcriptio, ſeu
poſſeſſio quoad Sedem, quia hæc non eſt ex-
tendenda ad præeminentias incenſationis,
& oſculi pacis, eadem Rota *d. deciſ.* 865.
num. 5.]

Verùm in Eccleſia Collegiata exempta 32
præſente Epiſcopo cum Canonico Eccleſiæ
Cathedralis, & Abbate cum Canonicis dictæ
Eccleſiæ Collegiatæ, debetur primò thurifi-
catio Epiſcopo triplici ductu, & poſt Epiſco-
pum immediatè Canonico Cathedralis Ec-
cleſiæ duplici ductu, deinde Abbati duplici
ductu, & demum Canonicis eius Eccleſiæ
Collegiatæ vnico ductu thuribuli, eadem S.
Congr. *in Alexandrina S. Petri in Brogoglio*
7. *Februar.* 1604. Dominis in Eccleſiis ſuæ
iuriſdictionis permittitur ſedes, genuflexo-
rium & poſtergale, extra Presbyterium, &
thurificari debent duobus ictibus, & habere
pacem cum aliquo inſtrumento iuxta diſpo-
ſitionem Cæremonialis, & adorare ac vene-
tari Sanctiſſ. Sacramentum in eius eleuatione
extra Presbyterium, Sacr. Congreg. Rituum
in Bouinen. 2. *Martij* 1630. *& in Triuican.*
12. *Februarij* 1633. *& in alia Bouinen.* 5.
Martij 1633.

Magiſtratui debetur thurificatio poſt Ca- 33
nonicos æquis ductibus, eadem S. Congr. *in
Interamnen. & in Fauentina* 10. *Iunij* 1600.
ſemper enim † Canonici Cathedralis prius 34
quàm Magiſtratus in omnibus Eccleſiis, vbi
ſimul conuenerint, thurificandi ſunt, eadem
Sacra Congregat. *in Narnien.* 16. *Iunij* 1607.
necnon Canonici Collegiatæ ante guberna-
torum, & Officiales, eadem Sacra Congreg.
in Camplen. 28. *Ianuar.* 1618.

Et ſemper thurificatio iuxta formam Cæ- 35
remonialis cum vnico tantùm thuribulo fa-
cienda eſt, eadem Sacr. Congregat. *in Lucer-
rina* 21. *Iulij* 1618. cùm thuribulorum duo-
rum vſus non probetur, eadem Sacra Con-
gregatio *in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *in
4. dub.*

CAP.

Capvt XXXV.

Canonicorum Capitulum quis congregare valeat, & quo tempore?

SVMMARIVM.

1 *Capitalam poteſt per Præſidentem conuocari quandocanqne Eccleſiæ vitio expedire ſibi videbitar, ſoletis tamen diebus, & deſtiaatis.*

2 *Prælatus Capituli debet proponere negotia deſideranda, dicere primam votam, & ſuffragia votantiam colligere, licèt non ſit in Sacris.*

3 *Capitalaria negotia non poſſuat à Decano prima Dignitate, vel aliqaibus tantùm Canoaicis, cæteris inſciis, & non legitimè vocatis, & extra locam Capitalarem decerni.*

4 *Epiſcopi licentia aon exigitur ad Capitalum congregandum, ſi abſqae ea congregari ſolet.*

5 *Epiſcopus quamais iuxta ſolitam teneatar Canonicis ad ſe congregaadam facaltatem coacedere, non poteſt illos cogere ad declarandum qaa negotia in Capitalo proponere velint.*

6 *Epiſcopus Canonicos pœais, & ceaſuris cogere poteſt ad præſtandam ſibi copiam actorum Capitalarium.*

7 *Capitulum ſuum conuocare poteſt Epiſcopus quando Canonicis aliquid deliberandum proponere vult, in caſibus tantùm ſpectantibas ad Epiſcopalem Dignitatem.*

8 *Epiſcopas, vel eius Vicarius poteſt iaternenire in actibus Capitularibas, dummodo noa agatur de intereſſe ſuo, non obſtante qaacunque coaſuetudine in contrarium.*

9 *Epiſcopus vbi de ſuo, vel ſuorum commodò agitur, licèt poſsit Capitalum congregare, & rem proponere, debet tamen relinquere Canonicos de Capitalo ſolos, vt ipſi liberè rem diſcutiant.*

10 *Epiſcopus ſi habeat controuerſiam cam Capitulo, non poteſt domi ſuæ illud congregare, ſed debet ad aulam Capitularem accedere, in qua ſolitum eſt Capitulum ſemper conaeniri.*

11 *Canonicos adſtringere non poteſt Epiſcopus, vt domi ſuæ Capitulum conaocent, ſi fuerit ſolitam, vt fiat in Sacriſtia, vel in alio Eccleſiæ loco.*

12 *Vicarius etiam abſente Epiſcopo in Capitulo interuenire non poteſt, ſi verò ſit de Capitulo, debet inde exire vbi tractandum ſit de rebus ad ſuum, vel Epiſcopi commodum pertinentibus.*

13 *Vicarius ſi ſit de Capitulo debet ibi tanquam Capitalaris in proprio loco ſedere.*

14 *Capitula dum celebrantur Officia diuina, fieri non debent, niſi cauſa aliqaa vrgens ea in aliud tempus differre non pateretur, & nameero 15.*

16 *Officia diaina dum recitantar non licet fieri congregationes particulares commiſſariorum Capituli, neque occapari Beneficiatos ia negotiis, & rebas Eccleſiæ.*

17 *Acta per Canonicos in Capitulō non poſſunt ab eiſdem Canonicis reuocari niſi capitalariter.*

18 *Procurator conſtitatus à Collegio reuocari non poteſt etiam per maiorem partem, niſi collegialiter.*

19 *Actas quando requiritur quòd capitulariter ſit factus, ita & ratificatio capitalariter eſt facieada.*

CApitvlvm poteſt per Præſi- 1
dentem conuocari quandocunque Eccleſiæ ſeruitio expedire
ſibi videbitur, & nihilominus
diebus ſolitis, & ad hoc deſtinatis, & quotieſcunque per Canonicos inſtabitur illud conuocari, vt cenſuit Sacra Congreg. *negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita in vna Ripaaa, ſub die 6. Octobris* 1617. & ſic non ad ſui libitum, ſed temporibus conſuetis: Raguel. *de voce Canon. in Capitulo q.21. num.1.*
vbi, *q.* 3. tenet quòd † Prælatus Capituli de- 2
bet proponere negotia decidenda, dicere primum votum, & ſuffragia votantium colligere, ſeu reſolutiones accipere, & id poteſt quamuis non ſit in Sacris, cùm iſte ſit actus iuriſdictionis, qui competit Præſidenti etiam in Sacris non conſtituto ratione antiquitatis, & ſuperioritatis, ita ex ſententia S. Congregationis reſoluit Nicol. Garc. *de benef. p.3. cap.4. num.* 26.

Vnde Capitularia negotia, vel quæ perti- 3
nent ad Eccleſiæ commodum, non poſſunt à Decano prima Dignitate, vel aliquibus tantùm Canonicis, cæteris inſciis, & non legitimè vocatis, & extra locum Capitularem decernit, eadem S. Rit. Congr. *in vna Lamacen. 7. Octobris* 1606.

Nec ad Capitulum congregandum licen- 4
tia Epiſcopi exigitur ſi abſque ea congregari ſolet, vt decreuit Sacr. Congregatio *negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita ſub die* 20. *Auguſti* 1601.

Et quatenus iuxta ſolitum teneatur Cano- 5
nicis ad ſe congregandum facultatem concedere, non poteſt illos cogere ad declarandum quæ negotia in Capitulo proponere velint, eadem S. Congreg. *negotia Epiſcoporum,*

&

& Regularium præpoſita ſub die 25. *Feb.* 1603. licèt eos pœnis, & cenſuris cogere poſſit ad præſtandam ſibi copiam actorum Capitularium, eadem Sac. Congreg. *ſub die* 6. *Martij*, *&* 22. *Aprilis* 1596.

7 Epiſcopus poteſt ſuum Capitulum conuocare quando Canonicis aliquid deliberandum proponere vult in caſibus tantùm ſpectantibus ad Epiſcopalem dignitatem, in quibus ipſe iudex eſſe poteſt, non verò in aliis, & audire vota Canonicorum, ac concludere iuxta maiorem partem ſuffragiorum, dummodo res, de qua agitur, ad ſuum, vel ſuorum commodum non ſpectet, ita refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *Epiſcopis num.* 95.

8 † Vnde Sacra Congregatio Concil. *ſub die* 2. *Martij* 1619. cenſuit *quod Epiſcopus, vel eius Vicarius Canonicus poteſt interuenire in actibus Capitularibus, dummodo non agatur de intereſſe ſuo, non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium.*

9 Et quamuis vbi de ſuo, vel ſuorum commodo agitur, poſſit Epiſcopus Capitulum congregare, & rem proponere, debet tamen relinquere Canonicos de Capitulo ſolos, vt ipſi liberè rem diſcutiant, & determinent, ſicut reſoluit Hieronym. Venero y Leyua *in examine Epiſcop. lib.* 4. *cap.* 29. *num.* 37. *cum ſequentib.* hoc enim caſu eum nullam vocem deciſiuam habere contendunt Armendar. *d. l.* 7. *de Epiſcopis*, *num.* 84. Galcr. *in margarita caſuum Conſcient. verb. Epiſcopus antepen.* & Hieronym. Venero *d. cap.* 29. *num.* 42.

10 Si autem ipſe Epiſcopus habeat controuerſiam cum Capitulo, non poteſt domi ſuæ illud congregare, ſed debet ad aulam Capitularem accedere, in qua ſolitum eſt Capitulum ſemper conuenire, ſecundùm Armendar. *d. l.* 7. *de Epiſcopis*, *num.* 96. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. part.* 4. *deciſ.* 286. Hieronym. Venero *d. cap.* 29. *num.* 41.

11 Imò nec in aliquo caſu poterit Canonicos adſtringere, vt domi ſuæ Capitulum conuocent, ſi fuerit ſolitum vt fiat in Sacriſtia, vel in alio Eccleſiæ loco, vt cenſuit S. Congreg. *negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita ſub die* 1. *Februarij* 1583.

Non tenetur Epiſcopus accedere ad locum Capitularem pro viſitandis ſingulis, Canonicis, ſed poteſt ſingulariter illos ad ſe vocando viſitare, vt reſpondit S. Congreg. Concil. *in Oriolen.* 27. *Martij* 1632. *ad* 4. Vocare autem illos poteſt ad Palatium Epiſcopale, & tenentur accedere, non tamen tenentur ire vocati à Vicario, Sacr. Congreg. Rit. *in Caſſanen.* 5. *Martij* 1633.

12 Vicarius etiam abſente Epiſcopo in Capitulo interuenire non poteſt, vt expreſsè ſtatuit Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 6. *verſ. abſente.* ibi, *nec ad id Vicarius Epiſcopi admittatur*, & declarauit Sacra Congregatio, teſte Maſſobr. *de ſynodo Epiſcopi cap.* 4. *dub.* 43. *num.* 35. *ſecundum Romanam impreſſionem.*

† Si verò ſit de Capitulo, debet inde exire vbi tractandum ſit de rebus ad ſuum, vel Epiſcopi commodum pertinentibus, vt fuit reſolutum in Sac. Congr. *negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita ſub die* 17. *Ianuarij* 1584. Sed vbi permanere ſibi liceret, deberet tamquam Canonicus in proprio loco ſedere, Abb. *conſ.* 21. *vol.* 1. Grilenzon. *conſ.* 121. *num.* 5. quicquid dicant Marta *voto* 101. *num.* 2. & Maſtril. *Sicilia deciſ.* 130. *num.* 34. Canonici tamen non tenentur admittere Vicarium Epiſcopi in Capitulo ſi nolint, vt nouiſſimè cenſuit Sacr. Congreg. Conc. *in Amerien.* 24. *Aprilis* 1632. 13

[Ad quem autem appelletur à geſtis in Capitulo per Canonicos in eo congregatos, ſi ibi interueniat Epiſcopus, ſolet aliquando controuerti, in quo dubio diſtinctione opus eſt, videlicet, aut Epiſcopus in Capitulo præſidet vt Prælatus, & tunc non appellatur ad ipſum Epiſcopum, *cap. à collatione* 11. *de appellat. lib.* 6. Cardin. Iacobat. *de Concil. lib.* 10. *art.* 1. *ſub num.* 8. *tom.* 13. *p.* 1. *fol.* 351. Sigiſm. Scacc. *de appellat. q.* 8. *num.* 60. Aut Epiſcopus interuenit in Capitulo tanquam Canonicus, & tunc ad ipſum poterit appellari, quia ex quo Epiſcopus non interfuit Capitulo tanquam Epiſcopus, ſed tanquam Canonicus, non appellatur ab eo ad eundem, ſed ab inferiore ad ſuperiorem, Euerard. *in loco de tanquam, n.* 9. *verſ. ſextò facit*, Sigiſm. Scacc. *d. num.* 60. *verſ. ſecus tamen eſſet.* Ordinarij *in c. poſtulaſtis, de conceſſione præben.* vbi Abb. *num.* 11. *verſ. ſecus ſi interfuit vti Prælatus*, Imol. *num.* 13. Butr. *in* 1. *quæſt. ſub num.* 8. Card. *in* 7. *oppoſit.* Anchar. *num.* 5. *in fine*, Anan. *num.* 11. *in fine*, Rota *deciſ.* 193. *num.* 3. *p.* 2. *recentiſſim. in poſthumis.* Sicut pariter ſi in aliquo actu Epiſcopus vti Canonicus interueniat, & Capitulum ſit negligens, ad eum ſit deuolutio, cùm ibi tanquam inferior ſe habeat; ſecus verò quando vti Prælatus concurrit, tunc enim cùm ſit in eo actu ſuperior, non ad illum, ſed ad Archiepiſcopum, vel alium ſuperiorem res deuoluitur, Hoſt. *in d. cap. poſtulaſtis, num.* 2. *circa med.* Abb. *num.* 4. *&* 10. Anan. *num.* 1. *&* 3. Anchar. *num.* 3. *verſ. ſed dicas, & num.* 5. *in* 2. *oppoſit.* Imol. *num.* 3. Rota *d. deciſ.* 193. *num.* 2.]

Capitula, dum celebrantur diuina Officia, fieri non debent, vt reſcripſit Sacra Rituum Congregatio *Archiepiſcopo Vlixbon.* his verbis, videlicet. *Congregatio Sacra Rituum viſo, & perpenſo memorali pro parte dimidiorum Canonicorum, & Quartenariorum Eccleſiæ Vlixbonnen. eidem Sacræ Congregationi porrecto, declarauit Capitula, ſeu tractatus, & Congregationes,* 14

tiones, ac actus Capitulares per Canonicos Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum peractis diuinis Officiis, & præſertim Miſſa maiori, ne diuinus cultus propter miniſtrorum ſubtractionem minuatur, habendos eſſe, quòd ſi dum Miſſa & alia diuina Officia celebrantur, aut Horæ Canonicæ recitantur, Capitula habere voluerint, niſi fortè euidens neceſsitas id poſtulauerit, eius Horæ, in qua id commiſerint, quotidianas diſtributiones minimè lucrari debere cenſuit ſub die 17. Nouembris 1600.

15 Idem quoque fuit declaratum per Sacram Congregat. Concilij *de anno* 1605. ad inſtantiam Nicolai Garciæ, prout ipſe atteſtatur *in ſuo tractat. de beneſic. part. 3. cap. 2. num.* 559. vbi in fine refert ſe habere declarationem authenticam, prout ſequitur. *Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini. In Eccleſia Abulenſ. ſæpè fiunt Capitula, & habentur Congregationes Capitulares tempore diuinorum Officiorum, & dum Horæ, & etiam Miſſa maior celebrantur iuxta ſtatuta, & antiquam conſuetudinem in hac Eccleſia, & in Hiſpania hactenus obſeruatam. Eſt etiam in hac Eccleſia ordinatio Capitularis, qui fuerit in Eccleſia, & non intrauerit Capitulum, mulctetur certa pœna, etiamſi ſit in choro in Diuinis Officiis, quibus ſic ſtantibus ſupplicatur Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. VV. pro parte Licentiati Nicol. Garciæ dictæ Eccleſiæ Canonici declarare an nihilominus Canonicus, ſeu Capitularis poſsit licitè à Capitulo abeſſe ſtando in choro; nec propterea poſsit mulctari? Secundò an poſsit etiam, ſi velit, intereſſe Capitulis, quæ fiunt tempore diuinorum Officiorum, ſuppoſito quòd fiunt, & ſatisfaciat ſuæ obligationi, & faciat fructus ſuos, qui in illa hora lucrifiunt? Tertiò an Canonicus, ſeu Capitularis poſsit licitè ſumere ſuos dies abſentiæ, ſeu recreationis in diebus, quibus fiunt Capitula, & ſic ab illis abeſſe, etiamſi fiant extra tempus diuinorum Officiorum? Rurſus in Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 5. de reform. cap. 1. decretum eſt, quòd docentes Sacram Scripturam, ſeu Theologiam dum publicè in ſcholis docuerint, gaudeant priuilegiis de perceptione fructuum Præbendarum, & beneficiorum ſuorum in abſentia? Dubitatur an id non ſolum procedat in habentibus Cathedram, ſeu ſtipendium, ſed etiam in docentibus gratis, & ſine vllo ſtipendio, vt dicitur declaratum ad inſtantiam Vniuerſitatis Compluten. & in vna Giennen. Et an idem ſit in docentibus Ius Canonicum, & an requiratur licentia Ordinarij, & approbatio Vniuerſitatis? Congregatio Concilij ad primum reſpondit Congregationes huiuſmodi Capitulares habendas non eſſe eo tempore, quo diuina Officia celebrantur, niſi cauſa aliqua vrgens eas in aliud tempus differri non pateretur, quòd ſi hæ Congregationes abſque cauſa prædicta tempore celebrationis Diuinorum habitæ fuerint, Canonicum iure ab his, vt choro interſit, abeſſe poſſe, nec propterea eſſe mulctandum. Ad ſecundum non poſſe iuxta reſponſum ad primum. Ad tertium poſſe niſi de induſtria id abſentiæ tempus eligeret, quo habendæ ſunt huiuſmodi Congregationes. Ad quartum vtroque caſu huiuſmodi priuilegio gaudere, quamuis Ius Canonicum doceant, & ab Epiſcopo licentiam non obtinuerint, dum tamen inducti ſint ab Vniuerſitate.* [Et nouiſſimè eadem Sacra Cong. Concilij *in Oriolen.* 27. *Martij* 1632. ad 11. reſpondit, *Capitulum non eſſe habendum eo tempore, quo diuina Officia celebrari debent, niſi cauſa aliqua vrgens in aliud tempus differri patiatur: quod ſi ſecus fiat Canonicos nequaquam lucrari diſtributiones quotidianas pro illis Horis, quibus Diuinis non interfuerunt, & eo caſu Epiſcopum poſſe ſine coniudicibus contra Canonicos procedere ad ſubtractionem fructuum, & ad mulctas ab eo impoſitas.*]

Ex quibus colligitur non licere etiam fieri 16
Congregationes particulares Commiſſariorum Capituli, nec occupari Beneficiatos in negotiis, & rebus Eccleſiæ (quæ aliàs commodè fieri poſſunt) dum diuina Officia celebrantur, quamuis oporteret aliàs eis conſtituere aliquod ſtipendium, ſeu ſalarium, vt reſoluit Nicol. Garc. *d. parte* 3. *cap.* 2. *num.* 566. *& num.* 568. hinc refert non licere facere rationes, & computa bonorum, & redituum menſæ, vel fabricæ, dum Diuina fiunt ſaltem manè, & *num.* 564. reſoluit acta, & geſta in Capitulis, & Congregationibus tempore diuinorum Officiorum celebratis, non eſſe nulla, quia ſolùm illo tempore ea licita non ſunt ſub amiſſione diſtributionum illius Horæ.

Denique in hac materia illud eſt conſide- 17
ratione dignum, quòd acta per Canonicos in Capitulo non poſſunt ab eiſdem Canonicis reuocari niſi capitulariter congregatis, ad not. Compoſtel. *in cap. bona el ſecundo, num.* 5. & *ibid.* Innoc. *num.* 7. *in verb. temerè, de poſtul. Prælat.* & per Feder. de Senis *conſ.* 100. *num.* 5. *verſ. vbi autem eſſet conſtituens*, vbi quòd † Procurator conſtitutus à 18
Collegio reuocari non poteſt per paucos, nec etiam per maiorem partem niſi collegialiter, benè etiam Beroi. *in cap. cùm omnes, num.* 85. vbi quòd † quando actus requirit quòd capi- 19
tulariter ſit factus, & ita ratificatio capitulariter facienda eſt, refert, & ſequitur Rot. *in Hiſpaniarum mandati* 15. *Decembris* 1625. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano, vide infrà *cap.* 38. *num.* 16.

CAPVT XXXVI.

Canonici in Capitulo quo loco ſedere debeant? & quid in Epiſcopo, Vicario, & Protonotario Canonicis?

SVMMARIVM.

1 *Canonicus ſemper cum ſuo Canonicali in Capitulo prout in choro modeſtè, & cum ſilentio accedere, & in loco ſibi debito ſedere tenetur.*

2 *Epiſcopus, qui vt Canonicus in Capitulo aſſiſtit, quo loco ſedere debeat oſtenditur, & numeris ſeqq.*

3 *Epiſcopus titularis Canonicus debet in Eccleſia uti habitu ordinario, quo vtuntur Epiſcopi in Romana Curia.*

4 *Epiſcopus titularis Canonicus debet præcedere omnibus aliis Canonicis eiuſdem Eccleſiæ, & ſedere in primo ſtallo ſupra omnes.*

5. *Epiſcopo titulari Canonicatum obtinenti præcedentia competit in choro, Capitulo, & proceſſionibus, aliiſque actibus ſupra omnes eiuſdem Eccleſiæ Dignitates, & Canonicos.*

6 *Epiſcopus Canonicus an habeat in Capitulo ſuffragium ſicut cæteri Canonici.*

7 *Vicarius Epiſcopi quando tanquam Canonicus in Capitulo aſſiſtit, debet in proprio loco ſedere.*

8 *Vicario Capituli Sede vacante præcedit prima Dignitas poſt Epiſcopum, non verò alij Canonici, ſiue Dignitates ſecundariæ.*

9 *Argumentum valet à Vicario Epiſcopi ad Vicarium Capituli Sede vacante.*

10 *Vicarius Capituli Sede vacante ſi fuerit Canonicus, debet ſedere in loco proprio ſui Canonicatus antiquioribus non præcedendo.*

11 *Canonicus Protonotarius prælatitio habitu indutus ad Capitulum accedere non debet, nec in eo recipiendus eſt.*

1 CANONICVS ſemper cum ſuo Canonicali habitu in Capitulo prout in choro modeſtè, ac cum ſilentio accedere, & in loco ſibi debito ſedere tenetur, iuxta ea quæ latè notauimus *ſup. cap.* 18. *à num.* 32.

2 Sed eſt ſatis controuerſum quo in loco ſedere debeat Epiſcopus, qui vt Canonicus in Capitulo aſſiſtit: quidam enim exiſtimarunt illum ſtatim poſt Præſidentem debere ſedere, alij verò putarunt quòd ſedere debet in propria ſede, apparata tamen, & ornata. [Nonnulli denique protulerunt ſedere debere tanquam talem Canonicum in loco, ſeu ſtallo in quo ſederet ſi Epiſcopus non eſſet;] vt videre eſt per gloſſ. *verb. Prælatus in cap. à collatione* 12. *de appellat. num.* 6. vbi Gemin. *num.* 6. Caſſan. *in Catalogo gloriæ mundi p.* 4. *conſid.* 45. Dec. *conſ.* 160. *num.* 1. Mandoſ. *conſ.* 99. *num.* 3. Capyc. *deciſ.* 27. *num.* 26. Veral. *deciſ.* 307. *num.* 1. *&* 2. Felin. *in rub. de maior. num.* 9. Abb. *in cap. poſtulaſti ſub num.* 8. *de conceſſ. præbend.* Boër. *de auctorit. magni conſilij num.* 65. [Anna *ſing.* 6. Flaui. Amend. *in addit. ad Vincent. de Franchis deciſ.* 138. *num.* 1. 2. *&* 3. Euerard. *in topicis loco de tanquam, num.* 9. *verſ. ſextò facit,*] Aloyſ. Ricc. *in praxi rer. fori Eccleſ. reſol.* 399. *num.* 7. *in* 2. *edit.* Ioan. Andr. de Georg. *alleg.* 35. *num.* 9. Maſtril *Siciliæ deciſ.* 130. *num.* 33. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 106. *à num.* 9. [*& cap.* 298. *num.* 38. vbi de Auditore Rotæ, vel Conſilij facto Epiſcopo cum retentione officij, quòd retineat ſuum locum, licèt extra Rotam alios præcedat, Hermoſil. *in addit. ad Greg. Lop. ad gloſ.* 2. *prol. part.* 5. *num.* 63. nouiſſimè Mich. Ferrus *in tract. de præcedent. Eccleſ. q.* 27. *num.* 2. *cum ſeqq.*] Hieronym. Veneto y Leyua *in examine Epiſc. lib.* 4. *cap.* 29. *num.* 28. Lotter. *de re beneſic. lib.* 1. *q.* 15. *num.* 32. *cum ſeqq. & q.* 16. *num.* 104. *&* 105. nouiſſimè Alzedo *de præſtantia Epiſcopal. Dignitatis, parte* 2. *cap.* 1. *num.* 56. vbi ex Nicol. Mil. *in repert. verb. Epiſcopus in dubio*, ſubdit quòd quando eſt in Capitulo, ſemper præſumitur adeſſe vt Prælatus, non vt Canonicus. Menoch. *de arbitr. caſu* 68. *num.* 23. *& conſ.* 51. *num.* 43. *& conſ.* 902. *num.* 72. *cum ſeqq.* Ioan. Franc. de Pont. *conſ.* 14. *num.* 50. *&* 85. [Curia Philip. *p.* 1. *§.* 1. *verb. Cabildo num.* 4. Fabius de Anna *conſ.* 122. *num.* 20. *cum ſeqq.* Scacc. *de appellat. lib.* 3. *cap.* 298. *num.* 92. Anell. Amat. *conſ.* 30. *num.* 4. *cum ſeqq. tom.* 1. Rot. *dec.* 288. *num.* 2. *p.* 2. recentior. [Seraphin. *deciſ.* 437. *n.* 4. vbi ait quòd licèt in Epiſcopo, qui eſt Epiſcopus Eccleſiæ illius Capituli, ſeruetur, vt ſedeat poſt illum, qui præeſt Capitulo, vt per Abb. *in cap. poſtulaſt. num.* 8. *de conceſſ. præb.* Felin. *in rub. de maior. & obed. col.* 2. *in fine*, tamen id eſt ſpeciale quando eſt Epiſcopus illius Capituli, alioquin debet ſedere in loco Canonicali, & nouiſſimè Theodoſ. de Rubeis *ſingul. Rotæ tom.* 2. *p.* 4. *tit. de præcedentiis Protonotarior. num.* 10. *pag.* 488. ait Auditorem Rotæ ſi fiat Epiſcopus cum retentione Auditoratus, & poſt promotionem Rotam adeat, non præcedere vti Epiſcopum, ſed ſuum locum retinere iuxta antiquitatem Auditoratus, licèt extra Rotam præcedat omnes Auditores, vt eſt videre in capella Papæ.] & nouiſſimè D.

Alex.

Alex. Victor. Sereniſſ. Magni Ducis Hetruriæ Auditot in informatione in cauſa Florentina Pręcedentiæ pro Illuſtriſſ. D. Franciſco Ventutio Epiſcopo S. Seueri Archidiacono contra Reuerendiſſ. D. Horatium Quarateſium Vicatium generalem & Archipresbyterum Florentinum, impreſſa Florentiæ anno 1632.

3 Quicquid tamen inuoluant præcitati Doctores uon diſtinguentes caſum à caſu de Epiſcopo, qui ſimul eſt Canonicus in ſua propria Eccleſia, & de Epiſcopo titulari, qui eſt Canonicus in aliena Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, [iuxta reſoluta per Amendol. *in addit. ad Vincent. de Franchis deciſ.* 138. *num.* 2. vbi dicit communem illam reſolutionem eſſe intelligendam vbi Canonicatus eſſet Dignitati Epiſcopali annexus.] Quare cùm in Eccleſia Compoſtellana Epiſcopus Bruſciæ in partibus infidelium obtinuerit Canonicatum, & dubitatum fuerit in quo loco ſedere deberet, & quo habitu vti debeat in Eccleſia, propoſito huiuſmodi dubio in S. Rituum Congregatione reſpondit *ratione Epiſcopatus poſſe, & debere vti habitu ordinario, quo vtuntur Epiſcopi in Romana Curia, id eſt, Rochetto ſupra ſubtana, & mantelletto violacei coloris,*
4 † *& debere pracedere omnibus aliis Canonicis eiuſdem Eccleſia, & ſedere in primo ſtallo ſupra omnes, vt fit, & ſeruatur Roma ſimili caſu veniente in tribus Eccleſiis Patriarchalibus, Sancti Ioannis, Sancti Petri, & Sancta Maria Maioris, & ita cenſuit, & declarauit, & in Eccleſia Compoſtellana ſeruari mandauit ſub die* 11. *Iuly* 1617. [& de hac obſeruantia in prædictis Eccleſiis Patriarchalibus teſtatur Sigiſm. Scacc. *de appellat. q.* 8. *num.* 60. *in fine.*] Et deinde eadem S. Congreg. *ſub die* 13. *Nouembris* 1621. *in vna Calaritana in Sardinia,*
5 cenſuit † *Epiſcopo titulari, qui in Calaritana Eccleſia Canonicatum obtinet, in choro, Capitulo, & proceſſionibus, aliiſque actibus ſupra omnes eiuſdem Eccleſia Dignitates, & Canonicos pracedentiam competere.* Et nouiſſimè eadem S. Congregat. Concil. *in Florent.* 24. *Iuly* 1632. *declarauit Epiſcopum titularem habentem Dignitatem in Cathedrali ſubeſſe cum aliis Canonicis viſitationi ſui Epiſcopi.*

6 An autem Epiſcopus titularis Canonicis in Capitulo habeat ſuffragia ſicut cæteri, fuit aliquando dubitatum; inueni tamen Hier. Vener. *d. cap.* 29. *num.* 30. dicentem, quòd tunc habet vnum ſuffragium ſicut vnus de Capitulo, licèt magis ponderatiuum propter eius auctoritatem, & *num.* 31. ſubdit quòd ſeruanda eſt conſuetudo, vel ſtatutum cuiuſque Eccleſiæ, an debeat vincere ſententia illa, pro qua ſuffragium tulit Epiſcopus, ſi paria ſint ſuffragia, quod ex Celſo Hugone *conſ.* 28. incip. *Viſo puncto, & facti, num.* 8. tenet Alzed. *d. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 57. Addit quoque Hier. Vener. *vbi ſuprà, num.* 32. Decanum, vel caput illius Capituli debere proponere, & reſoluere etiam quando Epiſcopus aſſiſtit in Capitulo tanquam Canonicus, petita tamen cum debita vrbanitate licentia ab Epiſcopo eum ſalutando. [Quid in Epiſcopo loci circa collationes beneficiorum, vide ſuprà *cap.* 14. *num.* 7. *&* 8.]

Vicarius verò Epiſcopi & ſimul Canonicus, 7
vbi tanquam Canonicus in Capitulo aſſiſtit, debet in proprio loco ſedere, Abb. *conſ.* 21. *vol.* 1. Grilenzon. *conſ.* 121. *num.* 5. Barbat. *de praſtantia Card. num.* 32. *in* 1. *quaſt.* Pauin. *de poteſt. Capituli Sede vac.* 2. *p. q.* 10. *verſ. an autem*, Anton. de Prætis *de iuriſd. Epiſcopi cap.* 6. *num.* 52. Capyc. *deciſ.* 27. *num.* 27. Rimin. ſen. *conſ.* 93. *num.* 31. Mellin. *de pracedentia vicarior. cap.* 6. *num.* 8. Vetall. *deciſ.* 307. *num.* 5. *p.* 1. Sbroz. *de officio Vicarij lib.* 2. *q.* 25. *num.* 17. [Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 11. *ex num.* 1.] Nauat. *conſ.* 2. *in princ. & in fine, de offic. Vicar.* Menoch. *de arbitr. caſu* 68. *num.* 25. *& conſ.* 51. *num.* 43. *& num.* 156. Seraph. *deciſ.* 437. *num.* 5. Rot. *deciſ.* 228. *num.* 2. *p.* 2. *recent.* [Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 16. *à num.* 63. nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.* 34. *num.* 15. Mellid. *de praced. cap.* 6. *num.* 8.] S. Congregat. Rituum *in vna Ampurien.* 7. *Decembris* 1630. & in alia *Acernen.* 21. *Iunij* 1632. cenſuit *Vicarium generalem in habitu Canonicali in choro ſtare, ſedere, & incedere debere in loco ſua receptionis, & non ſupra alios priùs receptos de Capitulo, in habitu verò vicariali ſtare, ſedere & incedere debere ſupra omnes alios, etiam ſupra primam Dignitatem, ſed non lucrari hoc caſu diſtributiones,* [& ſic præcedit Archidiacono, Caſſan. *in catal. gloria mundi p.* 4. *conſid.* 46. Boër. *de auctor. magni conſil. num.* 77. Paul. Fuſc. *de Viſitat. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 19. Sbroz. *d. lib.* 2. *q.* 25. nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ cap.* 34. *num.* 14.] vide *ſuprà cap.* 18. *num.* 32. quicquid dicant Marta *voto* 101. *num.* 2. & Maſtril. Siciliæ *deciſ.* 130 *num.* 34. [nam Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 16. *num.* 65. dicit quòd Canonicus Vicarius tanquam Vicarius incedens, ſiue præſens ſit Epiſcopus, ſiue abſens, debet ſedere in prima Sede ratione ſuæ locumtenentiæ, & præcedere omnibus Canonicis, & Capitulo tam in actibus in quibus interuenit cum actiuitate ſuæ iuriſdictionis, quàm in omnibus aliis indifferentibus, & promiſcuis præcedendo ipſum Archidiaconum, & Archipresbyterum, vt reprobatis duobus conſiliis 51. & 52. Menochij, reſpondit Robuſter. apud Gratian. *diſcept.* 121. *ex num.* 23. Verùm valeat conſuetudo quòd Archidiaconus præcedat Vicario generali Epiſcopi, quæſtio dubia, in qua Abb. *conſ.* 21. non valere extendit; ſed contrarium, immò valere

talem conſuetudinē meliùs ſuſtinent, Caſſan. *d.p.3.conſil.46. in fine*, vbi atteſtatur conſuetudinem eſſe in ciuitate Heduen. quòd Archidiaconus, vt omnes antiquiores præcedant Vicario, & Officiali Epiſcopi, Corn.*conſ.* 19. vbi tenet & per efficaciſſimas rationes valere conſuetudinem ad fauorem Archidiaconi Peruſini, Menoch. *conſ.* 51. *&* 257. Marcel. Vulpe *d. cap.* 34. *num.* 17.]

8 De Vicario Capituli Sede vacante, qui poterit in Capitulo aſſiſtere eodem modo, quo poteſt Epiſcopus Sede plena, ſecundùm ea, quæ reſoluimus *ſup. cap.*33. dicendum exiſtimo illi præcedere Archidiaconum, vel vbi non eſt Archidiaconus, aliam Dignitatem primam poſt Epiſcopum, ſiue illa Dignitas vocetur Decanatus, ſiue Præpoſitura, ſiue Prioratus, aut alio quocunque nomine, non autem illi præcedere alios Canonicos, ſeu Dignitates ſecūdarias, ſic poſt plures DD. reſoluit Sbroz. *de Vicario Epiſcop. lib.*2. *q.* 25. *num.* 20. quem ſequutus fui *de offic. & poteſt. Epiſcopi p.*3. *alleg.* 54. *num.*167. & ita *de menſe Septembris* 1630. fuit reſolutum à Sacra Congregat. Rituum in vna Aſſiſien. Ratio autem, quare prima Dignitas præcedat Vicario Capitulari, poteſt eſſe, quia ſicut ſe habet Vicarius Epiſcopi ad Epiſcopum, ita regulariter ſe habet Vicarius Capituli ad Capitulum, Sbroz. *loco citato.* Sed Epiſcopus præcedit Vicario ſuo, ergo æquum eſt vt ſaltem prima Dignitas Capituli præcedat Vicario eiuſdem Capituli, quæ tanquam caput repræſentat, & continet eminenter totum corpus Capituli, *cap. legimus*, iuncta gloſ. *verb. continetur* 93. *diſtinct.* Quoad alias verò Dignitates, & Canonicos ex ea ratione non præcedunt Vicario Capitulari, quia ſicut Vicarius Epiſcopi facit idem conſiſtorium, & reputatur vna eadēmque perſona cum Epiſcopo, itaut ab eo ad Epiſcopum appellatio non detur, *cap. Romana, de appellat.* cùm appellatio de neceſſitate facienda ſit ab inferiori ad ſuperiorem, non autem à pari ad parem, neque ab eodem ad ſe ipſum, *cap. anteriorum*, §. *illo videlicet* 2. *q.* 6. ita & Vicarius Capituli reputatur vna & eadem perſona, & facit vnum, & idem tribunal cum Capitulo, itaut ab eo ad Capitulum tanquam à pari ad parem, vel ab eodem ad ſe ipſum

9 appellatio non admittatur, † regulariter enim valet argumentum à Vicario Epiſcopi ad Vicarium Capituli, & è conuerſo, Sbroz. *de officio Vicarij lib.*3. *q.*32. Ego ipſe *d.part.*3. *alleg.* 54. *num.*171. ſed ſinguli Canonici non reputantur vna & eadem perſona cum Capitulo, neque ipſum repræſentant, cùm aliud ſit aliquod corpus, ſiue vniuerſitas, quæ eſt perſona ficta, & aliud ſingulares eiuſdem, quæ ſunt perſonæ veræ, *l. in tantum*, §. *Vniuerſitatis, ff. de rerum diuiſ.* Ergo non debent præcedere Vicario, quæ non ſingulorum, ſed totius Capituli gerit vices, parēmque, imò eandem poteſtatem exercet. Intellige in Vicario Capituli non Canonico, nam † ſi Canonicus fuerit, debet ſedere in loco proprio 10
ſui Canonicatus antiquioribus non præcedendo. Ratio eſt, quia in Capitulo non conſideratur vt Vicarius, ſed vt Canonicus, neque eſt enim Dignitas pertinens ad Capitulum, & conſequenter non debet cauſare mutationem loci, vt in puncto reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. de reſolut.*599. *per tot. in* 2. *edit.*

Canonicus Protonotarius prælatitio habitu indutus cùm tanquam extraneus reputetur 11
ad Capitulum accedere non poterit, nec ibi recipiendus erit, vt colligitur ex declaratione quadam S. Rituum Congregat. *in vna Aſculana Apuliæ* 6. *Martij* 1610. [Vide ſuprà *cap.*18. *num.* 34. *cum ſeqq.*

Plura alia de præcedentia Canonicorum in Eccleſia, choro, & proceſſionibus, vide *ſup. cap.* 18. *per tot.*]

Capvt XXXVII.

Canonicus quis vocem in Capitulo habeat?

Svmmarivm.

1 *Canonicis per ſolam Canonicatuum aſſequutionem perfectè quæſita ſunt omnia iura Canonicalia.*

2 *Canonici per ſolam Canonicatuum aſſequutionem ſtatim dicuntur de Capitulo, licèt non ſint in Sacris.*

3 *Canonici ſoli, qui in Sacris ſaltem Subdiaconatus Ordine ſunt conſtituti, vocem habent in Capitulo in electionibus, & communibus tractatibus.*

4 *Canonici, qui non ſunt in Sacris, nec vocem conſultiuam, nec aſſiſtentiam, neque ſedem in Capitulo habent.*

5 *Capitulum vocem alicui, qui non ſit in Sacris, concedere non poteſt.*

6 *Canonicus, qui non ſit in Sacris, non poteſt vocem in Capitulo præſcribere, aut aliquo pacto acquirere.*

7 *Canonici habentes vocem in Capitulo non ratione Canonia, ſed priuilegio, ſtatuto, fundatione, vel conſuetudine, licèt Subdiaconi non ſint, vocem in Capitulo habent.*

8 *Canonicus ſupernumerarius vocem in Capitulo habet, quem mandauit Papa recipi derogato certo numero cum plenitudine Iuris Canonicalis.*

9 Ca

9. *Canonicus à Papa diſpenſatus vt ante legitimam ætatem ad Subdiaconatus Ordinem promoueantur, ad Ordinem Subdiaconatus ſic ex diſpenſatione promotus vocem habebit in Capitulo.*

10 *Canonici Eccleſiarum Collegiatarum, niſi ſint in Sacris conſtituti, vocem in Capitulo non habent.*

11 *Prælato principali Eccleſiæ Collegiatæ, quamuis Sacris Ordinibus careat, competit præſidentia, ac vox in Capitulo.*

12 *Decani, Archidiaconi, ſeu Priores, qui non ſunt Prælati, licèt poſsint conuocare Capitulum, & in eo proponere, ac reſolutiones accipere, quamuis in Sacris conſtituti non ſint, non tamen eis licet vocem dare in Capitulo.*

13 *Canonicus diſpenſatus à Papa vt in ætate ſexdecim annorum poſsit Canonicatum in Cathedralis obtinere, an valeat vocem in Capitulo dare, oſtenditur.*

14 *Dignitates ſi Canonicali Præbenda careant, non habent vocem in Capitulo.*

15 *Capituli appellatione ſoli Canonici continentur.*

16 *Portionarij, Manſionarij, Tertinarij, & Quartanarij vocem in Capitulo non habent.*

17 *Beneficiati, ſi ſint in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis, vocem in Capitulo non habent.*

18 *Voces duas in Capitulo habet qui ex legitimo titulo in eadem Eccleſia habet duas Præbendas, vel Præbendam, & Dignitatem.*

19 *Canonicus in Sacris minime conſtitutus collegiales actus, & ea omnia quæ extra Capitulum fiunt, exercere poteſt.*

20 *Canonicus etiam non conſtitutus in Sacris debet habere ſuam hebdomadam, ſi collatio ſpectat ad Canonicum hebdomadarium per turnum.*

21 *Capitulum poteſt committere collationem, vel nominationem beneficij ad illud pertinentis Canonico, qui non ſit in Sacris.*

22 *Beneficium ratione ſui Canonicatus poteſt quis conferre quamuis non ſit in Sacris.*

23 *Canonici vt in Capitulo ſecretò ſua vota ferant, an expediens ſit, oſtenditur.*

24 *Canonici Capituli ſua ſecreta reuelantes quas pœnas incurrant, oſtenditur.*

25 *Coadiutores cum futura ſucceſsione, qui iuxta formam conceſsionis præadiutoriæ habent vocem in Capitulo, ſi intra annum non ſuſceperunt Ordines requiſitos, amittunt vocem in Capitulo, & dimidiam partem diſtributionum.*

26 [*Dignitatem habens ratione cuius habet vocem in Capitulo, ſi fiat coadiutor, Canonici, an habeat duplicem.*

27 *Canonici eo ipſo quòd ſunt Canonici, & in poſſeſsione Canonicatus exiſtunt, dicuntur eſſe in quaſi poſſeſsione iuris eligendi, & votandi, licèt nunquam euenerit caſus.*

28 *Canonici quaſi poſſeſsio intereſſendi in Capitulo, vt in rebus, & negotiis Eccleſiæ, atque votandi, probatur ex actibus capitularibus.*

29 *Canonicus, ſeu alius exiſtens in quaſi poſſeſsione ingrediendi, aſsiſtendi, & intereſſendi in Capitulo, manutenendus eſt, etiamſi actus poſſeſſorij fuerint cum contradictione aliquorum de Capitulo.*

30 *Canonicus magnæ auctoritatis & prudentiæ an poſsit compelli pro intereſſe Eccleſiæ ad dandum vocem in Capitulo per ſeipſum?*

31 *Nomina Canonicorum an ſint exprimenda in inſtrumentis, quæ fiunt à Capitulo, oſtenditur.*

32 *Canonicus Capitularibus Congregationibus præſens, ſi tacuerit habetur pro conſentiente.*]

QVAMVIS Canonicis, per ſolum Canonicatuum aſſequutionē fuerint perfectè quæſita omnia iura Canonicalia, Abb. *in cap. dilectus il primo, num. 7. de præbend. & in cap. cùm M. num.* 30. vbi Felin. *num.* 23. & Dec. *num.* 29. *de conſtit.* Raguc. *de voce Canon. in Capitulo quæſ. 5. num.* 2. Caualer. *deciſ.* 109. *num.* 8. [ac etiam vox, cùm hæc pendeat à canonia, *gloſ. verb. receperit, in fin. in c. cum M. de conſtit.* Seraphin. *deciſ.* 474. *num.* 2.] † itaut ſtatim dicantur de Capitulo, licèt non ſint in Sacris, Rot. *in Abulen. iuriſdictionis 6. Februarij* 1589. coram bonæ mem. Card. Pamphilio ſen. [quia ſunt verè Canonici, Rota *deciſ.* 27. *num.* 4. *p.* 1. *recentiſs.*] † nihilominus tamen non omnes Canonici vocem habent in Capitulo, in electionibus ſcilicet, & communibus tractatibus, ſed ij tantùm, qui in Sacris, ſaltem in Subdiaconatu, fuerint conſtituti, Clem. *vt hi* 2. *de ætate, & qual.* Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 4. Rebuff. *in tractat. nomin. q.* 8. *n.* 3. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 51. *art.* 5. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *q.* 20. [Petr. Gregor. *ſyntag. iuris p.* 2. *lib.* 15. *cap.* 23. *num.* 13. Cardoſ. *in praxi iudicum, verb. Canonicus, num.* 5. Valenzuela *tom.* 1. *conſ.* 34. *num.* 99.] latè Monet. *de diſtribut. quotid. part.* 2. *q.* 20. *num.* 3. *cum ſeqq.* Vgolin. *de Officio Epiſcopi, cap.* 19. §. 3. *num.* 1. Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *c.* 4. *num.* 24. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom* 2. *q.* 23. *art.* 5. *concl.* 5. Paul Laymann. *Canon. quæſt. de Prælatorum eccleſ. elect. q.* 181. *reſp.* 3. & *q.* 28. *reſp.* 2. Raguc. *de voce*

1

2

3

Canon. in Capitulo q. 24. Sebaſt. Cæſar *in re-*
lect. de eccleſ. hierarchia diſp. 12. §. 1. *num.* 22.
Iul. Lauot. *var. lucubration. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.*
15. *ex num.* 33. Tamburin. *de iure Abbatum*
tom. 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 8. *num.* 8. [nouiſſimè Ste-
phan. VVeyms *in conſtit.* 24. *ex antiquo iure*
deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas con-
ſtit. 4. *num.* 2. *pag.* 38.] Rot. *deciſ.* 600. *num.* 2.
4 *p.* 4. *diuerſ.* Et † procedere non modò in om-
nibus actibus expediendis, qui capitulariter
expediuntur, ſed etiam in electionibus, & in
Synodo, ex S. Congr. tradit Garc. *dict. cap.* 4.
num. 25. vbi quòd nec conſultiuam vocem,
neque aſſiſtentiam, neque ſedem in Capitulo
habent.
5 Quod in tantum verum eſt, vt neque Ca-
pitulum ſuper hoc diſpenſare poſſit, ac vocem
prædictam alicui, qui non ſit Subdiaconus,
concedere. Nau. *conſil.* 7. *de cleric. non reſident.*
[Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. Canonia* §. 5.]
Piaſec. *d. cap.* 3. *num.* 7. *verſ. aſsignatis*, Sayr.
in floribus deciſ. ſub illo titul. de cleric. non re-
ſident. deciſ. 14. Monet. *de diſtribut. quotid.*
6 *parte* 2. *q.* 20. *num.* 3. † Nec ipſe Canonicus
poteſt hoc ipſum præſcribere, aut aliquo pa-
cto acquirere, vt S. Congreg. Concilij *ſub die*
20. *Aprilis* 1602.
7 Amplia *primò*, ſeu potiùs declara, princi-
palem reſolutionem procedere in Canonicis
habentibus vocem ratione Canoniæ, *cap. di-*
lectus il primo, de præbend. cap. pro illorum, in
fine, eod. tit. Monet. *de diſtribut. quotid. parte*
2. *q.* 20. *à num.* 1. non autem in habentibus
alio iure, putà priuilegio, ſtatuto, fundatione,
vel conſuetudine; quia licèt Subdiaconi non
ſint, vocem in Capitulo habent, vt docent
Fr. Emman. *d. tom.* 2. *q.* 51. *art.* 1. Nicol. Garc.
in addit. ad cap. 4. *num.* 31. Portel. *in dubiis*
Regularib. verb. electio, num. 6. Sigiſmund. à
Bononia *de elect. dub.* 91. *num.* 2.
8 *Secundò* amplia habere locum in Canoni-
co ſupernumerario, quem mandauit Papa
recipi derogato certo numero cum plenitu-
dine iuris Canonicalis. vnde gloſſ. *verb. vltra*
numerum, in cap. cùm M. de conſtitut. vbi Felin.
num. 23. Biax. *in direct. electiòn. parte* 1. *cap.* 17.
Azor. *d. cap.* 11. *q.* 5. Aloyſ. Ricc. *in praxi au-*
rea reſolut. 263. [*& in deciſ. p.* 4. *deciſ.* 94.]
Monet. *d. parte* 2. *q.* 1. *à num.* 5. Raguc. *de voce*
Canonicorum in Capitulo quæſt. 1. *num.* 2. [no-
uiſſimè Nouar. *in tract. ſiue praxi variar.*
fori ſect. 3. *quæſt.* 35. *num.* 6. *in vltim. im-*
preſsion.]
9 *Tertiò* amplia procedere in Canonico à
Pontifice diſpenſato, vt ante legitimam æta-
tem ad Subdiaconatus Ordinem promouea-
tur, is enim ad Ordinem præfatum ex diſpen-
ſatione promotus, vocem habebit in Capitu-
lo, vt reſoluunt Felin. *in cap. poſtulaſti, num.* 11.
de reſcriptis, Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *diſput.* 1.
num. 23. Raguc. *de voce Canonicorum in Ca-*
pitulo q. 5. *num.* 7. Soar. *de Religion. tom.* 4.
tractat. 8. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 7. Tamburin. *de*
iure Abbatum tom 1. *diſput.* 5. *quæſt.* 8. *num.* 10.
Nec obſtat, quòd quamuis diſpenſatio, licèt
ſtrictè intelligenda, ad neceſſaria, & inſepa-
biliter connexa extendi poſſit, tamen vbi ac-
ceſſoria ſunt à principali ſeparabilia, itaut
diſpenſatio ſuper principali imprimat ſuum
effectum, abſque ea extenſione, non exten-
ditur ad ea acceſſoria, vt per Felin. *in cap. at*
ſi clerici, §. *de adulteriis, num.* 16. & 17. *de*
iudic. vbi Aretin. *num.* 36. & alios plures cita-
tos per Sanch. *vbi ſuprà*, argum. *l. fin.* §. *Lu-*
cius, ff. de condict. indeb. vbi reſtitutio in inte-
grum conceſſa minori, & quia circa princi-
pale impeditus erat, erat quoque conſequen-
ter circa acceſſorium, tunc enim remoto de-
fectu à principali per diſpenſationem, conſe-
quens, & acceſſorium liberum erit ab omni
macula, & ſic poterit vtrunque exerceri, ita
Couarruuias *de ſponſalib. parte* 2. *cap.* 8. §. 10.
in fine, vbi refert Dominic. & Præpoſ. ideò
cùm eam ætatem ad Subdiaconatus Ordinem
requiſitam nondum nactus, vocis in Capitulo
incapax ſit non per ſe, & principaliter ratione
defectus ætatis, ſed ratione defectus Ordinis
eam ætatem poſcentis, ſi Pontifice in ætate ad
Subdiaconatum petita diſpenſante is fieret
Subdiaconus, vocem quoque haberet in Ca-
pitulo. [Vide tamen infrà *num.* 13.]
Quartò amplia id etiam locum habere in 10
Canonicis Eccleſiarum Collegiatarum, qui
licèt poſſint tales fieri in ætate quatuordecim
annorum [& clericali tonſura inſigniri, vt di-
ximus *ſup. cap.* 13. *num.* 14. *cum ſeqq.*] nihilo-
minus niſi ſint in ætate vigintiduorum, &
in Sacris conſtituti, vocem in Capitulo ha-
bere non poſſunt, [ita reſoluit Stephan. Gra-
tian. *diſcept. forenſ. tom.* 4. *cap.* 482. *à n.* 20.]
& cenſuit Sacra Congregatio Concilij *ſub die*
8. *Auguſti* 1621.
Declara priorem reſolutionem non proce- 11
dere in principali Prælato Eccleſiæ Collegia-
tæ, cui, etiamſi ſacris Ordinibus careat, præ-
ſidentia, ac vox in Capitulo competit, vt do-
cent Villar *del patronado de Calatajud parte*
7. §. 1. *num.* 15. Raguc. *de voce Canonicorum*
in Capitulo quæſt. 5. *num.* 3. *& quæſt.* 24. *num.* 3.
Nicol. Garc. *in addit. ad d. cap.* 4. *ſub num.* 26.
vbi ſubdit in illis non procedere *d. Clem. vt y*
2. & Conc. Trid. *d. cap.* 4.
Secus verò dicendum in Decanis, Archi- 12
diaconis, ſeu Prioribus, qui non ſunt Prælati,
hi enim licèt poſſint conuocare Capitulum,
& in eo proponere, ac reſolutiones accipere,
quamuis in Sacris conſtituti non ſint, vt ex
declaratione Sacr. Congregationis probant
Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 26. [Stephan. Gra-
tian. *d. tom.* 4. *cap.* 482. *num.* 26.] non tamen

cis licet dare vocem in Capitulo, ſtante diſ-
poſitione d. Cleoien. & Concilij Trident. vt
ipſe Garc. declarat *in addit. ſub d. num. 26.*

13 Declara etiam non procedere dictam
principalem reſolutionem io Canonico di-
ſpenſato à Papa, vt in ætate ſexdecim aono-
rum, vel alia inſufficienti Canonicatum in
Cathedrali obtinere poſſet, nam eo ipſo quòd
diſpenſatus circa ætatem, & prouiſus de Ca-
nonicatu, Præbenda, fructibus, & ſtallo, de-
bet ad vocem admitti, prout alij Canonici,
ea ratione, quia *d. cap. 4. ſeſſ. 22. de reformat. & d. Clemen. vt y, de ætat. & qualit.* locum
non habet io impedito defectu ætatis, nec in
legitimè diſpenſato, ſed ſolùm in negligẽte, &
nolente, ex gloſſ. *verb. legitimo, in d. Clem. vt y*
citati *ſuprà, n. 9.* & cenſuit Sacra Congreg.
Concilij inhærendo reſolutionibus antiquis
in vna Reatina 10. *Iuly* 1627. *& in alia Mon-
tis Politiani* 13. *Ianuary* 1629. & nouiſſimè
Carolus de Anſaldis clericus Sancti Miniati
in ætatis ſuæ anoo 15. prouiſus & diſpenſatus
à Sanctiſſimo D. N. Papa Vrbano VIII. ad
Canonicatum obtinendum io Cathedrali
eiuſdem Ciuitatis, petiit declarari ſe vocem
in Capitulo habere, ac diſtributiooes quoti-
dianas dum diuinis Officiis intereſt, lucrari.
Die 15. *Septembris* 1629. Sacr. Congreg. Car-
dinalium Concilij Trident. interpretum, ſe-
cundùm ea, quæ proponuntur, cenſuit *præ-
dictum oratorem vocem in Capitulo habere, &
diſtributiones quotidianas dum diuinis Officiis
intereſt, lucrari.* {Intellige dummodo habeat
diſcretionem, nam ſi adhuc ſit conſtitutus
in pupillari ætate, vocem oon habebit, vt ex
Selua reſoluit nouiſſimè Nouar. *in tract. ſiue
praxi elect. & variar. fori ſect. 2. q. 42. n. 5. in
vlt impreſſ.*] Ego verò pro indubitato teneo il-
las deciſiones procedere ex [ſufficiente & am-
pla diſpenſandi facultate,] aliàs enim cootra-
rium verius exiſtimo, vt fuit in Rota reſolutũ
in cauſa Senen. Archipresbyteratus 23. *Iunij*
1606. coram boo. mem. Card. Lancellotto
iuo. in hæc verba. *Nec obſtat quòd Felin. dicit
in cap. poſtulaſti num. 11. de reſcript. dum tenet
quòd diſpenſatus, vt poſſit habere Præbendam
habentem ſacrum Ordinem annexum, non ſit
diſpenſatus, vt poſſit habere vocem in Capi-
tulo, cùm diſpenſatio operetur ſine illo acceſſorio,
nempè ſuper Canonicatu, quia loquitur in mi-
nori, qui eget duplici diſpenſatione ad obtinen-
dum Archidiaconatum, & diſpenſatione ad obti-
nendum ſuum Ordinem, cui eſt votum anne-
xum, propter duo impedimenta, ita ut diſpen-
ſatus, quoad vnum, non ſit diſpenſatus quoad
aliud,* &c.

14 Ad ſolos Canonicos, non verò ad Di-
gnitates, ſi Canooicali Præbenda careant,
pertinet huiuſmodi vox in Capitulo, Abb. *in
cap. 1. num. 13. & in cap. ſcriptum, num. 4. &
in cap. cùm inter, not. 1. de election.* Rendin. *in
prompt. recept. ſentent. tom. 1. titul. 36. num.*
34. Azor. *inſtitut. moral. parte 2. lib. 3. cap. 11.
quaeſ. 18. verſ. quares,* Raguc. *de voce Canoni-
corum in Capitulo quaeſt. 5. num. 1.* Sebaſt. Cęſar.
*in relect. de Eccleſ. hierarchia, diſp. 12. §. 1.
num. 19.* Ego ipſe *de Officio, & poteſt. Episcop.
parte 1. tit. 1. cap. 3. num. 18.* [Seraph. *deciſ.*
98. *num. 1.* vbi quòd de iure communi Digni-
tates non ſunt de Capitulo, niſi in ipſarum
erectione exprimatur conceſſio ſtalli in choro,
& vocis in Capitulo. Idem ſi ſtatuto, vel
cooſuetudine Eccleſiæ diſponatur quòd ſiot
de Capitulo per Theodoſ. de Rube. *infrà n.*
4.] Cùm Capituli appellatione ſoli Canonici
contineantur, Abb. *in d. cap. ſcriptum, num.
4. & in cap. dilecti, num. 1. de maiorit. & obe-
dient.* Caualer. *deciſ. 57. num. 3.* † eo quòd à 15
ſolis Canooicis cõſtituitur, Compoſtel. *in cap.
1. num. 4. verſ. nunquid, de elect.* [Verall. *deciſ.*
84. *p. 1.* Rota *deciſ.* 708. *p. 2. recentior.* cum
aliis citatis per Theodoſ. Rubeum *in ſingula-
rib. Rotæ tom. 2. p. 2. circa ſtylum verb. Capitu-
lum* §. 1. *pag.* 29. eadem Lotter. *de re benefic.
lib. 1. q. 15. à num. 21.*] Rot. *in Hiſpalen prae-
minentiarum* 4. *Iuly* 1625. coram Reueren-
rendiſſimo D. meo Coccino Decano. [& idem
Theodoſ. Rube. *d. §. 1. num. 2.* ex Rota *d. deciſ.*
708. *num. 6. p. 2. recentior.* addit quòd ad effe-
ctum eſſendi de Capitulo non ſufficit quòd
Portionarij in quibuſdam, vel in omnibus
actibus habuerint votum in Capitulo, & quòd
ita cenſuit Congreg. Coocilij, quia principa-
lis Prælatus habet vocem in Capitulo, & ta-
men non eſt de Capitulo. Lotter. *d. q. 15. num.*
23.] † Portionarij igitur, Manſiooarij, Ter- 16
tianarij, Quartenarij, & dimidij Præbendati
vocem io Capitulo non habent, Stephan.
Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 397. à num. 57.*
Ego ipſe *d. cap. 3. num. 16.* Sebaſt. Cæſar. *d.
§. 1. num. 21.* vbi aduertit non repugnare quòd
ex dimidiis Præbendis, ſi conſuetudo, vel Ec-
cleſiæ ſtatutum vim habeat, (prout adeſt in
Eccleſia Elboren.) poſſint integri Canonica-
tus conſtitui, ac ſubinde eos obtineotes ad
Capitulum, & communes tractatus admitti
valeant, & debeant tanquam viri, & inte-
gri Canonici. [de quo Theodoſ. Rub. *citato
loco* §. 1. *num. 3.*]

Idem quoque de Beneficiatis, ſi ſint in 17
Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, re-
ſoluendum puto iuxta doctrinam gloſſ. *verb.
aſſiſios in cap. pen. de cleric. non reſid.* vbi dici-
tur Beneficiatos debere tantùm ſeruire Eccle-
ſiæ, non autem vocari ad communes tractatus
cum Canonicis, Butr. *ibid. num.* 8. Abb. *num.* 9.
Cæſat. de Graſſis *deciſ. 4. de his, quæ fiunt à
maiori parte Cap.* vbi dicit Capitulum habere
intentionem fundatam de iure communi pri-
uatiuè ad Beneficiatos, Caputaq. *deciſ.* 83.

num. 2. *p.* 1. benè Caualer. *deciſ.* 57. *per tot.*
[oam Beneficiatis cùm in Eccleſia ſint vt ſin-
guli, interdicta eſt de iure facultas ſe congre-
gandi, Cæſ. de Graſſis *d. deciſ.* 4. *num.* 14.
Rota *deciſ.* 455. *p.* 1. *diuerſor.* & nouiſſimè
deciſ. 370. *num.* 1. *&* 2. *p.* 5. *etiam diuerſ.*] Pri-
uilegio tameo, conſuetudine, aut ſtatuto
poſſunt noo ſolùm dicti Beneficiati, ſed etiam
alij Presbyteri acquirère facultatem eſſendi
in Capitulo, Rot. *deciſ.* 4. *num.* 5. *parte* 2. *di-
uerſ. & deciſ.* 296. *num.* 3. *parte* 1. *& deciſ.* 708.
num. 3. *parte* 2. *recent. & in Oritana voti* 27.
Martij 1626. coram bonæ mem. Rembol-
do, [impreſſa per Ludou. Poſt. *poſt ſuum tract.
mandati de manutenendo deciſ.* 201. *num.* 3.
cum ſeqq. & p. 5. *diuerſorum deciſ.* 8.] vbi etiam
fuit dictum non obſtare quòd ex parte dicto-
rum Presbyterorum non oſtendatur priuile-
gium, minuſve doceatur de aliquo ſtatuto,
aut conſuetudine, [& citat Rot. *deciſ.* 4. *num.*
5. *p.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 296. *num* 3. *p.* 1. *recen-
tior. & deciſ.* 708. *num.* 3. *p.* 2. *etiam recentior.*
Ratio eſt,] quia ad effectum manutentionis
ſufficit quòd doceatur de ſola poſſeſſione,
cùm in hoc iudicio non inquiratur an dicta
poſſeſſio ſit iuſta, vel iniuſta, ſed iſta diſcuſ-
ſio reiiciatur ad petitorium, Greg. XV. *dec.*
107. *num.* 5. *& deciſ.* 275. *num.* 11. [& apud
Poſti. *d. deciſ.* 201. *num.* 6.]

18 Qui ex legitimo titulo in eadem Eccleſia
habet duas Præbendas, vel Præbendam, &
Dignitatem, duas voces in Capitulo habere
debet, vt per *cap. cùm olim* 12. *de ſentent. &
re iudic.* reſoluunt Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 13.
num. 6. *verſ. & ideo.* Hoied. *de incompatib. be-
nefic. parte* 1. *cap.* 12. *à num.* 15. & ſaltem ſtaute
conſuetudine admittit Monet. *de diſtribut.
quotid. p.* 2. *q.* 4. *n.* 14. Rot. *in Oriolen. Canonica-
tus* 11. *Martij* 1619. coram bon. mem. Rem-
boldo, vbi fuit dictum hanc veriſſimã Docto-
rum ſententiam in generali illa legum diſpoſi-
tione fundari, quòd quotieſcuoque duorum
iura in vnius perſona reſident, vnum quodque
remanet illæſum, nec vnius perſonæ ius cum
iure alterius perſonæ confunditur, *l. ſi mihi
& tibi*, vbi Bart. Iaſ. & alij, *ff. de legat.* 1. *l. ſi
conſul.* & *ibi* Bald. *num.* 3. *ff. de adopt.* Abb.
in cap. 1. *in princip. de offic. deleg.* Dec. *in cap.*
3. *num.* 53. *cum ſeqq. de probat.* ſed quodlibet
per ſe conſideratur. Socin. *in l. cum filio*, *num.*
28. *ff. de legat.* 1. [Et an loceretur duplicatas
diſtributiones dixi *ſup. cap.* 21. *num.* 18. *&*
19.]

19 Quamuis Canonicus in Sacris minimè
conſtitutus vocem in Capitulo non habeat,
iuxta ſuprà reſoluta, collegiales tamen actus
ad ea omnia, quæ extra Capitulum fiuot,
exercere poteſt, ita Bonifac. *in dict. Clem.* 2.
num. 16. *&* 17. Nicol. Garc. *dict. part.* 3. *cap.*
4. *num.* 29. [Rota *deciſ.* 15. *num.* 3. *p.* 1. *recen-
tiſsimar.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.*
4. *cap.* 482. *num.* 23.]

Vnde ſi collatio ſpectat ad Canonicum 20
hebdomadarium per turnum, Canonicus
etiam non conſtitutus in Sacris debet habere
ſuam hebdomadam, Rebuff. *in tract. nomi-
nat. q.* 8. *num.* 4. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.*
30. Rot. *in Leodien. beneficij* 24. *Nouembris*
1628. coram R. P. D. Duran. Stephan. Grat.
d. cap. 482. *num.* 24.

Hinc etiam poteſt Capitulum committere 21
collatiooem, vel nominationem beneficij ad
illud pertinentis Canonico, qui noo ſit in Sa-
cris, vt per Gonzàl. *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſ.*
34. *à num* 128. Nicol. Garc. *dict. cap.* 4. *num.*
31. Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.*
15. *num.* 39. Stephan. Gratian. *d. cap.* 482.
num. 25.

Imò poteſt quis beneficia ratione ſui Ca- 22
nonicatus conferre etiam quód non ſit in
Sacris Ordinibus conſtitutus, vt fuit dictum
in Romana beneficij Sancti Petri 26. *Aprilis*
1597. corã bonę mem. Gypſio, *& in Dertuſen.
turni, ſeu optionis* 14. *Iunij* 1610. coram bonæ
mem. Card. Caual. *inter eius impreſſas deciſ.*
109. *num.* 5. [Rota *deciſ.* 15. *num.* 3. Ratio eſt,
quia collatio beneficiorum eſt in fructibus.
cap. cùm olim, vbi not. *de maior. & obed.* Caſſad.
deciſ. 3. *num.* 6. *de petit.* idcirco ſicut Canoni-
cus, qui nec eſt io ſacris, conſequitur fructus
ſuæ Præbendæ, & eſt capax eorum actuum,
qui non capitulariter, ſed à ſingulis extra Ca-
pitulum expediuntur. gloſ. *verb. Capitulo in d.
Clem. vt ij qui.* ita etiam habere debet ius con-
ferendi, argum. *l. illud ff. ad leg. Aquil. cum ſi-
milibus.*]

Verùm autem conueniat, ſeo expediens ſit, 23
vt Canonici in Capitulo ſecretò ſua vota fe-
rant, non erit abs re in præſentiarum explica-
re; quapropter breuiter dico quòd licèt in
actibus Capitularibus de iure noo requiratur
quòd vota præſtarentur ſecreta, expediret
tamen quòd in omnibus votaretur ſecretò,
ſecundùm Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.*
4. *num.* 185. & Caſtellin. *in addit. ad ſuum
tract. de elect. pag.* 485. præcipuè quando de
rebus grauibus ineunda erunt ſuffragia, vt ſine
timore quiſque, quod ſenſerit, liberè loqua-
tur, ſicut rectè aduertit Octauian. Frangip. *in
directorio Eccleſiaſt. diſciplinæ titul. de Deca-
nis Collegiatarum Eccleſiaſt. num.* 32. tum quia
votare ſecretò minus ioconueniens eſt, &
maiorem libertatem ad votandum Chriſtianè
habere, quàm votare publicè, traduot Bo-
badil. *in ſua politica lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 38. Curia
Philip. *part.* 1. §. 1. *num.* 22.

Et aduertit Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 24
106. *verſ. ex quibus, in nouiſſ. impreſſ.* Cano-
nicos, qui Capituli ſui ſecreta reuelant, ſi
iuramento ab eis præſtito de non reuelando
cootra

contrauenerint, pœnis ſacrorum Canonum contra periuros clericos ſancitis eſſe plectendos; ſi verò nullum præſtiterunt iuramentum pro modo culpæ pœna arbitraria puniendos eſſe. {Cardoſ. *in praxi iudicum verb. Canonicus. num.* 20.} Et addit Raguc. *de voce Canonicorum in Capitulo, quæſt.* 25. *num.* 3. quòd iſtis reuelantibus ſecreta Capituli non creditur cùm mentiantur vt priuati.

25 Quoad coadiutores cum futura ſucceſſione circa vocem dandam in Capitulo, quam iuxta formam dationis coadiutoriæ habent, poteſt dubitari, an ſi illi intra annum non ſuſceperint Ordines requiſitos, amittant dimidiam partem diſtributionum, in quo Nicol. Garc. *de beneſ. p.* 4. *cap.* 5. *in addit. num.* 130. *dub.* 4. ait ex tunc non ſolùm amittere vocem in Capitulo, ſed etiam amittere dictam dimidiam partem, *d. Clem.* 2. §. *illi verò*, & de ſuo debere ſatisfacere coadiuto illam dimidiam partem diſtributionum ſibi ſubtractam culpa ipſius coadiutoris.

26 Sed quærit idem Nicol. Garc. *citato loco dub.* 27. an habens Dignitatem, ratione cuius habet vocem in Capitulo, ſi fiat coadiutor Canonici, vel è contra, debeat habere duplicem vocem, ſuppoſito quòd habens Dignitatem, & Canonicatum ſimul in titulum, non habet niſi vnam vocem, & tenet illum non habere niſi vnam vocem ſicut tenet habens Dignitatem, & Canonicatum in titulum, nam non debet eſſe melioris conditionis coadiutor, quàm proprietarius, & ſuppoſito quòd in vna perſona concurrit ſeruitium Dignitatis, & Canonicatus, parum refert quòd in vno ſeruiat vt proprietarius, & in altero vt coadiutor, nec enim coadiutor ſeruit nomine coadiuti, ſed nomine proprio, aut Eccleſiæ, nec dici poteſt per dationem confundi vocem Canonicatus; nam talis coadiutor dat vocem etiam vt Canonicus, & non ſolùm vt Dignitas, licèt eius vox non computetur niſi pro vna, ſicut per prouiſionem Canonicatus factam non habenti Dignitatem non confunditur vox ipſius.

27 {Pro coronide huius cap. aduertendum duxi quòd Canonici eo ipſo quòd ſunt Canonici, & in poſſeſſione Canonicatus exiſtunt, dicuntur eſſe in quaſi poſſeſſione iuris eligendi, & votandi: licèt nunquam euenerit caſus, non poteſt in contrarium acquiri quaſi poſſeſſio, niſi cum eorum ſcientia & patientia, Nicol. Garc. *de beneſic. p.* 5. *c.* 5. *num.* 125. *cum ſeqq.* Ludou. Poſti. *in tract. mandati de manutenendo obſeru.* 40. *num.* 20. quæ quidem ſcientia & patientia probaretur, ſeu præſumeretur ex qualitatibus facti, multiplicitate actuum, diuturnitate temporis, & vicinitate, Garc. *d. c.* 5. *num.* 129. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 13. *num.* 64. *& c.* 681. *num.* 13, *&* 32. Beltramin. *ad Gregor. XV. deciſ.* 249. *num.* 11. Caualer. *deciſ.* 631. *num.* 3. Ludou. Poſti. *d. obſeruat.* 40. *num.* 29.

Et quaſi poſſeſſio Canonici, ſeu alterius intereſſendi in Capitulo, & in rebus, & negotiis Eccleſiæ, atque votandi, probatur ex actibus capitularibus, Rot. *deciſ.* 640. *in fine p.* 2. *recentior.* Coccin. *deciſ.* 490. *ſub num.* 1. etiam quòd actus non fuerint effectuati, in præiudicium tamen eorum, à quibus fuit admiſſus, Coccin. *d. deciſ.* 490. *num.* 4. quem refert Poſti. *d. tract. mandati de manutenen. obſeru.* 33. *num.* 5. *&* 6. *& obſeru.* 53. *num.* 25. vbi poſt Rot. *deciſ.* 397. *num.* 2. *p.* 2. *recentior. & deciſ.* 640. *n.* 3. *ead. p.* 2. idem tenet in terminis quaſi poſſeſſionis interueniendi, & votandi in Capitulo per plures vices. Et quòd hæc quaſi poſſeſſio intereſſendi in Capitulo, & votandi per vnicum actum acquiratur, ex *Rotæ deciſ.* reſoluit Poſti. *d. tract. obſeruat.* 18. *num.* 19. 28

Hinc manutenendus eſt Canonicus, ſeu alius exiſtens in quaſi poſſeſſione ingrediendi, aſſiſtendi, & intereſſendi in Capitulo, ſeu congregatione, Ludou. Poſti. *d. tract. obſeru.* 10. *num.* 36. Coccin. *d. deciſ.* 490. *num.* 1. Rot. *d. deciſ.* 397. *p.* 1. *recentior.* & apud eundem Poſtium *deciſ.* 201. *& deciſ.* 245. *num.* 3. etiamſi actus poſſeſſorij fuerint cum contradictione aliquorum de Capitulo, Rot. *deciſ.* 465. *num.* 1. *&* 2. *p.* 1. *recentior. & deciſ.* 397. *par.* 2. *etiam recentior.* Poſti. *d. obſeruat.* 10. *num.* 37. 29

Pro intereſſe Eccleſiæ an poſſit Canonicus magnæ auctoritatis, & prudentiæ compelli ad dandam vocem in Capitulo per ſe ipſum, & non per Procuratorem, mouet quæſtionem Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabil. Eccleſiaſt. q.* 239. vbi firmat concluſionem quòd Canonici poſſunt dare vocem in Capitulo per Procuratorem in omnibus negotiis peragendis, excepta electione, *cap. quapropter §. illud, de elect.* credit tamen ſine peccato Canonicum auctoritatis à Capitulo abeſſe non poſſe cum periculo alicuius damni Eccleſiæ. 30

An nomina Canonicorum ſint exprimenda in inſtrumentis quæ fiunt à Capitulo? Hanc quæſtionem excitat, & reſoluit idem Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſiaſt. q.* 644. vbi cum Anchar. *in cap. quanto; de his, quæ fiunt à Prælat.* tenet quòd ſufficit dicere, Capitulum, vel Collegium talis Eccleſiæ, tale quid fecit, abſque eo quòd exprimi debeant nomina Canonicorum, præcipuè quando ſumus in caſibus, in quibus non requiritur ſubſcriptio Canonicorum, prout requiritur in alienatione rerum Eccleſiæ, *cap. ſine exceptione* 12. *q.* 2. de quo infrà *cap.* 42. *poſt num.* 7. & tandem concludit idem Genuenſ. quòd tutius eſſet ad euitandas 31

opinio

opiniones exprimere nomina ſaltem quando collegium eſt paruum. Aduertit tamen Fontanel. *de pactis nupt. tom. 1. clauſ. 2. ſub num. 8.* quòd omiſſio ſubſcriptionis Canonicorum in contractu neceſſariæ non inualidat contractum.

32 Canonicus vocatus ad Capitulum ad approbandum, vel contradicendum, ſi in eo præſens Capitularibus reſolutionibus tacuerit, habetur pro conſentiente. Innoc. *in cap. 1. num. 4.* vbi Abb. *num. 13. de his, quæ fiunt à maior. parte Cap.* Patiſ. *conſ. 76. num. 6. cum ſeqq. lib. 4.* Seraph. *deciſ. 708. num. 4.* Rota *deciſ. 388. num. 41. p. 5. diuerſor.*]

CAPVT XXXVIII.

Canonici in electionibus Capitulariter faciendis an teneantur ſeruare formam cap. quia propter, de election. *& quæ dicatur maior pars, & ſanior Capituli?*

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus, ſeu inferiorum Dignitatum in electionibus in Eccleſiis Collegiatis exiſtentium non eſt neceſſariò ſeruanda forma* cap. quia propter, de elect.

2 *Eccleſia non viduatur per inferiores, ſed per primam Dignitatem.*

3 *Capituli poteſtas in maiori, & ſaniori parte Canonicorum conſiſtit, quod enim maior pars Capituli facit, à toto Capitulo intelligitur factum, & appellationem non admittit.*

4 *Capituli maior pars numeri non ſufficit niſi & ratione ſanior probetur.*

5 *Capituli ſanior pars quod ſentit id amplectendum eſt.*

6 *Pars ſanior præfertur maiori numero niſi in numero magnus eſſet exceſſus.*

7 *Electio non confirmatur niſi conſtet copulatiuè factam eſſe à maiori, & ſaniori parte Capituli.*

8 *Pars ſuffragiorum quænam ſit ſanior non ampliùs inquiritur, ſed tantummodo minor, vel maior ipſorum numerus reſpicitur.*

9 *Pars maior ſumenda eſt reſpectu totius, non reſpectu aliarum partium.*

10 *Electionum Canonicorum ad validitatem non ſufficit habere maiorem partem ſuffragiorum reſpectu minoris, ſed vlterius neceſſariò requiritur habere maiorem partem reſpectu totius Capituli.*

11 *Votum habentes in electione computantur tantùm in maiori parte ſuffragiorum.*

12 *Voti in computatione non eſt habenda ratio illorum, qui recedunt à loco vbi facienda eſt electio, nec illorum, qui noluerunt votare.*

13 *Capituli totius, & omnium Canonicorum conſenſus requiritur quando negotium de quo agitur, ſingulos concernit Canonicos ſeparatim, & principaliter, non verò ſecundariò.*

14 *Citatio eius, cuius principaliter intereſt, eſt neceſſaria, non autem illius, qui in conſequentiam lædi poteſt.*

15 [*In electionibus in quibus requiritur Epiſcopi confirmatio non habet vocem Epiſcopus.*

16 *Mandatum Procuræ Capituli quomodo conſtituatur, & reuocetur.*]

IN electionibus Canonicatuum, ſeu inferiorum Dignitatum in Eccleſiis Collegiatis exiſtentium non eſt neceſſariò ſeruanda forma *cap. quia propter, de elect.* ſed ſufficiunt ad id ſingulares conſenſus exiſtentium in Capitulo, dummodo præſtetur in communi, & omnibus collegialiter congregatis: nam ſi electus ſimpliciter à maiori, & ſaniori parte, ius habebit in electione, ita Syluest. *in ſumma verb. electio 2. quæſt. 1.* Abb. *in cap. Eccleſia veſtra, num. 7. de elect.* & *ibi* Imol. *num. 3.* Franc. Marc. *Delphin. deciſ. 922. num. 3. part. 1.* Frat. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. quæſtion. 23. art. 3. concluſ. 2.* Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 19. num. 10.* Rot. *in Leodien. Decanatus 15. Decembris* 1627. coram R. P. D. meo Pitouano. Ratio eſt, quia † Eccleſia non viduatur per inferiores, ſed per primam Dignitatem. gloſſ. Abb. Ioann. Andr. Butr. & Imol. *in d. cap. quia propter* Franc. Marc. *d. deciſ. 922. num. 1.* Rot. *in d. Leodien. Canonicatus.* 1 2

Poteſtas Capituli in maiori, & ſaniori parte Canonicorum conſiſtit, [electio enim vt ſit valida, debet fieri à maiori parte Capituli, *cap. quia propter, cap. in Geneſi, cap. dudum il 2. de elect.* Rota *in Leodien. Decanatus 26. Februarij* 1627. coram Manzanedo, & *in Pampilonen. Canonicatus de Roncesualles 22. May* 1628. *& 23. May* 1631. coram Dunozetto iun. & 24. *Nouembris eiuſdem anni* coram R. P. D. Pitouano:] quod enim maior pars Capituli facit, à toto Capitulo intelligitur factum, *cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte Cap.* Duen. *reg. 296.* Bernard. *regul. 449.* Hippol. de Marſil. *ſing. 376.* & alij citati à Cened. *ad Decretal. collect. 120. num. 1.* & appellationem non admittit, *dict. cap. 1.* ibi, *appellatione remota præualeat*, &c. Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tract. de appellat. art. 7. gloſ. 2. num. 33. verſ. 18.* Sigiſm. Scacc. 3

cod.

eod. tract. q. 17. limit. 25. num. 1. vbi, num. 2.
limitat vt procedat quando appellatur ex ra-
tionabili cauſa. [Et actus geſtus à nonnullis
capitularibus maiori parte contradicente eſt
nullus. Seraphin. deciſ. 1091. num. 5. An vota
extra Capitulum lata augeant numerum eli-
gentium? vide Rot. deciſ. 540. num. 2. & 3.
p. 2. recentiſſim. in poſthumis.]

4 Non ſatis eſt autem maior pars numero,
niſi & ratione ſanior probetur, d. cap. quia pro-
pter, ibi, vel maior, & ſanior pars Capituli,
Ludou. Miranda d. quæſt. 23. art. 27. in princ.
& concl. 1. Tambur. de iure Abbatum tom. 1.
diſputat. 5. q. 6. num. 13. Lauor. var. lucub.
tom. 1. tit. 4. cap. 19. num. 83. vbi, num. 84.
ſubdit quòd particula illa, maior, intelligi-
tur, reſpectu numeri, & alia, ſanior, deno-
tat auctoritatem, zelum, & meritum electo-
rum.

5 Nam etſi maior pars aliquid decernat, ra-
tioni tamen, vel pietati minimè niti probetur,
niſi efficit, ſed minor pars ſanior habetur pro
maiori, cap. fin. 9. diſtinct. cap. Eccleſia veſtra
57. de elect. id verò eſt amplectendum quod
ſanior pars Capituli ſentit, non verò ſolùm
quòd maior pars numeri, cap. coram 35. de
elect. Ioan. Garc. de nobilit. gloſ. 3. §. 2. num.
6 20. in med. nam † pars ſanior præfertur maio-
ri numero, niſi in numero magnus eſſet ex-
ceſſus. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt.
85. num. 4. Vnde ad validitatem electionis
non ſufficit quòd à maiori parte fiat, niſi etiam
illa maior pars ſit ſanior, vt per d. cap. Eccle-
ſia veſtra, reſoluit Ludou. Miranda d. tom. 2.
7 q. 23. art. 17. concl. 3. † non enim confirma-
tur niſi conſtet copulatiuè factam eſſe à maio-
ri, & ſaniori parte Capituli, Rendina in prompt.
recept. ſent. tom. 1. tit. 36. num. 3: [nam maior
pars dicitur non ſolùm quæ eſt maioris nu-
meri, ſed etiam quæ ſanioris iudicij. Menoch.
conſ. 96. num. 12.]

8 Cùm verò ex inueſtigatione quænam rſſet
maior & ſanior pars, plura orirentur incon-
uenientia, iam hodie, & maximè ſtante diſpo-
ſitione Concilij Trident. ſeſſ. 25. de Regular.
cap. 6. non ampliùs inquiritur quænam ſuffra-
giorũ pars ſit ſanior, ſed tantummodo maior,
ſeu minor ipſorum numerus reſpicitur, cùm
in hunc ſenſum maior pars ipſius Capituli ſa-
nior præſumatur, ſi perſona electa non ſit in-
dignior, vt per Franciſcum Marc. Delphin.
deciſ. 782. num. 3. lib. 1. Soar. tom. 4. de Relig.
tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 13. Sigiſm. à Bono-
nia de elect. dub. 38. num. 8. Lauor. d. tit. 4. cap.
19. num. 89. Tamburin. d. tom. 1. diſput. 5. q. 6.
num. 21. Rot. in nullius, ſeu Pampilonen. Ca-
nonicatus de Roncesualles 22. Maij 1628. co-
ram R.P.D. Dunozetto.

9 Quæ quidem maior pars ſumenda eſt re-
ſpectu totius, non reſpectu aliarum partium,
vt tenet Zerol. in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Ca-
pitulum, num. 13. pag. 85. & ideò in electioni- 10
nibus Canonicis ad validitatem ipſarum non
ſufficit habere maiorem partem ſuffragiorum
reſpectu minoris, ſed vlteriùs neceſſariò re-
quiritur habere maiorem partem reſpectu to-
tius Capituli, Abb. in d. cap. Eccleſia veſtra,
num. 1. & 4. & conſil. 25. num. 4. lib. 2. Franc.
Marc. Delphin. deciſ. 1032. num. 1. & deciſ.
1504. num. 1. parte 1. Roch. de iurepatr. verb.
honorificum, q. 58. Lambert. eod. tract. parte 3.
lib. 2. Ordin. Ludou. Mirand. d. tom. 2. q. 23.
artic. 24. & fuit reſolutum in Meten. Mona-
ſterij 15. Iunij 1621. coram Reuerendiſſ. D.
meo Coccino, & in Tarraconen. Abbatia 14.
Ianuarij 1630. coram R. P. D. Duran. [& in
d. Pamplonen. Canonicatuum coram R. P. D.
Pirouano Ferentil. ad deciſ. Buratti 809.
num. 10.]

Computantur autem in hoc numero hi ſo- 11
lùm, qui in eadem electione votum habue-
runt, vt per Abb. in d. Eccleſia veſtra num. 1.
Ludou. Mirand. d. artic. 24. non enim au-
gent numerum eligentium vota extra Capi-
tulum, & poſt factum ſcrutinium data, Hoſt.
in cap. in Geneſi 55. num. 17. in princ. de elect.
vbi Ioan. Andr. num. 18. circa med. Anch. col.
3. in 5. notab. circa fin. & Card. col. 4. in 2. op-
poſit. Ferentil. in annot. ad deciſ. 351. Buratti
lit. C. num. 13. & † ideò non eſt habenda ra- 12
tio in huiuſmodi computatione de votis illo-
rum, qui recedunt à loco, vbi facienda eſt
electio, cap. cùm nobis, vbi Abb. num. 3. de
elect. nec illorum, qui noluerunt votare, gloſ.
verb. quo in facto, ante fin. verſ. & in rebus in
Clemen. quod circa, vbi Vitalin. num. 29. verſ.
aut fuerint vocati, de elect. Nau. conſ. 7. num. 1.
eod. titul. in nouis. Fr. Emman. quæſt. Regul.
tom. 2. quæſt. 52. art. 13. quos ſequuta eſt Rot.
in Cæſarauguſtana elect. 20. Martij 1623. co-
ram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano,
confirmata 21. Iunij 1624. coram bonæ me-
mor. Buratto inter eius impreſſas deciſ. 812.

Verùm vno caſu non maior pars, ſed totum 13
Capitulum obtinet poteſtatem, & omnium
Canonicorum conſenſus requiritur, quando
ſcilicet negotium, de quo agitur, ſingulos
concernit Canonicos ſeparatim, eo namque
caſu ſingulorum conſenſus requiritur, gloſſ.
verb. conſtitutum, verſ. ſed vt ſinguli, in cap.
cùm omnes, de conſtitut. Duen. reg. 295. An-
ton. Gom. tom. varia. cap. 3. num. 14. Azeued.
ad Curiam Piſanam lib. 2. cap. 14. Villag. in
tract. de rebus Eccleſiæ non alien. lib. 1. parte 1.
cap. 101. num. 7. & 8. & cap. 102. num. 7. Ego
ipſe in collect. ad d. cap. cùm omnes, à num. 6.
me citato in illo loco Diana reſolut. moral. parte
1. tract. 3. reſolut. 29. & ita contradictio vnius
ſufficit in his, quæ competunt iure ſingulari,
vt per Abb. num. 7. verſ. & dico, Butr. num.
18.

18. & Bero. *num. 58. in d. cap. cùm omnes,* Caualer. *deciſ.* 134. *num.* 5. Intellige de ſingulis, de quorum præiudicio ſingulariter agitur, ſecus ſi ſecundariò, *gloſſ. vlt. in cap. quamuis pactum, de pactis lib.6.* Titaquell. *in tract. res inter alios, in princ. num.* 10. *&* 11. Nam eodem modo citatio eius, cuius principaliter intereſt, eſt neceſſaria, non autem illius, qui in conſequentiam lædi poteſt, vt per gloſſ. *in l. de vnoquoque, ff. de re iudic.* reſoluunt Bellacomb. *tom.* 2. *commun. opin. pag. mihi* 285. *num.* 4. Hippol. *conſil.* 113. *à num.* 54. Gam. *Luſitan. deciſ.* 195. *& deciſ.* 207. *num.* 2. Pe ez *ad l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 93. Menoch. *conſil.* 311. *num.* 24. Surd. *deciſ.* 256. *num.* 1.

14 Sed & minor pars quandoque totam obtinet poteſtatem, veluti quando maior pars rationi non adhærere probatur, vt dictum eſt, ſicut & quando in pœnam priuationis ob culpam aliquam incidiſſet, *cap. bonæ il primo, cap. cùm nobis, de elect.* cum ſimilibus, ſed de his alio in loco commodius dicemus.

15 [Licèt in beneficiorum collationibus tantam vocem habeat Epiſcopus, quantam ipſum Capitulum, Hoſt. *in cap. poſtulaſtis, de conceſſ. præbend.* Rota *deciſ.* 193. *num.* 1. *p.* 2. *recentiſſim. in poſthumis,* declarando, vt ſuprà diximus, *cap.* 14. *num.* 8. id tamen locum non habet in electionibus, in quibus requiritur eiuſdem Epiſcopi, confirmatio, cùm ſimul eſſe non poſſit, vt Epiſcopus eligat, & confirmet, Abb. *in cap. poſtulaſtis num.* 11. *de conceſſ. præbend.* Imol. *num.* 13. Butr. *in* 1. *quæſt. ſub num.* 8. Cardin. *in* 7. *oppoſit.* & Anchar. *num.* 5. *verſ. ex hoc colligere*; cùm ab inferiore procedat electio, confirmatio verò à ſuperiore. Hoſt. *in ſum. tit. de elect. num.* 27. *& tit. de confirm. vtili num.* 5. Nec valet Epiſcopus actum à ſe factum eodem iure, quo illum fecit, confirmare, Butr. *in d. cap. poſtulaſtis, ſub num.* 4. *&* 5. refert Rota *deciſ.* 193. *num.* 1. *p.* 2. *recentiſſim. in poſthumis.*

16 Denique aduertendum duxi Capituli mandatum procuratæ eſſe validum, licèt in eo non dicatur capitulariter Canonicos fuiſſe congregatos, & capitulari nomine procuratorem conſtituiſſe, ſi dicatur, enumeratis pluribus Canonicis, Capitulum congrégatum in tali capella conſtituiſſe procuratorem, &c. Ita Achil. de Graſſis *deciſ.* 291. *aliàs* 2. *de his, quæ fiant à maiori parte Cap.* vbi aduertit, *num.* 3. præſumi Capituli duas partes fuiſſe præſentes in conſtitutione procuratoris. Et iſtud mandatum capitulariter factum, non poteſt niſi capitulariter reuocari, cum eodem modo debuiſſet reuocari, quo proceſſit inſtitutio, ita Beroi. *in cap. cùm omnes, num* 85. *de conſtit.* Federic. de Senis *conſ.* 100, *num.* 5. *verſ. vbi autem eſſet conſtitutus,* vbi quòd procurator conſtitutus à collegio reuocari non poteſt per paucos, quamuis nec per maiorem partem, niſi collegialiter, Seraph. *deciſ.* 1247. *num.* 2. vbi quòd mandatum capitulariter factum non poteſt reuocari per aliquos de Capitulo, nec vti ſingulos, neque capitulariter, ſi ſit minor pars Capituli, Rota *in Hiſpaniarum mandati* 15. *Decembris* 1625. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino, & 2. *Martij* 1626. coram eodem impreſſa per Ludoui Poſti. *poſt ſuum tract. mandati de manutenendo deciſ.* 199.]

Capvt XXXIX.

Canonici abſentes quando, & quomodo ad Canonicales tractatus vocandi ſint?

SVMMARIVM.

1 *Canonici abſentes in quibus caſibus vocandi ſint, oſtenditur.*

2 *Canonici præſentes in loco in tribus caſibus vocandi ſunt per ſigna ſolita ſiue campanæ, ſiue viuæ vocis, abſentes verò in prouincia per litteras, vel nuncium.*

3 *Canonici ad electionem vocandi ſunt qui ſunt in prouincia, ſiue Diœceſi, maximè quando abſentia non eſt affectata.*

4 *Canonici abſentes in electionibus non ſunt vocandi per ſonum campanæ, ſed per nuncium, vel litteras.*

5 *Canonicorum abſentium vocatio ad electionem facienda eſt ſingulariter, & perſonaliter ſi ſciatur vbi degant, & commodè, ac ſine periculo fieri poſſit: ſi verò neſciatur vbi commorentur, facienda erit per publicum edictum.*

6 *Reſidentiam facere quis præſumitur vbi habitare conſueuit.*

7 *Nuncio præſertim iurato creditur an aliquis ex vocalibus abſens, ſit vocatus necne.*

8 *Canonici ſi vocati intra aſſignatum terminum competentem non venerint, non ſunt de cætero expectandi, niſi abſque periculo & incommodo expectari poſſent.*

9 *Electores ſi ad electionem vocauerint eos, quos vocare non tenebantur, an expectare illos vſque ad terminum præfixum teneantur, oſtenditur.*

10 *Capitulum non tenetur expectare vt quis promoueatur ad ſacros Ordines intra tempus à iure electioni facienda præfixum.*

11 *Electionis facienda tempore ſi abſens iuſto impedimento detineatur, vnum, vel plures poterit procuratores conſtituere, qui*

per

per ſe votum in electione praſtent.

12 *Votum abſentis vt per procuratorem poſsit ſuſtineri tria requiruntur.*

13 *Procuratores ſi ſint plures conſtituti ad votum in electione praſtandum, quomodo ſe gerere debeant, & quis pracedat, oſtenditur.*

14 *Procurator ad votandum in electione debet conſtitui vnus de Collegio, niſi Capitulum ex gratia velit conſentire vt committatur extraneo.*

15 *Procurator de Collegio ab abſente ſimpliciter conſtitutus in caſu electionis, non poteſt vnum ſuo, & alium procuratorio nomine eligere.*

16 *Procuratores legitimè conſtituti cum generali mandato ad eligendum ab iis, qui legitimè impediti ſunt, non excluduntur, dummodo non habeant ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona.*

17 *Procuratorem vt quis conſtituere poſsit ad eligendum, debet abeſſe à loco vbi fit electio, & eſſe in loco à quo poſsit, & debeat auocari.*

18 *Impedimentum iuſtum, propter quod venire ad electionem quis non poteſt, quale eſſe debeat, oſtenditur.*

19 *Procuratori abſque mandato affirmanti medio iuramento ſuper impedimento Capitularis non valentis ad electionem venire, non creditur.*

20 *Procurator ad eligendum debet ceſſare ſi contingeret electorem abſentem impeditum, qui eum conſtituit, interim mori.*

21 *Canonicus abſens ſi nullum inueniat in Capitulo, qui velit eſſe eius procurator, non poteſt cogi aliquis ad acceptandum, nec poterit nolente Capitulo extraneum deputare.*

22 *Electionem irritam facere poteſt qui ex electoribus canonicè vocatus non fuerit.*

23 *Electio quibuſdam non vocatis non eſt ipſo iure irrita, ſed eis petentibus venit annullanda; dummodo ante confirmationem electionis oppoſitio de contemptu fiat.*

24 *De contemptu agere poteſt ſolùm is, qui neglectus, & non vocatus extitit.*

25 *Capitulum non poteſt facere ſtatutum inducens nullitatem electionis propter defectum aliquorum non vocatorum.*

26 *Electione irritata, ex quo facta fuit aliquibus contemptis, an contemptores pro prima vice eligendi facultate priuentur applicanda contemptis dumtaxat, oſtenditur.*

IN tribus tantùm caſibus eſſe vo- 1
candos abſentes Canonicos, tanquam ſpeciale tradit gloſſ. magiſtralis *verb. ipſorum in cap. 2. de teſtib. lib. 6. Primò*, in electionibus, *cap. quia propter, de elect.* Calderin. *conſil.* 260. *aliàs* 4. *de his, qua fiunt à Pralatis*, Caſtren. *conſil. 4. circa primum, in princ. lib.* 1. *Secundò*, in receptione Canonicorum, aut collatione beneficiorum: *cap. cùm in Eccleſiis, de Prabend. in* 6. Calderin. *d. conſil.* 260. Caſtren. *d. conſil.* 4. Cardoſ. *in praxi iudic. verb. Canonicus num.* 8. Tertiò, ſi ceſſare voluerint, prout in caſu *cap. quamuis* 8. *de offic. Ordin. eod.* Card. Tuſch. *pract. cõcluſ. tom.* 1. *litt. C. concluſ.* 49. *à num.* 5. Raguc. *de voce Canon. quaſt.* 10. *num.* 5. vbi poſt Abb. *in cap. cùm ex iniuncto, col.* 11. *de oper. nunciat.* & Felin. *in cap. cùm omnes, de conſtit.* ſubdit vocandos quoque eſſe in omnibus arduis ſimilibus, aut etiam maioribus, & tandem poſt Bertachin. *de Epiſcopo, parte 3. q. 7. num.* 9. concludit in hoc attendendas eſſe Eccleſiarum conſuetudines. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. eccleſ. q.* 170.

Vocandi igitur ſunt in his præſentes in lo- 2
co, & per ſigna ſolita ſiue campanæ, ſiue viuæ vocis, abſentes verò in prouincia per litteras, vel nuncium ſecundùm locorum conſuetudinem, omnes, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe, vt in electionibus probat, *cap. quia propter, in princip. de elect. cap. coram, eodem tit.* Rebuff. *ad l. abſentem* 299. *verſ. ad hac, ff. de verbor. ſignif. pag.* 632. *& in compend. alien. num.* 77. Turzan. *tom.* 1. *commun. opin. lib. 1. tit. 5. num. 1. pag.* 170. Coſm. *in pragm. ſanction. cap. frequens, verb. abbreuiationem pag.* 60. Azeued. *ad Curiam Piſanam lib. 2. cap. 5. num.* 1. Rendina *in prompt. recept. ſenten. tom. 1. tit. 36. num.* 30. vbi ampliat etiamſi non ignorauerint, Melch. Phœbos *Luſit. deciſ.* 65. *tom.* 1. latè Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 17. à princip.* Tambur. *de Iure Abbatum tom. 1. diſp. 5. q.* 3. Card. Mantic. *deciſ.* 288. vbi
fuit dictum † ad electionem vocãdos eſſe qui 3
ſunt in prouincia, ſiue diœceſi, maximè quando abſentia non eſt affectata, vel ſuſpecta; additurq; † abſentes in electionibus non eſſe vo- 4
candos per ſonum campanę, ſed per nuncium, vel litteras, refert Caſtellin. *de elect. c. 8. n.* 7. Fr. Ludou. Mirãda *in man. Pralat. tom. 2. q. 23. art. 6. concl.* 2. vbi ſubdit hac in re obſeruandum eſſe quòd conſuetudine fuerit introductum, cùm illa attenta poſſit introduci, vt abſentes, qui ſunt in prouincia, non vocentur, & nihilominus valeat electio, & *concluſ.* 3. dicit quòd per illa verba, *qui debent*, poſita *in d. c. quia propter*, excluduntur qui de iure non debent intereſſe, cùm multi prohibeantur eligere qui quidem etiamſi non vocentur, tenet nihilominus electio, & omnia alia Capitularia, licèt nondũ ſit diſcuſſum an ſint priuati, quia ſufficit

quòd poſſint poſtea conuinci, & per alia verba eiuſdem *cap. quia propter*, ibi, *& volunt*, excludunt, qui intereſſe nolunt, qui quidem non debent compelli, niſi Eccleſiæ interſit; & per alia verba, *& poſſunt commodè intereſſe*, excludunt qui commodè vocari nequeunt, in quo bonus iudex arbitrabitur, & decreto, ac determinato quòd commodè vocari nequeunt, ſine eorum præſentia celebrari poterit electio, referendo ad Eccleſiæ, non autem ipſius perſonæ commoditatem.

5 Iſta abſentium citatio facienda eſt ſingulariter, & perſonaliter, ſi ſciatur vbi degant, & commodè, ac ſine periculo fieri poſſit, *cap. cum olim, vbi gloſſ. verb. Hibernia, de dolo, & contum. cap. venerabilis, eod. tit.* per litteras, ſcilicet, vel nuncium, niſi de conſuetudine aliud ſeruetur, vt ſuprà diximus, quarum litterarum tenor reperitur apud Cuch. *inſtitut. maior. lib. 4. tit. de elect. num.* 60. *&* 61. Sigiſm. à Bononia *in tractat. de elect. dub. 9. num. 4. verſ. litteras autem*, Lauor. *d. tit. 4. cap. 17. num.* 27. vbi ponit formam vocandi abſentes ſi in ſcriptis vocatio facienda eſſet, & *num.* 28. ponit aliam formulam pro abſentibus in Regularium Prælatorum electione vocandis. Quòd ſi neſciatur vbi commorentur, citatio facienda erit per publicum edictum in Eccleſia, vel vbi ſoliti ſunt commorari, vel legi debent litteræ citatoriæ Capituli præſente Capitulo & Clero, vt *in cap. fin. de eo, qui mittitur in poſſeſſ. cauſa rei ſerv. l. 4. §. toties, ff. de damno infecto.* vel ſi citandus inueniri non poteſt, citatio eſt facienda in eius domo, *cap. cauſam, cap. venerabilis, de dolo, & contum.* Cuch. *d. tit. de elect. num.* 58. *cum ſeqq.* Cou. *in c. alma mater, part. 1. §. 9. n.* 4. Menoch. *remed. 8. recup. num.* 115. Tiraquel. *de retract. lignag. §. 9. gloſſ. 4. num.* 7. & ſi domicilium non habeat, tunc erit facienda in loco vbi habitare conſueuerit, *d. l. 4. §. prætor.* vel in eius Eccleſia, ſeu beneficio, *cap. fin. de dolo, & contum. cap. ex tua, de clericis*
6 *non reſidentib.* quia † ibi reſidentiam facere præſumitur, Maſcard. *de probation. concluſ.* 1271. *num.* 1. Gonzal. *ad regul. 8. Cancell.*
7 *gloſſ. 15. §. 2. num.* 30. Et † nuncio præſertim iurato creditur an aliquis ex vocalibus abſens, ſit vocatus necne, gloſ. *verb. vocatos in cap. quod ſicut 28. de elect.* Boër. *ad Mandag. de electione nouorum Prælat. part. 1. cap.* 4. Caſtellin. *de elect. cap. 8. num.* 18.

8 Et ſi vocati intra aſſignatum terminum competentem non venerint, non ſunt de cætero expectandi, iuxta *cap. cùm inter 18. & ſeq. de elect.* Lauor. *d. tit. 4. cap. 17. num.* 25. vbi cum Mandag. aduertit quòd non venientibus abſentibus, nec procuratorem conſtituentibus, poteſt fieri abſque eis electio, dummodò non ſint plures abſentes quàm præſentes, vel notabilem Collegij partem conſtituerent; quia tunc præſentes tenentur expectare vocatos ſaltem vſque ad finem termini dati ad eligendum. Similiter ſunt expectandi etiam elapſo termino quamuis pauciores ſint, vbi abſque periculo, & incommodo expectari poſſent, & aliqua cauſa probabili, vel neceſſaria detinerentur, putà pluuia, aut ſimili, & ſuperior pro certo haberet non longè abeſſe, præſertim cùm nullum eſſet periculum in mora modici temporis; quia adhuc facultas eligendi durabat: ita Abb. *in cap. cùm nobis num. 9. de elect.* Mantic. *d. deciſ. 288. num.* 3. Fr. Sigiſmund. à Bononia *de elect. dub. 13. num.* 7. nam ſi dolo potius ipſos excludendi, quàm alia legitima cauſa accelerarctur electio in ipſorum præiudicium, reclamationi locum eſſe reſoluunt, Cuch. *d. tit. de elect. num.* 83. Fr. Emman. *quæſtionum Regular. tom. 2. quæſt. 51. art.* 5. quos refert, & ſequitur Lauor. *d. tit. 4. cap. 17. num.* 25. vbi ſubdit quòd ſi maior pars abſens reſpondiſſet ſe nolle venire, nec eligere, nec electioni intereſſe, tunc poſſet etiam minor pars eligere, & quòd imò ſi finis termini immineret, poſſent pauciores, & etiam vnus ſolus non expectatis conuocatis eligere, quia tempus interpellat pro homine.

Vtrùm autem ſi electores ad electionem vo- 9
cauerunt eos, quos vocare non tenebatur, expectare illos vſque ad terminum præfixum teneantur? In quo dubio gloſ. *verb. aſſumatis, in cap. cùm inter 18. de electione.* tenet quòd ex quo illos vocauerunt, vſque ad terminum ſtatutum expectare tenentur, niſi ex tali expectatione præiudicium, damnum, aut periculum Eccleſiæ contingat. Sed contrarium, imò quòd valeat electio non expectatis his, qui vocandi non erant, ſuſtinent *in d. cap. cùm inter.* Hoſtien. *num. 4. verſ. ſed nunquid*, Ioann. Andr. *num.* 18. Butr. *num.* 19. Panorm. *num. 11. verſ. in gloſ. penul.* & alij, quos refert & ſequitur Rendina *dict. tom. 1. tit. 36.. num.* 31. non enim poteſt agere de contemptu qui non habet vocem in Capitulo, Rague. *de voce Canonicorum quæſt. 11. num.* 3. Et quid ſi ſit inhabilis ad votandum, Aloyſ. Ricc. *d. part. 4. reſol.* 45.

An etiam Capitulum teneatur expectare 10
vt quis promoueatur ad ſacros Ordines intra tempus à iure electioni faciendæ præfixum? Reſp. quòd non, quamuis ipſe dicat ſe eſſe paratum Ordines ſuſcipere, poſſunt enim reliqui concanonici electionem accelerare, ita Boniſac. Vital. *num.* 26. & Imol. *num. 23. in d. Clem.* 2. Monet. *de diſtrib. quotid. par. 2. q. 20. num.* 5. Tambur. *d. diſp. 5. q. 8. num.* 9. Iul. Lauor. *d. tit. 4. cap. 15. num.* 35. vbi quærit quid dicendum ſi mora modica eſſet futura, neque damnum vllũ Eccleſię allatura, & electio acceleraretur aſtutia, & dolo potiùs talẽ excludẽdi, quàm

quàm Eccleſiaſticæ rei benè gerendæ ſtudio.

11 Electionis faciendæ tempore ſi abſens iuſto impedimento detineatur, vnum, vel plures poterit procuratores conſtituere, qui per ſe votum in electione præſtent, *cap. ſi quis, in princ. de elect. lib. 6.* Cuch. *d. tit. de elect. num. 224. cum ſeqq.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 14. quæſ. 7.* Raguc. *d. loco quæſ. 26.* Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 14. à princ.* Iul. Lauor. *d. tit. 4. cap. 17. ex num. 32.* Paul. Laymann. *in Theolog. morali lib. 4. tract. 2. cap. 12. num. 4. verſ. dico quartò,* Tamburin. *d. tom. 1. diſp. 1. q. 3.* Rot. *in Calaguritanæ beneficij de Morillo 13. Nouemb.* 1620. coram bonæ mem. Vbaldo, vbi fuit di-
12 ctum † tria requiri ad hoc vt votum abſentis per procuratorem poſſit ſuſtineri, quæ ſunt; vt quis ſit è loco vnde auocari poſſit, & quòd iuſto impedimento detentus venire non poſſit, & quòd procurator habeat mandatum ad iurandum ſuper dicto impedimento, quæ omnia infrà declarabimus.

13 Sed ſi plures ſint procuratores, debent ſinguli eſſe in ſolidum, & ſi ſimul ad votum præſtandum concurrerint, potior habebitur, qui præoccupat, at nullo præoccupante admittendus eſt qui primò nominatus fuerit in inſtrumento procuratorio, *dict. cap. ſi quis iuſto, in princip. verſicul. is qui primo,* Tiraq. *de primog. quæſt. 17. in ſexta opin. num. 5.* Vltimi enim cenſentur in ſubſidium priorum nominati, Anton. Monach. *Lucenſi decíſ. 64. num. 39.* vel data in omnibus paritate, quem Capitulum admittere voluerit. Si verò duo procuratores in ſolidum conſtituti ad eligendum, ſemel alterum elegerint, ita conſumpta eſt electio, vt variare non poſſint, gloſ. *verb. elegerit in d. cap. ſi quis iuſto,* Tiraquel. *in l. boues, §. hoc ſermone, num. 53. ff. de verbor. ſignificat.* Vbi tamen duo procuratores fuerint dati in diuerſis inſtrumentis eadem die confectis, & non appareat quis ex illis ſit reuocatus, mutuò ſe confundunt, gloſſ. *verb. nominatus, verſ. quid ſi non apparet. in d. cap. ſi quis iuſto,* Boër. *decíſ. 311. num. 1.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 95. num. 5.* & ſibi imputet conſtituens abſens, qui ita indiſcretè procuratorem conſtituit, Petr. Greg. *de elect. cap. 6. num. 10.* Azor. *d. lib. 6. cap. 14. quæſ. 7.* Lauor. *d. tit. 4. cap. 17. num. 49.*

14 Debet procurator conſtitui vnius de Collegio, vt expreſsè probat *d. cap. quia propter, §. illud, de elect.* ibi, *& tunc ſi voluerit, vni committat de ipſo collegio vicem ſuam,* Lauor. *d. tit. 4. cap. 17. num. 45.* Tamburin. *d. diſp. 5. q. 3. num. 2.* niſi Capitulum ex gratia velit conſentire vt committatur extraneo, qui quidem inuito Capitulo conſtitui nullo modo poteſt, Abb. *in d. §. illud num. 2.* Lauor. *d. cap. 17. num. 46.* Subrogari enim debet talis, qui ſit eiuſdem qualitatis, Bart. *in l. 1. C. de princip. agen. in rebus lib. 12.* & ſic quoque oportet, vt ſit ſaltem Subdiaconus, Lauor. *d. cap. 17. num. 47.* Aloyſ. Ricc. *in praxi parte 4. reſol. 41. num. 4.*
† Iſte igitur procurator de Collegio ab abſen- 15
te ſimpliciter conſtitutus in caſu electionis non poteſt vnū ſuo, & alium procuratorio nomine eligere, *d. cap. ſi quis iuſto, §. porro,* Cuch *d. lib. 4. tit. de elect. num. 229.* Petr. Gregor. *de elect. cap. 6. num. 11.* Sigiſmun. à Bononia *de elect. dub. 14. num. 7.* Tamburin *d. diſputat. 5. q. 4. num. 6. in princip.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 5. num. 51. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *d. reſolut. 41. num. 5.* Vbi verò merita duorum, vel trium adeò eſſent æqualia, vt diſcerni non poſſit ab electoribus quis eorum melior, & idonèior cæteris eſſet, tunc poſſet præfatus procurator vnum ſuo, alterum procuratorio nomine eligere, vt tradunt Molin. *d. cap. 15. num. 52. & 53.* Guriet. *Canon. lib. 1. cap. 11. num. 9.* Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 14. num. 8.* Sicut etiam poterit vbi de aliquo certo denominando dominus ſpeciale mandatum dederit, vt probat tex. *in d. cap. ſi quis iuſto, §. porrò, verſ. niſi de certa eligenda perſona.* At nunc de iure nouo Concilij Trid. *ſeſſ. 25. de Regul. cap. 6.* præcipientis vt electiones Regularium per vota ſecreta celebrentur, aliter in his dicendum videtur, vt apertè cenſuit S. Congr.
Concilij his verbis. † *Procuratores legitimè* 16
conſtituti cum generali mandato ad eligendum ab iis, qui legitimè impediti ſunt, nec excluduntur, dummodo non habeant ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona, quia tunc votum non poſſet eſſe ſecretum, referunt Nicol. Garc. *de beneſic. parte 5. cap. 4. num. 200.* Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 14. num. 9.* Tamburin. *d. diſput. 5. quæſt. 4. num. 6.* Lauor. *d. tit. 4. cap. 17. num. 57.* Adeſt quoque alia declaratio tenoris ſequentis, videlicet. *Item ex decreto d. cap. 6. non eſſe prohibitum Superioribus Ordinum, quibus id ex regula conceditur, vt aliquem Fratrem idoneum ſuo loco delegent, ſeu mittant ad Capituli generalis celebrationem, vt ſuo nomine electionem faciat, ſi ex inſtitutis, & decretis Religionis ſuæ licet Superioribus abſentibus, & legitimè impeditis mittere alium ad Capitulum generale, qui ſuo loco, & nomine in electione ſuffragium ferat,* referunt Reuerendiſſ. D. Caſtellin. *de elect. cap. 5. num. 98. circa finem,* Tamburin. *d. num. 6.*

Circa tria illa eſſentialia requiſita ad hoc 17
vt votum abſentis per procuratorem ſuſtineri poſſit, quorum ſuprà mentionem fecimus, aliqua animaduertenda ſunt, & *in primis* quoad primum ſciendum eſt, quòd ad hoc vt quis poſſit procuratorem conſtituere, debet abeſſe à loco, vbi fit electio, & eſſe in loco, à quo poſſit, & debeat aduocari, vt probatur *in d. cap. quia propter, §. illud. ibi, illud autem penitus interdicimus ne quis in electionis negotio procu-*

ratorem conſtituat, niſi ſit abſens in eo loco, de quo debeat aduocari, Lauor. *d. titul.* 4. *cap.* 17. *num.* 34. vbi ſubdit quòd ſi quis electorum tempore vocationis, ſeu citationis faciendæ ſit intra fines, vnde ſunt vocandi abſentes, & poſtea electionis tempore ſit extra fines, non admittitur eius procurator, & *num.* 44. ait quòd non dicitur abſens ad hunc effectum is, qui eſt in aliqua parte ciuitatis etiam remota, vel propè in hortis. Si verò quis ſit præſens in loco, vel Eccleſia vbi fit electio, ſed tanta ægritudine detentus vt non poſſit ad talem locum accedere, poterit ille vnum, vel plures ex collegio ſibi ſubſtituere ad eligendum, vel electores debent aliquos ad illum mittere, vt eius ſuffragium petant, ita Angel. *verb. electio, n.* 17. Azot. *d. parte* 2. *lib.* 6. *c.* 14. *quaſ.* 7. *verſ. verum*, Petr. G egor. *de elect. cap.* 16. *num.* 7. Lauor. *d. cap.* 17. *num.* 44. quia abſenti non licet vllo modo per litteras exprimere votum ſuum, *d. cap. ſi quis iuſto*, §. *abſens*, ibi, *non poterit aliquatenus per litteras, &c.* Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.* 14. *num.* 1. etiam volente Capitulo, Boët. *deciſ.* 1. *num.* 41. *iuncto num.* 47.

18 Quantum ad *ſecundum* eſſentiale, quòd ſcilicet iuſto impedimento detentus venire non poſſit, aduertit Iul. Lauor. *d. cap.* 17. *num.* 35. procedere in electionibus quacunque forma factis, & *num.* 36. quòd impedimentum debet eſſe verum, & probatum, puta ſi ob inimicitias capitales venire non poſſit, vel ob infirmitatem grauem, non autem leuem, vel ſi aduerſa nauigatione impediatur, vel ſi vocetur ad maius Tribunal, vel ſi obſeſſus ſit in aliquo caſtro vnde egredi non poſſit, & ſimilia, ita tamen vt impedimentum exprimatur quale ſit, & *num.* 41. ſubdit quòd ad hoc vt talia impedimenta iuſta dicantur, requiritur vt de tempore, quo impeditus venire non poteſt, ſi ſit in eo ſtatu, in quo ſi præſens eſſet, poſſet eligere.

19 Quoad *tertium* verò de mandato ſpeciali ad iurandum ſuper dicto impedimento, eſt ſciendum aliàs non credi procuratori abſque mandato affirmanti medio iuramento ſuper impedimento Capitularis non valentis ad electionem venire, gl. *verb. detentus in d. cap. ſi quis iuſto*, vbi Archid. *num.* 2. Bellam. *in d. cap. quia propter num.* 4. *ad fin. & num.* 5. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 19. *num.* 25. Poterit tamen maior pars eligentium remittere impedimenti probationem, aut iuramentum, quamuis minor ſe offerat ad probandum contrarium, de quo tamen vide Lauor. *d. cap.* 17. *num.* 38. vbi *num.* 40. ſubdit, quòd ſi procurator abſque iuramento admiſſus fuerit, non poteſt poſt electionem ſequutam quis probare, quòd dominus non erat impeditus, nam videntur illi de collegio renuntiare iuri ſuo illum ſine iuramenti delatione admittentes, cùm poſſint etiam non impediti procuratorem admittere, non obſtante diſpoſitione *d. cap. quia propter*, §. *illud*, quamuis vtatur verbo, *interdicimus*, quia huiuſmodi diſpoſitio emanauit in fauorem aliorum electorum, cui fauori renunciare poterunt, & firmat idem Lauor. *d. cap.* 17. *num.* 43.

19 Verùm ſi contingeret electorem abſentem impeditum, qui procuratorem conſtituit, interim mori, procurator debet ceſſare, facta tamen per eum ante notitiam habitam de eius morte, firma erunt, & ſi durante huiuſmodi ignorantia perficeretur electio, valeret vtique, ita Archid. *in d. cap. ſi quis iuſto num.* 3. *in princ.* Tambur. *d. diſp.* 5. *q.* 4. *num.* 8.

21 Quod ſi abſens nullum inueniat in Capitulo, vel Collegio, qui vellet eſſe eius procurator, non poteſt cogi aliquis ad acceptandum, ex gloſſ. *in d. cap. quia propter*, §. *illud*, Lauor. *d. cap.* 17. *num.* 51. Nec talis abſens hoc caſu poterit nolente Capitulo extraneum deputare, *d. cap. ſi quis iuſto*, §. *abſens*, Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 14. *quaſ.* 7. *verſ. quæres*, Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.* 14. *num.* 2. Tamburin. *d. q.* 4. *num.* 7.

22 Si verò aliquis electorum Canonicè vocatus non fuerit, poteſt electionem irritam facere, *cap. quòd ſicut, de elect.* Anton. Raguc. *de voce Canon. in Capitulo q.* 11. Lauor. *d. tit.* 4. *cap.* 17. *num.* 13. niſi velit eam ratam habere, vt per Cuch. *d. tit. de elect. num.* 52. Tamburin. *d. diſp.* 5. *q.* 3. *num.* 2. Conſenſus namque contemptorum poteſt interuenire ante, vel poſt electionem, ad tradita per Petr. Greg. *de elect. cap.* 14. *num.* 5. non tamen eorum voces aliis accedentes poterunt augere numerum votorum electorum, itaut electio, quæ nulla fuit, vtpotè à minori parte facta, per ſequentem ratificationem validetur, vt tenent gloſſ. & Doctores *in cap. Eccleſia veſtra il* 2. *de elect.* quos plena manu refert Rendin. *d. tom.* 1. *tit.* 36. *num.* 7. & ex Lancel. Cucb. & aliis reſoluit Lauor. *d. cap.* 17. *num.* 22.

23 Nec enim talis electio quibuſdam non vocatis ipſo iure eſt irrita, ſed eis petentibus venit annullanda, *cap. bonæ il ſecundo, de elect.* Menoch. *conſ.* 67. *num.* 31. Lauor. *d. cap.* 17. nouiſſimè Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. parte* 4. *reſolut.* 44. Dummodo ante confirmationem electionis, oppoſitio de contemptu ſit facienda. Biax. *in direct. elect. parte* 3. *cap.* 7. Cuch. *d. tit. de elect. num.* 51. Aloyſ. Ricc. *d. reſolut.* 44. *num.* 3. Si alias contemptus certior factus fuerit; quia ſi ignorauerit, poterit etiam poſt confirmationem contradicere, Sigiſmun. à Bononia *de elect. dub.* 10. *num.* 4. & 5. Iul. Lauor. *d. cap.* 17. *num.* 14.

24 De contemptu agere poteſt ſolùm is, qui neglectus, & non vocatus extitit, ſiue eis ius electionis cõperat iure communi, ſiue ex iure ſpeciali, vel conſuetudine, ita Feder. de Senis *conſil.*

conſil. 148. *in fine, verſ. praterea*, & *conſil.* 214. *in fine, verſ. item dico*, Creſcen. *deciſ.* 6. *num.* 2. *de procurat.* Buratt. *deciſ.* 351. *num.* 4. ex Cuch. tradit Lauor. *d. c.* 17. *n.* 15. & ſubdit idem dicendum de ſucceſſore contempti; nec etiam ſola oppoſitio ſufficeret, ſed neceſſaria fuiſſet proſequutio contemptus ad annullandam electionem, Butr. *in c. in Geneſi num.* 28. *propè fin.* & ſanè etiam intra tempus ad eligendum, Lambertin. *de iure patr.* 2. *parte* 2. *lib.* 6. *q. princ. art.* 26. *num.* 7. Burat. *d. deciſ.* 351. *num.*
25 5. quod adeò verum eſt, vt † nec etiam Capitulum poſſit facere ſtatutum inducens nullitatem electionis propter defectum aliquorum non vocatorum, Abb. *in d. c. quia propter num.* 12. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.* 10. *num.* 5. Lauor. *loco proximè citato*, nec quicquam releuat ſi Prælati mortem, ex qua Eccleſia vacuit, minimè ignorauit; quia vacatio non fit, vt certioretur, ſed vt non vocatus agere minimè poſſit de contemptu, ita Doctores *in c. cùm inter vniuerſas, de elect.* Rendin. *d. tom.* 1. *tit.* 36. *num.* 30. [An nouitius Canonicus vocari debeat ad eligendum? vide Paul. & Ioan. Andr. *in cap. beneficium, de Regular. in* 6. nouiſſimè Laurent. de Franchis *in controuerſ. inter Epiſcopos & Regular. q.* 45. *verſ. rogatis*, vbi negatiuè reſpondent.]
26 Sed dubium eſt, an electione irritata ex quo facta fuit aliquibus contemptis, contemptores pro prima vice eligendi facultate priuentur, applicanda contemptis duntaxat? gloſſ. magna *in c. bona, il ſecondo, verb. expectare, de elect.* priùs in partem affirmatiuam inclinare videtur, deinde *in fine verſ. & quòd dixi*, corrigit ſe, & fuit *additio ad dictam gloſſ.* concludens, quòd in pœnam contemptus ſolùm electio facta irritari debeat, non autem priuandum eſt Collegium facultate eligendi: nam cùm ob contemptum pœna priuationis poteſtatis eligendi à iure ſtatuta non reperiatur, per alium quàm per eum, qui habet plenitudinem poteſtatis, ſcilicet per Principem, imponi non debet, cùm ſimus in pœnalibus, & ſic odioſis, & & odia reſtringenda ſint, non amplianda, iuxta *reg. odia, de regul. iuris in ſexto*, quàm gloſſ. ſequuntur *ibi* Ioan. Andr. *num.* 15. Anchar. *colum. vlt. in* 1. *oppoſition.* Bald. *num.* 5. *verſ. oppono, ſi plures*, Butr. *num.* 13. Panorm. *num.* 9. *verſ. ſecunda quaſtio*, Petr. de Biaxio *de elect. parte* 3. *cap.* 7. Cuch. *d. tit. de elect. num.* 52. Rendin. *d. tom.* 1. *tit.* 36. *num.* 6. Petr. Greg. *de elect. cap.* 14. *num.* 5. Iul. Lauor. *d. tit.* 4. *num.* 18.

CAPVT XL.

Canonicus an poſſit licitè ordinariè abeſſe à Capitulis; ſeu congregationibus Capitularibus, & an peccet mortaliter ſi notabiliter abſit?

SVMMARIVM.

1 *Canonicus non poteſt licitè ordinariè abeſſe à Capitulis, ſeu Congregationibus Capitularibus.*

2 *Votem in Capitulo habere, vel dare an potiùs ſit praeminentia, & fructus Canonicatus, quàm onus, oſtenditur.*

3 *Elector quilibet poteſt renunciare voci ſua in vno, vel altero actu electionis.*

4 *Canonicus poteſt licitè abeſſe à Capitulis ſtante legitimo impedimento, aut alia iuſta cauſa ad non aſſiſtendum illis.*

5 *Canonicus ſumere poteſt dies recreationis cauſa ſibi conceſſos in diebus Capituli, niſi de induſtria faciat.*

6 *Canonici vbi non ſunt praſentes in loco, vbi deſeruiunt, iuſtè poſſunt abeſſe à Capitulis, ſeu congregationibus Capitularibus.*

7 *Canonici non tenentur venire ad Capitulum quando vocantur tempore inſolito, vel incongruo.*

8 *Canonicus non eſt vocandus ad Capitulum quando eſt in probatione habitus.*

9 *Canonicus abſens quamuis amittat quotidianas diſtributiones mortaliter peccat; ſecundùm vnam ſententiam, ſed contrarium verius, vt num.* 10.

11 *Pars tutior quomodo eligenda, oſtenditur.*

12 *Opinioni ſemper ineſt formido ne contrarium ſit verum.*

13 *Culpa alia Theologica, alia iuridica.*

14 Cap. ſi quis Presbyter 92. diſt. *declaratur.*

15 *Canonicus quando non vult reſidere, & intereſſe ex contemptu, ſeu contra Pralati ſui particulare praceptum ex iuſta cauſa latum, peccat mortaliter.*

NON poſſe Canonicum à Capitulis, ſeu Congregationibus Capitularibus licitè abeſſe ſuadent plures rationes, quarum præcipua eſt, quia etſi munus, & officium Canonicorum præcipuè conſiſtat in ſeruitio, & reſidentia Eccleſiæ, Chori, & Altaris, conſiſtit etiam in adminiſtratione, & gubernatione rerum Eccleſiæ, & Capituli, ſpiritualium, temporalium, in quo ius, & bonum publicum verſatur, *l.* 1. *§. huius ſtudij, ff. de iuſtit. & iure*, ibi, *publicum ius in ſacris, in Sacerdotib. in Magiſtratibus cōſiſtit* 1

& ſic currit eis obligatio aſſiſtẽdi Capitulis ad ſatisfaciendum huic muneri, & officio, ac prouidendum bono Eccleſię, eiúſque res tuendas. Nec refert quòd huiuſmodi adminiſtratio, & gubernatio incumbat Canonicis, & Capitularibus, non vt ſingulis, ſed vt vniuerſis, id eſt, vt pertinent ad vniuerſitatem Capituli, & ſunt pars illius: nam vt parti Capituli currit vnicuique prædicta obligatio, aliàs ſi quilibet in particulari non teneretur aſſiſtere Capitulis, ſed poſſet abeſſe, alij etiam poſſent id facere, cùm non ſit maior ratio de vno, quàm de altero, & ſic poſſet deficere bonum regimen Eccleſiæ, & Capituli; ex quibus hanc partem tenet, & probat Nicol. Garc. *de beneſ. p.* 3. *cap.* 2. *à num.* 529. vbi *num.* 532. atteſtatur illam ſubſcripſiſſe Ioannem Gutier. & Petrum de Ledeſma conſultos, ac ſibi reſpondiſſe Sacram Congregationem, cuius deciſionem tranſcripſimus *cap.* 35. *num.* 14. Idem etiam ſentiunt Bonac. *de horis Canon. diſput.* 3. *q.* 1. *pun.* 2. *num.* 5. Homobon *de examine eccleſ. tract.* 14. *cap.* 2. *q.* 12. & nouiſſimè *in reſponſis quæſt. moral. p.* 3. *reſp.* 11.

2 Non obſtat, quòd habere, & dare vocem in Capitulo potius videtur præeminentia, & fructus Canonicatus, quàm onus, cùm ſoleant Canonici ob culpas, & delicta puniri priuatione, ſeu ſuſpenſione vocis, iuxta *Clem.* 2. §. *illi verò, de ætate, & qualit.* quia reſpondetur dici præeminentiam, & fructum ratione auctoritatis, & honorificentiæ, eſſe tamen onus iuxta ſupradicta, ſicut iudicare dicitur fructus iuriſdictionis, ſeu officij, Mohedan. *deciſ.* 5. *num.* 3. *&* 4. *de appellat.* Rot. *deciſ.* 113 t. *num.* 2. *lib.* 3. *part.* 3. *diuerſ.* refert Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 533. vbi addit *num ſeq.* Canonicos puniri in priuatione, ſeu ſuſpenſione vocis, quamuis ſit onus, quatenus eſt res præeminentiæ, & auctoritatis, & quæ ſolet appeti, & æſtimari, ſicut etiam Epiſcopi ſolent ſuſpendi ab executione Pontificalium, & Parochi ab officio.

3 Nec in contrarium facit, quòd quilibet elector poteſt renunciare voci ſuæ ſicut iuri ſuo, ſecundùm Armil. *verb. electio num.* 20. Sot. *de Iuſtit. lib.* 4. *quæſt.* 6. *artic.* 3. *verſic. poſtremum,* Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 11. *à num.* 86. quia benè reſpondet Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 535. ad procedere in vno, vel altero actu electionis, ſed non ordinariè.

4 Limita *primò* ſupradictam reſolutionem, vt non procedat ſtante legitimo impedimento, aut alia iuſta cauſa ad non aſſiſtendum Capitulis, vt per Nicol. Garc. *cap.* 2. *num.* 537. vbi addit tantam cauſam poſſe concurrere, vt ab illis iuſtiſſimè excuſetur etiam ordinariè, vt ſi in Capitulis eſſet tanta peruerſio, & procederetur ita malè, & ex abrupto ſine lege, ordine, modo, ac cum violentia, & inſolentia Præſidentium.

5 *Secundò* limita, vt non procedat quando quis abeſſet à Capitulis in diebus ſibi recreationis cauſa conceſſis, licitè enim poteſt Canonicus ſumere ſuos dies in diebus Capituli, niſi de induſtria id abſentiæ tempus eligeret, quo habendæ ſunt huiuſmodi congregationes, ita Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *à num.* 541. vbi *num.* 543. teſtatur ſic fuiſſe ſibi reſponſum à Sacra Congreg. Concilij prout in declaratione, quam tranſcripſimus *cap.* 35. *num.* 14. & refert ipſe Garc. *d. loco num.* 559.

6 *Tertiò* limita non procedere vbi Canonici non ſunt præſentes in loco, nec deſeruiunt, Calder. *conſ.* 260. *aliàs* 4. *de his, quæ fiunt à Præl. in fine, verſ. ſi verò.* Abſentes autem quibus caſibus vocari debeant, diximus *c.* 39. *num.* 1.

7 *Quartò*, limita vt non procedat quando vocarentur tempore inſolito, vel incongruo quia tunc non tenerentur venire ad Capitulum, vt per Pauin. *de poteſt. & offic. Capituli Sede vacante præl.* 5. *num.* 11. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *num.* 577.

8 *Quintò* limita vt locum non habeat quando Canonicus eſſet in probatione habitus, & regulæ in aliquo Monaſterio eiuſdem etiam ciuitatis, quia ille hac Religionis cauſa ritè, & legitimè abeſſe cenſetur, in tantum, quòd nec vocari debeat, vt vocem ſuam det in electionibus, &c. ita gloſ. *verb. conferendum, verſ. ſed nunquid Canonicus in cap. beneficium, de Regularib. in* 6. Carol. Tapia *in auth. ingreſſi, verb. ſua cap.* 2. *num.* 8. *C. de ſacroſ. Eccleſiis.* Læl. Zech. *de Republ. eccleſiaſt. tit. de Regularibus cap.* 3. *num.* 10. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 3. *quæſ.* 1. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.* 3. *allegat.* 99. *num.* 31.

9 Quoad ſecundam partem dubij attinet memini me ſuprà *cap.* 20. *num.* 8. per tranſennam dixiſſe Canonicos ſi notabiliter abſint peccare mortaliter, ſed quia hæc materia quotidiana maiorem requirit indaginem, ideò quid in ea ſentiant Doctores in medium proferam, illi enim in duas opiniones diuiſi ſunt, ambáſque probabiles.

Prima affirmat, nempè Canonicos abſentes mortaliter peccare, ex ſequentibus. *Primò*, quia tutior eſt, & probabilior, & in dubio tutior pars eſt eligenda, *cap. iuuenis, de ſponſ. cap. ad audientiam, cap. ſignificaſti, de homicid. Secundò*, quia Canonici abſentes, ſeu non ſeruientes primo anno dimidia parte fructuum, ſecundo omnibus, tertio non amplius fructibus, ſed beneficiis ipſis ſunt priuandi, vt in Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 12 Sed hæc eſt magna pœna, ergo quoque magna debet eſſe culpa pro qua venit imponenda; quia pœna debet commenſurari delicto, gloſſ. *verb. illi, in cap. ſi qui Epiſcopi* 1. *q.* 1. cum citatis per me *de Axiom. iuris vſufreq. Axiom.* 181.

181. *num.* 3. ac proinde Canonicos ſine legi-
tima cauſa abſentes mortaliter peccare vide-
tur dicendum. *Tertiò*, quia omittentes Offi-
cium in choro poſſunt deponi, *cap. ſi quis
presbyter fin.* 92. *diſt.* Depoſitio verò ſuppo-
nit culpam non leuem. Igitur, &c. *Quartò*,
Quia lex Concilij de reſidentia non videtur
pure pœnalis, ſed præceptiua, vt patet *ex ſeſſ.
6. cap. 2. de reform.* At ſi inter omnes conſtat
leges præceptiuas præſertim Eccleſiaſticas
obligare ſub mortali, ſeu veniali pro grauita-
te, vel leuitate materiæ, ſecundùm Nauar. *in
man. cap.* 23. *num.* 52. Igitur, &c. *Quintò*,
qui facit contra iuſtitiam, mortaliter peccat ex
genere ſuo, ſed Canonicus abſens à Canoni-
catu facit contra iuſtitiam, cum faciat contra
proprium Officium, Sylueſt. *in ſumm. verb.
Horæ, num.* 3. *partic.* 2. Igitur, &c. *Sextò*, &
vltimò potiſſimum facit deciſio Sacræ Congr.
Concil. quæ habet *neminem excuſari à reſi-
dentia, licèt diſtributiones amittere velit, nec-
non puniendos eſſe qui Diuinis non interſunt,
licèt reſideant in eadem Ciuitate, vel loco*, teſte
Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.*
323. Ex quibus & aliis hanc partem ſuſtinent
[Nau. *conſ.* 13. *de celeb. Miſſ.* Carol. Macign.
de horis Canon. cap. 63. *num.* 2. Barthol. à S.
Fauſto *in ſimili tract. lib.* 2. *q.* 181. Marchin.
de ſacram. Ordinis p. 6. *tract.* 2. *cap.* 12. *diffic.*
11. *num.* 12. Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi p.* 1.
cap. 19. §. 1. *num.* 4.] Soar. *de Regul. tom.* 2.
lib. 4. *cap.* 10. *num.* 17. *& cap.* 13. *à num.* 5.
Vaſq. *in opuſc. moral. vbi de benefic. dub.* 1. *num.*
184. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 231. *dub.* 5.
Squillante *de obligat. cleric. part.* 1. *num.* 57.
Bonacin. *de horis Canon. diſput.* 1. *q.* 1. *pun-
cto* 2. *num.* 1. Filliuc. *in quæſtion. moral. tom.*
2. *tract.* 23. *cap.* 7. *num.* 207. [Caſtr. Pa-
laus *in opere morali tom.* 2. *diſput.* 3. *puncto* 2.
num. 3.]

10 Contrariam verò ſententiam, imo Cano-
nicos abſentes nullo modo, vel ſaltem venia-
liter tantùm peccare, ſuadent plura, & non
vulgaria fundamenta, & *primò* arguendo à
contrario ſenſu (quod argumentum eſt in
iure firmiſſimum, ex citatis per me *de locis
commun. argum. iuris loco* 27.) deſumpto ex
Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *de reform. verſ. ea-
dem omnino*, vbi habetur eos, qui abſunt à be-
neficiis Curatis, peccare mortaliter, ergo qui
abſunt à beneficiis non Curatis minimè pec-
cant mortaliter, qui enim ex duobus oppoſitis
alterum affirmat, alterum negare videtur, *cap.
nonne, de præſump. Secundò*, quia lex pœnalis,
qualis videtur iſta Concil. non obligat ad cul-
pam ſaltem mortalem iuxta probabilem ali-
quorum Doctorum opinionem, ex Nauar. *d.
cap.* 23. *num.* 53. Valent. *p.* 2. *diſp.* 7. *q.* 5. *punct.*
Tertiò, quia in pœnis benignior eſt interpre-
tatio facienda, *cap. in pœnis, de regul. Iuris in*
6. ſit autem benignior interpretatio ſi dica-
tur Concilium excludere pœnam æternam
imponendo temporalem. *Quartò*, quia Ca-
nonici non reſidentes antequam puniantur,
neceſſariò debent perſonaliter citari, vel ſi
perſonaliter citari non poſſint, debent citari
trina citatione per edictum publicum, adeò
vt non ſufficeret vna pro tribus, ex adductis
ſuprà, *cap.* 20. *num.* 18. quæ omnia non ſunt
vſquequaque neceſſaria in puniendis illis, qui
à beneficiis Curatis abſunt; ſignum igitur eſt
leuius eſſe peccatum Canonicorum, quàm
Curatorum abſentium. Quare hanc partem
ſuſtinent Syluest. *in ſum. verb. hora*, §. 10.
Caiet. *eod. verb.* §. 5. Angel. *num.* 21. Nau. *de
Orat. cap.* 5. *num.* 14. Valent. *tom.* 3. *diſp.* 6.
q. 2. *puncto* 10. §. *in quo loco*, Valer. Reg. *in
praxi fori pænit. lib.* 18. *num.* 176. Ego ipſe
de officio, & poteſt. Epiſcop. p. 3. *alleg.* 53. *num.*
131. [dicit probabile Diana *moral. reſolut.
p.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 217.]

Ex his duabus opinionibus primam veram 11
exiſtimo in caſibus infrà in limitatione expri-
mendis, vltima verò à Claſſicis Doctoribus
ſuſtinetur, & practicari poſſe tuta conſcien-
tia non videtur dubitandum, ex iuribus, &
rationibus in illius corroborationem latè ad-
ductis, quam ſi tenere quis velit, ad funda-
menta prioris non erit difficile reſpondere.
Ad *primum* enim dici poteſt in dubio tutio-
rem partem eſſe eligendam non ex præcepto,
ſed tantùm ex conſilio, niſi in caſibus parti-
cularibus iure expreſſis, vt in dubio facti circa
impedimenta Matrimonij, & circa irregula-
ritatem ex homicidio prouenientem, de qui-
bus eſt ſermo in iuribus ibidem allegatis, vel
niſi in aliquo caſu particulari aliter ſuadeat
iuſta cauſa, ſeu præceptum Superioris, Sanch.
in præcepta Decalogi lib. 1. *cap.* 9. *num.* 14.
Secundò, reſponderi poteſt in dubio tutio-
rem partem eſſe eligendam quando dubium
eſt practicum, nempè quando dubitatur an
hic, & nunc ſit licita abſentia Titij à Cano-
nicatu, non autem neceſſe eſſe tutiorem par-
tem eligere quando ſpeculatiuè tantùm, & in
generali dubitatur an Canonici, v. g. poſſint
abeſſe ſine culpa lethali: at qui habet probabi-
lem Doctorum opinionem pro ſe, ſpeculatiuè
tantùm, & generaliter dubitat an illa opinio ſit
vera (nam † opinioni ſemper ineſt formido 12
ne contrarium ſit verum, Nau. *in cap. ſi quis
autem, de Pænit. diſt.* 7. *num.* 9.) Non au-
tem practicè, & particulariter cùm poſſit
acquieſcere, & ſecurus eſſe in opinione pro-
babili: nam vnicuique liberum eſt ſequi opi-
nionem probabilem, etiam relicta propria
probabiliore, & tutiore, ſecundùm Becan.
tract. 1. *cap.* 4. *q.* 9. *num.* 4. & alios, quos plena
manu refert Parens meus *in comment. ad Or-
din. Regular. Luſit. lib.* 3. *tit.* 64. §. 1. *num.* 9.

13 Ad *ſecundum*, quòd pœna debeat eſſe proportionata culpæ, reſpondetur quòd duplex eſt culpa, iuridica, & Theologica: culpa Theologica eſt peccatum mortale, ſeu veniale: culpa verò iuridica eſt omiſſio illius diligentiæ quam leges adhiberi præcipiunt, quæ multoties eſt ſeparata à culpa Theologica, vt quando debita diligentia omittitur ex obliuione: quare pœna non ſolùm poteſt imponi, & commẽſurari culpæ Theologicæ, ſed etiam iuridicæ, etiamſi à peccato omnino ſeiuncta ſit, & ideò non ſequitur illud opus malitiam ſemper habere lethalem, quòd magna pœna coërcetur à legibus, Bonacin. *de contract. diſp.* *3. q. 1. puncto 6. num. 1. & 2.* non enim concludit hoc adeſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. *l. neque natales, C. de probat.* Ad *tertium* reſpondetur *in d. cap. ſi quis Presbyter,*
14 † imponi clerico Diuinis non intereſſenti pœnam depoſitionis comminatoriam ſolùm quando eſt contumax contra particulare præceptum Epiſcopi, ſeu Superioris ſui, vt patet præfatum tex. intuenti, ibi, *deponatur à clero, ſi tamen caſtigatus veniam noluerit promereri,* & ita exponit gloſſ. *verb. caſtigatus.* Ad *quartum* reſpondetur non eſſe omnino certum dictam legem Concilij eſſe præceptiuam: hæc enim adhuc ſub iudice lis eſt, vnde qui vult ſequi hanc ſecundam ſententiam negatiuam, poteſt ſibi perſuadere eam eſſe purè pœnalem innixus auctoritate Nau. Valent. Valer. Regin. & aliorum, quos ſuperiùs citaui. Ad *quintum* poſſet reſponderi Canonicum, qui vult amittere diſtributiones, non peccare contra iuſtitiam ſi in Canonicatu non reſideat, cùm id dicamur poſſe, quòd de iure facere poſſumus, *l. 1. ff. de condit. inſtit.* nam in manu, & libertate Canonici eſt an diſtributiones quotidianas lucrari velit necne, quæ ideò manualia beneficia dicuntur à Bonif. VIII. *in cap. 1. de cler. non reſident. lib. 6.*

15 Declaratur tamen dupliciter hæc ſententia, quam ſequimur, & *primò* vt non procedat quando Canonicus non vult reſidere, & intereſſe ex contemptu, ſeu contra Prælati ſui particulare præceptum ex iuſta cauſa latum, *d. cap. ſi quis Presbyter*, vnuſquiſque enim tenetur obedire ſuo Superiori aliquid graue ex iuſta cauſa præcipienti, vt reſoluit Valer. Regin. *in d. lib. 18. num. 176. Secundò*, vt locum non habeat quando ex alicuius Canonici abſentia non remanerent tot, qui poſſint Eccleſiam competenter officiare, Syluest. *loco cit.* vt ſi ipſo diſcedente non remanerent in choro ſaltem quatuor, Carol. Macign. *de horis Canon. cap. 56. num. 24.* His ceſſantibus abſentia Canonici videtur eſſe materia leuis cultui Diuino notabile detrimentum non inferens, & conſequenter excuſare à culpa mortali, & ſi ſit coniuncta cum iuſta cauſa, etiam à veniali, ex Nauarr. *in man. prælud. 9. num. 10.* & hanc partem cum præfatis declarationibus, vt ſuprà, tuetur D. Felix Nicolius de Treuio Presbyter, & V. I. D. in quadam ſua particulari iuris allegatione, quam manuſcriptam Romæ vidi, & laudaui.

{Hac de re extat decretum Concil. Aquiſgr. *cap. 131.* quod refert Anton. Auguſt. *Iuris Pontificij veteris tom. 1. lib. 9. tit. 50. cap. 5.* ibi, *Studeant ſummopere Canonici horas vigilantiſſima cura cuſtodire, & in his Diuinum Officium humiliter ac deuotè perſoluere. Mox enim vt datum fuerit ſignum, feſtinatò omnes ad Eccleſiam conueniant. Quam non pompaticè, vel inhoneſtè, vel incompoſitè, ſed cum reuerentia, & Dei timore ingrediantur; nec cum baculis in choro, exceptis debilibus, ſed religioſiſsimè illis ſtandum, & pſallendum eſt. Sunt enim quidam clericorum, qui in ſecularibus negotiis & diſceptationibus penè totum infatigabiliter deducunt diem; & mox in Eccleſiam ad diuinum Officium peragendum vt intrauerint, ita fatigati videntur vt nec orationi vacare, nec ad pſallendum ſtare queant; ſed potiùs ſedentes non Diuinis, ſed vanis ſolùm ſolent inſtare loquelis,* &c. *Omnes igitur ab otioſis ſermocinationibus auditum pariter caſtigent, & linguam: in Eccleſia cum timore & veneratione ſtantes, aut orent, aut cantent, aut audiant. Verba verò turpia, aut liuida & ſecularia nec ipſi proferant, nec alios proferre ſinant, quinimo laudes Deo in commune perſoluentes, pro ſuis, populorumque, quorum oblationibus viuunt, delictis Dominum exorent,* &c. *Caueant etiam ne pro requie ſibi in locis diuino cultui mancipatis conceſſa, otio torpeant, ſed magis in perſoluendis Diuinis laudibus promptiores ac deuotiores exiſtant, vt per hanc quietem bene operantes ad eam, quæ ſine caret, peruenire valeant. Qui verò has Horas frequentare, & in his, vt dignum eſt, cæleſte neglexerit Officium perſoluere, digna inuectione corripiatur, vt & ipſe emendetur, & cæteri timorem habentes huiuſcemodi negligentiam caueant. Sed quoniam aliud eſt ex toto omittere, aliud pigrè occurrere: qui ſegniter, & tardè ad matutinum, aut aliud quodlibet Diuinum obſequium peragendum occurrerit, dignum eſt vt non cum aliis in choro, ſed omnium vltimus, vt certè erubeſcere diſcat, in loco eiuſcemodi negligentibus à Prælatis conſtituto, ſtet,* &c.]

Monitiones S. Caroli Borromæi ad Canonicos.

VOs, qui in Cathedrali Eccleſia Dignitates obtinetis, Canonici item tum eiuſdem Eccleſiæ, tum reliquarum quarum

rumin

rumuis Eccleſiarum Collegiatarum, vel Vrbanarum, vel Diœceſanarum, quicunque ſitis, in omni Canonicalis diſciplinæ officio ita agite vt Canonicè, nempè, Canonum legibus ad vitæ veſtræ inſtitutum pertinentibus, & Conſtitutionum Prouincialium Diœceſanarúmque ratione congruenter viuatis; idque primò maximè ſtudete, vt in conſpectu Dei Omnipotentis puro corde, & caſto corpore miniſtretis.

Tum ſinguli vos Ordinis Dignitati, aut Canonicatui annexi functiones explete, Canonicaliſque muneris partes præſtate, omnes in choro ſtatis horis aſsiſtite, & ad Deum pro fidelibus pias, religioſáſque fundite preces.

Dum eo loco eſtis, memores eſtote adeſſe Chriſtum Ieſum Dominum, cui ſeruite cum timore, & tremore.

Non pigri, non ſomnolenti, non oſcitantes adeſtote, non mente vaga, non vagis oculis, non indecenti corporis ſtatu.

Attentè, ſtudioſè, ritè, piè, religioſè diuinas laudes concelebrate, & pſallite Deo in conſpectu Angelorum cantantes in cordibus veſtris Domino.

In choro nemo priuatim, nemo tacitè officium recitet, ſed omnes pariter quicunque adeſtis ſenes cum iunioribus laudate nomen Domini in Pſalmis, Hymnis, & Canticis.

A quibuſcunque colloquiis, & à litterarum, ac librorum lectionibus, atque omni vagatione abſtinete.

Pro temporis autem, & officij ratione ſedete, ſtate, genua flectite, caput aperite, & inclinate.

Accuratè demum omnia obſeruate, quæ eo de genere vobis præſcripta ſunt, ita vt veſtro exemplo aliis Sacerdotibus, Clericiſq; & rectè riteque pſallendi, & ſanctè orandi, & piè agendi animum addatis.

In Pſalmorum autem, Canticorum, & Hymnorum intelligentiam ſtudioſè incumbite; vt dum pſallitis pro ſenſuum ſanctiſſimorum, quos mente concepiſtis, ratione, vos ad omnes pietatis deuotioniſque affectum excitetis.

Non ordinariè. diſtributionis lucro adducti, ſed Dei charitate, religioniſque cultu commoti, diuinis Officiis adeſtote, vt verè, ex animóque Pſalmi verba illa concinnatis, Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum eſt.

Diuinis officiis abſolutis paululum omnes in choro piè orate, inde obeundi ſigno per Præfectum dato conſurgentes, quo ordine ad chorum acceſsiſtis, eodem in Sacriſtiam redite, vbi cappas, qui illis induti eſtis, & ſuperpellicea, ſine ſtrepitu vllo, & ſuſurratione deponite.

Canonicales veſtros conuentus ſtatis hebdomadæ diebus capitulariter habete.

Omnes qui debetis, ad illos conuenite.

Inde ne deſcedite niſi miſſione à Capituli Præfecto impetrata.

Singuli ordine, & loco ſedete.

Sententiam modeſtè, dicite, & ſuo quiſque loco, non præpoſterè.

A verbis ſcurrilibus abſtinete.

In rebus conſultandis rixas, iurgia, & contumelias cauete.

In initio, & fine vniuſcuiuſque Capituli ſtatas orationes dicite.

Priori loco tractanda præponite quæ ad diuinum cultum, ad ſpiritualis vitæ progreſſum, ad eccleſiaſticam diſciplinam tuendam, tum quæ ad rerum temporalium gubernationem pertinent, ne negligite.

Cætera hoc de genere toto ſeruate, quæ Prouincialibus conſtitutionibus præſcripta ſunt.

Omnia in primis agite pace mutua, concordi voluntate, & charitate fraterna vos inuicem diligite, Canonici enim eſtis, qui pro Collegij ratione ex antiquo inſtituto vna in Collegiata Eccleſia, vnóque item in Canonicali domicilio collocati fuiſtis, ita vno pacis, & charitatis fœdere, vnáque animorum conſenſione coniunctiſsimi, ſicut naſcentis Eccleſiæ miniſtri, quorum erat cor vnum, & anima vna, experiendo videte, ſicut in Pſalmo ſcriptum eſt, quàm bonum, & quàm iucundum ſit habitare fratres in vnum. Hactenus monitiones S. Caroli ad Canonicos.

Tandem

Tandem operæpretium mihi viſum fuit pro huius materiæ ſumma,ac coronide tabellam ſubiungere quam Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Torquatus Perottus V. I. Doctor,magnus & proximus Vrbani VIII.Capellanus, ingenioſè, & eleganter compoſuit, vir planè vt Bartoli ſui ciuis doctrina, & conſilio imitator egregius, ita etiam politiorum literarum commendatione cæteris non inferior.

Tabella Canonicis accommodata ad preces horarias deuotè concinendas.

Ante Horas.

Horarum Canonicarum inſtitutio ad Dei laudem, & gratiarum actionem primùm omnium recolenda.

Quæ ſeptenni horarum numero myſticè deſignantur breuiter cogitanda.

Rerum inanium cura, & omnium negotiorum ſolicitudo relinquenda.

Poſtulandum à Deo, vt attentè, deuotè, ac ſtudioſè laudetur.

Frequens conſideratio Canonicalis vocationis; vt vocibus modulatè compoſitis mens benè inſtructa reſpondeat.

Cordis munditiæ ſtudendum, vt puris verborum laudibus Diuina Maieſtas concelebretur.

Hierarchiæ Angelorum diuinas laudes in Cœlo proclamantium mentis oculis proponendæ.

Humili precatione Sanctorum patrocinium implorandum, illius præſertim, cuius Officium recitare continget.

Nunquam Officium inchoandum, niſi collectis ſenſibus, ac præuia mentis eleuatione ad Deum.

Cauendum à verbis inutilibus, riſu, iocis, eo maximè tempore,quò itur, vel paulo poſt eundem eſt in chorum.

In ipſis Horis.

Nouerit Canonicus in ſortem Domini, vt diuinis laudibus publico nomine vacet.

Angelici huius miniſterij Officio ſe inter Angelorum choros verſari contempletur.

Diuinæ præſentiam Maieſtatis pſallendo reuerenter adoret.

Attentionem in ſingulis verbis adhibeat, quam frequenter excitabit Dei quem alloquitur, recordatione.

Quæ diſtrahunt importunæ cogitationes, ſenſim, ac leuiter repellendo contemnat.

Quoties mentem alio diuertiſſe aduertit, toties eam ſtatim colligendo dirigat ad Deum.

Corpus modeſtè, ac decorè componat, oculos præſertim cuſtodiat, vt ſint debitæ attentionis miniſtri.

Si quod verbum dicere vel reſpondere oportebit, id citò, ac breuiter expediat.

Quæ recitat, aut canit, ex libro ſibi parato, non ex memoria depromat.

Offerat eo pro ſe ipſo attentionem, & deuotionem tot Sanctorum hominum in Canonicis precibus expluendis.

Poſt Horas.

Deo gratias referat, quod acceſſum habuerit ad eius laudes & colloquia.

Petat humiliter veniam errorum, quos in hac diuina functione commiſit.

Linguam velut inſtrumentum Deo dicatum cautè cuſtodiat.

Cordis affectiones ita componat, vt externæ conſonent verborum modulationi.

Moribus, ac vita Deum perfectè laudare conetur.

Superfluis rerum curis ne implicetur, vt moleſtos cogitationum tumultus euitet.

Quæ verba in pſalmodia ſibi magis fructuoſa guſtarit, ea diutiùs conſeruet.

Harmoniæ rerum creatarum ſincero, ac fideli earum vſu omni tempore concinat.

Ad ſupernum beatorum chorum aſpiret, qui in diuinis præconiis perpetuò exultant.

Myſteria paſſionis Chriſti Domini, quibus Horæ Canonicæ reſpondent, memoria ſæpè retractet.

B. Laurentius Iuſtinianus.

Quid ſublimius in hac peregrinatione celebrari poteſt, quàm pari conſortio Angelorum in Diuinis laudibus occupari? Indecorum ergo eſt præſentibus Angelorum cœtibus pſallere negligenter, & verba ſacri carminis arido corde promere.

SVM

Capvt XLI.

Canonici, qui voce in Capitulo priuentur?

SVMMARIVM.

1 *Canonici donec ad Ordines ſuis Canonicatibus annexos ſe promoueri poſt annum non fecerint, voce in Capitulo priuantur.*

2 *Canonici illicitè, & ſubreptitiè ad ſacros Ordines ante legitimam ætatem promoti ſuffragium ferre non poſſunt.*

3 *Excommunicati Canonici maiori excommunicatione vocem non habent in Capitulo.*

4 *Eligendi poteſtate priuantur ipſo iure qui ſunt maiori excommunicatione ligati, non verò minori.*

5 *Doctores referuntur de materia Extrauag. ad euitanda, agentes.*

6 *Suſpenſi Canonici per ſententiam Iudicis, aut etiam Canonis, vocem in Capitulo non habent.*

7 *Interdicti Canonici vocem in Capitulo non habent.*

8 *Canonici perſonale, aut locale interdictum violantes ſcienter exercendo actum ſacri Ordinis, vel celebrando Officia diuina, vocem in Capitulo amittunt.*

9 *Irregulares Canonici vocem in Capitulo non habent ſi eam habeant ratione alicuius ſacri Ordinis, cuius irregularis exercitiam non habet.*

10 *Indignum ſcienter eligentes, aut ſimiliter poſtulantes pro ea vice eligendi poteſtate priuantur.*

11 *Indignus quoad hunc effectum is dicitur, qui habet defectus perſonæ expreſſos*, in cap. quia propter, de elect.

12 *Eligere prohibentur qui ad Eccleſiam receperint poſtulatum tanquam inſtitutum, vel adminiſtratorem antequam admiſſa fuerit poſtulatio.*

13 *Eligere prohibentur qui ob delictum commiſſum poteſtate eligendi priuati fuerant.*

14 *Eligendi poteſtas quando ob electorum culpam ad alios deuoluatur, oſtenditur.*

15 *Collegij ius in vno ſolo remanet, & conſeruari poteſt.*

16 *Canonicatus duo de iure in vim decretorum Concil. Trid. incompatibiles ſunt, & poſt adeptam pacificam poſſeſsionẽ ſecundi primus vacat ipſo iure, & ſi quis vtrumque retinere perrexerit, illis eſt ipſo iure priuatus.*

17 *Diſpenſatio præſumpta, in qua fundatur reg. de triennali, non poteſt ſe defendere duos obtinens Canonicatus.*

[*Capellania an ſit incompatibilis cum Canonicatu in eadem Eccleſia, remiſsiuè. ibid.*]

18 *Canonicus obtinens Dignitatem perdit Canonicatum, niſi priuilegio, vel conſuetudine manuteneatur.*

19 *Canonicatum obtinens, cui coniunctum eſt onus Pœnitentiariæ, non poteſt vigore conſuetudinis obtinere Dignitatem.*

20 *Filius illegitimus non poteſt obtinere Canonicatum in eadem Eccleſia in qua pater.*

21 *Canonicatum in Eccleſia in qua pater, obtinere non poteſt illegitimus ex Canonico, qui fuit deinde legitimatus per ſubſequens matrimonium.*

22 *Filius ex legitimo matrimonio natus eget diſpenſatione, vt poſsit obtinere immediatè beneficium, quod obtinuit pater.*

MVltis modis voce in Capitulo 1
priuantur Canonici etiam in ſacris conſtituti, & *primò* obtinentes pacificè Canonicatus, quibus Diaconatus, vel Presbyteratus Ordines ſunt annexi, ſi iuſto impedimento ceſſante ad huiuſmodi Ordines ſe promoueri non fecerint intra annum, donec ad eos promoti fuerint voce in Capitulo priuantur, ita expreſsè ſtatuitur *in Clem.* 2. *§. illi verò, de ætate, & qualit.* innouata per Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 4. Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 2. *q.* 20. *num.* 9. Raguc. *de voce Canon. in Capitulo q.* 24. *num.* 2. cum aliis per me citatis ſuprà *cap.* 16. *num.* 10. vbi etiam ex Nicol. Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benefic. p.* 3. *cap.* 4. *ſub num* 15. *verſ. illa*, reſoluimus hoc eſſe intelligendum de voce actiua, quæ ſimpliciter, & abſolutè vox dicitur, non autem de voce paſſiua.

Secundò, ſuffragium ferre non poſſunt illi- 2
citè, & ſubreptitiè ad ſacros Ordines ante legitimam ætatem promoti, quia per Extrauag. Pij II. incip. *Cùm ex ſacrorum*, &c. eſt ipſo facto ab Ordinibus ſuſpenſus, ac propterea ad votum ferendum inhabilis: verùm illa ſuſpenſione ſublata poterit deinde ſuffragium ferre, quia cum effectu habet conditionem Ordinis requiſitam, *in d. Clem.* 2. nec vllum habet Canonicum impedimentum; quamuis enim ætatis defectus executionem Ordinis impediat, non tamen eſt impedimentum ad vocem habendam in Capitulo, cùm nihil quod hoc circa ætatem *in d. Clem.* 2. ſit diſpoſitum, ita Panor. *in d. Clem.* 2. *num.* 8. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 15. *art.* 5. *verſ. ſecundo*, Soar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2.

cap.

cap.4.num.7. Tambnrin. *de iure Abbatum tom. 1.diſp.5.q.8.num.10.* Iul. Lauot. *var. lucubrat. tom. 1. tit.4. cap.15. num....*

3 *Tertiò*, excommunicati maiori excommunicatione vocem non habent in Capitulo, gloſſ. *ver. maiores, in cap. vnic. ne Sede vac. lib. 6.* Doctores *in cap. illa quotidiana, de elect.* {Monet. *d. q. 20. num. 10.*} Vgolin. *de cenſur. tab. 2. cap. 11. §. 12.* Aloyſ. Ricc. *in praxi p. 4. reſolut. 42. à princip.* ſecus verò eſt in excommunicato minori excommunicatione, vt per tex. *in d. cap. illa, & in cap. ſi celebrat, ſiu. de clerico excom. miniſtr.* reſoluit Monet. *de diſtribut. quotid. p. 2. q. 20. num. 10.*
4 † Eligendi namque poteſtate priuantur ipſo iure, qui ſunt maiori excommunicatione ligati, non autem minori, *cap. conſtitutus, de appellat. d. cap. illa quotidiana, d. cap. ſi celebrat*, Soar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 14. ſect. 2. num. 17. & 18.* Squillante *de obligat. Clericor. par. 3. num. 98.* Fernandez *in examine Theolog. moral. parte 4. cap. 7. §. 2. num. 8.* Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 66. num. 5.* Paul. Laymann. *in Theolog. morali, lib. 4. tit. 2. cap. 12. num. 3. verſ. dico quartò*, Iul. Lauot. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 15. num. 43.* Tamburin. *d. tom. 1. diſp. 5. q. 8. num. 11.* Intellige de excommunicato notorio, ſed non tolerato ab Eccleſia, vel publico percuſſore Clericorum, iuxta Extrauag. *Ad euitanda ſcandala, Martin. V.* (in qua habetur, quòd nullus excommunicatum vitare teneatur niſi ſit publicè denunciatus, vel publicus clerici
5 percuſſor, & de illa plura tradunt † Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 1.* Paul. Laymann. *in Theolog. morali, lib. 1. tract. 5. parte 2. cap. 4. ex num. 1.*) Ita Petr. Gregor. *de elect. cap. 7. num. 8.* Sayr. *de cenſur. lib. 2. cap. 9. num. 6.* Squillante *citato loco*, Mar. Alter. *de cenſur. tom. 1. lib. 2. diſput. 5. cap. 2. verſ. aliter*, Soar. *de Religion. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 4. num. 9. in fine*, Sigiſm. à Bononia *d. dub. 66. num. 10.* Tamburin. *d. diſp. 5. q. 8. num. 12.* Lauor. *d. tit. 4. cap. 15. num. 44. & 57.*

6 *Quartò*, ſuſpenſi, ſeu depoſiti per ſententiam iudicis, aut etiam canonis vocem in electionibus non habent, *cap. cùm dilectus*, vbi gloſſ. notabilis, *verb. à ſuſpenſis, de conſuet.* Imol. *num. 13. & 14.* & Card. *num. 21. cum ſequentib. in d. Clemen. 2. de aetate*, Rendina *in prompt. recept. ſentent. tom. 1. tit. 41. num. 21.* Fernandez *d. §. 2. num. 7.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 18.* Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſ. exiſt. lib. 4. cap. 3. num. 9.* Tamburin. *d. diſp. 5. q. 8. num. 13.* Lauor. *d. cap. 15. num. 61.* Aloyſ. Ricc. *d. reſolut. 42. à num. 8.* Quod procedat ſiue ſint ſuſpenſi ab officio, & beneficio ſimul, ſiue ab officio tantùm, non tamen ſi ſint ſuſpenſi ſolùm à beneficio, niſi vox competeret ratione illius beneficij, à quo reperitur ſuſpenſus, vt tradunt Nauarr. *in man. cap. 27. num. 163. verſ. ſexto*, Henriq. *in ſum. lib. 13. de excommunicat. cap. 32. §. 4.* Sayr. *de cenſur. lib. 4. cap. 6. num. 7.* quamuis gloſſ. *verb. omnibus beneficiis*, & *ibi* Geminian. *in cap. cupientes, §. caeterùm, de election. lib. 6.* Soar. *tom. 5. diſp. 27. ſect. 2. num. 34.* Squillante *d. parte 3. num. 37.* non improbabiliter aſſerant poſſe eligere, licèt electio competat ratione beneficij à quo eſt ſuſpenſus, cùm electio non ſit fructus beneficij, ſed eſt actus illius officij ſpiritualis, cui eſt annexum beneficium. Suſpenſus autem ſimpliciter nunquam vocem poteſt habere in electionibus; quia ſic ſuſpenſus intelligitur ab officio, & beneficio, vbi contrarium ex verbis, aut intentione ſententis non colligeretur, gloſſ. *verb. à ſuſpenſis in d. c. cùm dilectus*, vbi Innocent. *num. 4.* Panormit. *num. 18.* & Bald. *num. 13.* Seraphin. *deciſ. 860. num. 6.* [At cùm ſententia ſuſpenſionis, vel depoſitionis ſuſpendatur per appellationem, Abb. *in cap. ſaepè 44. num. 15. verſ. ex quibus, de appellat.* Scacc. *de appellat. q. 8. num. 72. in fine*, ideo Canonicus, qui per ſententiam fuit ſuſpenſus, vel depoſitus, poteſt appellatione pendente vocem habere in Capitulo, & eligere, Lancellot. *de attent. p. 2. cap. 12. de attent. & innouat. appellat. pend. in praefat. num. 95. & 96. verſ. tertiò in Canonico*, Scaccia *d. num. 72. verſ. & ſimiliter*, vbi, *num. 74. verſ. ſubinfero 2.* poſt Franc. *in d. cap. ſaepè, ſub num. 36.* ſubdit quòd ſi Canonicus ex crimine irrogante infamiam eſt depoſitus per ſententiam, à qua appellat, & pendente appellatione eligat, electio valet, quamuis appellatio deſeratur. Suſpenſio à Diuinis, & ab ingreſſu Eccleſiae, licèt impediat ne quis eligere, nec eligi poſſit, non impedit tamen quin poſſit conferre, & Praebendas dare, Abb. *in cap. cùm dilectus, num. 18. de conſuetud.* Seraphin. *deciſ. 860. num. 6. & deciſ. 870. num. 2.* vbi ait ſuſpenſionem à Diuinis de iure non impedire quominus ſuſpenſus poſſit prouiſionem facere, niſi verba ſuſpenſionis ſint talia, quae inducant omnem incapacitatem.]

Quintò, interdicti quoque vocem in Ca- 7
pitulo, ac proinde in electionibus, habere non poſſunt, *cap. cùm inter, de elect.* Fernandez *dict. §. 2. num 7.* Petr. Gregor. *de elect. cap. 7. num. 9.* Iul. Lauor. *d. cap. 15. num. 67.*

Sextò, Canonici perſonale, aut locale in- 8
terdictum violantes ſcienter exercēdo actum ſacris Ordinis, vel celebrando officia diuina, vocem in Capitulo amittunt, *cap. 1. de poſtul. Praelat. cap. is qui, §. is verò, de ſentent. excomm. in 6.* Syluest. *in ſumm. verb. interdictum, 6. quaeſt. 2. §. ſecundum*, Nauarr. *in man. cap. 27. num. 187.* Henriq. *in ſumm. lib. 13. cap. 46. §. 3.* Soar. *tom. 5. diſput. 34. ſect. 4. num. 28.*

Auil.

Auil. *de cenſur. parte 5. diſput. 5. dub. 4. concluſ.* 3. AEgid. de Coninck *de Sacram. & cenſur. tom. 2. diſp. 17. dub. 4.* Paul. Leymann *in Theologia moral. lib. 1. tract. 5. parte 3. cap. 3. num. 3. verſ. ſecunda*, Azor. *inſtitut. moral. parte 2. lib. 6. c. 14. quæſ. 8. verſ. ius item*, Sigiſmund. à Bononia *de elect. dub. 68. num. 1.*

9 *Septimò*, irregulares quoque vocem in Capitulo non habere, ac proinde voce actiua priuari, reſoluunt Syluest. *in ſummâ, verb. electio 1. §. 4.* Azor. *loco proximè citato*, quod quidem verum credo, vbi vocem habent ratione alicuius ſacri Ordinis, cuius irregularis exercitium non habet: at vbi ius eligendi annexum fuerit beneficio, & ſic iuriſdictionem importauerit, vel ad iuriſdictionem ſpectauerit, contrarium videtur omnino tenendum, cùm irregularis ob ſuperuenientem irregularitatem non priuetur iuriſdictione, ita Nauarr. *in manual. cap. 27. num. 244.* Soar. *de cenſur. tom. 5. diſp. 40. ſect. 2. num. 27.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moral. tractat. 19. cap. 3. quæſ. 6. num. 75.* Bonacin. *de cenſur. diſp. 7. quæſt. 1. puncto 3. num. 18.* Sigiſmund. à Bononia *de elect. dub. 70. num. 6. cum ſeqq.* Iul. Lauor. *d. cap. 15. num. 68.* Tamburin. *d. diſp. 15. quæſt. 8. num. 14. & 15.*

10 *Octauò*, qui ſcienter elegerunt indignum, aut ſimiliter poſtularunt, pro ea vice eligendi poteſtate priuantur, & eorum caſſatur electio ipſo iure, non autem ſi nominauerint tantùm, *cap. cùm in cunctis, §. clerici. cap. ſcriptum, de elect. cap. perpetuò. eod. tit. 6.* Tiraquell. *in l. boues. §. hoc ſermone, limit. 1. num. 32. ff. de verb. ſignificat.* Bellacomb. *tom. 1. commun. opinion. lib. 1. tit. 5. num. 22. pag. 171.* Moliu. *de primog. lib. 2. cap. 4. num. 38.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 58. num. 21.* Azor. *d. parte 2. lib. 2. cap. 14. q. 8. verſ. ius eligendi*, Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. quæſt. 23. art. 8.* Filliuc. *in quæſt. moral. tom. 3. tract. 41. cap. 4. num. 173.* Paul. Laymann *in quæſt. Canon. de Prælatorum eccleſ. elect. quæſt. 70.* Lauor. *d. tit. 4. cap. 21. ex num. 49.* Cald. Pereira *de poteſt. elig. cap. 1. num. 60.* vbi ſubdit procedere etiam in electione officij ſecularis, Tamburin. *d. q. 8. num. 18.* vbi reſoluit huiuſmodi eligentes ſcienter indignum, eſſe priuatos poteſtate eligendi in prima tantùm electione immediatè ſequenti, etiamſi illa non ſortiretur effectum, non autem in tota vacantia, Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol. 441. num. 3.* vbi *num. 9.* poſt Pelaez *de maior. p. 1. q. 19. à n. 1.* ſcripſit iudicis arbitrio eſſe relinquendum an is eligens præſumatur ſciuiſſe electum illum fuiſſe indignum: ſi enim electus ille ſemper fuit in eadem ciuitate, & loco vbi extitit eligens, & electus, ita deliquit vt veriſimile ſit eligentem id reſciuiſſe, præſumptio eſt quòd ſcienter illum elegerit, ſi verò is electus abfuit, vel ſecretò ſic errauit, vt probabile ſit electum ignoraſſe quòd ignoranter elegerit præſumendum erit, ita Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 61. num. 4.* vbi *num. 13.* limitat quando ipſi electores compromiſerunt abſolutè in aliquem, qui commiſſarius elegit indignum, niſi tamen ipſi compromittentes talem electionem ratam habuerint.

Indignus quoad hoc propoſitum dicitur, 11
qui habet defectus perſonæ expreſſos, *in d. cap. in cunctis*, ita Panorm. *ibi. in §. clerici num. 6. & in cap. cùm inter, il primo, num. 15. eod. tit.* Soar. *de cenſur. diſp. 24. ſect. 2. num. 22.* Auil. *eodem tract. parte 2. cap. 6. diſp. 12. dub. 4. ad finem*, Nicol. Garc. *de benefic. parte 7. cap. 12. num. 84.* Sigiſmun. à Bononia *d. dub. 61. num. 11.* Lauor. *d. cap. 15. num. 77.* Tamburin. *d. diſp. 5. q. 8. num. 19.*

Nonò, & qui ad Eccleſiam receperint po- 12
ſtulatum tanquam inſtitutum, vel adminiſtratorem antequam admiſſa fuerit poſtulatio, eligere prohibentur, *cap. bonæ il primo, de elect.*

Decimò, qui ob delictum commiſſum pote- 13
ſtate eligendi priuati fuerunt, & tunc illa poteſtas ad alios, qui non deliquerunt, deuoluetur, ac ſi tali poteſtate priuati per mortem defeciſſent, *d. cap. bonæ memoriæ, il primo, cap. cùm Vinton. de elect.* Rendina *in promptuario recept. ſentent. tom. 1. tit. 36. num. 33.* Anton. Raguc. *de voce Canonicorum in Capitulo quæſt. 30. ex num. 13.* Iul. Lauor. *d. tit. 4. cap. 21. ex num. 46.* Si autem & ij, ad quos eligendi poteſtas deuoluta fuerat, delinquant, vel indignum eligant, tunc primi in hac parte ſuccedere non poſſunt, ſed illa ad Superiorem vadit, ad quem fuiſſet facta deuolutio ſi omnes pariter deliquiſſent, ita gloſſ. *verb. ad nos, in d. cap. bonæ memoriæ, il primo*, quam ſequuntur *ibidem* Ioan. Andr. *col. vlt. num. 58. verſ. in gloſſ. vlt.* Innocent. *num. 9. verb. ad nos*, Hoſtien. *num. 31. ſuper verb. pariter*, Butr. *num. 78. verſ. oppono tertiò, cum numeris ſeqq.* Panorm. *num. 33. verſ. in ſecunda quæſt.* Rendina *vbi ſuprà.*

Quod vt meliùs percipiatur eſt notandum 14
deuolutionem electionis ob electorum culpam quandoque ad alios fieri electores, qui culpabiles non exiſtunt, quandoque verò ad proximum Superiorem, & nonnunquam ad Romanum Pontif. immediatè aſcendit. Aut enim pars Capituli tantùm, aut totum Capitulum eſt in culpa: *primo* caſu eligendi poteſtas ad alios deuoluitur non culpabiles, quamuis ſint pauciores, *cap. 2.* vbi gloſſ. *de poſtulat. Prælat. d. cap. bonæ memoriæ, il primo, d. cap. cùm. Vinton.* gloſſ. *in cap. ſi fortè 65. diſt.* cum alijs citatis ſuprà, immò etſi vnus tantummodo fuerit, cùm pœna non debeat innocentem afficere, *cap. quæſiuit, de ijs, quæ fiunt à maiori*

15 *parte Capit.* & † ius collegij in vno ſolo remaneat, & conſeruari poſſit, aliis mortuis, priuatis, ſuſpenſis, vel excommunicatis, gloſſ. *verb. pauciores, in cap. gratum, de poſtul. Prælat. & verb. duo in cap. 1. de elect.* Nauarr. *conſ. 6. num. 2. de elect. in nouis*, Seraphin. *dec.* 860. *num.* 7. *& deciſ.* 1050. *num.* 5. Tamburin. *d. quæſt.* 8. *num.* 3. *&* 4. Rot. *in Cremonen. Præpoſituræ* 15. *Februarij* 1623. coram bonæ mem. Vbald. *Secundo* verò caſu de culpa diſtinguitur, ſi enim ea tantùm cauſa priuetur totum Capitulum, quòd intra tempus ſtatutum non elegerit, electio ad proximum ſuperiorem deuoluitur, *d. cap. ne pro defectu*, ex aliis verò cauſis ad ſolum Romanum Pontif. fit deuolutio in Cathedralibus quidem Eccleſiis, in inferioribus verò in omni caſu proximus ſuperior eligere poteſt: nullo ergo caſu electio ad ſuperiorem, vel ad Papam deuoluitur, niſi totum Capitulum ſit in culpa, vbi enim pars tantùm deliquit, ad alios ſpectat electio, vt dictum eſt, quod quidem non poteſt niſi in caſu contingere tantùm, quo in partes vota eligentium diuiduntur, vt pars eorum ob cauſam aliquam ex ſupradictis eligere de iure non valeat.

16 Hi ſunt qui voce in Capitulo priuantur, de ipſo autem Capitulo, & quam auctoritatem tam ſuo viuente Epiſcopo, quàm Sede Epiſcopali vacante habeat, dicemus *cap. ſequenti*, interim tamen aliqua in hoc loco adnotanda duximus, quamuis ſuprà aliis in locis ponenda forent, nempe Canonicatus duos de iure in vim Decretorum Concilij Trident. incompatibiles eſſe, vt ex ſententia Sacræ Congregat. reſoluunt Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 381. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 4. *tit.* 7. *de benef. incompatib. num.* 41. [Rota *deciſ.* 492. *num.* 1. *p.* 2. *recentiſſim. in poſthum.* itaut] pòſt adeptam pacificam poſſeſſionem ſecundi Canonicatus, primum ipſo iure vacet, idem Garc. *d. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 84. *in* 6. *declarat. & num.* 381. *in* 2. *declar.* Armendar. *d. loco, num.* 17. *&* 42. quos cum aliis refero *de offic. & poteſt. Epiſcopi par.* 3. *allegat.* 62. *num* 28. [& cùm diſpoſitio *cap. cum qui, de prabend. lib.* 6. emanauerit ad declarationem & extenſionem *cap. de multa, eod. tit. in antiq.* in quo diſponitur, vt qui cum titulo recipit ſecundum beneficium incompatibile cum eo, quod antea obtinebat, ſit ipſo iure priuatus primo, hoc declaratur & ampliatur habere locum, etiam ſi quis ſine titulo ſe iniuſtè in ſecundo intrudat, ne melioris ſit conditionis ſtultus, quàm peritus, vel inuaſor eo, qui iuſtè ingreditur, *d. cap. cum qui*, vbi *gloſ.* 1. & Gom. *num.* 7. Abb. *in d. cap. de multa, num.* 16. *verſ. item emanauit*, Rota *deciſ.* 194. *à num.* 1. *p.* 2. *recentiſſ. in poſthum.* de iure communi non eſt prohibita aſſequutio plurium beneficiorum incompatibilium ſimul, ſed retentio, vnde qui obtinuit, regulariter habet electionem retinendi quod vult, *cap. referente*, vbi Butr. *num.* 7. *de prabend.* Capt. *reg.* 96. *num.* 87. Rota *deciſ.* 721. *num.* 2. *p.* 1. *recentiſſ.* Vnde ſi duos huiuſmodi Canonicatus quis ſimul retinere perrexit, vtroque ipſo iure eſt priuatus, Rota *deciſ.* 559. *num.* 1. *p.* 2. *recentiſſim.* & ex ſententia eiuſdem Sacræ Congregationis docent Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 381. *in* 3. *declar.* Armendar. *d. loco num.* 43. quos refero *d. al-*
legat. 62. *num.* 29. † Nec præſumpta diſpen- 17
ſatione, in qua fundatur reg. de triennali, ſe teneri, & defendere poteſt, idem Garc. *d. cap.* 5. *num.* 381. *in declar.* Armendar. *d. loco, num.* 44.

[Vtrùm autem Capellania ſit incompatibilis cum Canonicatu in eadem Eccleſia? vide latè Rotam *deciſ.* 140. *per tot. p.* 2. *recentiſſim. in poſthum.* vbi in caſu huius deciſionis Domini de Rota cenſuerunt capellaniam, de qua ibi, perſonalem reſidentiam requirere, ac proinde incompatibilem eſſe cum Canonicatu, ex ipſius capellaniæ fundatione, per quam capellani toto anni tempore obligantur ſingulis Dominicis, & duplicibus feſtiuis diebus ad inſtar aliorum beneficiatorum Miſſis, Veſperis, & proceſſionibus intereſſe, quæ per Canonicos, & beneficiatos celebrantur, & præterea ſtatuitur capellaniæ fructus eſſe diuidendos more diſtributionum quotidianarum, quæ præſentibus in choro dictæ Eccleſiæ dari conſueuerunt. Perſonalis tamen reſidentia præcisè non arguitur, ex eo quòd probetur capellanum teneri celebrare, & ſeruire, quia hoc poteſt etiam fieri per alium. Lap *alleg.* 35. *num.* 2. *& alleg.* 127. *num.* 2. Ferret. *conſ.* 305. *num.* 4. Rota *deciſ.* 155. *num.* 2. *p.* 2. *recentiſſim.* vbi ſubdit tunc cenſeri probatam reſidentiam perſonalem quando in fundatione dictum fuerit quòd per alium prouiſus celebrare non valeat. Vnde Sacra Congregat. Concil. teſte Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 243. *in* 3. *declar.* cenſuit capellaniam, cui adiunctum eſt onus deſeruiendi in choro, obtineri non poſſe cum Canonicatu: & iterum *in vna Ferrarien.* 4. *Decemb.* 1627. fuit reſolutum quòd capellanus in Eccleſia Cathedrali tenetur ad reſidentiam ſtante fundatione ſuæ capellæ cum onere quarundam Miſſarum, & inſeruiendi in choro.]

Eodem modo Canonicus obtinens Digni- 18
tatem perdit Canonicatum, Seraphin. *deciſ.* 1298. & Sacra Congregat. cenſuiſſe refert Garc. *dicta part.* 11. *cap.* 5. *num.* 244. [Dignitas enim etiam ſine Præbenda eſt incompatibilis ſub eodē tecto cum Canonicatu, Achil. *deciſ.* 8. *de Prabend.* Seraph. *deciſ.* 420. *num.* 2.

vbi

vbi, *n*. 1. ait diſpenſationem de retinẽdo Archi-
presbyteratum cum Canonicatu non facta
mentione de Præbenda illius, eſſe ſubrepti-
tiam, ſi Præbendæ ſint incompatibiles.] Ex
priuilegio tamen, vel conſuetudine poteſt
quis in vna Eccleſia fungi duplici officio, vt
ſit Theſaurarius, & Canonicus, ac propterea
duplices lucrari diſtributiones; quia obtinet
eas diuerſo iure, cùm inter Dignitates ſup-
pleat numerum Dignitarum, & inter Cano-
nicos ſuppleat numerum Canonicorum, nec
eget ſubſtituto, ita Garc. *de benefic. part.* 11.
c. 5. *num.* 245. vbi refert deciſionem Sacræ
Congregationis, Hoied. *de incompatib. bene-
fic. part.* 1. *c.* 11. *num.* 4. Filliuc. *tom.* 3. *tra-
ctat.* 41. *c.* 1. *num.* 18. *verſicul. ſextum*, Raguc.
de voce Canon. quæſtion. num. 1. Monet. *de di-
ſtribut. quotid. part.* 2. *quæſt.* 4. *à num.* 6. vbi,
num. 18. ſubdit ad inducendam huiuſmodi
conſuetudinem, cùm non ſit contra ius, ſed
ſolùm præter, requiriri dumtaxat ſpatium
decem annorum. Cui quidem conſuetudini
permittenti vt in eadem Eccleſia Dignitas
cum Canonicatu per eundem obtineri, &
retineri poſſit, non cenſetur derogatum de-
creto Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de re-
form.* vbi diſponitur quòd habenti beneficium
competens, non poſſit conferri alterum, ſicut
ex ſententia eiuſdem Sacræ Congregationis
reſoluit Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 246. *&*
19 *ſeqq.* † Vigore tamen huius conſuetudinis
non poteſt obtinens Canonicatum, cui poſt
Concilium iniunctum eſt onus Pœnitentiarij,
obtinere Dignitatem in eadem Eccleſia, quia
conſuetudo ſtrictè eſt interpretenda; tum
quia nemo poteſt eſſe triplex in eadem Eccle-
ſia, idem Garc. *d. cap.* 5. *num.* 249. [Et ſi nar-
retur Dignitatem inſimul cum Canonicatu
conſuetam eſſe obtineri ſine diſpenſatione
Apoſt. narratiua hæc minimè iuſtificari po-
terit, ex vnica prouiſione, vt fuit reſponſum
in vna Ortolen. Canonicatus 10. *Iuly* 1620.
coram Remboldo, cuius meminit Lotter. *de
re benef. lib.* 3. *q.* 8 *num.* 112. Conſuetum enim
fieri non poteſt dici quod ſemel tantùm fa-
ctum eſt, ideoque ſaltem duo actus neceſſarij
ſunt. gloſſ. *verb. conſuetudinis in l. nemo C. de
Epiſc. aud.* Creſcent. *deciſ.* 1. *de conſuet.* Se-
raphin. *deciſ.* 381. *num.* 2.

Non tamen Canonicus per huiuſmodi ac-
quiſitionẽ Dignitatis deſinit eſſe Canonicus,
nec amittit ius ſibi vti Canonico competens,
iuxta deciſionem Putei 100. *lib.* 3. & tradita
per Natt. *conſ.* 44. *n.* 7. itaut etiã diſtributiones
vti Canonicus accipiat. Card. *conſ.* 53. refert
& ſequitur Rota *deciſ.* 91. *num.* 4. *p.* 2. *recen-
tiſſ.* in poſth. Farinacij, vbi ſubdit ius com-
petens tali Canonico vti antiquiori præſiden-
di in choro, illi non competere niſi ſedeat in
Sede Canonicali, in qua fuit inducta conſue-
tudo: vnde Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 16.
num. 99. ex Rota *in Segnntina præſidentia* 12.
February 1614. coram Seleucien. *Archie-
piſcopo* tenet quòd obtinens Dignitatem, &
ſimul Canonicatum, non poteſt ea, quæ per-
tinent ad Canonicatum, exercere in Sede Di-
gnitatis, ſed tantùm in Sede Canonicali: &
vice verſa non poterit in Sede ſuæ Dignitatis
ſedere tanquam Canonicus, neque exercere,
quæ ad Canonicatum pertinent, ſed ea dum-
taxat, quæ pertinent ad ſuam Dignitatem:
etſi enim eadem perſona poſſit ſuſtinere vicem
duorum etiam in actibus reſpectu vnius qua-
litatis incompatibilis, vt omnes notant *in d.
c. à collatione, de appellat. in* 6. tamen pro cui-
tanda confuſione illæ qualitates diſtinguuntur
ex diuerſitate Sedis. Lotter. *vbi ſuprà, num.*
95. *&* 96. Si quis autem diſpenſetur ad plura
beneficia, diſpenſatio huiuſmodi extenditur
ad licentiam non reſidendi in vtroque, ſed
in ſolo altero, cùm ſint neceſſariò, & inſepa-
rabiliter connexa. gloſſ. *verb. retinere, in cap.
non poteſt, de Præbend. in* 6. Gambar. *de Legat.
à latere lib.* 10. *num.* 230. Sayr. *de cenſur. lib.*
7. *c. fin. num.* 14. *&* 21. Sanch. *de Matrim.
lib.* 8. *diſp.* 1. *num.* 19. Rota *deciſ.* 337. *num.* 1.
p. 2. *recentiſſim. in poſthum.* At quando ac-
ceſſoria ſunt a principali ſeparabilia, itaut di-
ſpenſatio ſuper principali impetrat ſuum effe-
ctum abſque ea extenſione, non extenditur
ad ea acceſſoria, vt videre eſt in diſpenſatio-
ne ad non reſidendum, quæ minimè exten-
ditur ad fructuum conſequutionem, qui ab
abſentibus perduntur; Gambar. *d. lib.* 10. *num.*
242. Sanch. *diſp.* 1. *num.* 20. vbi ſubdit hanc
diſpenſationem ſolum operari ne is priuetur
beneficio ob reſidentiæ defectum: ſi verò
Papa diſpenſet cum aliquo ſuper perceptione
fructuum abſque eo quòd non reſideat, eo
ipſo cenſetur diſpenſare ſuper reſidentia, ead.
Rota *d. deciſ.* 337. *num.* 2.]

Filius illegitimus, cuius pater poſſeſſionem 20
alterius Canonicatus in eadem Eccleſia ap-
prehendit, licèt in ea non miniſtrauerit, nec
viſus fuerit, nec aliquid perceperit ex fructi-
bus ipſius Canonicatus, comprehenditur de-
creto Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de re-
form.* ad hoc vt non poſſit in eadem Eccleſia
Canonicatum, ſeu aliud beneficium obtinere.
Ille verò, cuius pater ſola Pontificis ſignatura
ſibi obtinuit conferri Canonicatum eiuſdem
Eccleſiæ, ſed neque litteras Apoſtolicas ex-
pediuit, neque vnquam habuit poſſeſſio-
nem, ſub illo non comprehenditur, ita ex
ſententia Sacræ Congregationis reſoluit
Nicol. Garc. *de benefic. parte* 7. *c.* 3. *num.* 56.
& eſt caſus ſingularis, quem decidit eadem S.
Congreg. Concil. *ſub die* 17. *Auguſti* 1626.
quòd † *Canonicatum in Eccleſia, in qua pater,* 21
obtinere non poteſt illegitimus ex Canonico, qui

fuit deinde legitimatus per ſubſequens matrimonium.

Item eadem S. Congreg. *ſub die 23. Auguſti* 1631. cenſuit *filium ex legitimo matrimonio natum egere diſpenſatione aliàs ex gratia concedenda, vt poſſit immediatè obtinere beneficium de iure patronatus, quod obtinuit pater, ad quod beneficium in fundatione ſunt vocati proximiores de genere.* [Secus ſi beneficium mutaſſet ſpeciem, veluti cùm Portio erecta eſt in Canonicatum. Achil. *deciſ.* 1. *num.* 3. *de fil. Presbyt.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 5. *in princ. ſub num.* 33. Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 48. *num.* 210.]

CAPVT XLII. & vlt.

Canonicorum Capitulum quam habeat auctoritatem tam ipſo viuente Epiſcopo, quam Sede Epiſcopali vacante?

SVMMARIVM.

1 *Canonicorum collegium, ſeu Capitulum Cathedralis Eccleſiæ eſt veluti ſenatus quidam Eccleſiæ.*

2 *Canonici cuiuſuis Cathedralis bipartitò cerni & conſiderari poſſunt.*

3 *Capituli conſenſus non requiritur in adminiſtratione bonorum, & redditaum Eccleſiæ.*

4 *Verba,* ſolus Epiſcopus cognoſcat, *intelliguntur reſpectu moleſtantis, non autem reſpectu Capituli connexi Epiſcopo.*

5 *Verba,* ſolus Epiſcopus poſſit degradare, *non concludit Capitulum concurrere in degradatione, ſed alios Epiſcopos.*

6 *Iuriſdictio quando datur alicui, vt ſolus cognoſcat, cenſetur ſublata iuriſdictio alterius.*

7 *Capituli conſenſus requiritur in rerum Eccleſiaſticarum alienatione, quæ ad Cathedralem Eccleſiam pertineat.*

8 *Capituli conſenſus requiritur in vnione vnius Eccleſiæ alteri Eccleſiæ, ſeu Dignitati, vel Præbendæ per Epiſcopum facienda.*

9 *Vnio poteſt fieri per Epiſcopum abſque Capitulo vbi extaret conſuetudo in contrarium.*

10 *Vnio ●bi fit ab Epiſcopo tanquam Apoſtol. Sedis delegato, etiam Capituli conſenſus requiritur.*

11 *Capituli conſenſus non ſufficit in vnione facta ab Epiſcopo ipſi Capitulo, cùm non poſſit auctorizare in facto proprio, ſecus ſi fieret alicui Dignitati, vel Præbendæ Capituli.*

12 *Capituli conſenſus an exigatur in vnione à Legato de Latere facienda oſtenditur.*

13 *Canonici compelli poſſunt ad conſentiendum ſi nolint, & iuſta cauſa vnionis faciendæ ſubeſſet, quando conſenſus Capituli in vnione facienda per Epiſcopũ requiritur.*

[*Suppreßio Canonicatuum & beneficiorum non permittitur Epiſcopo ſine conſenſu Capituli.*]

14 *Capituli conſenſus in multis caſibus exigitur, itaut quod ſine ipſo ab Epiſcopo factum fuerit, nullius ſit roboris, & momenti.*

[*Sacramenta noua & antiqua mutare poſſunt Canonici abſque conſenſu Epiſcopi, &c. ibid.*]

15 *Capitulũ poteſt ſtatuere ſi interueniat præſentia, & conſenſus Epiſcopi in concernentibus ſtatum vniuerſalem Eccleſiæ, ſeu in iis, quæ tangunt particularia ipſius Capituli negotia, vt num.* 16.

17 *Capitulum non poteſt ſtatuere contra ius commune etiam interueniente conſenſu Epiſcopi.*

18 *Statutum à Capitulo conditum quòd deſcendentes ex genere infecto non admittantur ad beneficia Eccleſiaſtica, eſt inualidum.*

[*Concordiam ſuper iuribus Eccleſiæ quando facere poſsit Capitulum. ibid*

Requiſita quæ deſiderantur vt ſubſiſtant ſtatuta facta à Capitulo. ibid.]

19 *Conſilium Capituli in Epiſcoporum tractatibus vel negotiis plerumque eſt requirendum.*

20 *Conſilium Capituli per Epiſcopum eſt requirendum, non autem conſenſus exigendus in proceſsionibus edicendis, decernendis, dirigendis, atque deducendis.*

[*Conſilium Capituli ſui requirere tenetur Epiſcopus ad deſignandum quibus Canonicatibus quiſque Ordo impoſterum debeat eſſe annexus. ibid.*]

21 *Capitula Cathedralium Eccleſiarum vocanda ſunt, & admittenda ad Concilia Prouincialia.*

22 *Capitula Collegiatarum quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentia ad ſynodum Prouincialem ſunt vocanda.*

23 *Epiſcopus an teneantur ſequi Capituli conſilium in decernendo, aut ſtatuendo, quæ viſa fuerint opportuna in ſynodo, oſtenditur.*

24 *Capitula Eccleſiarum ex manifeſta, & rationabili cauſa poſſunt ceſſare à Diuinis in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, & diuinorum Officiorum celebrationem ſuſpendere.*

25 Ca

25 *Capitulum etiam ſemota aliqua ſpeciali conſuetudine ceſſationem inducere poteſt.*

[*Canonici abſentes à ciuitate an ſint vocandi in omnibus negotiis pertractandis à Capitulo. ibid.*

In negotiis agendis per Epiſcopum cum cõſenſu Capituli an vox Epiſcopum vno, vel duobus Canonicis faciat maiorem partem, & ſit attendenda? ibid]

26 *Deuolutio fit ad Epiſcopum tamquam ad immediatum ſuperiorem propter negligentiam Capituli Cathedralis Eccleſiæ in conferendis beneficiis, quæ ad ſuam collationem ſeparatim ab Epiſcopo pertinent.*

[*Legata facta Canonicis in dubio an cenſeantur relicta Capitulo. ibid.*]

27 *Capitulum Sede vacante inuentarium de rebus Eccleſiæ conficere tenetur.*

28 *Vicarium infra octo dies poſt mortem Epiſcopi conſtituere, vel exiſtentem confirmare omnino tenetur Capitulum.*

29 *Adminiſtratio iuriſdictionis reſidet penes totum Capitulum ante electionem Vicarij infra octo dies faciendam.*

30 *Capitulum Sede vacante ad Vicarij Capitularis electionem iteratis vicibus deuenire poteſt, abſque cauſa tamen nõ debet.*

31 *Capitulũ Sede vacante non arctatur ad conſtituendũ Vicarium intra illos octo dies, & ſucceſſiuè poteſt de per ſe adminiſtrare.*

32 *Sedes quando dicatur vacare vbi Epiſcopus transfertur ad aliam Eccleſiã, oſtenditur.*

33 *Vicarius vnus tantùm eligendus à Capitulo Sede vacãte niſi legitimè adeſſet immemorialis cõſuetudo duos, aut plures eligẽdi.*

34 *Capitulum Sede vacante duos Vicarios ſubſtituere poteſt, vt alternis menſibus Vicariatus munere fungantur, ſi legitimè probetur immemorialis conſuetudo, & illis qualitatibus ſint præditi, quas requirit Concil. Trid.*

35 *Vicario Capituli Sede vacante debet prouideri de competente ſalario.*

36 *Vicarij in electione ſi diſcordia fuiſſet inter Canonicos, & plures ad hoc officium aſſumerentur, magis idoneus, & habens qualitates Conc. remanere debet, cæteris remotis.*

37 *Capitulum quamuis non teneatur eligere perſonam in Vicarium de gremio ipſius Capituli, ſi tamen adeſſet idoneus cæteris paribus eſt præferendus.*

38 *Capitulum Epiſcopali Sede vacante eligere valet in Vicarium generalẽ Canonicum eiuſdẽ Eccleſiæ, qui in eadem ciuitate, & Eccleſia curam quoque gerit animarum.*

39 *Canonicus ex gremio Capituli in Vicarium Sede vacante electus de tempore diuinorum Officiorũ ſuo muneri, & officio incũbẽs diſtributiones quotidianas nõ percipit.*

40 *Vicarius Capitularis, qui ſimul eſt Canonicus, ſi in choro interueniat cum Canonicali apparatu vt diſtributiones quotidianas lucretur, debet ſedere in loco proprio ſui Canonicatꝰ antiquioribus non præcedẽdo.*

41 *Archidiaconus ſeu alia Dignitas maior poſt Pontificalem præfertur Vicario Capitularis etiamſi non ſit Canonicus.*

42 *Vicarius Capitularis occupare non debet in Eccleſia ſedem Archidiaconi, ſed debet ſedere in alia ſede portatili.*

43 *Capitulum Sede vacante in commiſſione Vicarij poteſt certum tempus præfinire, quo elapſo eius iuriſdictio expiret.*

44 *Capitulum poteſt Vicarium eligere cum clauſula quòd non duret niſi per annum.*

45 *Vicarius Capituli magis expedit vt eligatur liberè abſque vlla conditione mutationis, & aſſignatione aſſeſſoris.*

46 *Si Capitulum conſtituerit Vicarium ſimpliciter abſque temporis præfinitione, erit Officium durante Sedis vacatione.*

47 *Vicarij Capitularis electione facta, non poteſt Capitulum illum reuocare, niſi ex cauſa benè viſa Sacræ Congreg.*

48 *Vicarius à Metropolitano deputatus in* vim, cap. 16. ſeſſ. 24. *amoueri poteſt ad nutum ipſius Metropolitani.*

49 *Vicarius Capituli Sede vacante debet eligi Doctor, vel Licentiatus in iure Canonico, ſeu aliàs quantum fieri poteſt idoneus, ſi ſecus fiat, electio eſt nulla.*

50 *Vicarius Epiſcopi demortui non debet confirmari niſi eſſet Doctor.*

51 *Vicarius Capitularis debet eſſe Doctor in aliqua Vniuerſitate, non verò à perſona priuata.*

52 *Capitulum, vbi non eſſet Doctor, poteſt in ipſo actu deputationis Vicarij dare ei conſultorem Doctorem ſibi benè viſum partibus non ſuſpectum.*

53 *Doctor Theologus non poteſt eſſe Vicarius Capitularis Sede vacante.*

54 *Ætas vigintitrium annorum permitti poteſt in Vicario Capitulari, ſi aliàs eſt idoneus, non tamen expedit.*

[*Vicarius generalis, Prouiſor, aut officialis in Regnis Caſtellæ & Legionis debet eſſe in Sacris conſtitutus. ibid.*]

55 *Capitulum ſi infra octo dies poſt mortem Epiſcopi non prouiderit de Vicario, vel non idoneum elegerit, poterit Archiepiſcopus deputare Vicarium, ſeu Officialem in Eccleſia ſuffraganea.*

56 *Metropolitano negligente ſuum Vicariũ conſtituere Epiſcopus antiquior ex Suffraganeis in Metropolitana illam cõſtituere poteſt, Epiſcopo verò exempto negligente Epiſcopus propinquior deputare poterit.*

57 *Vicarius Capituli Sede vacante non poteſt*

cognoſcere de cauſis delegatis Vicario generali Epiſcopi, nec exequi diſpenſationes in Matrimonij impedimentis, & litteras in forma Dignum, quæ huiuſmodi Vicario Epiſcopi ſolent committi.

58 Diſpenſationes Matrimoniales directæ Epiſcopo, & eius Vicario generali, ſi Sedes vacare contingat, non poſſunt per Vicarium Capitularem expediri.

59 Capitulum, ſeu Vicarius Capitularis Sede vacante non poteſt exequi commiſſiones Apoſtol. in forma Dignum, & aliàs directas Epiſcopo, vel eius Vicario generali intuitu officij, vel ſub nomine Dignitatis.

60 Vicarius Capitularis Sede vacante executioni demandare poterit litteras Epiſcopo per Sacram Congregationem directas, & ab illo non exequutas, necnon illud, quod Epiſcopo mortuo per Bullam, ſeu Breue in cauſis iuriſdictionem importantibus conceſſum erat.

61 Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Sede vacante in ius Epiſcopale ſubintrat, & poteſt omnia facere, quæ ſunt iuriſdictionis, niſi expreſſè prohibita reperiantur.

62 Abſoluere ab excommunicatione poteſt Capitulum, à qua poterat abſoluere ipſo Epiſcopus, niſi ei fuerit à Sede Apoſtol. ſpecialiter interdicta poteſtas.

63 Confirmare electos, & præſentatos per patronos inſtituere poteſt Capitulum Sede vacante.

64 Confeſſores pro caſibus Epiſcopo reſeruatis aſſignare poteſt Capitulum Sede vacante.

65 Excommunicationes, & alias cenſuras, ac pœnas inferre, & exceſſus corrigere poteſt Capitulum, quatenus defunctus Epiſcopus poterat.

66 Cognoſcere de crimine hæreſis poteſt Capitulum Sede vacante.

67 Viſitare poteſt Diœceſim Capitulum Sede vacante, & ſic omnia loca, quæ poterat viſitare Epiſcopus.

68 Vicarius Capitularis Diœceſim viſitare poteſt quamuis id à Capitulo ſpecialiter ei non fuerit commiſſum.

69 Capitulum Sede vacante poteſt Diœceſim viſitare per ſe, vel per alium.

70 Capitulum Sede vacante poteſt tunc demum Diœceſim viſitare, quando lapſus eſt annus à poſtrema Antiſtitis viſitatione.

71 Capitulum poteſt viſitare Diœceſim poſt lapſum annũ à die vltima viſitationis per Epiſcopum factæ, tempore triennij non expectato, licèt dicatur Epiſcopum conſueuiſſe viſitare ſingulis triennijs.

72 Cognoſcere de arduis cauſis poteſt Capitulum Sede vacante.

73 Statuta condere poteſt Capitulum Sede vacante, quæ ad ſtatum Eccleſiæ pertineant, quæque durare debeant etiam tempore Epiſcoporum ſuccedentium.

74 Capitulum circa quotidianas diſtributiones nihil poteſt ſtatuere.

75 Capitulum non poteſt habere pro præſentibus Dignitates, vel Canonicos, qui nunquam in Eccleſia reſederunt, & Fidei profeſſionem nondum emiſerunt.

76 Defunctorum vltimas voluntates exequi poteſt Capitulum Sede vacante quæ ex iure ordinario competebat Epiſcopis.

77 Religioſos piarum voluntatum exequutores compellere poteſt Capitulum Sede vacante ad reddendas adminiſtrationis rationes.

78 Rationem ab adminiſtratoribus piorum locorum exigere poteſt Capitulum Sede vacante.

79 Vicarium generalem in ſpiritualibus, & temporalibus conſtituere poteſt Capitulum Sede vacante.

80 Deponere, & interdicere poteſt Capitulum Sede vacante.

81 Diſpenſare ratione epiſcopalis iuriſdictionis & cum illegitimis ad beneficium ſimplex poteſt Capitulum Sede vacante.

82 Diſpenſare, & abſoluere vigore Conc. ſeſſ. 24. de reform. c. 6. poteſt Capitulum Sede vacante.

83 Charitatiuum ſubſidium exigere poteſt Capitulum Sede vacante.

84 Capitulum non poteſt ſtatutum condere, quo charitatiuum ſubſidium in futurum ex parte minuatur.

85 Capitulum cognoſcere poteſt de cauſis in prima inſtantia vigore Conc. ſeſſ. 24. de reform. c. 20.

86 Matrimonio celebrando aſſiſtere poteſt Capitulum Sede vacante, & alij Sacerdoti aſſiſtendi licentiam concedere.

87 Licentiam concedere poteſt Capitulum Sede vacante, quam dare poſſet Epiſcopus.

88 Licentiam ædificandi Eccleſiam, vt acquiratur ius patronatus concedere poteſt Capitulum Sede vacante.

89 Pontificalia exercendi in Eccleſia vacante licentiam concedere poteſt Capitulum Sede vacante extero Epiſcopo.

90 Licentiam vt nouitij diſponãt de bonis temporalibus concedere poteſt Cap. Sede vacante.

91 Indulgentias concedere poteſt Capitulum Sede vacante.

92 Œconomos præficere poteſt Capitulum Sede vacante.

93 Portiones congruas aſſignare, & recognoſce-

re

re poteſt Cap. Sede vacante.

94 Commendare Eccleſias, ſiue beneficia ad tempus poteſt Capitulum Sede vacante.

95 Præſentatos Clericos à patronis admittere, ſiue inſtituere poteſt Capitulum Sede vacante.

96 Reſignationes beneficiorum recipere poteſt Capitulum Sede vacante.

97 Permutationibus beneficiorum auctoritatem præſtare poteſt Capitulum Sede vacante.

98 Vniones ex cauſa facere poteſt Capitulum Sede vacante, dummodo per eas iuriſdictioni Epiſcopali nihil detrahatur.

99 Capitulum Sede vacante, non poteſt ſupprimere quodcunque beneficium, & ſibi vnire.

100 Confeſſores approbare, & exponere poteſt Capitulum Sede vacante per Vicarium à ſe electum.

101 Commutare vltimas voluntates poteſt Capitulum Sede vacante in caſibus in quibus de iure communi poſſet Epiſcopus.

102 Matrimoniales cauſas cognoſcere poteſt Capitulum Sede vacante.

103 Capituli auctoritas an etiam in iis, quæ requirunt ſpeciale mandatum, tranſeat in Vicarium, oſtenditur.

[Capitulum Sede vacante extra viſitationem ex delictis contra certas perſonas inquirere poteſt. ibid.

Capitulum poteſt munus ſyndicandi contra officiales exercere. ibid.]

104 Capitulum Sede vacante poteſt facere ea omnia, quæ competunt Epiſcopo iure proprio, non autem alieno, hoc eſt, iuriſdictione Ordinaria, non autem delegata.

105 Exemptos viſitare non poteſt Capitulum Sede vacante, declarando vt num. 107.

106 Monaſteria Monialium, quæ viſitat Epiſcopus auctoritate Apoſtolica, non poteſt viſitare Capitulum Sede vacante.

108 Capitulum Sede vacante, non ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione, quæ illi competeret iure aliquo ſpeciali, ſiue accidentali.

109 Beneficia ſpectantia ad ſolam collationem Epiſcopi conferre non poteſt Capitulum Sede vacante.

110 [Quid ſi beneficia ſpectarent ad collationem Epiſc. cum conſenſu, vel conſilio. Et quid ſi ad eundem Epiſcopum pertinerent iure deuoluto.]

111 Donationem iuriſpatronatus confirmare non poteſt Capitulum Sede vacante.

112 Præbendarum, aut Portionum in ſuppreſſione non ſufficit Cap. conſenſus.

113 Capitulum Sede vacante ſuccedit in iure exercendi Pontificalia per Vicarios Epiſcopos.

114 Dimiſſorias litteras Clericis ſuæ Diœceſis dare poteſt Capitulum Sede vacante; vt ab alio Epiſcopo ordinetur, poſt annum à die vacationis concedere poteſt Vicarius Capitularis etiam infra annum laicis, qui expectant præſentari per patronos ad aliqua beneficia.

115 Vicarius Papæ etiam ſtatim poſt vacantem Sedem Apoſt. dimiſſorias litteras ad Ordines concedere poteſt.

116 Dimiſſorias etiam ad primam Tonſuram non poteſt Capitulum, ſeu Vicarius Sede vacante infra annum concedere.

117 Pœnam Concil. ſeſſ. 23. cap. 10. incurrit Capitulum, ſeu Vicarius Sede vacante concedens dimiſſorias infra annum vacationis quamuis illis vſus non fuerit is, cui conceſſæ fuerant.

118 Dimiſſorias litteras ad primam Tonſuram concedere poteſt Vicarius Capitularis etiam infra annum laicis, qui expectant præſentari per patronos ad aliqua beneficia.

119 Dimiſſorias ad Ordines dare non poteſt Capitulum Sede vacante infra annum; etiamſi haberet territorium diſtinctum, & exemptum.

120 Dimiſſorias concedere poſt annum, ſpectat ad Vicarium, & non ad Capitulum.

121 Capitulum Sede vacante, non poteſt infra annum vacationis dare licentiam Epiſcopo commoranti in ciuitate, vel Diœceſi, vt ordinet Regulares.

122 Teſtimonium idoneitatis facere poteſt Capitulum Sede vacante.

123 Capitulum ante lapſum anni vacationis Sedis poterit obtinenti facultatem à Sede Apoſtolica de ſuſcipiendo Ordine cum licentia ſui Ordinarij, hanc licentiam ſubordinatam concedere.

124 Capitulum infra annum concedere poteſt Epiſcopo extero exercitium Pontificalium & ordinationem propriorum ſubditorum, non tamen ſubditorum vacantis Sedis.

125 Dimiſſorias infra annum Capitulum per Vicarium à ſe electio concedere poteſt arctatis beneficiis tam habitis, quàm habendis.

126 Arctati occaſione beneficij recepti, & recipiendi qui dicantur, oſtenditur, & n. 127.

128 Diſpenſare poteſt Capitulum Sede vacante, ſeu illius Vicarius in interſtitiis temporum cum ordinandis in vim ſuarum litterarum dimiſſorialium.

129 Dimiſſoriæ litteræ à Capitulo Sede vacante rite, & recte conceſſæ per ingreſſum moderni Epiſcopi non expirant.

130 Capitulum Sede vacante contrauenìens decreto Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 10. quam pœnam incurrat, oſtenditur.

131 *Ordinati contra formam dicti* cap. 10. Con-
cil. *non gaudent priuilegio clericali.*
132 *An poſsint habere beneficiũ, & n.* 133. *&* 134.
135 *Epiſcopo mortuo nihil debet ab Epiſcopo
innouari.*
136 *Capituli Sede vacante poteſtas intelligi-
tur de Capitulo Cathedrali.*
137 *Formula creandi Vicarium Capitularem.*]

1 NON ſolùm vacante Sede, verùm
etiam ipſo viuente Epiſcopo [Ca-
nonicorum collegium, ſeu, vt paſ-
ſim vocatur] Capitulum Cathedra-
lis Eccleſiæ, auctoritatem habet, & poteſta-
tem in multis. [Eſt enim veluti Senatus qui-
dam Eccleſiæ, vt innuit Hieron. *in cap. Eccle-
ſia* 16. *q.* 1. Duaren. *lib.* 1. *de ſacris Eccleſ.
miniſt. cap.* 18. Marc. Anton. Columna *in
tract. de eccleſ. Redit. orig. p.* 2. *c.* 14. *num.* 8.
Valenz. *tom.* 1. *conſ.* 34. *num.* 199. Ideo pro
materiæ huius cap. faciliori cognitione ſcien-
2 dum eſt Canonicos cuiuſvis † Cathedralis
Eccleſiæ, bipartito cerni & conſiderari poſſe,
vno modo quatenus coniuncti, & copulati in
vnum corpus, Capitulum, ſeu Collegium ali-
quod conſtituunt: alio verò modo in quan-
tum repræſentant illam Eccleſiam, & illius
clerici ſunt, qua ratione, ſicuti docuit Pontifex
in cap. requiſiſti, ibi, *eſt Apoſtoli coniugio copu-
latus, de teſtam.* non poſſunt tales clerici vnam
Communitatem, ſiue vnum corpus conſtitue-
re, niſi cum Epiſcopo, qui caput ipſorum eſt,
clerici autem membra; & ideo non debent
diuidi nec ſeparari à capite. Bellarm. *conſ.* 20.
num. 7. Card. Tuſch. *tom.* 1. *lit. C. concl.* 54.
ſi verò conſiderentur in quantum efficiunt
Capitulum, ſeu Collegium, reuera etiamſi
Epiſcopus non interueniat, erunt & ſunt
vnum corpus, iuxta iura expreſſa *in c. Capi-
tulum S. Crucis, de reſcript. c. dilecta, de exceſſ.
Prælat.* quo caſu Epiſcopus non erit pars Ca-
pituli, vt probat tex. *in c. irrefragabili, verſ.
exceſſus, de exceſſ. præl.* & admonuit Abb. *in c.
eam te, num.* 3. *de reſcript.* refert Anguian. *de
legib. lib.* 2. *controu.* 4. *num.* 4. Deinde ſcien-
dum eſt ex mente eiuſdem Anguiani *citato
loco, num.* 11. *&* 14. in rebus & negotiis, quæ
ad ipſa Collegia, ſiue communitates ſpectant,
Canonicos conſiderari poſſe, vel tanquam
clericos Cathedrales Eccleſiæ, quo caſu Ca-
pitulariter congregati poterunt particularia
negotia ad ipſos ſpectantia ſine Epiſcopi con-
ſenſu tractare; vel tanquam Capitulum repræ-
ſentans ipſam Eccleſiam, quo etiam caſu non
poterit ardua, & difficillima negotia diſpo-
nere ſtatuendo, ſiue conſtituendo, neque illa,
quæ ſtatum vniuerſalem Eccleſiæ, vel ipſum
Epiſcopum concernunt, ſine eiuſdem Epiſco-
pi conſenſu, nec vice verſa ſine conſenſu, vel
conſilio Capituli pleraque negotia exequi po-
teſt Epiſcopus, iuxta *tit. de his, quæ fiunt à Præ-
lat. ſine conſenſu Capituli, per tot.*]
Primo igitur Capituli conſenſus requiritur 3
in adminiſtratione bonorũ, & redditnum Ec-
cleſiæ, ſi enim hæc omnia ſunt communia in-
ter Prælatum, & Capitulum, ad eos ſimul
ſpectare debet adminiſtratio, *c. nouit, c. quan-
to, c. ea noſcitur*, vbi Abb. *num.* 4. *de his, quæ
fiunt à Prælatis ſine conſenſu Cap.* Lap. *allegat.*
31. Selua *de benefic. part.* 2. *quæſt.* 22. *num* 45.
Cæſar de Graſſis *deciſ.* 5. *de his, quæ fiunt à
Prælat.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2.
quæſtione 62. *art.* 7. *&* 8. *quæſt.* 78. *art.* 12.
& 13. Felin. *in cap. edoceri, num.* 3. *&* 9.
de reſcript. Abb. *num.* 5. per text. ibi *in cap.
relatum* 12. *de teſtamen.* Seraphin. *deciſ.* 339.
num 1. Mantic. *deciſ.* 207. *num.* 4. Caualer.
deciſ. 57. *num.* 2. Rot. *deciſ.* 16. *& deciſ.* 183.
num. 1. *part.* 1. *recent.* & *in Gerunden. admini-
ſtrationis* 16. *February* 1629. coram P. P. D.
Veroſpio, *& in eadem* 11. *Decembris* 1630.
coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Deca-
no, quod adeò verum eſt, vt non cenſeatur
ſublatus hic conſenſus Capituli, & eius coad-
miniſtratio talium bonorum, & iuriſdictio-
nem, quamuis ſoli Prælato conceſſa ſpeciali-
ter videatur, vt benè per Bald. *in l.* 1. *num.* 4.
de bonor. poſſeſ. contra tab. † vbi ſi tertius refe- 4
rat moleſtiã Epiſcpo in iuriſdictione, & Papa
dicat, *ſolus Epiſcopus procedat*, illa verba in-
telliguntur reſpectu moleſtantis, non autem
reſpectu Capituli connexi Epiſcopo, & ibi
etiam notat Iaſ. *num.* 7. vbi qoòd natura ter-
mini taxatiui eſt excludere extranea, cuncta
autem pertinentia indulgere: hinc etiam
Papa dicat, *ſolus Epiſcopus poſſet degradare*,
† non tamen excludit Capitulum concur- 5
rens in degradatione, ſed alios Epiſcopos, *c.* 1.
& *ibi gloſſ. fin. de hæret. lib.* 6. Ioann. Mo-
nach. *num.* 1. Archid. *num.* 1. Ioann. Andr.
in princ. hinc denique ſi Papa in indulto di-
cat, *quòd ſolus Epiſcopus poſsit prouidere be-
neficia, ad quæ prouiſus ſolet per electionem
aſſumi*, non propterea excluditur Capitulum,
ad quod ſpectat electio, ſed diſpoſitio intel-
ligitur in præiudicium ipſius Papæ, Pute.
deciſ. 190. *num.* 2. *lib.* 3. Anaſtaſ. Germon. *de
indultis Cardinal. in §. ad beneficia, num.* 32.
& 39. Nec obſtat, quòd † ſi iuriſdictio datur 6
alicui, vt ſolus cognoſcat, cenſetur ſublata
iuriſdictio alterius, ſecundùm Beroi. *conſ.* 22.
num. 28. *volum.* 1. Rip. *de peſte, tit. de re-
mediis præſeruatiuis, num.* 62. Cott. *in me-
morab. verb. ſolus*, Mandoſ. *ad conſil. Rom.*
393. *litt. B.* Felin. *in c. paſtoralis, num.* 2. *li-
mit.* 3. *de officio Ordinar.* qui vnà cum Rip. ſo-
lùm limitat hoc dictum quando alteri compe-
teret iuriſdictio de conſuetudine, non autem
de iure communi, ex quo conſuetudini non
cenſetur derogatum, niſi expreſsè dicatur, &
ſic

ſic declarat text. *in l. viros*, *C. de diuerſ. offic. lib.12.* Menoch. *de præſumpt. lib.2. præſ.18. n.14.* vbi dicit hanc eſſe veram, & receptam ſententiam, nam huic fundamento poterit reſpondere quòd contrarium tenent Angel. *in l.1. num.1. C. vbi & apud quem*, probat Cotta *loco citato in fine*, Dec. *conſ.* 3. *num.* 7. *col.* 5. *verſ. ſupereſt reſpondere*, Iaſ. licèt videatur dubitatiuè loqui *in l. quòd in rerum*, §. *ſi quis poſt num.9. ff. de legat.* 1. Decian. *reſponſ.* 118. *num.* 23. *vol.* 2. Grammatic. *conſ.* 28. *num.* 6. Roman. *conſ.* 393. & 4 Menoch. *de arbitrar. lib.1. q.80. num.8.* ſed quicquid ſit de hac opinione, quatenus affirmatiua eſſet vera, procedit quando agitur principaliter inter duos, non autem quando agitur inter duos, & vnus ex illis ad cuius fauorem diſponitur, habet alium connexum, quia diſpoſita in illo habet locum etiam ad fauorem connexi, & ratio differentiæ eſt, quia quando agitur inter duos ſimpliciter, ſi alius non excluderetur, ſtatutum nihil operaretur, & fruſtrà occuparet membranas, vt dicit Cotta *loco allegato*, quæ ratio ceſſat quando agitur cum tertio, quia etiam quòd præſeruetur ius connexo, nihilominus diſpoſitio operatur, quia ille tertius excluditur.

7 *Secundò* Capituli conſenſus requiritur in rerum Eccleſiaſticarum alienatione, quæ ad Cathedralem Eccleſiam pertinent, *c. fine exceptione* 12. *q.*2. *c. vt ſuper*, §. *fin. de rebus Eccleſ. non alien. c.1. de his quæ fiunt à Prælat.* [Molin. *d. tract.*5. *diſp.* 11. *num.* 15.] Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 54. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 51. *in* 2. *edit.* [Pialec. *in praxi Epiſcop. p.2. c.2. num.9. in princip. verſ. ſimiliter*, latè Rota *in Treuentina beneficij* 12. *Nouembris* 1629. coram R. P. D. Queipſo impreſſa *p.5. diuerſ. deciſ.* 318. Seraphin. *deciſ.* 338. *num.* 2. vbi quòd in alienatione bonorum Epiſcopatus requiritur conſenſus Capituli, non vti perſonæ intereſſe habentis, ſed ſolùm tanquam ſolemnitas, & *deciſ.* 443. *n.* 4. vbi quòd in alienatione bonorum menſæ Epiſcopalis ſeparatæ à menſa Capituli requiritur conſenſus Capituli, ſed ſi probetur euidens vtilitas, defectus dicti conſenſus non obſtat, & *num.* 5. ſubdit conſenſum Capituli in huiuſmodi alienatione magis reſpicere ſolemnitatem, quàm ſubſtantiam alienationis] Ego ipſe *de officio & poteſtat. Epiſcopi*, *p.* 3. *alleg.*95. *num.*70. [Rota *deciſ.* 18. *num.* 3. *p.* 1. *recentior.* vbi quòd ſine huiuſmodi conſenſu facta alienatio eſt nulla, & debet Capitulum vocari in figura iudicij, Deci. *conſ.*603. *viſo puncto, num.*13. Anell. Amat. *conſ.*64. *num.*10. *tom.* 1. & Canonicorum ſubſcriptio interuenire. *c.*1. vbi *gloſ. fin. de his quæ fiunt à Prael.* & *ibi* I. noc. *in fine*, di ens in bonis Epiſcopalibus alienandis neceſſariam eſſe ſubſcriptionem Canonicorum maioris Eccleſiæ, ita quòd ſine ea non valeat alienatio, Bertrand. *conſ.* 6. *Alienatio rerum*, *num.* 5. *vol.*1. Couar. *var. lib.2. c.*17. *col.*1. Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. q.*644. Anell. Amat. *d. conſ.* 64. *num.* 11. vbi, *num.* 13. ex Gemin. *in d. c. fine exceptione*, *in fine verſ. gloſ. vlt.* ſubdit non ſufficere generalem Capituli mentionem habitam, ſed omnium Canonicorum nominationem eſſe exprimendam, & *num.* 14. addit adeò hanc ſolemnitatem requiri vt conſuetudine tolli non poſſit, & quod plus eſt, omnes ſe ſubſcribere debent, etſi non ſint eiuſdem voti, Capyc. *deciſ.* 148. *num.*6. Roland. *conſ.*90. *num.*21. *vol.*1. Vincent. de Franchis *deciſ.* 2. Bobadil. *in ſua politica lib.* 3. *c.*8. *num.* 181. Tepat. *recept. ſentent. tit.* 537. *de his quæ fiunt à maiori parte*, Caſtill. *lib.* 1. *de vſufructu*, *c.* 54. *num.*17. vbi loquitur de alienatione rerum Eccleſiæ. Alex. Trentacinq. *vari. reſolut. lib.* 1. *tit. quod cuiuſque vniuerſ. nom. reſol.* 1. *num.* 10. vbi quòd quando agitur de alienatione rerum ciuitatis, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſcribenda ſunt nomina ſingulorum, quia iſte actus eſt ponderoſus: Et vbi habet conſentire Capitulum, non ſufficit conſenſus ſingulorum de Capitulo, ſed requiritur conſenſus capitulariter. Rota *deciſ.* 484. *num.*6. *p.*1. *recentior.* Lotter. *de re benef. lib.*1. *q.*28. *num.*21.]

Tertiò in vnione vnius Eccleſiæ, alteri Eccleſiæ, ſeu Dignitati, vel Præbendæ per Epiſcopum facienda, aut ſi Religioſo loco donetur, præſertim irrequiſito eiuſdem Eccleſiæ Rectore, aut (ſi vacabat) defenſore ei non exiſtente, *c. antepenul. vbi gloſ. fin.* 12. *quæſtione* 2. *c. nuper*, *de his quæ fiunt à Prælat. Clem. fin. de rebus Eccleſ. non alien.* Rebuff. *in regul. de vnion. gloſ.* 11. *num.* 2. Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *c.* 26. *num.* 5. [Vgolin. *de officio Epiſc. c.* 52. §. 1. *num.* 1. Rot. *deciſ.*133. *num.* 2. *p.* 2. *diuerſ.* & *deciſ.* 294. *num* 17. *part.* 5. *diuerſ.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 5. *c.* 819. *num.* 3.] Seraphin. *deciſ.* 1078. *num.* 1. Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*6. *c.*28. *quæſ.*12. Nicol. Garc. *de benef. part.* 12. *c.*2. *num.* 145. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 198. *num.*17. *part.* 4. latè Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*2. *lib.*7. *c.* 29. *num.* 164. vbi, *num.* 183. id ait verum etiam poſt Concil. Trident. Et hic conſenſus Capituli poteſt interuenire etiam poſt vnionem, [cùm non ſit neceſſarius quòd in ipſo interueniat,] ex Rebuff. *d. gloſ.* 11. *num.* 20. Boër. *deciſ.*345. *num.* 3. 4. [Hoied. *de incomp. benef. p.*2. *c.* 3. *num.* 9. Ricc. *deciſ.* 198. *num.* 16. *p.* 4.] Azor. *d. q.* 12. *in fine*, Hoied. *de incomp. benef. part.*2. *c.*3. *num.* 9. [Hieron. Gabr. *conſ.* 200. *lib.* 1. Rota *d. deciſ.* 133. *num.* 9. *in fine*, *p.* 2. *diuer.*] Nicol. Garc. *d. c.* 2. *num.*147. *cum* ſeqq

ſeqq. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 578. *num.* 32. *& c.* 278. *num.* 30. vbi etiam reſoluit nullitatem vnionis ob defectum conſenſus Capituli à nullo poſſe opponi, cùm hæc exceptio illi ſoli concedatur, [quod etiam comprobat *d. tom.* 5. *deciſ.* 819. *num.* 17. contra Nicol. Garciam, & allegat pro ſe Rot. *deciſ.* 133. *num.* 10. *cum ſeqq. p.* 2. *diuerſ.* Quamuis contrarium, nempe in ipſo vnionis actu, vel incontinenti prædictum Capituli conſenſum adeſſe debere, itaut vnio ex defectu prædicti conſenſus ab initio nulla per eius exhibitionem poſtea factam non conualeſcat, exiſtimauerit Burſat. *conſ.* 285. *num.* 14. *lib.* 2. cuius opinionem veriſſimam iudicat Rota *d. deciſ.* 294. *à num.* 19. *p.* 5. *diuerſor.* vbi tamen *num.* 32. ſubdit illud ſine controuerſia receptum eſſe, quòd poſtquam de nullitate actus iudicium inceptum fuerit, conſenſus ſuperueniens nihil operatur.]

9 Vbi tamen extaret conſuetudo in contrarium, videtur vnionem poſſe fieri per Epiſcopum abſque Capitulo, vt per Fuſc. *d. lib.* 2. *c.* 26. *num.* 5. Petr. Greg. *de re benef. c.* 20. *num.* 6. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *num.* 152. vbi, *num.* 153. intelligit de conſuetudine generali, quæ eſſet conſuetudo propria, & non præſcriptio, quia tunc ſufficiet ſolùm tempus quadraginta annorum; quamuis huiuſmodi conſuetudinem in contrarium non valere teneant gloſ. *verb. conſentiente in d. Clem. ſi vna*, vbi Imol. & Bonif. *à num.* 16. Abb. *num.* 2. Felin. *in c. cùm cauſam, num.* 10. *&* 20. *de re iudic.*

10 Amplia Capituli conſenſum requiri etiam vbi vnio fit ab Epiſcopo tanquam Apoſtolicæ Sedis delegato, vigore Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *de reform. c.* 5. vbi, *iuxta formam iuris*, & ita deciſum fuiſſe atteſtatur Nicol. Garc. *d. c.* 2. *num.* 158. quem refero ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 66. *num.* 29.

11 Declara tamen non ſufficere Capituli conſenſum in vnione facta ab Epiſcopo ipſi Capitulo, cùm non poſſit auctorizare in facto proprio, quia tunc requiritur auctoritas Papæ, gloſſ. *verb. menſa, ad fin. in d. Clem. ſi vna*, quam ſequuntur *ibi* Cardin. *num.* 3. & Abb. *num.* 6. & alij, quos refert, & ſequitur Nicol. Garc. *d. c.* 2. *num.* 168. & cenſuit Rot. *in vna Peruſina beneficij* 4. *Iunij* 1608. coram bonæ mem. Penia, vbi quòd in vnione, quæ fit ad fauorem Capituli, quam ipſum non poterit auctorizare, requiritur auctoritas Papæ etiamſi fiat vigore Concilij, *d. cap.* 5. Secus verò vbi vnio fieret alicui Dignitati, vel Præbendæ Capituli, Rot. *deciſ.* ~88. *num.* 4. *parte* 1. *diuerſ.* immo etiam omnibus Præbendis diſtinctis, non ſimul, ſed ſepatâtim, & diſtinctè vnicuique, vt reſoluunt Nicol. Garc. *d. c.* 2. *num.* 170. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 234. *num.* 4. *in fine*, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloſ.* 37. *num.* 25. Concilium enim videtur facultatem concedere vniendi tenuibus Præbendis ſingulorum Capitularium, non tamen menſæ Capitulari, ſecundùm Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. par.* 4. *collect.* 1067. *in fine, & in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 488. *in* 1. *edit.* alias *reſolut.* 379. *num.* 4. *in* 2. *edit.* & ita de iure probat *d. Clem. ſi vna*, ad quam reſpicit Concil. Trident. *d. cap.* 5. ibi, *iuxta formam iuris.* Vbi verò diſtributiones quotidianæ, & etiam Præbendæ tenues fuerint, vel quando nullæ ſunt diſtributiones, & Præbendæ tenues, vel è contra, poterit Epiſcopus facere vnionem omnibus Præbendis, ſeu diſtributionibus ſimul, quia hoc caſu tenuitati diſtributionum ſuccurri poteſt per remedium *cap.* 3. *ſeſſ.* 21. *de reformat.* ita cenſuit Sacra Congregat. vt refert Nicol. Garc. *d. cap.* 12. *num.* 171. Ego ipſe *d. allegat.* 76. *num.* 33.

12 Vtrùm autem in vnione à Legato de Latere facienda exigatur conſenſus Capituli? nonnulli tenent non requiri, eo quòd ille nullum conſortium cum Capitulo habeat, vt habet Epiſcopus, ita Boër. *deciſ.* 513. *num. vnic.* Gambar. *de officio, & poteſt. Legati de Latere, tit. de poteſtate eius ad vnienda beneficia, num.* 58. Hoied. *de incompatib. benefic. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. Cæterùm ſic diſtinguendum eſt cum Mari. Socin. ſen. *in c. ſicut vnire, artic.* 6. *concl.* 14. *num.* 115. *de exceſſ. Prælat.* ſi eam vnionem faciat ex Pontificia commiſſione, in qua conſenſus Capituli mentio non fiat, non exigetur is conſenſus, quia tunc non vnit vt Ordinarius, ſed vt Pontificis delegatus, & ideo ſicut Pontifex poteſt abſque conſenſu Capituli vnire, ita & ipſe. Si autem id faciat ex ſua poteſtate ordinaria indiget conſenſu Capituli, quia tunc non ampliorem in beneficiis vniendis habet poteſtatem, quàm Epiſcopus: ſi ergo hic indiget conſenſu Capituli, ergo & ille, refert & ſequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 166.

13 Quid ſi Cànonici conſentire nolint, & iuſta cauſa vnionis facienda ſubeſſet, quando conſenſus Capituli in vnione facieuda per Epiſcopum requiritur? poſſe eos compelli probant Rebuff. *d. regul.* 21. *Cancell. gloſſ.* 11. *num.* 3. Azor. *d. cap.* 28. *quæſ.* 12. Mari. Socin. ſeu. *in d. c. ſicut vnire, artic.* 6. *concluſ.* 1. *num.* 92. vbi addit, alios allegans, exiſtente iuſta contradicendi cauſa contradictionem vnius ſat eſſe ad impediendam vnionem, refert Sanch. *d. cap.* 29. *num.* 64. *poſt princ.*

[*Quartò* in ſuppreſſione Canonicatuum & beneficiorum, quæ non permittitur Epiſcopo abſque conſenſu Capituli, & ſine legitima cauſa, *c. cùm acceſsiſſent, de conſtitut.* vbi Abb. *num.* 4. *&* 9. Felin. *num.* 17. & Deci. *num.* 45.

Azor.

Azot. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 30. q. 11. & 12.* Mantic. *deciſ. 114. num. 2.* Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 67. num. 5.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 12. c. 1. num. 1. & 2.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 5. c. 819. à num. 1.* vbi, *n. 12.* reſoluit quòd ex curſu triginta annorum præſumitur interueniſſe conſenſum Capituli, & *num. 15.* quòd talis conſenſus Capituli poteſt interuenire ex interuallo poſt ſuppreſſionem factam, & *num. 4. & 19.* quòd Canonicatus auctoritate Papæ confirmati cum præfixione numeri, & decreto irritanti non poſſunt ſupprimi per Epiſcopum, & *num. 5.* poſt Seraph. *deciſ. 1385. num. 2. & 3* & Gregor. XV. *deciſ. 483.* tenet quòd cauſa, ob quam fit iſta ſuppreſſio, debet legitimè, & plenè probari, itaut ſi allegetur diminutio reddituum; quæ eſt potentiſſima ratio reducendi & ſupprimendi beneficia; non ſolùm debeat conſtare de tali diminutione, ſed etiam erit probandum quòd iſta diminutio conſideretur reſpectu quantitatis aſſignatæ à principio erectionis Canonicatus, & beneficij, quæ præſumitur fuiſſe congrua, & ſufficiens pro oneribus incumbentibus, & aliis neceſſariis, & quod ad talem effectum ſuppreſſionis debet eſſe perpetua, non tranſitoria occaſione peſtis, vel ſimilis cauſæ. Vide ſuprà *cap. 3. num. 25.*]

14 *Quintò* in omni negotio, quod concernat præiudicium Eccleſiæ Cathedralis, Capituli conſenſus requiritur, [veluti quoad ſubiectionem, *c. vlt. de maior. & obed.* Piaſec. *loco proximè citato.*]

Sextò in his, quæ concernunt intereſſe Capituli. [Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 2. num. 9. in princ. per cap. vlt. de his, quæ fiunt à Præl.* veluti ſi Epiſcopus Dignitatem in Eccleſia conſtituere velit, Card. Mantic. *deciſ. 114. num. 3. cum ſeqq.*]

Septimò in his, quæ ſpectant ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul, aut quia promiſcuæ ſunt iuriſdictiones, aut quia ſpecialiter in negotio aliquo adinuicem conuenerunt, vel à Sede Apoſtol. eſt ita in ſpeciali caſu mandatum; nam Capitulum habens menſam ſeparatam ab Epiſcopo ſuo, poteſt ea de ſe, quæ poſſunt alij Rectores, & beneficiati, ita Foderic. de Sen. *conſ. 295.* Cardin. Tuſch. *tom. 1. litt. C. concluſ. 52. num. 1.*

[*Octauò* in caſu, quo diminueretur Eccleſiæ auctoritas, *c. dilecti, de maior. & obed.* Piaſec. *d. p. 2. c. 2. num. 9. verſ. item in caſu*]

Nonò vbi præter hos caſus talis eſt conſuetudo, vt ſcilicet tale negotium ſine conſenſu Capituli non fiat; veluti confirmatio electorum, quæ ſecundùm Archidiac. *in cap. fin. de elect. lib. 6.* fieri debet cum conſenſu Capituli, vbi, inquam, eſt conſuetudo. Et in his caſibus, quod ab Epiſcopo ſine conſenſu Capituli factum fuerit, nullius erit roboris, & momenti.

[Poſt hæc ſcripta inueni de hac materia nouiſſimè Theodoſ. de Rubeis *ſingularium Rotæ tom. 2. p. 3. verb. Abbas §. 4. pag. 117.* vbi poſt Abb. *in cap. cùm conſuetudinis num. 8. de conſuet.* Henric. Bottæ. *in tract. de Synodo Epiſcop. p. 3. num. 132.* & Rotam, quam ibi citat, tenet Epiſcopum in condendis ſtatutis conſilium Capituli adhibere debere: niſi in quibuſdam caſibus, vtputa ſi agatur de re communiter ſpectante ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul, quia tunc non ſufficit conſilium, ſed requiritur etiam conſenſus. Abb. *vbi ſuprà, num. 4. & in cap. quanto, num. 7. de his, quæ fiunt à Præl.* Item vbi ſumus in arduis in quibus etiam debet interuenire conſenſus Capituli. Abb. *in d. cap. cùm conſuetudinis, ſub num. 5.* Henric. Bottæ. *vbi ſuprà, num. 142.* Sicut etiam requiritur in corrigendis exceſſibus, & exercenda iuriſdictione. Anton. Gabr. *commun. tit. de crimin. concl. 36. in fine.* Item requiritur conſenſus Capituli quando agitur de præiudicio Eccleſiæ. Abb. *in d. cap. quanto, num. 7. & in cap. cùm dilectus, num. 11. de conſtit.* Henric. Bottæ. *vbi ſuprà, num. 142.* Quæ omnia, ait Theodoſ. de Rubeis, ſunt intelligenda quando Epiſcopus procedit iure ordinario, quia in his, in quibus procedit vigore Concilij Trident. vel Sedis Apoſt. delegatus, nullam habet communionem cum Capitulo; neque indiget aliqua ſtatutorum adiectione.]

Paramenta noua & antiqua mutare poſſunt Canonici abſque conſenſu Epiſcopi, & de aliis mobilibus non pretioſioribus diſponere, quatenus non adſit conſuetudo quòd de conſenſu Epiſcopi id fiat, S. Congr. Concil. *in Naxien. 23. Auguſti 1631.*

Sed an, & quando Capitulum poſſit ſta- 15
tuere videtur in præſenti indagandum, in quo dubio reſpondendum eſt affirmatiuè in his, quæ concernunt ſuam communitatem, ſeu collegium, [& ſic circa negotia, quæ ipſos ſolos tangunt, & non Epiſcopum, nec ſtatum Eccleſiæ, & hoc ſine conſenſu Epiſcopi,] ita gloſſ. *verb. ſtatutum, in c. 251. de verbor. ſignificat. lib. 6.* Doctores, [& præcipuè Imol. *num. 4.* & Beto. 42.] *in c. cùm omnes, de conſtitut.* Dec. & Felin. *in c. cùm acceſſiſſent, vterque num. 9. eod. tit.* vbi Abb. *num. 4. idem in c. 1. n. 14. de his, quæ fiunt à maiori parte Cap.* [Menoch. *conſ. 28. num. 33.* Ioſeph. Seſſe *Aragon. deciſ. 70. num. 14. tom. 1.* latè. Anguian. *de legib. lib. 2. controu. 4. num. 12.* vbi intelligit poſſe ſtatuere ſponte & pro arbitrio ſuo abſque Epiſcopo in ſpectantibus ad ſuam communitatem, ſeu collegium. Beltram. *conſ. 262. vol. 8.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practic. Eccleſ. q. 675.* vbi intelligit de ſtatutis,

quæ

quæ non tangunt Epiſcopum, nec ſtatum Eccleſiæ, ſed ſua negotia ſingularia, putà quòd certo modo quotidianas obuentiones diſtribuant, &c. Cardoſ. *in praxi iudicum*, *verb. Canonicus*, *num.* 6. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 14. *num.* 88.] Seraphin. *deciſ.* 530. *num.* 4. [Vgolin. *de officio & poteſt. Epiſcopi p.* 1. *c.* 19. *num.* 1. *verſ. quarto*, Præpoſ. *in c. Catholica*, *in verſ. nota quòd vnaquæque Eccleſia*, *diſt.* 11. & *ibi* Gemin. *num.* 1.] Rota *deciſ.* 606. *num.* 1. *p.* 2. *recentiſsim.* Conſentiente verò Epiſcopo etiam circa ardua & concernentia vniuerſalem ſtatum, ſupra *reg.* 9. *num.* 1. Theodoſ. Rub. *in ſingul. Rota tom.* 2. *p.* 2. *circa ſtilum*, *verb. Capitulum* §. 2. Cæſ. de Graſſis *deciſ.* 4. *num.* 4. *de his, quæ fiunt à maiori parte Cap.* Seraphin. *deciſ.* 1447. *num.* 1. & 2. Rota *d. deciſ.* 606. *num.* 1. *in fine.*] & ſufficit conſenſus ſaltem tacitus, vt quia ſciuit, & paſſus fuit ſtatuta per Capitulum facta. Calderin. *conſ.* 2. *num.* 2. *de conſtit.* quem ſequitur Fel. *in c. cum omnes*, *num.* 10. *circa fin. verſ. reliqua in hac materia*, *de conſtit.* Rot. *in Illerden. ſtatuti* 19. *Maij* 1597. coram Corduba, & *in Paduana ſediliam* 26. *Ianuar.* 1618. coram bon. mem. Card. Sacrato. impreſſa per Farin. *deciſ.* 606. *num* 2. *p.* 1. *recentiſsim.*

16 Intellige de ſtatutis concernentibus ſtatum vniuerſalem Eccleſiæ, vel Epiſcopum, aut eius iura tangentibus, [in quibus caſibus non poteſt ſtatuere Capitulum ſine Epiſcopi conſenſu,] ſecus autem in his, quæ tangunt particularia ipſius Capituli negotia, vt declarat gloſſ. *d. verb. ſtatutum*, *verſ. ſi verò*, quam ſequuntur communiter Doctores, Cald. *d. conſ.* 2. *num.* 2. Butr. *in c. conſtitutus*, *num.* 35. *de reſcript.* Abb. *in d. cap. cum acceſsiſſent*, *num.* 4. & *ibi* Dec. *num.* 9. Ferret. *conſ.* 286. *num.* 1. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 32. *num.* 22. & 23. [Cardoſo *d. verb. Capital. num.* 9.] Benedict. Capra *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 24. *pag.* 154. Gregor. *deciſ.* 66. *num.* 11. [Gratian. *diſcept. c.* 482. *num.* 3.] & Rot. *in d. Illerden. ſtatuti*, & *in d. Paduana ſediliam*, quæ deciſiones loquuntur in concernentibus ordinationem chori. [& eadem Rota *deciſ.* 423. *num.* 1. & *deciſ.* 494. *num.* 6. *p.* 2. *recentiſsim.* loquitur in concernentibus diuinum cultum, & ſeruitium Eccleſiæ, latè Anguian. *de legib. lib.* 2. *controu.* 4. *num.* 14. vbi per gloſſ. Magiſtralem *in c.* 2. §. *ceterùm*, *de verb. ſign. lib.* 6. tenet non poſſe Capitulum ſine Epiſcopo diſponere circa negotia admodum ardua, ſtatuendo, ſiue conſtituendo per viam conſtitutionis, quantumuis ad Capitulum ſpectent priuatiuè. Inter negotia autem ardua, & difficilia aliqua in iure noſtro commemorata reperiuntur, ex quorum numero ſunt augere, ſiue minuere Præbendarum numerum, quod Capitulum efficere per ſe non poteſt, vt docent interpretes poſt gloſſ. *in c. cum acceſsiſſent*, *de conſtit.* & decernere, nouumve aliquid inducere circa reſidentiam Canonicorum, quod etiam Capitulum facere non valet, vt pariter tradiderunt DD. *in c. cum conſuetudinis*, *de conſuet.* Ex qua doctrina orta fuit deciſio tex. *in c. ex parte*, *de conſtit.* vbi ſtatuitur ab Honorio III. augmentum, ſiue diminutionem Præbendarum & ſimilia negotia ob dictam rationem iudicio Epiſcopi reſeruari, refert Anguian. *d. lib.* 2. *controu.* 4. *num.* 16.]

Intellige etiam ſupradicta, locum habere 17
vbi ſtatuta non fuerint iuri communi contraria, tunc enim non ſufficit conſenſus Epiſcopi ſed requiritur beneplacitum Apoſtolicum, quia Capitulum nec etiam interueniente conſenſu Epiſcopi poteſt ſtatuere cõtra ius commune, Oldrad. *conſ.* 259. *num.* 6. Feder. de Sen. *conſ.* 17. *per tot.* Alexan. *conſil.* 106. *num.* 2. *lib.* 2. & fuit reſolutum *in Hiſpalen. portionis*, *de Oſſuna* 10. *February* 1623. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, in qua fuit dictum fuiſſe † inualidum ſtatutum à Capitulo 18
conditum quòd deſcendentes ex genere infecto, nempè Iudæorum, Maurorum, vel Hæreticorum, non admittantur ad beneficia Eccleſiaſtica, cùm huiuſmodi ſtatutum ſit contra ius commune, de quo *in cap. eam te*, *de reſcript.* vt cenſuit Rot. *in Corduben. dimidia portionis* 28. *Iunij* 1628. coram R. P. D. Merlino, optimè Ferentil. *in annot. ad deciſ.* 750. *Baratt.* [& in alijs adductis per Theodoſ. de Rubeis *ſingular. Rota tom.* 2. *p.* 6. *obſeru.* 5. §. 7.

Aduerte tamen quòd in illis caſibus, in quibus omnimoda poteſtas faciendi ſtatuta reſidet penes Capitulum, ſiue totam communitatem, quatuor potiſſimum deſiderantur requiſita, vt ſubſiſtat, & valeat conditum ſtatutum. *Primum* quidem erit vt ſtatuentium conſenſus non quouis in loco, ſed in domo & parte publicis congregationibus deſignata præſtetur, Capitularibus non quomodocunque, vel ſingulariter, ſed per modum communitatis adſtantibus. *Secundum* requiſitum eſt quòd adſint, præſenteſque ſint duæ ſaltem partes Capitularium. *Tertium* vt omnes aduocentur. *Quartum*, & vltimum vt maior pars illorum, qui adſunt, ſtatuto conſentiant. Quæ requiſita commemorat Anguian. *d. controu.* 4. *num.* 30. 31. & 32. vbi, *num.* 33. addit *quintam* conditionem, vt maior illorum pars, qui ſtatuto Eccleſiaſtico conſentiunt, ſanior ſit, hoc eſt, conſtet ex perſonis maioris momenti & auctoritatis.]

Concordiam facere poteſt Capitulum nomine Eccleſiæ ſuæ ſuper iuribus Eccleſiæ, & iiſdem dubijs, & in controuerſiam deductis, quæ ſeruanda veniat, & liget etiam Canonicos

ſucceſſo

ſucceſſores, ſi interueniat auctoritas & decretum Epiſcopi, adhibita cauſæ cognitione, ac præuio diligenti tractatu, vt probat tex. *in cap. ſtatuimus*, vbi Abb. *num.* 1. *& ſeq. & in cap. de cætero*, vbi Innocent. *num.* 4. *&* 5. *& in cap. veniens*, vbi Card. *ſub num.* 2. *de tranſact.* Natt. *conſ.* 441. *num.* 9. Rot. *deciſ.* 759. *num.* 1. *parte* 2. *recent. & in Elnen. diſtributionum* 25. *Iunij* 1629. coram Reuerend. P. D. Duran. *& in Alexandrina funeralium* 1. *Iulij* 1630. coram R. P. D. Merlino, [quæ reperitur impreſſa nouiſſimè *p.* 5. *diuerſ. deciſ.* 402. Verùm autem tranſactio facta ab Epiſcopo cum Capitulo ſucceſſorem liget, vide Rot. *deciſ.* 218. *p.* 2. *recentiſſim. in poſth.* & an tranſactio ſuper decimis cum Capitulo valida ſit, Rot. *deciſ.* 270. *d. p.* 2.

De ſtatutis per Capitulum validè, vel inualidè faciendis, & de materia poſt hæc ſcripta inueni deciſionem Rotæ *in Illerden. ſtatuta* 3. *Decemb.* 1593. coram R. D. Corduba Epiſcopo Pacen. impreſſam per Marcheſ. *p.* 1. *§.* 1. *pag.* 553. quæ cùm plura ſcitu digna habeat, eam hîc tranſcribere non dubitaui. *Die Veneris* 3. *Decembris propoſui dubium an valeat ſtatutum factum à Capitulo Illerdenſi, quo ſtatuitur, vt ſi præcentor fuerit præſens in choro feſtis duplicibus ad omnes horas tam diurnas, quàm nocturnas per ſe, & non per ſubſtitutum, mulctetur tribus ducatis pro vnoquoque die applicãdis Canonico, cui ſeruitum fuerit, & quòd teneatur præſentare Succentorem idoneum admittendum à Capitulo, qui ſeruiat ſingulis diebus in choro, & aſsignetur illi ſalarium quadraginta ducatorum? Domini dixerunt prædictum ſtatutum non valere, quia licèt Canonici quarumcunque Eccleſiarum poſsint facere ſtatuta in ſua Eccleſia ſine auctoritate ſuperioris*, c. cùm omnes, de conſtit. cap. ſtatutum, de hæret. in 6. *Gemin.* in cap. 2. §. cæterum, num. 1. de verb. ſignif. in 6. *Ferret.* conſ. 286. *tamen non poſſunt ſtatuere ſuper reſidentia, vel ſuper ſtatu Eccleſiæ ſine conſenſu Epiſcopi*, *Anchar.* in repet. cap. 1. q. 6. num. 105. de conſtit. *Butri.* in cap. conſtitutus, num. 25. de reſcript. *Oldrad.* conſ. 181. *gloſ.* in verb. ſtatutum, in cap. 2. de verb. ſignif. *Felin.* in cap. cùm omnes, num. 7. in princ. de conſtit. *maximè quando ſtatuit circa impoſitionem pœnæ, quia eſt iuriſdictionis, quæ non cadit in Capitulum niſi Sede vacante, vt poſt Feder. de Senis notat Felin.* in d. cap. cùm omnes, num. 9. in fine, & num. 10. verſ. eſt aduertendum.

Neque obſtat, quòd Capitulo competat facultas ſtatuendi ſuper eo per quod redditur ad ius commune, & ſic contra conſuetudinem de non reſidendo ad Abb. in d. cap. cùm omnes in 2. not. *poſt Hoſt. & Ioan. Andr. quos citat Felin.* num. 7. *Deci.* 1. lect. 2. not. & 2. lect num. 6. in fine, verſ. nota ſecundò. *Ioan. Andr.* num. 59. verſ. tertiò nota, *gloſ.* in verb. tolli, in Clem. ne Romani, *&* ibi *Card.* q. 3. de elect. *Deci.* conſ. 199. num. 3. in fine, verſ. & ideo iſtud, *quod eſt prohibitum de iure, Crauet.* conſ. 973. num. 41. & num. 42. *& reddunt rationem conſuetudinis de non reſidendo, ſtatus Eccleſiæ reuertitur ad ius commune, quo omnes reſidere tenentur*, cap. 3. relatum, cap. inter quatuor, de maior. & obed. cap. 1. 21. q. 1. cap. ſanctorum 70. diſt. *Concil. Trid.* ſeſſ. 6. cap. 1. & 2. & ſeſſ. 23. cap. 1. *quaſi hic non tractatur ſuper reſidentia: nam Præcentor reſidet, vt deponunt teſtes, vt in eius ſummario; ſed ſuper certo numero per ipſum Præcentorem imponendo, nempe ſeruitio vigintiquinque dierum, quod reſpicit ſeruitium, ſiue exercitium Officij, in hoc enim adeſt iniquitas ſtatuti, quod nullam habet rationem iuſti impedimenti, quod ſuperuenire ei poteſt, ex quo per ſe munus explere non poſsit. Non etiam obſtat quòd Capitulum ſit in quaſi poſſeſsione ſtatuendi ſine Epiſcopo circa reſidentiam in his, quæ reſpiciunt chorum, & exercitium muneris vniuſcuiuſque*, vt in ſummario 1. 2. 3. & 8. teſtis ſuper primo & octauo: *nec dubium eſt quin conſuetudo ſi probetur, tribuat iuriſdictionem*, c. duo ſimul. c. irrefragabili, de offic. Ordin. c. cùm ex Officij, de præſcript. c. cùm contingat, de foro comp. *Roman.* conſ. 300. num. 1. *Bald.* in cap. 1. de elect. *Corn.* conſ. 322. num. 11. lib. 1. *quia, vt dictum fuit, de reſidentia non agitur, & cùm ſtatutum ſuper non reſidentia ſit contrarium diſpoſitioni decreti Concilij* ſeſſ. 24. cap. 12. §. prætereà, *quod inducit certam formam, dicitur contrarium iuri, vt illo Capitulum poſsit iuuari, neceſſarium eſt quòd probet quadragenariam cum titulo, quæ eſt impoſsibilis, ſi inſpiciamus Concilium, idem etiam ſi ius commune, quia contra* cap. nouit, de his quæ fiunt à Prælat. cap. fin. *vbi Doctor.* de conſuet. *Secundò, quia per huiuſmodi ſtatutum liberat ſe Capitulum à ſolutione ſalarij debiti Succentori, quoniam vult per Præcentorem illi aſsignari annis ſingulis ſcuta quadraginta. Nec facit quod dicitur id fieri ratione annonæ, cùm Præcentori non incumbat onus illud, quod deficit, Succentori ſupplendum, ſed Capitulum debet de ſuo prouidere. Tertiò, quia pœna trium ducatorum pro qualibet intermiſsione exercitij decreta, eſt alterata à conſueta in notabili quantitate, & commodum priuata cuiuſque burſæ: non autem Diuinum cultum reſpicit, licèt aliàs ſi fuiſſet communis omnibus, & in Eccleſiæ vtilitatem conuertenda pœna valuiſſet, vt tradunt ſcribentes* in dict. cap. cùm omnes *vbi Abbas* num. 3. *Felin.* num. 7. *Imol. & alij*, vt per *Deci.* in 1. elect. ſub num. 5. de conſtitut. *cum aliàs ſi non fuiſſet appoſita pœna, redderetur fruſtratorium, quia & factum in odium particularis perſonæ,*

dummodo rationabile valeret ad Felin. in d. c. cùm omnes, n. 21. *Bald.* in l. 1. in princ. n. 2. *Iaſ.* 9. & 18. Claud. 4. 10. & 11. de legibus, &c.]

19 Conſilium verò Capituli in Epiſcoporum tractatibus, vel negotiis plerumque eſt requirendum, videlicet in inſtitutionibus, & deſtitutionibus beneficiorum, *cap. nouit, de his quæ fiunt à Præl.* In diſpenſationibus, & confirmationibus, *cap. fin. cum gloſſ. 1. quæſt. 5. cap. quanto, illo tit. de his, quæ fiunt à Prælat.* & in aliis Eccleſiæ negotiis arduis, *d. cap. quanto,* [*cap. paſtoralis, de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Capit.* plures citat Brunor. à Sole *in locis communib. verb. Prælatus explicare ardua.*] ſicut etiam in inquirendis, puniendis, & corrigendis ſubditorum exceſſibus, *c. 1. de exceſſib. Prælat. cap. Epiſcopus nullus* 15. *q.* 7. quamuis enim in hoc ſecundùm gloſſ. *in d. cap.* 1. videretur olim Canonicorum requiri conſenſus, conſilium tamen ſatis eſſe colligitur ex *c. non eſt, de conſuetud. in* 6. quod neque requiritur ſi conſuetudo in contrarium extaret, *d. cap. non eſt,* gloſſ. *verb. præſentia in cap. degradatio, de pœnis lib.* 6. ſicut in aliis quoque, quæ diximus, contraria præualet conſuetudo, vt *in d. cap. ea noſcitur,* exceptis nonnullis, quæ nulla poſſunt conſuetudine præſcribi, vt alibi dicemus.

20 In proceſſionibus edicendis, decernendis, dirigendis, atque deducendis conſilium Capituli per Epiſcopum eſt requirendum, non autem conſenſus exigendus, Sacr. Congregat. Rit. *in Elboren.* 28. *Martij* 1628. & nouiſſimè *in Comçn.* 7. *Februarij* 1632. declarauit *ad Epiſcopum pertinere, cum Capituli tamen conſilio, indicere publicas proceſſiones & præſcribere quomodo, & quò ſint dirigenda, quod per Vicarium generalem abſente Epiſcopo requirendum quoque eſſe ab eodem Capitulo,* declarauit eadem S. Congreg. *in Vigilien.* 28. *Septembris* 1630. Et eadem S. Congreg. *in Oriolen.* 27. *Martij* 1632. *ad* 15. reſpondit *Epiſcopum in Synodo Diœceſana facere poſſe Conſtitutiones, Statuta, & Dereta, abſque conſenſu Capituli, debere tamen requirere illius conſiliũ, licet illud non teneatur ſequi, niſi in caſibus à Iure expreſſis.* Et *in reſp. ad* 14. cenſuit *poſſe Epiſcopum ſolum abſque conſenſu, vel conſilio Capituli Synodum Diœceſanam indicere, & publicare.* Et *in reſp. ad* 2. declarauit *pro generali viſitatione Diœceſis decreto Concil. Trident. cap. 3. ſeſſ. 24. de reform demandata poſſe Epiſcopum per ſe ſolum facere edicta generalia abſque conſenſu, ſeu conſilio Capituli.*

[Conſilium quoque Capituli ſui requirere tenetur Epiſcopus, & caſu, quo Canonicatus, & Portiones omnes ſuæ Eccleſiæ Cathedrales ex fundatione, aut antiqua conſuetudine, aut ſtatuto aliquem Ordinem Presbyterij, vel Diaconatus annexum non habent, vt ſcilicet cum prædicti ſui Capituli conſilio deſignare & diſtribuere valeat quibus quiſque Ordo in poſterum debeat eſſe annexus, itaut ſaltem pro dimidia parte ſint Presbyteri, cæteri verò Diaconi, vel Subdiaconi. Ita Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. verſ. Epiſcopi autem,* vbi iuſſit obſeruari conſuetudinem illam, quæ habuerit vt plures, vel omnes ſint Presbyteri: circa quam deciſionem Conciliarem in hac parte inuenio à Sacra Congreg. Concilij tres emanaſſe deciſiones. Prima eſt. *Epiſcopus cùm conſilio Capituli deſignare debet quibus beneficiis, vel Canonicatibus quiſque Ordo debeat eſſe annexus, non qualis perſonis, vel Canonicis, quia mandauit Synodus ſacros Ordines annecti Canononicatibus ipſis, vt in poſterum perpetua, & continua foret ſacrorum Ordinum aſſignatio, non ipſis perſonis poſſidentibus Canonicatus, ne opus foret ſingulis vicibus noua aſſignatione, accedẽtibus nouis Canonicis.* Secunda. *Epiſcopus auctoritate dicti decreti non poteſt imponere omnibus Canonicatibus Ordinem Presbyterij, ſed dumtaxat ſub hoc numero dimidiæ partis, comprehenſis Dignitatibus, vel iis, qui Dignitatem obtinent, nam reliqua pars manere poteſt ſolis Ordinibus Diaconatus, vel Subdiaconatus obnoxia.* Tertia. *In facienda diſtributione, ſeu deſignatione ſacrorum Ordinum Epiſcopus teneatur dumtaxat adhibere Conſilium ſui Capituli, non etiam aſſenſum eiuſdem expectare, quia poteſt etiam inuito Capitulo efficere id quod iudicauerit magis expedire.* Refert Stephan. VVeyms *in conſtit. 24. ex iure antiquo depromptas, & per Concil. Trid innouatas, conſtit. 4. in fine pag.* 40. vbi ait longè diuerſa eſſe in omni actu conſilium petere, & aſſenſum debere expectare, & allegat tex *in c. cùm olim, & ibi gloſ. de arbitr.* Bart. *in l. 1. §. ſi plures num. 7. ff. de exercit. action.* Vide ſup. *c. 16. poſt num.* 4.]

Præterea in hoc quoque Capituli auctoritas viuente Epiſcopo conſideratur quòd ad 21
Concilia Prouincialia Capitula Cathedralium Eccleſiarum vocanda ſunt, & admittenda, aut eorum nuncij, præſertim ad ea tractanda, quæ Capitula ipſa contingere dignoſcuntur, vt reſpondit Honorius III. *in cap. fin. de his, quæ fiunt à Prælat.* vbi Abb. *num.* 4. dicit procedere etiam in negotiis non tangentibus Capitula, Bottæ. *in tract. de Synodo par. 2. num.* 42. Quarant. *in ſum. Bullary, verb. Concilium Prouinciale, verſ. quartò quæro,* vbi Proſp. de Auguſt. *in addit.* reſoluit quòd † ſi tempore celebrationis 22
Concilij Prouincialis vacaret Sedes Cathedralis, Capitulum ſuccedens in iuriſdictione eſt ordinarius iudex, & debet de neceſſitate vocari, & poteſt comparere per Vicarium generalem cum ſpeciali mandato dandi vocem deciſiuam cùm ſit iuriſdictionis, quæ tranſit in Capitulum Sede vacante, additque Sacram cenſuiſſe Congregationem Capitula Collegiatarum

giatarum quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentia ad Synodum Prouincialem eſſe vocanda.

23 Verùm autem in decernendo, & ſtatuendo quæ viſa fuerint opportuna in Synodo, teneatur Epiſcopus ſequi conſilium Capituli? quæſtio eſt dubia, in qua videtur negatiuè reſpondendum, ex eo quia facultas condendi huiuſmodi ſtatuta dicitur eſſe meri imperij maximi, vt docet Bart. *in l. imperium. num. 8. ff. de iuriſdict. omnium iudic.* quam exornat Soar. *de legibus lib. 1. cap. 8. à num. 6.* iſtud autem merum imperium eſt in Epiſcopo, vt per Bald. *in rub. ſub num. 7. ad fin. verſ. vel dic quòd Epiſcopus, de conſtitut.* Imol. *in cap. cùm contingat num. 2.* per eum text. *de foro compet.* ac proinde prædicta poteſtas pendet à iure monarchico conſtituto in ipſo Epiſcopo, & per conſequens incommunicabili Capitulo, aut cuiuis alteri, quod vltra text. & illius rationem, *in l. 1. ff. de officio eius, cui eſt mandata iuriſd.* in terminis his noſtris optimè firmat Soar. *d. tract. de legibus, lib. 4. cap. 5. in 2. dub.* vt propterea, quod ſcriptum legitur *in dict. cap. nouit, & in cap. quanto, de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Cap.* circa conſilium requirendum per Epiſcopum, veniat reſtringendum ad ſtatuta ſuper alienationibus bonorum Eccleſiæ, vt aduertit Soar. *loco præcitato*, vel ad iudicia, & ſic ad iuriſdictionalia, non autem ad ea, quæ pendent à mero Imperio, & ipſo iure monarchico, & nihilominus etiam in illis caſibus, quamuìs aliqui voluerint conſilium in dictis Decretalibus ſumi pro conſenſu, quæ fuit opinio Vincentij, & Goffredi. Contraria tamen ſententia verior eſt, videlicet quòd nec in his Capitulum aliud habet quàm ſimplex conſilium abſque vlla neceſſitate Epiſcopi illud ſequendi, vt *in d. c. quanto*, præ cæteris docet Hoſt. *ſub num. 1. verſ. dic quòd cogitur*, Abb. *num. 4. & ſub. num. 5. verſ. & eſt mihi indubitabile*, plures citat Mandoſ. *de inhibit. q. 192. num. 2.* hanc eſſe communem ſententiam agnouit Rot. apud Archil. *deciſ. 57. aliàs 2. de offic. Ordin. ſub num. 7. verſ. communis tamen*, vbi *num. 3.* ait non reperiri textum aliquem, per quem probetur exigi conſenſum; & ſingulas rationes, & auctoritates, in contrarium diſcutit Pute. *deciſ. 92. à num. 3. lib. 3.* [In publicatione conſtitutionum Synodalium de iure requiritur etiam conſilium Capituli, *d. cap. quanto, de his, quæ fiunt à Prælato*, Henric. Bottæ. *de Synodo p. 3. num. 137.* Verall. *p. 1. deciſ. 222. à princ.* Camill. Borrel. *in ſumma deciſ. tom. 1. tit. 13. de legib. num. 28.* & atteſtatur idem Verall. *ead. part. 1. deciſ. 305. num. 4.* conſtitutiones de quibus ibi factas ab Epiſcopo de rigore iuris non fuiſſe ritè & rectè factas, quia non interuenit conſilium Capituli vt de iure requiritur, & *num. 3.* ait quòd vbi conſilium alicuius requiritur ad faciendum aliquem actum, debet priùs ille actus tractari in præſentia illius, & ſuper eo conſilium eius peti, & debito termino expectari reſponſum *cap. cùm olim*, vbi Abb. *num. 2. de arbitr.* quia Capitulum poſſit cauſas allegare, ex quibus Epiſcopus moueri poſſet, & meliores rationes ſumere pro expeditione actus gerendi.] Sed nouiſſimè Sacra Congr. Conc. *ſub die 5. Iuny 1627.* cenſuit *Epiſcopum in condendis ſtatutis in Synodo non teneri ſequi conſilium Capituli, niſi in caſibus à iure expreſſis.* Et eadem S. Congreg. *in Oriolen. 27. Martij 1632. ad 15.* reſpondit *Epiſcopum in Synodo Diœceſana facere poſſe Conſtitutiones, Statuta, & Decreta, abſque conſenſu Capituli; debere tamen requirere illius conſilium, licèt illud non teneatur ſequi, niſi in caſibus à iure expreſſis.* Et *in reſp. ad 14.* cenſuit *poſſe Epiſcopum ſolum abſque conſenſu, vel conſilio Capituli Synodum Diœceſanam indicere, & publicare.* Et *in reſp. ad. 2.* declarauit *pro generali viſitatione Diœceſis Decreto Concil. Trid. 3. ſeſſ. 24.* de reform. *demandata poſſe Epiſcopum per ſe ſolum facere generalia abſque conſenſu, ſeu conſilio Capituli.*

Item ex manifeſta, & rationabili cauſa poſſunt Capitula Eccleſiarum ceſſare à Diuinis in Eccleſia Cathedrali, aut Collegiata, & diuinorum Officiorum celebrationem ſuſpendere; *cap. irrefragabili, §. cæterùm, de offic. Ordin.* vbi non ſimpliciter conceditur Epiſcopo relaxare ceſſationem factam à Capitulo ſine ipſius conſenſu, ſed factam ſine cauſa rationabili, vel in eius contemptum: vnde ego *in collect. ad illum text.* teneo † Capitulum etiam ſemota aliqua ſpeciali conſuetudine ceſſationem indicere poſſe, vt videtur deduci ex *Clement. 1 §. in ceſſationibus, de ſentent. excom.* ibi, *quia ipſos hoc vnico lumine ad repellendas iniurias eis factas priuare nolumus*, quæ verba ſatis ſupponunt agere text. de his, qui iuriſdictionem non habent fori exterioris, tunc enim ceſſationem vnicum lumen non diceret. Nec his obſtat tex *in cap. ſi Canonici*, ibi, *ex conſuetudine, de officio Ordin. lib. 6.* quia referri poteſt ad conſuetudinem generalem, quæ admiſit vt Capitulum, & Conuentus ex prædicta ratione ceſſationem dicere valeat. Qamuis communis Doctorum reſolutio teneat ceſſationem à Diuinis ſine Epiſcopi auctoritate fieri à Capitulo non poſſe, niſi ipſum hanc poteſtatem ceſſandi à Diuinis ex conſuetudine, aut priuilegio acquiſierit, vt docent Cou. *in cap. alma mater, part. 2. §. 2. num. 6.* Henriq. *in ſumma lib. 13. cap. 54. in princip.* Fr. Emman. *quæſtionum Regul. tom. 2. q. 117. art. 1.* Auil. *de cenſur. par. 6. diſp. 2. dub. 1.* Sayr. *eodem tract. lib. 5. c. 17. num. 2.* Soar. *tom. 5. diſp. 39. ſect. 3. à num. 2.*

Line 24 (right margin): 24 — see paragraph "Item ex manifeſta".

[Verùm in omnibus negotiis pertractandis in Capitulo Canonici abſentes à ciuitate ſint vocandi? Quæſtionem mouet, & reſoluit Marc. Anton. Genuenſ. *in practic. Eccleſ. q. 570. à num. 1.* & reſpondet regulariter abſentes non eſſe vocandos, niſi in tribus caſibus, iuxta gloſſ. communiter receptam *in cap. 2. de teſtib. lib. 6.* in quibus de Eccleſiæ graui præiudicio agitur. *Primus* eſt in electione Prælati, *cap. cùm inter, cap. vniuerſis, cap. quia propter, de elect. Secundus* in ceſſatione à Diuinis ex conſuetudine competente, iuxta tex. *in d. cap. ſi Canonici, de officio Ordin. in 6. Tertius* in collatione Præbendarum, *cap. cùm in Eccleſiis, de præbend. lib. 6.* Deinde idem Marc. Anton. *à num. 3.* poſt Abb. *in d. c. cùm inter*, tenet quòd ſi occurreret caſus grauis ſimilis ſupradictis, ſunt vocandi abſentes, cùm non appareat ratio diuerſitatis, quare in illis tribus caſibus ſint vocandi: niſi propter grauitatem præiudicij; ergo in ſimilibus debent abſentes vocari, quia caſus exceptus à regula extenditur propter indentitatem rationis, *cap. cùm debita, de confirm. vtili.* Vide quæ dixi ſuprà, *cap. 39.*

An in negotiis agendis per Epiſcopum cum conſenſu Capituli, non Epiſcopi cum vno, vel duobus Canonicis, faciat maiorem partem, & ſit attendenda? Diſputat idem Marc. Anton. Genuenſ. *in practic. Eccleſ. q. 643.* & videtur remanere cum opinione Hoſtien. *in cap. poſtulaſtis, de conceſſ. præbend.* diſtingentis inter Epiſcopum, qui intereſt Capitulo vt Canonicus, & inter illum, qui intereſt tanquàm Prælatus, in primo caſu eius vocem reſpectu numeri non eſſe maioris auctoritatis ait quàm ſint aliæ voces aliorum, ſed æqualem eſſe cum aliis, & cenſeri vnicam; in ſecundo caſu tenet tantum valere eius vocem ſolam, quemadmodum omnes voces totius Capituli per ſe, & ſic cenſeri habere dimidiam partem, idem tenet Cardoſ. *in praxi iudicum, verb. Capitulum, num. 14.*]

26 Propter negligentiam Capituli Cathedralis Eccleſiæ in conferendis beneficiis, quæ ad ſuam collationem ſeparatim ab Epiſcopo pertinent, ad Epiſcopum tanquam ad immediatum ſuperiorem fit deuolutio, iuxta text. *in cap. 2. de conceſſ. præb.* vbi Panor. *num. 6.* reſoluunt gloſſ. *verb. Capitulum, in cap. irrefragibili, de offic. Ordinar.* expreſſit *lib. 9. tit. 17. parte 1.* vbi Gregor. Lopez, Rebuff. *in praxi benef. tit. de deuolut. num. 21.* Petr. Gregor. *rei benef. cap. 9. num. 40.* Azor. *d. cap. 27. q. 2.* Vbi autem beneficiorum collatio ad Epiſcopum, & Capitulum communiter ſpectauerit, tunc deuolutio ex capite ignorantiæ non fiet ad Epiſcopum, ſed potiùs ad Archiepiſcopum tanquam ad proximum Superiorem, *c. poſtulaſtis, de conceſſ. præbend.* cum latè per me adductis *de officio & poteſtat. Epiſcopi. par. 3. alleg. 126. num. 71. cum multis ſeqq ſecundùm Lugdunen. impreſſ.*

[Cùm fit mentio de Canonicis alicuius Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, venit Capitulum eiuſdem Eccleſiæ, quòd repræſentatur ex Canonicis. Vnde legata facta Canonicis, indefinitè, vel generaliter omnibus Canonicis, in dubio cenſentur relicta Capitulo, Ripa *in cap. cùm M. Ferrarienſis, num. 11. poſt princ. verſ. contra illud notabile, de conſtit.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 113. num. 6.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 22. & 24. ad fin.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 533. num. 15. cum ſeqq.* Caſſan. *conſ. 44. num. 20.* tanquam Capitulo ſcilicet & Collegio, non autem ſingularibus perſonis, vnde non diuiderentur æqualiter inter ipſos Canonicos, ſed adhibebitur diſtinctio qualitatum faciendo diſtributionem, prout ſolent diſtribui cætera bona ipſius Collegij, dando plus vni Canonico, quàm alteri, habito reſpectu Ordinis ſacri, ſeu antiquitatis, vel alterius qualitatis vnius cuiuſque ſecundùm ſtatuta Eccleſiæ, Couar. *in cap. requiſiuiſti, num. 10. de teſtament.* Card. Mantic. *d. tit. 6. num. 24. in fine, verſ. vnde puto quæſtionem*, Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neap. cap. 72. num. 7. ad fin.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 278. ad med. p. 1.* bene Anguian. *d. lib. 2. controu. 4. num. 19. & 20.* Stephan. Gratian. *d. cap. 133. num. 16.* vbi, *num. 18.* intelligit aliquos Doctores contrarium tenentes loqui quando adeſſent coniecturæ quòd Canonici fuerint contemplati vt ſinguli, putà ſi præceſſerint merita ſingulorum, vel quòd legata non poſſint conuenire ipſi Collegio, ſed ſingulis.

Hinc etiam quomodocunque Capituli mentio fiat, comprehenditur Decanus, quippe quòd de Capitulo exiſtit, & ſub nomine Capituli tanquam pars ſub toto inuoluitur, & continetur, vt voluit gloſſ. *in cap. cùm inter vniuerſas 18. de elect. & gloſ. verb. nullatenus, per tex. vbi in cap. poſt electionem, de conceſſione præl.* nec neceſſe erit Decani mentionem facere, vt cenſeri debeat comprehenſus ſub nomine Capituli Quòd ſi aliquando in iure noſtro repeteris expreſſam mentionem Decani alicuius Eccleſiæ, ſiue directum reſcriptum aliquod Decano, & Capitulo, vt *in cap. eam te, de reſcript.* totum id referendum eſt Dignitati, & qualitati, ſeu claritati ipſius Decanatus: negari enim non poteſt fulgere & coruſcare, ſeu exſplendeſcere inter alios Dignitatem Decanatus, vtpote quæ dignior, & nobilior eſt, teſte Caſſan. *in catal. gloriæ mundi parte 4. conſid. 37.* Boër. *de auctoritate magni Concilij, à num. 71.* iunctis iis, quæ habentur ſuprà, *cap. 7.* Ita optimè Anguian.

guian. *in tractat. de legib. lib. 2. contron. 4. num. 5.*]

27 Sede autem vacante [morte Epiſcopi, depoſitione, vel tranſlatione, aliquàve alia ratione,] inuentarium de rebus Eccleſiæ conficere tenetur, vt *in c. charitatem* 12. *q.* 2. & vbi fructuum percipiendorum munus incumbit, œconomum vnum, vel plures fideles, ac diligentes decernere debet, qui rerum Eccleſiaſticarum, & prouentuum curam gerant, quorum rationem ei, ad quem pertinebit, ſint reddituri, *c. hac huius* 12. *q.* 2. *c. quoniam, in fine* 75. Concil. Trident. *d. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 16. *in princ.* [Et ſic tenetur Capitulum reddere rationem Epiſcopo nouo de negotiis, ſeu inſtrumentis, & ſcripturis ad Eccleſiam pertinentibus, ſi ad Capitulum peruenerunt, ſiue de omnibus, quæ geſſit Sede vacante, Menoch. *de arbitr. caſu* 169. *num.* 8. Cardoſ. *in praxi iudic. verb. Capitulum, num.* 11.]

28 Item primo loco Officialem, ſeu Vicarium infra octo dies poſt mortem Epiſcopi, aut eius tranſlationem conſtituere; vel exiſtentem confirmare omnino tenetur, [aliàs illius deputatio deuoluitur ad Metropolitanum,] vt ſtatuit idem Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 16. [Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 1. *c.* 10. *num.* 7. Cardoſ. *in praxi iudicum, verb. Capitulum* 3. Raguc. *de voce Canon. q.* 37. Nicol. Garc. *de benef p.* 5. *c.* 7. *ex num.* 6. vbi, *num.* 22. ſubdit in electione Vicarij huiuſmodi non requiri quòd ſeruetur forma electionis præſcriptæ per Concil. *ſeſſ.* 25. *de regul. c.* 6. poſt *cap. quia propter, de elect.* quia iſti Vicarij vt plurimum ſunt temporales, & momentanei, & Concil. *in d. c.* 16. loquitur de conſtitutione, & non de electione. nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c.* 44. *num.* 1. Quamuis de iure communi non tenebatur Capitulum deputare Vicarium Sede vacante, ſed de per ſe poterat iuriſdictionem exercere. Sbroz. *de Vicario Epiſcopi lib.* 1. *q.* 16. *num.* 9. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, num.* 1.]

29 Ante electionem Vicarij infra octo dies faciendam eo tempore adminiſtratio iuriſdictionis reſidet penes totum Capitulum, vt reſoluunt [Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Capitulum* §. 3.] Quarant. *in ſumma Bullar. verb. Capitulum Sede vacante*, §. *duodecimò quæro, verſ. primo*, Aloyſ. Rice. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. poſt reſol.* 505. *in notab. de materia Vicarij à Capitulo Sede vacante, verſ. primo, & in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 305. *num.* 3. *par.* 4. Raguc. *de voce Canon. in Capitulo, q.* 37. *num.* 2. Ego ipſe *de officio, & poteſtat Epiſcopi, par.* 3. *allegat.* 54. *num.* 163. Sacr. Congreg. Concil. *ſub die* 19. *Septembris* 1620. vbi expreſsè *quòd donec durant dies electionis dicti Vicarij, iuriſdictio eſt penes Capitulum, non autem penes primam Dignitatem.* [Quamuis Petr. Foller. *in comment. ſup. conſtit. Regni; quæ incipit, Peruenit ad audientiam noſtram, num.* 75. & nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c.* 34. *num.* 7.] Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *q.* 61. exiſtimauit quòd ſtante præfixione termini octo dierum Archidiaconus ſuſtinet Vicarij vices.

Et ſi Capitulum Sede vacante ad Vicarij Capitularis electionem iteratis vicibus deuenire poteſt, abſque cauſa tamen non poteſt, vt declarauit Sacra Cong. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum *in Meſſanen.* 6. *Martij* 1618. [Poterit etiam Capitulum Sede vacante Vicarios pedaneos conſtituere, ſicut Epiſcopus poſſet illos conſtituere. Iauin. *de offic. & poteſtat. Capit. Sede vacante*, 2. *q.* 10. Molin. *de Iudic. tract.* 5. *diſp.* 11. *num.* 1. *verſ. Paninus.*] 30

Intra illos octo dies non arctatur Capitulum ad conſtituendum Vicarium, & ſucceſſiuè poteſt de per ſe adminiſtrare, ſecundùm Quarant. *vbi proximè, verſ. terminum*, quem refero ego ipſe *dict. allegat.* 54. *num.* 163. *in fine.* 31

Terminus autem præfatus octo dierum currit Capitulo etiam à die ſcientiæ tranſlationis Epiſcopi ad aliam Eccleſiam, quando tamen à Summo Pont. fuerit Epiſcopus abſolutus à vinculo prioris Eccleſiæ, vt dicit deciſum Quarant. *d. verſ. terminum*, & ſtatim poſt tranſlationem abſque alio conſenſu Epiſcopum tranſlatum perdere iura primæ Eccleſiæ, cenſuit Rot. apud Farin. *deciſ.* 475. *par.* 1. *recent.* & me citato *in collect. ad c.* 11. *num.* 5. *de tranſlat. Epiſcopi.* Ioan. Anton. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, requiſ.* 1. *dub.* 9. *ſecundùm Romanam impreſſ.* atteſtatur reſolutum Eccleſiam à qua volens transfertur; ſeu quam dimittit Epiſcopus, vacare ab eo tempore; quo idem Epiſcopus ab illius vinculo abſoluitur in conſiſtorio Sanctitatis ſuæ, etiam ante expeditionem litterarum Apoſtolicarum, vel adeptam poſſeſsionem ſecundæ Eccleſiæ: & poſteaquam huiuſmodi abſolutionis notitiam habuerit etiam ex teſtimonio, ſeu documento Secretarij Sacri Collegij, illicò teneri eum abſtinere ab exercitio Ordinariæ iuriſdictionis, eámque tranſire in Capitulum tanquam Sede vacante, & ita poſſe, & debere Capitulum ſtatim ea iuriſdictione vti, ac Vicarium iuxta Concilij *dict. cap.* 6. præſcriptum eligere, Sedémque vacantem publicare. 32

A Capitulo Sede vacante vnus tantùm Vicarius eligendus, niſi legitimè adeſſet immemorialis conſuetudo duos, aut plures eligendi, ſecundùm Quarantam *vbi ſuprà verſ. non dubitatur*, quem refero ego ipſe *d. alleg.* 54. 33

num. 165. *in princ.* Et dicit Raguc. *de voc.
Canonicor. quaſt.* 40. *num.* 8. quòd poteſt plu-
res Vicarios conſtituere æquè principales, &
vnum generalem, & alterum foraneum, ma-
ximè ſi eſt ampla Diœceſis; & ſtante imme-
moriali conſuetudine admittit Aloyſ. Ricc.
in deciſ. Curia Archiepiſcop. Neapolit. deciſ.
193. *part.* 4. & Sacr. Congregat. Concilij *in
Salernitana* 26. *Iulij* 1589. *& in Panormitana*
34 31. *May* 1592. cenſuit † *Capitulum Sede
vacante duos Vicarios ſubſtituere poſſe, vt al-
ternis menſibus Vicariatus munere fungantur,
ſi legitima probetur immemorialis conſuetudo,
& illis qualitatibus ſint præditi, quas requirit*
Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *de reformat.*
ita teſtatur Nicol. Garc. *in addit. ad tract. de
benefic. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 37. [Quamuis Pa-
uin. *de officio & poteſt. Capituli Sede vacante
p.* 2. *q.* 10. quem refert Molin. *de Iuſtit. tract.*
5. *diſp.* 11. *num.* 1. *verſ. Pauinus*, teneat in-
diſtinctè Capitulum Sede vacante poſſe con-
ſtituere vnum, aut plures Vicarios loco ſui.]
35 † Et huic Vicario debet prouideri de compe-
tenti ſalario, vt cenſuit eadem Sacra Cong.
ſub die 15. *Octobris* 1601.

36 Si diſcordia fuiſſet inter Canonicos in ele-
ctione Vicarij, & plures ad hoc officium aſſu-
merentur, magis idoneum, & habentem
qualitates Concilij remanere debere cæteris
remotis, tenent Quarant. *d. loco, verſ. ſecun-
dò dubitatur*, Aloyſ. Ricc. *poſt d. reſolut.* 505.
verſ. ſecundò. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 7.
num. 23. vbi refert ſic cenſuiſſe dictam Sacram
Congregat.

37 Quamuis Capitulum non teneatur eligere
perſonam in Vicarium de gremio ipſius Ca-
pituli, ſi tamen adeſſet idoneus, cæteris pa-
ribus ille eſt præferendus, vt per Garc. *d. c.* 7.
num. 13. [Marcel. Vulpe *d. c.* 44. *num.* 25.]
Quarant. *d. loco, verſ. ſextò dubitatur*, Aloyſ.
Ricc. *in deciſ. Curia Archiepiſc. Neopol. deciſ.*
180. *p.* 1. [Nec poteſt in talem Vicarium eli-
gere Parochum habentem curam animarum,
niſi illam gereret in eadem ciuitate & Eccle-
ſia, vt ex ſeq. deciſione conſtat.] Petitum fuit
à Sacra Cong. Cardinalium negotiis Epiſco-
38 porum, & Regulariū præpoſitorum, † *an Epi-
ſcopali Sede vacante Canonici eligere valeāt in
Vicariū generalem Canonicum eiuſdem Eccleſia,
qui in eadem Ciuitate, & Eccleſia curam quo-
que gerit animarum?* Sacra eadem Congr. af-
firmatiuè reſpondit, *in vna Orien.* 19. *Martij*
1619. *&* 19. *Iulij eiuſdem anni*, vbi etiam fuit
dictum, quòd *contraria deciſiones intelligun-
tur de Parocho rurali.*

39 Canonicus ex gremio Capituli in Vicarium
Sede vacante electus dum tempore diuino-
rum Officiorum ſuo muneri, & Officio in-
cumbit, diſtributiones quotidianas non per-
cipit, vt reſoluit Moner. *de diſtribut. quotid.
parte* 2. *quaſt.* 11. *num.* 83. & ſtante conſue-
tudine illum abſentem non excuſante admit-
tit Rot. *deciſ.* 222. *num.* 6. *par.* 2. *diuerſ.* Qua-
rant. *d. loco verſ. octauò dubitatur, in fine.* Qui
quidem † ſi in Choro interueniat cum Ca- 40
nonicali apparatu, vt diſtributiones quotidia-
nas lucretur, debet ſedere in loco proprio ſui
Canonicatus, antiquioribus non præceden-
do, vt tradunt Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit.
de officio Vicarij, deciſ.* 3. Quarant. *d. loco,
verſ. octauò dubitatur, in princ.* Aloyſ. Ricc.
in praxi fori Eccleſ. 475. *in* 1. *edit. aliàs reſo-
lut.* 499. *in* 2. *edit.* Sbroz. *lib.* 2. *quaſt.* 25.
num. 17. vbi *num.* 20. aduertit, quòd etiam
† quando non eligitur Vicarius ex Canonicis, 41
illi in proceſſionibus præferendus eſt Archi-
diaconus, ſeu alia Dignitas maior, & prima
poſt Pontificalem, refero ego ipſe *d. alleg.* 54.
num. 167.

Nec Vicarius huiuſmodi Capitularis oc- 42
cupare debet in Eccleſia Sedem Archidia-
coni, ſed debet ſedere in alia ſede portatili,
vt declarauit S. Congr. Rituum *in Nucerina*
10. *Aprilis* 1601.

Capitulum in commiſſione Vicarij poteſt 43
præfigere tempus, & modum procedendi, ſed
non poſtea, [cùm enim iuriſdictio Vicarij Ca-
pitularij dependeat ab ipſo Capitulo, poteſt
Capitulum illam ampliare, & limitare ex quo
ipſa iuriſdictio reſidet principaliter penes Ca-
pitulum, Pauin. *d. par.* 2. *q.* 10. *num.* 6. Mar-
cel. Vulp. *c.* 44. *n.* 28.] Raguc. *d. quaſt.* 40. *n.* 14.
& Sacra Congreg. Conc. cenſuit Capitulum
Sede vacante poſſe certum tempus in Vicarij
deputatione præfinire, quo elapſo iuriſdictio
expirat, vt teſtatur Garc. *in addit. ad tractat.
de benef. parte* 5. *c.* 7. *n.* 37. & ita poterit eli-
gere cum clauſula quòd † non duret niſi per 44
annum eadem Sacr. Congr. *ſub die* 17. *Iun.*
1617. At ego crederem melius fieri, † ſi Vi- 45
carius Capitularis Sede vacante eligatur liberè
abſque vlla conditione mutationis, & aſſi-
gnatione aſſeſſoris, prout cenſuit Sacra Con-
greg. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, &
Regularium præpoſitorum, Epiſcopo Caiet.
reſcribens, *ſub die* 28. *Octobris* 1587. † Si ve- 46
rò Capitulum conſtitueret Vicarium ſimpli-
citer abſque temporis præfinitione, eius offi-
cium durare durante Sedis vacatione reſoluit
Quaranta *d. verb. Capitulum Sede vacante,
prope fin. verſ. circa quam commiſſionem.* quem
refero ego ipſe *d. allegat.* 54. *num.* 173.

Et ſic facta electione Vicarij non poteſt 47
Capitulum illum ad libitum reuocare, & no-
uum conſtituere, vt tenent Aloyſ. Ricc. *in
collect. deciſ. parte* 5. *collect.* 1602. *in fine*, *&
in deciſ. Curia Archiepiſc. Neapol. deciſ.* 187.
parte 4. Raguc. *d. q.* 37. *num.* 4. Ego ipſe *d.
allegat.* 54. *num.* 171. niſi ex cauſa benè viſa
Sacræ Congregationi negotiis Epiſcoporum,

&

& Regularium præpoſitæ, vt ipſamet declarauit de *hoc anno* 1631. & antea idem reſpectiuè Capitulo Neapolitano 1. *Septembr.* 1603. & Nuncio Neapolis 22. *eiuſdem menſis & anni*, & Capituli Tarraconen. *die* 24. *Nouembris*, & Capitulo Aretino *die* 26. *Octobris* 1603. quicquid dicant Quarant. *d. loco num.* 3. *verſ. tertiò dubitatur*, & Zerol, *in praxi Epiſc. par.* 1. *verb. Vicarius*, §. 21. *verſ.* 3. [& citati nouiſſimè à Larrea Granaten. *deciſ.* 2. *num.* 4. nouiſſimè etiam Marcel. Vulp. *d. cap.* 44. *num.* 24.]

48 Vicarius verò à Metropolitano deputatus in vim *cap.* 16. *ſeſſ.* 24. quando in Sede vacante Capitulum, ad quod ſpectabat, intra tempus à Concilio præſcriptum illum non deputauit, amoueri poteſt ad nutum ipſius Metropolitani, vt cenſuit S. Congr. Conc. *in Liman.* 29. *Septembris* 1625.

49 Debet Vicarius Capituli Sede vacante eli-
gi Doctor, aut Licentiatus in Iure Canonico,
vel aliàs quantum fieri poteſt, vt ſtatuit Con-
cil. Trid *d. cap.* 16. ibi, *qui ſaltem in Iure Ca-*
nonico, &c. & docent Nauarr. *conſ.* 2. *aliàs vnic.*
de offic. Vicar. in nouis, Sayr. *in florib. deciſ. ſub*
illo tit. deciſ. 2. Garc. *d. par.* 5. *cap.* 7. *num.* 9.
Petr. Henriq. *conſ.* 90. Marcel Vulp. *d. cap.* 44.
num. 15. Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *q.* 36. *num.*
50 12. vbi *in addit.* refert deciſum quòd † Sede
Epiſcopali vacante Vicarius debet eligi Do-
ctor, aliàs electio eſt nulla, nec debet confir-
mari Vicarius Epiſcopi demortui, niſi eſſet
Doctor, quod etiam repetit *in addit. ad q.* 55.
ſub num. 2. Galer. *in Margarita caſuum Con-*
ſcient. verb. Vicarius 4. Molin. *de Iuſtitia,*
tract. 5. *diſp.* 11. Aloyſ. Ricc. *d. praxi reſol.*
497. *num.* 2. *& in Collect. deciſ. parte* 3. *Col-*
lect. 1602. vbi limitat in Vicario Capituli Ec-
cleſiæ Collegiatæ, Sede vacãte, [de quo etiam
Garc. *d. cap. num.* 20.] Raguc. *d. q.* 37. *num.*
6. Sacra Cong. Concil. *ſub die* 19. *Septembris*
51 1620. vbi quòd † *debet doctorari in aliqua*
Vniuerſitate, non verò à perſona priuata.

52 Vbi verò non eſſet Doctor, poterit Capitulum in actu deputationis dare ei conſultorem Doctorem, alioquin poterit ipſe Vicarius eligere conſultorem Doctorem ſibi benè viſum partibus non ſuſpectum, in caſibus in quibus eo opus erit, vt docent Sbroz. *d. q.* 36. *num.* 13. Quarant *d. verb. Capitulum Sede vacante, num.* 3. *in fine*, [Garc. *d. p.* 5. *cap.* 7. *num.* 12. vbi quòd eo caſu ſunt eligendi Doctores, vel Licentiati in Vicarios ſi in Capitulo adſint, aliàs ſufficit, vt vnus eligatur qui ſit quantum fieri poterit idoneus.] Aloyſ. Ricc. *poſt. d. reſol.* 505. *in notabilib. de materia Vicarij, num.* 4. *verſ. Capitulum*, & addit ipſe *in deciſ. Curiæ Archiepiſ. Neapol. parte* 4. *deciſ.* 305. *num.* 15. quòd Doctor Sacrorum Canonum præfertur Magiſtro Sacræ Theologiæ
quoad hoc Officium, & *num.* 16. ſubdit ele-
ctionem in Vicarium factam de Theologo
omiſſo Canoniſta valere, ſed contrà cenſuit
Sacr. Congreg. Concil. *ſub die* 28. *Auguſti*
1621. dum ibi dicitur † Doctorem Theolo- 53
gum non poſſe eſſe Vicarium Capitularem
Sede vacante. † Ætas vigintitrium annorum 54
permitti poteſt in Vicario Capitulari, ſi aliàs
eſt idoneus, non tamen expedit, S. Congr.
Conc. *ſub die* 11. *Auguſti* 1614.

[Vicarius generalis, ſeu Prouiſor, aut officialis alicuius Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, aut alterius perſonæ iuriſdictionem Eccleſiaſticam obtinentis in Regnis Caſtellæ, & Legionis, nullus poſthac in perpetuum eſſe poteſt, qui in aliquo ſaltem ex Ordinibus ſacris non fuerit conſtitutus, itaut omnes, & ſingulæ deputationes, electiones, aſſumptiones, admiſſiones, & diſpenſationes ad huiuſmodi munera, aut aliquod illorum, de quibuſuis perſonis in aliquo ſacro Ordine non conſtitutis quandocunque & per quoſcunque faciendæ, nullæ, & inualidæ, ac nullius roboris & momenti ſint. Ita Clemens VIII. *in ſua conſtit.* incip. *Eccleſiaſtici Ordinis*, *ſub die* 1. *Februarij* 1601. quam approbauit, & confirmauit S. D. N. Vrbanus VIII. *in ſua conſtit.* incipien. *Decet Romanum Pont. ſub die* 16. *Decembris* 1623. Qui eſt Parochus, & habet curam animarum, non poteſt eſſe Vicarius Capituli, Epiſcopali Sede vacante, vt per Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, num.* 15. *verſ. item eſt obſeruandum, circa fin.* Marcel. Vulpe *d. cap.* 44. *num.* 18.

At ſi Vicarius Capitularis fuerit ab aliquo allegatus ſuſpectus, Capitulum debet eligere arbitros ad cognoſcendum de ſuſpicione, qua cognita, & militante, cauſam à Vicario auferre & alteri committere debet, Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, num.* 5. vbi refert Sacram Congreg. ita cenſuiſſe, Marcel. Vulpe *d. cap.* 44. *num.* 29. & ſubdit ipſummet Capitulum cognoſcere poſſe, ſicut Epiſcopus poteſt cognoſcere cauſas ſuſpecti ſui Vicarij abſque electione arbitri.]

Si infra octo dies poſt mortem Epiſcopi Ca- 55
pitulum non prouiderit de Vicario, vel non
idoneum elegerit, poterit Archiepiſcopus
deputare Vicarium, ſeu Officialem in Eccle-
ſia Suffraganea, vt ſtatuit Concil. Trid. *d. c.*
16. *verſ. ſi ſecus factum fuerit*, & docent
Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. Archiepi-*
ſcopi auctoritas, num. 36. Marc. Ant. Gen-
uenſ. *in praxi Archiepiſ. Neapolit. c.* 70. *num.*
6. Et † ſi Eccleſia ipſa Metropolitana fuerit, 56
aut exempta, Capitulumq; negligens fuerit,
tunc antiquior Epiſcopus ex Suffraganeis in
Metropolitana, & propinquior Epiſcopus in
exempta Vicarium idoneum conſtituere po-
terit, vt decidit idem Conc. *d. c.* 16. *verſ.*

Et ſi Eccleſia ipſa Metropolitana,&c.reſoluunt Cuch. *inſtit. Iuris Canonici*, *lib.* 2. *tit.* 8. *de offic. Vicarij*, *num.* 39. Sbroz. *de Vicar. Epiſc. lib.* 1. *q.*58. [Franc. Leo *in theſauro fori eccleſ. p.*1. *c.* 10. *num.* 7.

Non poteſt alium inſtituere Vicarius Capitularis niſi ad modicum tempus, & ex vrgenti & magna cauſa, ac non nimis frequenter. Hoſt. *in cap. clericos, de offic. Vicar.* Card. *in Clem. vnic. eod. tit. q.* 19. vel niſi haberet mandatum ſpeciale à Capitulo vt poſſit alium ſubſtituere cum clauſ. quem ex nunc, prout ex tunc nos ſubſtituimus. Et ſi Vicarius infirmitate detentus eſſet, vel alio legitimo impedimento occupatus, poſſet, de conſenſu tamen ipſius Capituli, cauſas tunc pendentes alteri delegare. Pauin. *d. p.* 2. *q.* 10. ſed ſi Capitulum vellet durante infirmitate alium Vicarium deputare, poſſet vtique facere. Quarant. *d. verb. Capitulum*, *num.* 10. Marcel. Vulpe *d. cap.* 44. *num.* 17.]

57 Verùm autem iſte Vicarius Capituli Sede vacante poſſit cognoſcere de cauſis delegatis Vicario generali Epiſcopi, & ſic exequi diſpenſationes in Matrimonij impedimentis, & litteras in forma Dignum, quæ huiuſmodi generali Epiſcopi Vicario ſolent committi? Affirmatiuè videbatur reſpondendum, quia forma committendi non eſt Vicario Epiſcopi, ſed Vicario generali Diœceſis: at Sede vacante Vicarius generalis Diœceſis, eſt Vicarius Capituli. Igitur, &c. ideò hanc partem ſuſtinent, Salas *de legib. diſp.* 20. *ſect.* 17. *num.* 124. Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *diſput.* 27. *num.* 32. vbi, *num.* 33. ſubdit Vicarium Capituli poſſe de prædictis cognoſcere, quamuis commiſſio ſit directa Vicario generali Epiſcopi, & ducitur ex eo, quòd Capitulum non ſuccedit Vicario Epiſcopi, ſed ipſemet Epiſcopo, at Vicarius Capitulo ſuccedit in Dignitate Vicarij Epiſcopi. Ergo, &c. Contrarium verò mihi videtur probabilius attento ſtylo Curiæ, & Cancellariæ, quæ vacante Sede Epiſcopali non dirigit litteras in forma Dignum, nec diſpenſationes Vicario Capituli, quia non confidit de illo, ſeu Epiſcopo viciniori, ſed eius Vicario, de quo ſtylo teſtatur Hieron. Paul. *in pract. Cancell. in princ. verſ. circa qualitatem perſonarum.* Cùm ergo Curia, & Cancellaria nolit committere Vicario Capituli Sede vacante, apertè innuit ſub nomine Vicarij abſolutè prolati in litteris, quæ Vicario, v. g. Bononien. diriguntur, intelligere Vicarium Epiſcopi, non Capituli; & ſic hanc vltimam negatiuam ſententiam tuentur [Squillante *d. cap.* 4. *num.* 199. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 1. *c.* 10. *num.* 8. *verſ. ſecundò fallit. cum ſeqq.*] Nicol. Garc. *de beneſ. parte* 6. *c.* 2. *à num.* 44. Bonac. *de legib. diſput.* 1. *q.* 3. *puncto* 8. §. 1. *num.* 7. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. dec.* 44. incip. *Magna fuit.* & S. Congreg. Eminen. DD. Card. S. Conc. Trid. Interpretũ *ſub die* 24. *May* 1621.
declarauit † *diſpenſationes Matrimoniales di-* 58
rectas Epiſcopo, & eius Vicario generali, ſi Sedes vacare contingat, non poſſe per Vicarium Capitularem expediri, & nouiſſimè *in Camenoten.* 2. *Auguſti* 1631. cenſuit † *Capitulum,* 59
ſeu Vicarium Capitularem Sede vacante non poſſe exequi commiſſiones Apoſtol. in forma Dignum, & alias directas Epiſcopo, vel eius Vicario generali intuitu Officij, vel ſub nomine Dignitatis.

[Et ſic iam hodie Capitulum Sede vacante exequi non poteſt cauſas Vicario Epiſcopi delegatas, niſi in commiſſione exprimeretur nomen Diœceſis tantùm, v. g. Vicario Bracharenſi, quia dum Sedes vacat, Vicarius eſt Officialis illius Diœceſis, ita nouiſſimè Marcel. Vulpe *in d. praxi iudic. fori Eccleſ. c.* 44. *num.* 6.]

Poterit tamen Vicarius Capitularis Sede 60
vacante executioni demandare litteras Epiſcopo per Sacram Congregationem directas, & ab illo non exequutas, S. Congreg. negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, *ſub die* 10. *Aprilis* 1615. necnon omne illud, quòd Epiſcopo mortuo per Bullam, ſeu Breue in cauſis iuriſdictionem importantibus conceſſum erat, eadem S. Congr. *in Tranen.* 26. *Ianuary* 1604. *& in Neapolitana* 10. *February eiuſdem anni.* Non poteſt tamen huiuſmodi Vicarius Capitularis Sede vacante concedere licentiam erigendi noua monaſteria, ex *c.* 3. *ſeſſ.* 25. *de Regularib.* vt cenſuit S. Congreg. Concil. *ſub die* 19. *Februar.* 1633.

[Vtrùm autem Vicarius huiuſmodi Sede vacante debeat & poſſit in Capitulo aſſiſtere eodem modo, & præcedentia, qua poſſet Epiſcopus Sede plena? vide ſuprà *c.* 36. *num.* 8. Et an ab eo appelletur ad ipſum Capitulum? negatiuè Gambat. *de auctor. Legati de latere lib.* 9. *num.* 55. Scacc. *de appellat. q.* 8. *num.* 60.

Vicarius Capitularis debet habere ſalarium ex bonis Eccleſiæ vacantis. gloſſ. *verb. expenſa, in Clem. ſtatutum, de elect.* quia nemo tenetur ſuis ſtipendiis militare. *c. iam nunc* 28. *q.* 1. *c. cùm ex officiis. de præſcript.* etiamſi Vicarius ſit Canonicus, vel aliàs de gremio ipſius Eccleſiæ, quia illud ſalarium eſt pro labore, quem exercet; ita Pauin. *de poteſt. Capituli Sede vac. p.* 2. *q.* 10. *num.* 5. Sbroz. *de officio Vicarij lib.* 1. *q.* 55. *num.* 7. nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.* 44. *num.* 14.]

Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Sede va- 61
cante in Ius vniuerſum Epiſcopale ſubintrat, & poteſt omnia facere, quæ ſunt ordinariæ iuriſdictionis, niſi expreſsè prohibita reperiantur, vt docent gloſſ. & Doctores *in cap.*

hic

hic quæ, & in c. cùm olim, de maior. & obed. & in c. illa, ne Sede vacante, gloſſ. *verb. Sede vacante, in cap. ad abolendam, de hæret.* gloſſ. *eodem verb. in Clem.* 1. §. 1. *tit.* 1. gloſſ. *verb. obſeruari, in cap. quia ſæpè, de elect. lib.* 6. [Abb. *in d. cap. cùm olim, circa fin. verſ. poſſet tamen,* vbi Butt. *num.* 15. Feder. de Senis *conſ.* 30. *col.* 1. *verſ. è contra Capitulum,* Cardoſ. *in praxi iudi. verb. Capitulum, n.* 2.] Nau. *conſil.* 44. *num.* 1. *de tempor. Ordinat. in nouis,* Pauin. *de offic. & poteſt. Capituli, Sede vacante, part.* 1. *q.* 1. *à num.* 3. *& q.* 5. *num.* 2. *verſi. item regulariter.* Gutier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 10. [vbi quòd ſuccedit generaliter in iuriſdictione Prælati ſui, & etiam in adminiſtratione ſpiritualium & temporalium, poteſtque iudices dare ac conſtituere, & omnia, quæ ad iuriſdictionem pertinent, expedire, nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. cap.* 44. *num.* 1.] Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 7. *quæſt.* 23. *à num.* 26. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *quæſ.* 6. [Sbrozz. *de officio Vicarij lib.* 1. *q.* 15. *&* 16.] Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, à princip.* [Quintanad. *Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 6.] Rebuff. *in praxi benef. tit. de deuolut. à num.* 58. Suar. *tom.* 5. *diſp.* 50. *ſect.* 5. *num.* 6. Nicol. Garc. *de benef. part.* 5. *c.* 7. *à num.* 4. Filliuc. *quæſt. moral. tom.* 3. *tract.* 41. *c.* 2. *num.* 4. [Ego *de offic. Epiſcopi alleg.* 36. *num.* 9. *& allegat* 73.] Rot. *deciſ.* 1. *num.* 13. *par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 340. *num.* 2. apud Farin. *par.* 1. *recent. & deciſ.* 632. *num.* 4. *par.* 2. *etiam recentior.* Card. Tuſch. *practit. concluſ. tom.* 1. *lit. C. concluſ.* 56. *num.* 2. & fuit dictum *in Pampilonen. Iuris viſitandi* 15. *Decembris* 1623. coram R.P.D. Merlino. eadem [Rot. *deciſ.* 166. *à num.* 1. *par.* 1. *recentiſsim.* Molin. *de Iuſtit. tract.* 5. *diſp.* 1. *num.* 3. vbi, *num.* 10. ampliat ad iuriſdictionem, quæ ex conſuetudine competeret.]

62 *Primò* igitur Capitulum Sede vacante, [& loci Capituli Vicarius generalis, ſeu Prouiſor eiuſdem Capituli,] fungitur iure Epiſcopi in abſolutione ab excommunicatione, à qua poterat abſoluere ipſe Epiſcopus, niſi ei fuerit à Sede Apoſtolica ſpecialiter interdicta poteſtas, vt ſtatuit Bonifac. VIII. *in c. vnic. de maior. & obed. lib.* 6. Sylueſt. *in ſum. verb. Capitulum,* §. 2. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de deuolut. num.* 63. Raguc. *de voce Canonic. in Capitulo,* 36. *num.* 4. Soar. *tom.* 5. *diſput.* 7. *ſect.* 2. [Cardoſ. *d. verb. Capitulum, num.* 4.] cùm olim id ſucceſſori Epiſcopo dimitteretur, *cap. ſi Epiſcopus* 11. *q.* 3. gloſ. *in d. c. illa, ne Sede vacante.* Vnde Vicarium Capitularem Sede vacante poſſe abſoluere à caſibus, *ſeſſ.* 24 *de reform. c.* 6. cenſuit S. Cong. Concil. *ſub die* 3. *Decemb.* 1632.

63 *Secundò* in confirmationibus, vel infirmationibus electionum, quas facere Epiſcopus poterat, videlicet de Præpoſitis Religionum, & ſimilibus, *c. cùm olim,* vbi gloſ. & Doctores, *de maior. & obed.* [Cardoſ. *d. verb. Capitulum num.* 6. *in princ.*] item in confirmandis electis, & per patronos præſentatis & inſtituendis, Rebuff. *d. tit. de deuolut. à num.* 68. Valer. Reginald. *in praxi fori pænitent. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 241. Azeued. *conſ.* 9. *à num.* 10. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 38. *quæſ.* 2. Steph. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante,* §. *nonò quæro, verſ. quæ concluſio.* Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 7. *num.* 54. Ego ipſe *de officio, & poteſtat. Epiſcopi, p.* 3. *allegat.* 72. *num.* 183. [Cardoſ. *d. verb. Capitulum, num.* 6. *poſt princ.* Molin. *dict. tract.* 5. *diſput.* 11. *num.* 13. *verſ. quamuis.*]

64 *Tertiò,* in Confeſſore pro caſibus Epiſcopo reſeruatis aſſignando, ſecundùm Panorm. *in d. c. his, quæ in fine, de maior. & obed.* Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. tertiò quæro, poſt med.* Azor. *d. c.* 37. *q.* 16. Metipſum *d. p.* 3. *alleg.* 52. *num.* 2. [Poteſt enim facultatem concedere abſoluendi ab omnibus caſibus Epiſcopo reſeruatis, Pauin. *d. p.* 1. *q.* 5. Molin. *d. diſput.* 11. *num.* 5. *verſ. poteſt item.*]

65 *Quartò,* in excommunicationibus, & aliis cenſuris, ac pœnis inferendis, & exceſſibus corrigendis, quatenus defunctus Epiſcopus poterat, *d. c. ad abolendam,* & *ibi* gloſ. & Doctor. *de hæret.* Raguc. *de voce Canonicorum in Capitulo, quæſt*... *num.* 4. [Nau. *in man. cap.* 27. *num.* 5. Molin. *d. tract.* 5. *diſp.* 11. *num.* 6. *in princip.* ſic contrà poteſt abſoluere ab excommunicatione tam à iure, vt ob percuſſionem clerici, quàm ab homine quando ab illis Epiſcopus abſoluere poteſt, *c. vnic. de maior. & obed. lib.* 6. Molin. *d. diſp.* 11. *num.* 6. *verſ. poteſt item abſoluere, tract.* 5.]

66 *Quintò,* in cognoſcendo de crimine hæreſis, [prout poterat Epiſcopus cognoſcere, in comprehendendis, ſcilicet, iudicandis, ac puniendis hæreticis,] gloſ. *verb. prærogatiua, in d. c. ad abolendam,* vbi Hoſt. *num.* 2. *&* 4. Henric. *num.* 4. Panorm. *num.* 1. Syluest. *verb. hæreſis, num.* 2. Molin. *de Iuſt. tract.* 5. *diſp.* 28. *num.* 2. *in fine,* [Diana *p.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 33.] Sanctarel. *in tractat. de hæreſi, c.* 40. *num.* 4. [Farin. *de hæreſi q.* 186. *num.* 177. idem Molin. *d. diſp.* 11. *ſub num.* 10.]

67 *Sextò,* in viſitanda Diœceſi [vniuerſa, vt videtur inſinuare tex. *in c. Eccleſia, de ſuppl. negl. Prel. lib.* 6. dum decidit Metropolitanum poſſe mittere viſitatorem Eccleſiæ vacanti, ſi Capitulum negligens ſit in exequenda iuriſdictione Epiſcopali ad ſe deuoluta. Cùm enim id ad iuriſdictionem Epiſcopi ſpectet, ſanè competit Capitulo Sede vacante, non ſolùm quoad crimina particularia, de quibus ſit infamia, eo quòd tunc viſitatio ſit neceſſa

neceſſaria, ſed etiam generaliter, quia id eſt executio iuriſdictionis Epiſcopalis non ſolùm vtilis Eccleſiis ac Diœceſi, quod ſufficeret, ſed etiam neceſſaria incumbens ex officio habenti curam Epiſcopatus, iuxta *cap. inter cætera, de offic. Ordin. cum ſimilibus.* Ita Pauin. *quæſt. 7. citato loco.* Syluest. *verb. Capitulum, num. 3.*] Abb. *in c. cùm olim, ſub num. 2. verſ. ſed indiſtinctè*, & *ibi* Bald. *num. 1. de maior. & obed.* Archidiacon. *in c. ſi Epiſcopus, num. 2. de ſuppl. neglig. Prał. in 6.* Socin. *in tract. viſitat. col. 4.* Rebuff. *in praxi tit. de deuolut. num. 65.* Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. primò quæro*, [Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 2. num. 44.*] Raguc. *d. quæſt. 36. num. 2.* Azor. *par. 2. lib. 3. cap. 37. quæſ. 14.* Rot. *deciſ. 346. num. 2.* apud Farin. *p. 1. recent.* [*& d. deciſ. 366. num. 2. p. 1. recentiſſim.* vbi quòd etiam poteſt procurationes recipere, Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 1. c. 10. num. 8. verſ. decimo.* Molin. *d. diſp. 11. num. 7. verſ. in eodem.* Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 73. num. 24.* nouiſſimè Marcel. Vulpe *in d. praxi iud. c. 44. num. 11.*] & *in Burgen. procurationum 10. Martij* 1597. coram Orano, & *in Trid. iuriſdictionis 28. Nouembris* 1607. coram Cardin. Sacrato, & *in Pampilonen. iuris viſitandi 15. Decembris* 1623. coram R. P. D. Merlino, Sacra Congregat. Concil. *in Pam-*
68 *pilonen. 13. Aprilis* 1630. vbi † quòd *poteſt viſitare omnia loca, quæ poterat viſitare Epiſcopus*, & hanc facultatem habet Vicarius Capitularis, quamuis id à Capitulo ſpecialiter non fuerit commiſſum, vt ex ſententia eiuſdem Sacræ Congregationis reſoluit Nicol. Garc. *in addit. ad ſuum, de benef. p. 5. c. 7. num. 29.*

69 Intellige *primò* Capitulum Epiſcopali Sede vacante poſſe viſitare per ſe, vel per alium, viſitatorem deputando, nec huiuſmodi viſitationem ſoli ſummo Pontif. competere, gloſ. *verb. Capituli, poſt med. in dict. Clement. 1. §. 1. de hæret.* & ſuſtinent poſt Archidiac. Abb. *in d. c. cùm olim, n. 2. col. 3. poſt princ. de maior. & obed.* Pauin. *de poteſt. Capituli Sede vacan. par. 1. in princ. q. 7. num. 1. cum ſeqq.* Syluest. *in ſumm. verb. Capitulum, num. 3.* Molin. *de Iuſtit. tom. 6. tract. 5. diſp. 11. ſub num. 7. verſ. ex eodem.* Card. Tuſch. *tom. 1. lit. C. concl. 56. num. 10.* latè ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 133. per tot. ſecundùm Lugdunen. impreſſ.* vbi, *num. 9.* reſoluo Capitulum Sede vacante poſſe deputare viſitatorem, id eſt, adminiſtratorem generalem Epiſcopatus in ſpiritualibus, & temporalibus, & *à num. 14.* quòd Capitulum Sede vacante habet etiam ius viſitandi in ordine ad morum correctionem, & poteſt ad hoc munus particularem, vel generalem viſitatorem deputare.

Intellige *ſecundò* tunc demum Capitulum 70
Sede vacante poſſe Diœceſim viſitare quando lapſus eſt annus à poſtrema Antiſtitis viſitatione, nec de proximo Eccleſia eſt de Paſtore prouidenda, in ipſa verò viſitatione circa famulatum, equitatum, & alia forma Sacri Concil. Trident. *ſeſſ. 21. de reformat. c. 3.* eſt præciſè obſeruanda, ita S. Congregat. Conc. *in Liman. 10. May* 1629. † Poſt lapſum anni 71
huiuſmodi à die vltimæ viſitationis per Epiſcopum factæ poteſt Capitulum viſitare diœceſim tempore triennij non expectato, licet dicatur Epiſcopum conſueuiſſe viſitare ſingulis trienniis, eadem Sacr. Congregat. *in Pampilonen. 3. February, & 10. Decembris* 1629.

[Vnde priùs Rota in Pampilonen iuris viſitandi *ſub die 15. Martij* 1624. coram R. P. D. Merlino, denegauit remiſſoriam clero de Gulpuzcoa adnitenti impedire Capitulum ne viſitaret Sede vacante ante lapſum triennij ſub prætextu immemorabilis conſuetudinis, quia materia eſt impræſcriptibilis, & quia ſemper actus ex parte Epiſcopi remanet merè facultatiuus. Gratian. *diſcept. 298. num. 10. & 399. num. 33.* Lotter. *d. lib. 2. q. 2. num. 49. & 50.* Coccin. *deciſ. 402. num. 10.*]

Extende Capitulum Sede vacante poſſe viſitare etiam monaſteria Monialium nō exempta, exempta verò minimè, vt referunt deciſum Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. c. 7. num. 45.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 6. de Viſitat. num. 84.* [Franc. Leo *d. p. 1. c. 10. num. 8. verſ. decimo.* nouiſſimè Marcel Vulpe *d. praxi iudic. c. 44. num. 11.* Optimè Molin. *d. diſp. 11. num. 8. tract. 5.* aduertit in hac materia attendendum eſſe num muneri Epiſcopi aliquid iuriſdictionis tanquam Sedis Apoſt. delegato in perpetuum committatur, vt ex officio Epiſcopis deinceps competat, atque tunc dicit eam iuriſdictionem per Epiſcopum tranſire ad Capitulum Sede vacante, niſi aliquid apponatur vnde colligatur contrarium fuiſſe intentum Concilij, aut ſummi Pont. id ſtatuentis. Cùm ergo perpetuo ei muneri annectatur tanquam pars iuriſdictionis eius muneris, idque non in bonum & tanquam priuilegium Epiſcopi, ſed in bonum eorum, in quos ea iuriſdictio exercetur, aut in bonum aliorum, & Eccleſiæ, cenſendum eſt eam partem iuriſdictionis in eum tranſire, in quem Epiſcopalis reliqua iuriſdictio tranſit, ac proinde tranſire in Capitulum Sede vacante. Vide *inf. num. 105. & 106.*

Verùm autem Capitulum Collegiatæ Sede Abbatiali vacante ſuccedat in iure viſitandi ſuo Prælato ſpectante, diſputauit Rota *deciſ. 346. à num. 3. p. 1. recentior.* vbi poſt Felin. per tex. *vbi in c. his quæ, num. 2. de maior. & obed.* & Pauin. *de poteſtate Cap. Sede vacante p. 1. q. 7. verſ. ſeptima Sedes eſt Abbatialis,*

tenet

tenet affirmatiuam partem, quamuis ius viſitandi competeret Abbati ex præſcriptione, vel priuilegio, cùm hoc caſu viſitatio non eſſet delegata, ſed ordinaria competens Abbati nomine propriò.]

72 *Septimò*, in cognoſcendo de arduis cauſis, veluti de cauſis matrimonialibus, & criminalibus, quæ inter maiora computantur, vt docet Quarant. *dict. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. quintò quæro.* Vide *infrà, num.* 102.

73 *Octauò*, in condendis ſtatutis, quæ obligent totam Diœceſim, quæque durare debeant etiam tempore Epiſcoporum ſuccedentium, Pauin. *in tract. de poteſt. Capit. Sede vacante, par. 1. quæſt.* 6. Sbroz. *de officio Vicarij lib.* 2. *quæſt.* 187. *num.* 5. *&* 6. Calderin. *conſ.* 2. *de conſtit.* Zerol. *in praxi Epiſc. part.* 1. *verb. Capitulum*, §. 15. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 1. *lit. C. concluſ.* 53. *num.* 1. vbi intelligit de ſtatutis Capitulariter factis ſuper re concernente augmentum cultus diuini, & ſeruata debita forma, [Marcel. Vulpe *d. c.* 44. *num.* 16. vbi intelligit in pertinentibus ad ipſum Capitulum, purà qualiter debeat congregari, vel diſtributiones diuidi, &c.] Quarant. *dict. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. quartò quæro*, vbi etiam intelligit dummodò ſint iuſta & ſalubria; ſecus verò ſi tendant in præiudicium Eccleſiæ, vel Epiſcopalis menſæ, Azor. *d. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 37. *quæſ.* 11. Monet. *de diſtribut. quotid. parte* 2. *quæſt.* 13. *num.* 24. [Molin. *d. tract.* 5. *diſput.* 11. *num.* 7. vbi addit quòd quicunque Epiſcopus in eo Epiſcopatu ſuccedens poterit illa reuocare, ſicut & reuocare poteſt quæcunque alia cuiuſuis alterius Epiſcopi ſui anteceſſoris. Ferentil. *ad deciſ. Buratti* 758. *à num.* 11.] & ideò non poterit ſtatutum condere, quo charitatiuum ſubſidium in futurum ex parte minuatur, vt reſolui *de officio & poteſtat. Epiſcopi, part.* 3.
74 *allegat.* 87. *num.* 14. † Circa quotidianas autem diſtributiones nihil poteſt ſtatuere etiam Sede plena ſine Epiſcopo, Monet. *de diſtrib. quotid. par.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 26. *in vlt. edit.* Ego ipſe *dict. parte* 3. *allegat.* 53. *num.* 139.
75 † nec poteſt habere pro præſentibus Dignitates, vel Canonicos, qui nunquam in Eccleſia reſederunt, & Fidei profeſſionem nondum emiſerunt, vt cenſuit Sacra Congregat. teſte Nicol. Garcia *de benef. parte* 3. *num.* 32. quem refero ego ipſe *d. par.* 3. *allegat.* 61. *num.* 14. Intellige principalem reſolutionem de poteſtate Capituli in condendis ſtatutis, quæ obligent totam Diœceſim, vt procedat ſolùm in Capitulo Sede vacante; nam Sede plena nullatenus poterit ſtatuere his verbis, quæ tangunt ſtatum generalem Eccleſiæ, vel iura Epiſcopi ſine conſenſu illius, ita gloſ. *verb. conſtitutum, verſ. quia ſine conſenſu in c. cùm omnes, de conſtit.* vbi Innocent. *num.* 1. Abb. *num.* 4. Butr. *num.* 45. Felin. *num.* 9. Beroi. *num.* 36. *&* 46. Benedict. Capra *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 2. *de Epiſcopis, & cleric. num.* 24. *pag.* 154. Rot. *deciſ.* 21. *apud* Farin. *p.* 2. *recent.* & diximus *ſup. num.* 15. *cum ſeqq.*

Nonò, in exequendis vltimis defunctorum 76
voluntatibus, quatenus iure Ordinario competebat Epiſcopis, vt per [Franc. *in c.* 1. *col.* 4. *de maior. & obedien. lib.* 6. Molin. *d. tract.* 5. *diſput.* 11. *num.* 5. *in fine.*] Couar. *in c. Ioannes, num.* 2. *de teſtamen.* Pauin. *p.* 2. *q.* 7. Azor. *d. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 39. *quæſ.* 6. Quarant. *de verb. Capitulum Sede vacante, verſ. ſeptimò quæro*, Zerol. *in praxi Epiſc. part.* 2. *verb. Capitulum*, §. 9. quos refero ego ipſe *dict. part.* 3. *alleg.* 82. *num.* 31. [Nam in executione teſtamentorum iure ſpeciali Epiſcopo competente non ſuccedit Capitulum Sede vacante, vt tenent Pauin. *in tract. de poteſt. Cap. Sede vacante p.* 2. *q.* 7. *verſ. reſpondeo*, Azeued. *conſ.* 11. *num.* 9.]

Decimò, in compellendis Religioſis piarum 77
voluntatum executoribus ad reddendas adminiſtrationis rationes, vt per Pauin. *de poteſt. Capituli Sede vac. p.* 2. *q.* 7. *num.* 6. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 39. *ſub q.* 6. quos refero ego ipſe *d. p.* 3. *alleg.* 82. *num.* 35.

Vndecimò, in exigenda ratione ab admini- 78
ſtratoribus piorum locorum, vt per Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. ſeptimò*, Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 2. *verb. Capitulum* §. 9. quos refero ego ipſe *d. p.* 3. *alleg.* 75. *num.* 61.

Duodecimò, in conſtituendo Vicarium ge- 79
neralem in ſpiritualibus, & temporalibus, vt per Bonacoſ. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 9. *num* 13. *pag.* 183. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 10. Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. Capitulum* §. 3. Azor. *dict. cap.* 37. *q.* 18. Quomodo autem hodie Capitulum Sede vacante debet Vicarium conſtituere, & qualem, & intra quod tempus, dixi ſuprà *ex num.* 28. *cum ſeqq.*

Decimotertiò, In deponendo, & interdicen- 80
do, *cap. his qui, in fine, de maiorit. & obed. cap. vnic. eod. tit. lib.* 6. Rebuff. *in pract. benef. tit. de deuolut. num.* 63. refert, & ſequitur Sbroz. *de officio Vicarij lib.* 2. *q.* 182. *num.* 7. [Pauin. *p.* 2. *q.* 6. Molin. *d. tract.* 5. *diſp.* 1. *num.* 6. *verſ. poteſt ſimiliter.*]

Decimoquartò, [in quibuſcunque caſibus 81
poteſt Capitulum, Sede vacante, & loco illius Vicarius, ſeu Prouiſor illius, diſpenſare, in quibus Epiſcopus diſpenſare poterat ratione Epiſcopalis iuriſdictionis, vt in votis, in petitione debiti, & vt illegitimus minores Ordines ſuſcipere poſſit, & obtinere beneficium aliquod ſimplex, iuxta *cap.* 1. *de filiis Presbyt. lib.* 6. nullibi enim Capitulo hanc iuriſdictionem comperimus eſſe denegatam. Et cùm ſæpè expediens ac neceſſarium ſit cum ſubditis

ditis diſpenſare in multis, vt ex ſe eſt notiſſimum, vt colligitur ex *cap. Domino ſancto*, iuncta gloſ. *ibi, verb. neceſſe*, & ex *cap. vt conſtitueretur* 50. *diſt.* non ſufficienter eſſet prouiſum diœceſibus ſi iuriſdictio Epiſcopi ſine diſpenſandi iuriſdictione ad Capitulum Sede vacante deuolueretur: ita Molin. *d. tract.* 5. *diſput.* 11. *num.* 5. & in diſpenſationibus] illegitimorum ad beneficium ſimplex, Nauar. *conſ.* 28. *ſub tit. de tempor. Ordin.* Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. Secundò quaro*, Zerol. *in praxi Epiſc p.* 2. *verb. Capitulum*, §. 3. [citati per me *de officio Epiſcopi alleg.* 45. *num.* 25.]

82 *Decimoquintò*, in diſpenſando & abſoluende de vigore Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 6. nam licèt illa facultas competat Epiſcopo iure ſpeciali, tamen competit ei iure communi, & iuriſdictione ordinaria illi tributa, ita reſoluunt Henriq. *in ſum. lib.* 6. *c.* 16. §. 1. *& lib.* 14. *c.* 2. §. 1. Ludou. Beja *reſponſ. caſuum conſcient. parte* 4. *caſu* 37. *verſ. tandem nullus.* Fr Emman. *quaſt. Regul. tom.* 1. *q.* 61. *artic.* 9. Cened. *ad Sextum collect.* 4. *num.* 3. Soar. *tom.* 4. *de Pœnit. diſputat.* 30. *ſect.* 2. *n.* 4. Sayr. *in florib. deciſ. ſub tit. de temporib. ordin. deciſ.* 31. *& in claui Regia, lib.* 6. *c.* 11. *num.* 84. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. parte* 3. *collect.* 721. *verſ. tertiò dubitatur, & in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 533. *in* 1. *edit. aliàs reſolut.* 446. *in* 2. *edit. & in praxi aurea reſolut.* 118. *num.* 5. Piaſec. *in praxi Epiſc. parte* 2. *c.* 1. *num.* 16. *pag.* 106. Sanch. *de Matrimon. lib.* 8. *diſp.* 2. *num.* 10. Nicol. Garc. *de benef. parte* 5. *c.* 7. *num.* 41. *& parte* 7. *c.* 11. *num.* 21. Sacr. Cong. Concil. *ſub die* 22. *Ianuar.* 1602. quicquid dicant Mari. Alter. *de cenſur. tom.* 2. *diſp.* 8. *de ſuſpen. c.* 3. *verſ. ex eodem*, Bonac. *de cenſur. diſputat.* 7. *quaſt.* 5. *puncto* 1. [nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.* 44. *num.* 9.]

83 *Decimoſextò*, in exigendo charitatiuum ſubſidium, vt per Bellencin. *de charitatiuo ſubſid. q.* 7. Azor. *d. parte* 2. *lib.* 9. *cap.* 14. *q.* 5. *verſ. item collegium*, me ipſum *d. par.* 3. *alleg.* 67. *num.*

84 13. † Quamuis Capitulum nequeat ſtatutum concedere, quo tale ſubſidium in futurum ex parte minuatur, ſecundùm Bellencin. *d. tract. q.* 45. Azor. *d. lib.* 9. *cap.* 15. *q.* 7. *verſ. item Canonicum.*

85 *Decimoſeptimò*, in cognoſcendo de cauſis in prima inſtantia vigore Conc. Trid. *ſeſſ.* 4. *de refor. cap.* 20. quia ſuccedit Epiſcopo in omnibus, quæ ſunt iuriſdictionis etiam voluntariæ, ita Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 130. Ego ipſe *d. p.* 3. *alleg.* 81. *num.* 6.

86 *Decimooctauò*, in aſſiſtendo Matrimonio celebrando, & alij Sacerdoti aſſiſtendi licentiam concedendo, iuxta formam Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de refor. Matr. cap.* 1. Ita Sanch. *de Matr. lib.* 3. *diſp.* 28. *num.* 5. Gutier. *eod. tract. c.* 66. *n.* 9. Coninck *de Sacram. & cenſur. tom.* 2. *diſp.* 27. *num.* 17. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, par.* 2. *alleg.* 32. *num.* 123.

Decimonenò, in concedenda facultate, ſeu licentia, quam dare poſſet Epiſcopus, vt per Azor. *d. parte* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *q.* 3. Veluti in licentia præſtanda clericis curam animarum habentibus ad ſtudium ire volentibus, Zerol. *in praxi Epiſcop. parte* 1. *verb. Capitulum*, §. 2. 87
† quamuis id hodie poſt Concil. Tridentin. Epiſcopus efficere nequeat, vt ſuo loco diximus. Et in danda licentia ædificandi Eccleſiam vt acquiratur ius patronatus, Lambertin. *de iure patron. lib.* 1. *parte* 1. *q.* 5. *artic.* 9. Pauin. *de poteſt. Capituli Sede vac. parte* 5. *q.* 2. *num.* 5. Nicol. Garc. *de benef. parte* 5. *c.* 9. *num.* 79. Ego ipſe *d. parte* 3. *alleg.* 70. *num.* 32. 88

Et in concedenda licentia extero Epiſcopo exercendi Pontificalia in Eccleſia vacante, ſecundùm Henriq. *in ſum. lib.* 10. *cap.* 22. Quarant. *dict. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. vndecimò quaro*, Nicol. Garc. *d. parte* 5. *cap.* 7. *num.* 93. *verſ. quinta.* † Et in concedenda licentia vt nouitij diſponant de bonis temporalibus, Sanch. *in præcept. Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 68. Ego ipſe *d. parte.* 3. *alleg.* 99. *num.* 5. 89 90

Vigeſimò, in concedendis Indulgentiis, cùm illæ potius iuriſdictionem, quàm Ordinem concernere videantur, ita Doctores *in cap. accedentibus, de exceſſ. Prælat.* Panor. *in cap. cùm olim, in fine, de maior. & obed.* [Silueſt. *verb. Capitulum, in calce, num.* 5. Pauin. *par.* 1. *princ. q.* 4.] Henriq. *in ſum. lib.* 7. *cap.* 31. §. 1. [Nau. §. *in Leuitico, monit.* 31. *num.* 6. *&* 7. nouiſſimè Marcel. Vulpe *d. c.* 44. *num.* 22.] Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacan. verſ. duodecimò quaro*, Zerol. *in praxi Epiſc. parte* 1. *verb. Indulgentia*, §. 2. Iul. Lauor. *de Iubileo, & Indulg. par.* 2. *à num.* 52. Ego ipſe *d. p.* 3. *alleg.* 88. *num.* 21. 91

Vigeſimoprimò, in œconomis præficiendis, *c. cùm vos*, 4. *de offic. Ordinar.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitens. lib.* 30. *tractat.* 3. *num.* 241. [Molin. *de Iuſtit. tract.* 5. *diſp.* 11. *num.* 11. *verſ. licet.*] 92

Vigeſimoſecundò, in cognoſcendis, & aſſignandis congruis portionibus, vt Rebuff. *in tract. congrua portionis, num.* 57. 93

Vigeſimotertiò, in commendando Eccleſias ſiue beneficia ad tempus, ſecundùm Rebuff. *in praxi benefic. tit. de deuolut. num.* 77. *&* 80. *& in tract. nominat. quaſ.* 8 *num.* 30. Azor. *d. parte* 2. *lib.* 3. *cap.* 38. *quaſ.* 8. [Molin. *de Iuſtit. tract.* 3. *diſp.* 11. *num.* 11. *verſ. licèt*, vbi ait quòd quamuis ad Capitulum Sede vacante non pertineat conferre beneficia, quæ conferre ad Epiſcopum attinebat; ad Capitulum tamen tunc pertinet illa commendare prouidendo 94

de

de idoneo œconomo, qui illa adminiſtret, aſſignato ei congruo ſtipendio, donec beneficia illa ab eo conferantur, ad quem collatio eorum ſpectat: ſubditque ſiue beneficium Eccleſiaſticum, quod iuriſpatronatus non ſit, tempore Sedis vacantis in menſe ſummi Pontificis reformatum, vel affectum vacet, ſiue in menſe Epiſcopi, omnia *in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap.* 18. præſcripta peragere Capitulum Sede vacante vſque ad electionem dignioris incluſiuè, non ſecus atque illa perageret Epiſcopus, collationem verò eorum omnium beneficiorum remittere ſummo Pont. at circa beneficia etiam curata, quæ iuriſpatronatus ſunt, ea omnia peragere idem Capitulum Sede vacante, quæ ibi præſcribuntur vt Epiſcopus efficiat, & quæ Epiſcopus perageret ſi Sedes non vacaret.]

95 *Vigeſimoquartò*, in admittendis ſiue inſtituendis, vel confirmandis præſentatis clericis à patronis, *cap. 1. de inſtit. in 6.* Rebuff. *d. tract. de deuolut. à num.* 68. Azor. *d. p. 2. lib. 3. cap. 38. q. 2.* Nicol. Garc. *d. p. 5. cap. 7. num.* 54. [latè Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 2. num.* 13. *cum ſeq.*] Ego ipſe *d. parte 3. allegat.* 72. *num.* 183. [Azeued. *conſ. 9. num.* 10. vbi *num.* 13. ſubdit ex Rebuffo quòd Capitulum Sede vacante poterit facere collationes nominatis faciendas, quia neceſſariæ ſunt.]

96 *Vigeſimoquintò*, in recipiendis reſignationibus beneficiorum, non ſolùm ſpectantium ad collationem Epiſcopi & Capituli, ſed etiam in ſpectantibus ad collationem Epiſcopi ſolius, vt per Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 2. q. 71. num. 13. & q. 130. num. 3.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneficior. lib. 7. q. 23. à num.* 20. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante. q. 9. prope fin. verſ. quartò limita*, [Zerul. *p. 2. verb. Capitulum* §. 7.] Nicol. Garc. *de benefic. parte 11. cap. 3. num.* 256. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 243. metipſum *d. parte 3. alleg. 69. num.* 8. [Non tamen poterit Capitulum beneficia ſic reſignata conferre, iuxta ea quæ dixi infrà *num. 109. cum ſeqq.*]

97 *Vigeſimoſextò*, in præſtanda auctoritate permutationibus beneficiorum ſpectantium ad collationem Epiſcopi, & Capituli communiter, vel tertij, vt per gloſſ. *verb. conferantur, in Clem. 1. de rerum perm.* Gambar. *in cap. vnic. de rerum permut. num.* 114. Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 9. n. 11. pag.* 183. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vac. q. 9. verſ. qua concl. in med.* Azor. *d. p. 2. lib. 7. cap. 29. q. 4.* Nicol. Garc. *de benef. p. 11. cap. 4. ex num.* 75. Bonac. *de ſimon. q. 4. §. 12. num. 7. verſ. alij verò.* [Non poteſt tamen admittere permutationes beneficiorum ſpectantium ad collationem ſolius Epiſcopi, Putc. *deciſ. 320. lib. 2. in correctis*, Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 6. collect. 2487. verſ. vndecimo.*]

Vigeſimoſeptimò, in vnionibus ex cauſa faciendis, dummodò per eas iuriſdictioni Epiſcopali nihil detrahatur, ita docent Imol. *in Clemen. 1. num. 31. de ſtatu monach.* & *ibi* Cardin. *in §. ad hæc num. 4. q. 6.* Boniſac. *eodem §. num.* 19. Marian. Socin. ſen. *in cap. ſicut vnire, artic. 3. num. 40. quæſt. 6. de exceſſ. Prælat.* Peruſ. *de vnion. cap. 5. num.* 26. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de vnionib. num. 36. & dict. tit. de deuolut. num.* 100. Hoied. *de incompatib. benef. parte 2. cap. 3. num. 7. verſ. ſimiliter Capitulum*, Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacant. quæſt. 9. verſ. qua concluſio*, Zerol. *in praxi Epiſcop. parte 1. verb. vnio* §. 11. *& parte 2. verb. Capitulum*, §. 4. Azori. *d. parte 2. lib. 6. cap. 28. quæſ. 9.* & ſibi contrarius *lib. 3. cap. 38. quæſ. 9.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. num.* 155. Nicol. Garc. *de benefic. parte 12. cap. 2. num.* 67. vbi *num.* 68. refert † per Sacram Congregationem Concilij deciſum *Capitulum Sede vacante non poſſe ſupprimere quodcunque beneficium, & ſibi vnire, ſicut Sede plena non poteſt conſentire vnioni faciendæ ipſi Capitulo directè, & principaliter.* 98 99

Vigeſimooctò, in approbandis & exponendis Confeſſoribus per Vicarium à ſe electum, cùm hic actus approbandi non ſit actus formaliter Ordinis, & dignitatis Epiſcopalis, ſed iuriſdictionis ordinariæ, ita Soar. *tom. 4. de Pænit. diſput. 28. ſect. 5. num. 2.* Henriq. *in ſumm. lib. 3. de Pænit. cap. 6. in princip.* Facundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc. 2. lib. 7. cap. 2. num.* 54. 100

Vigeſimononò, in commutando vltimas voluntates in caſibus, in quibus de iure communi poſſet Epiſcopus, vt docent Marc. Anton. Cuch. *inſtit. maior. lib. 2. tit. 9. num.* 82. Monet. *de commut. vltim. volunt. cap. 5. num. 427. cum ſeqq.* 101

Trigeſimo, in cognoſcendis cauſis matrimonialibus, vt probatur *in cap. veniens*, iuncta ſupraſcripſit. *de eo qui duxit in matrim.* docent Pauin. *de officio, & poteſt. Capituli Sede vacan. q. 5.* Cou. *de ſponſalib. par. 2. cap. 8. §. 12. num.* 1. Quaranta *d. verb. Capitulum Sede vacante, q. 5.* vbi ait Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 20. verſ. ad hæc cauſæ Matrimoniales*, diſponere quòd cauſæ matrimoniales relinquantur examini, & iuriſdictioni Epiſcopi tantùm, vt excluderentur alij Prælati inferiores, at Capitulum in hoc caſu non dicitur inferior Epiſcopo, ſed par. Quod quidem intelligere oportet in cauſa matrimoniali ex ordinaria iuriſdictione, non ita ſi delegata commiſſa Epiſcopo, aut eius Vicario per hæc verba, *Dilecto filio Vicario fratris noſtri Epiſcopi*, vt optimè diſtinguit Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 245. in 1. edit. aliàs reſolut. 215. verſ. ſed quicquid, in 2. edit.* 102

[*Trigeſimo primò*, de delictis extra viſitationem contra certas perſonas inquirere poteſt per doctrinam Bonifac. *in Clemen.* 1. *num.* 177. *de haret.* Federic. de Senis *conſ.* 16. *num.* 1. *in fine*, vbi dicit quòd in puniendis criminibus & exceſſibus, & reformandis moribus Capitulum id poteſt Sede vacante, quod poteſt Epiſcopus, Rot. *deciſ.* 166. *num.* 2. *p.* 1. *recentiſſim.* non tamen poterit facere alium carcerem ſuum proprium pro his malefactoribus puniendis. Molin. *d. tract.* 5. *diſp.* 11. *num.* 10. *in fine*.

Trigeſimo ſecundò. Cùm ſyndicare ſit actus iuriſdictionis, Paris de Puteo *tract. de ſyndicatu*, *rub. de officio ſyndicatus* §. *Iudices ad ſyndicatum*, *num.* 9. & in illo procedatur tam ex officio, quàm ad inſtantiam partis, vt per eundem *d. rub.* §. *proceditur autem*, eo ipſo quòd Capitulum ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictionalibus, & poteſt de delictis in genere, & in ſpecie inquirere, vt ſuprà firmatum eſt, ſequitur quòd hoc etiam munus ſyndicandi poſſit exercere, ita Rota *d. deciſ.* 166. *num.* 3. vbi *num.* 4. *cum ſeqq.* reſpondet contrariis.

Trigeſimo tertiò in faciendis gratiis & remittendis pœnis condemnatis per Epiſcopum præmortuum, vt ex Aloyſ. Ricc. reſoluit Marcel. Vulpe *d. c.* 44. *num.* 26.

Trigeſimo quartò in remittendis interſtitiis ordinandis, & ſuper eis diſpenſando ſicut Epiſcopus virtute Concilij *ſeſſ.* 23. *de reform.* *cap.* 11. ſic cenſuit S. Cong. eiuſdem Concilij, teſte Marcel. Vulpe *d. c.* 44. *num.* 27.]

103 Vtrùm autem tota hæc Capituli auctoritas etiam in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum, tranſeat in Vicarium? Simpliciter affirmant Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 10. *verſ. id quod hodie*, Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiepiſcop. Neapol. cap.* 86. *num.* 5. Molin *de Iuſtit. tract.* 5. *diſput.* 11. *num.* 4. Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *cap.* 7. *num.* 28. ſed horum opinionem non bene firmari cenſuit Rot. *in Maurianen. penſionis* 25. *Iunij* 1626. coram R.P.D. meo Pirouano, *in fine*.

104 Prædicta autem regula generalis, quòd Capitulum Sede vacante poſſit omnia facere, quæ ſunt iuriſdictionis, niſi expreſsè prohibita reperiantur, intelligenda venit vt procedat in iis, quæ competunt Epiſcopo iure proprio, non autem alieno; hoc eſt, iuriſdictione ordinaria, non autem delegata, iuxta ea, quæ per tex. *in cap. paſtoralis*, §. *præterea*, *de offic. Ordin.* reſoluunt [gloſ. *verb. Capituli in Clem.* 1. *de hæretic.* Federic. de Senis *conſ.* 30. *vol.* 1. Marant. *in pract. diſt.* 5. *n.* 66.] Abb. *in d. cap. cùm olim ſub n.* 2. *colum.* 3. *in med.* Pauin. *d. tract. de poteſt. Capituli Sede vacante parte* 1. *princ. q.* 10. Azeued. *ad Curiam Piſanam lib.* 1. *c.* 8. *num.* 12. *& conſ.* 11. *num.* 7. Sbroz. *de officio Vicarij*, *lib.* 1. *q.* 16. *num.* 1. *& lib.* 2. *q.* 135. *n.* 4. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante*, *in princ. verſ. & primò vt intelligatur*, D. Barboſ. *in l. quia tale*, *num.* 1. *ff. ſoluto matrimon.* Azori. *d. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 39. *q.* 4. Cardin. Tuſch *tom.* 1. *litt.* *C. concl.* 56 *ſub n.* 5. Mol. *de Iuſtit. tom.* 6. *tract.* 5. *diſp.* 11. *ſub n.* 8. *&* 9. Filliuc. *quæſt. moral. tom.* 3. *tract.* 41. *c.* 2. *n.* 40. [Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neap. deciſ.* 38 *aliàs* 44. *num.* 3. Brunor. à Sole *in locis commun. verb. Capitulum* 1. Rota *deciſ.* 346. *n.* 4. *p.* 1. *recentior.* idem Aloyſ. Ricc. *p.* 6. *collect.* 2487. *verſ. decimo*, Grilenzon. *conſ.* 119. *n.* 6. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c.* 87. *n.* 30. nouiſſimè Ciarlin. *controu. forenſ. lib.* 1. *c.* 46. *n.* 15.] Nicol. Garc. *d. p.* 5. *c.* 7. *n.* 42. vbi *n.* 43. ampliat etiamſi poſt præſentationem mandati fuiſſet mortuus Epiſcopus, & *n.* 44. pariter ampliat etiamſi delegatio fiat à Canone, Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 1. *c.* 10. *num.* 8. *verſ. quartò fallit*, idem Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 118. *per tot.* Ego ipſe *d. p.* 3. *alleg.* 92. *n.* 17. Et ampliùs procedit etiã ſi Epiſcopus appoſuerit manus ante obitum, per *c. quoniam Abbas*, *de offic. delegati*, Marcheſ. *de commiſſion. ſuper commiſſione appellationum extra Romanam Curiam*, *p.* 1. *c.* 6. *n.* 32. Ex quibus ducta eſt Sacra Rota Romana elapſis annis ad validam iudicandam impetrationem quandam beneficiorum certo modo factam à quodam Hiſpano, eo quia illa minus iuſtè poſſidebat alter adhuc Hiſpanus, & illegitimè natus, quia obtinuerat diſpenſationem illegitimatis à Vicario Capituli Sede vacante ſuffulto delegatione Apoſt. vigore Breuis expediti cum clauſ. Officiali, &c. ſolita apponi in Breuibus directis ad partes Hiſpaniarum, vbi dicitur Officialis, qui in Italia appellatur *Vicarius*, ex notatis per Bellam. *deciſ.* 5. *de offic. Vicar. & add. ad deciſ.* 2. *eod. tit.* *in nouis*, refero ego ipſe *d. p.* 3. *alleg.* 84. *num.* 4.

Limitanda tamen videtur prædicta reſolu- 105
tio ne procedat reſpectu exemptorum, & Sedi Apoſtol. immediatè ſubiectorum, hos etenim Capitulum Sede vacante non videtur poſſe ita viſitare per ſe, vel per alium, nam licèt hæc eorum viſitatio incumberet Epiſcopo, ſi viueret, iuxta tex. *in Clemen. attendentes*, *in princ.* *verſ. hoc igitur*, *de ſtatu monach.* Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regularibus*, *cap.* 9. tamen quia Epiſcopus viuus taliter exemptos viſitare non poterat iure ordinario, ſed ſolùm iure delegationis Apoſtol. vt conſtat ex eodem decreto, & ex *d. Clemen. attendentes*, *verſ. hoc igitur*. ergo Capitulum Sede vacante non poterit taliter exemptos viſitare, vt docent Abb. *in dict. cap. cùm olim*, *ſub num.* 2. *columm.* 3. *in med.* Pauin. *dict. parte* 1. *princip. q.* 7. *num.* 2.
† Hinc etiam non poteſt Capitulum Sede va- 106
cante viſitare monaſteria exempta Monialium, quæ viſitat Epiſcopus auctoritate Apoſtolica, ſecundùm Nicol. Garc. *d. cap.* 7. *n.* 45.

Azot.

Azot. *d. p. 2. lib. 3. cap. 37. q. 15. & cap. 40. q. 8.* & alios plures, quos refero *d. p. 3. alleg. 73. num. 25.* [Vide tamen quæ dixi ſuprà hoc *cap. num. 73.*]

107 Ego verò in hac re diſtinguendum duxi cum Molin. *de Iuſtit. tom. 6. tract. 5. diſp. 11. n. 8. & 9.* inter caſum, in quo aliquid iuriſdictionis in perpetuum committitur muneri Epiſcopali ex delegatione Sedis Apoſtolicæ, vt ex officio deinceps competat Epiſcopis, & inter caſum in quo id Epiſcopo, ſub nomine dignitatis, & conſequenter etiam eius ſucceſſori à Summo Pontifice delegato ad aliquam peculiarem tantùm cauſam, vel negotium, iuxta tex. *in cap. quoniam Abbas, de offic. delegat.* Etenim in hoc vltimo caſu iuriſdictio delegata non tranſit in Capitulum Sede vacante, & ita procedit limitatio communis Doctorum, de qua *ſuprà.* At in primo caſu non procedit eadem limitatio, ſed potius reſoluendum Capitulum in dubio ſuccedere etiam in huiuſmodi iuriſdictione in perpetuum Epiſcopali muneri delegata, niſi aliud aliunde legitimè colligatur ex mente delegantis. Ratio eſt, quia ſuppoſita perpetuitate huius delegationis, per quam id, de quo actum fuerit, annectitur in perpetuum Epiſcopali muneri, non quidem principaliter in bonum Epiſcopi, nec tanquam eius priuilegium, ſed in bonum eorum, in quos ea iuriſdictio taliter delegata exerceetur, vel aliorum, & Eccleſiæ, conſequitur eandem iuriſdictionem cenſendam eſſe vt acceſſorium, imò vt partem totius iuriſdictionis Epiſcopalis in communi, ac proinde vt talem tranſituram in Capitulum, in quo Sede vacante tranſit per viam regulæ tota Epiſcopalis iuriſdictio, vt ſano cum iudicio aduertit Molin. *ſub d. num. 8.* Cùm ergo hoc ita habeat in iuriſdictione in perpetuum Epiſcopali muneri delegata, iam infertur prædictam limitationem veram non eſſe in terminis, *d. Clem. attendentes, verſ. hoc igitur*, & Concil. Trid. *d. c. 9.* & ſimilium, cùm conſtet iuriſdictionem delegatam, de qua in his iuribus, commiſſam eſſe in perpetuum Epiſcopali muneri, ac proinde quòd in ea ſuccederet etiam Capitulum Sede vacante, ſicque poterit eius virtute viſitare in ſpiritualibus prædictas Moniales taliter exemptas iuxta modò reſoluta, quòd magis confirmatur ex eo, quia, vt benè aduertit Molin. *ſub d. num. 8. ante fin.* credendum non eſt, nec id eſſe conſentaneum rationi quòd intenderet Concil. Trid. & Clemens V. *dictis locis*, vt toto tempore Sedis quoquo modo vacantis monaſteria Monialium ſic exempta, & ſoli Summo Pontif. immediatè ſubiecta, & eorum Moniales deſtituantur viſitatione, & quolibet alio regimine ſpirituali, quod ab eodem Clemen. V. & Concil. Trid. tantopere *dictis locis* intenditur, & procuratur.

Prædicta regula, de qua ſuprà, non procedit in iuriſdictione, quæ competeret Epiſcopo iure aliquo ſpeciali, ſeu accidentali, ſecundùm Fr. Emnian. *quæſt. Regular. tom. 1. q. 61. art. 9.* Cened. *ad Sextum, collect. 4. num. 6.* D. Barboſa *in l. quia tale, num. 1. ff. ſoluto matrimon.* Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. ſubſequenter*, Nicol. Garcia *d. part. 5. cap. 7. num. 39.* [latè Azeued. *conſ. 11. num. 3.* vbi quòd Capitulum Sede vacante non ſuccedit in iis, quæ ex ſpeciali prouiſione, & diſpoſitione Epiſcopo, & eius Prouiſori competunt iure accidentali, etiamſi eſſent de iis, quæ iuriſdictionis ſunt, licèt Epiſcopo ſuccedat Capitulum in iis, quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ, ex dictis ſuprà hoc eodem cap. *num. 61.* & hinc ſubdit idem Azeued. *vbi ſuprà, num. 4.* quòd Capitulo Sede vacante non competit poteſtas creandi Doctores, vel Licentiatos, ſi Epiſcopo de iure ſpeciali ius eos creandi competeret, & *num. 5.* quòd in mandatis Epiſcopo non ſuccedit Capitulum Sede vacante. Marcel. Vulpe *d. cap. 44. num. 12.*] Vnde inferunt Doctores Capitulum Sede vacante non ſuccedere Epiſcopo in caſibus infraſcriptis. 108

Primò igitur infertur Capitulum Sede vacante non poſſe beneficia ſpectantia ad ſolam collationem Epiſcopi conferre, *cap. 2. ne Sede vacante*, [*cap. quanto, & cap. ex noſcitur, de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Cap.*] gloſſ. *in d. cap. his quæ, de maior. & obedien.* Selu. *de benefic. part. 2. quæſt. 11.* Corraſ. *in paraphraſi benefic. parte 2. cap. 7. num. 1. & 2.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de deuolut. num. 70. 71. 88. & 90.* Azeued. *conſ. 9. ex num. 1.* Pauin. *de poteſtat. Capituli Sede vacante part. 2. princ. quæſt. 1.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 7. quæſt. 23. num 19.* vbi extendit ad beneficia, quæ vacant per renunciationem, Molin. *de Iuſtit. tom. 6. tractat. 5. diſput. 9. num. 11.* [nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap. 44. num. 5.*] Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 1. num. 16. in fine*, [Cardoſ. *dict. verb. Capitulum, num. 8.* Monoch. *conſ. 190. num. 4.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part. 1. cap. 10. num. 8. verſ. tertiò fallit.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Capitulum §. 5.* Molin. *de Iuſtit. tractat. 5. diſput. 11. num. 14.*] Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 4. proœm. num. 35.* & gloſſ. *9. §. 1. num. 77.* vbi de beneficiis patrimonialibus, Azor. *d. part. 2. lib. 3. cap. 38. quæſt. 1.* Vincent. Filliuc. *quæſt. moral. tom. 3. tract. 41. cap. 2. num. 42.* Ego ipſe *d. part. allegat. 72. num. 182.* Nicol. Garc. *d. par. 5, cap. 7. num. 51.* vbi *num. 52.* extendit ad præſentationem, ſeu electionem ſpectantem ad Epiſcopum, Rot. *in Abulen. Parochialis 22. Iunij 1594.* coram Cavalerio Blanchetto, vbi extendit ad beneficia 109

etiam Parochialia, latè Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante verſ nonò quaro*, vbi refert hoc ipſum iure nouiſſimo cautum eſſe per Conſtit fel. mem. Pij V. incip. *Sanctiſſimus in Chriſto Pater*, per quam omnia beneficia Epiſcopali Sede vacante quomodolibet vacantia ad eorundem Epiſcoporum collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem quomodolibet pertinentia ipſi Pontifici reſeruantur, & quamuis aſſerat Garc. *d. part.* 5. *c.* 1. *num.* 234. Conſtitutionem illam expiraſſe cum ſuo conditore, tamen idem hodie diſpoſitum reperitur per *reg.* 3. *Cancellariæ.* [Ratio autem huius reſolutionis eſt, quia collatio eſt fructus beneficij, ſecundùm *gloſ. in c. cùm olim. de maior. & obed.* fructus autem futuro ſucceſſori reſeruantur, *c. quia ſæpè, de elect. in* 6. *Clement. ſtatutum, eod. tit. c. cùm vos de offic. Ordin. c. fin. eod. tit. lib.* 6. tum quia collatio eſt donatio, *c. fin. de offic. Vicar. lib.* 6. *c. ſi tibi abſenti, de præben. eod. lib.* vtitur quippe liberalitate Prælatus in conferendo, cui vult, *c. relatum*, vbi *gloſ. de præben. c. poſt electionem, in princ. de conceſſ. præb.* donare autem prohibetur iis, cui libera bonorum adminiſtratio non conceditur. *l. contra §. ſi filij ff. de pactis, l. filius §.* 1. *ff. de donat.* Et ideo Capitulum Sede vacante conferre non poteſt.]

110 Quod quidem adeò verum eſt, vt procedat [etiamſi collatio ſpectaret ad Epiſcopum cum conſenſu, vel conſilio Capituli, quia adhuc Capitulum Sede vacante non poteſt huiuſmodi beneficia conferre, vt probatur *in c. vnic.* §. *cùm verò, ne Sede vacan. lib.* 6. in quo habetur, quando ad Epiſcopum ſpectat collatio beneficij cum conſilio, aut conſenſu Capituli, defuncto Epiſcopo, aut ſuſpenſo, ita tamen vt Epiſcopus non ſit in mora in petenda relaxatione talis ſuſpenſionis, quaſi per eam tanti temporis moram deuolutum fuerit ius conferendi id beneficium ad Capitulum, etiamſi Sedes non vacaret, tunc collationem eius beneficij non pertinere ad Capitulum ſi contingat tunc Sedem vacare, ſed pertinere ad ſummum Pont. ex quo tex. colligitur conſilium, aut conſenſum attinentem ad Capitulum non efficere prouiſionem beneficij communem Capitulo cum Epiſcopo, quaſi ratione eius communionis prouiſio talis beneficij pertineat ad Capitulum Sede vacante. Ita Pauin. *d. tract. p.* 2. *q.* 1. *in princ.* Nau. *conſ.* 20. *num. vlt. de præben.* Azeued. *conſ.* 9. *num* 5. Molin. *d. tract.* 5. *diſp.* 11. *num.* 9. *&* 13. *verſ. in eodem.*

Quando verò prouiſio beneficij ſimul pertinet ad Epiſcopum, & Capitulum, vt prouiſio Canonicatuum, qui in Regnis Caſtellæ & Legionis vocantur Magiſtrales, Doctorales, & Theologales, & per concurſum prouidentur ſuffragiis Capituli & Epiſcopi, vt ſuprà dictum eſt, *c.* 27. *num.* 62. item & Pœnitentiarij Canonicatus ac Præbendæ, quæ ſimili modo in eiſdem Regnis prouidentur iuxta formam conſtitutionis Gregorij XV. de qua ſuprà *c.* 26. *num.* 24. tunc Capitulum Sede vacante confert huiuſmodi beneficia. Ita habetur *in c.* 1. *in princ. ne Sede vacante lib.* 6. Nau. *d. conſ.* 20. *de præbend.* Molin. *d. tract.* 5. *diſp.* 11. *num.* 13. *in princip.*

Vtrùm autem ad Capitulum Sede vacante pertineat conferre beneficia, quæ conferre pertinebat ad Epiſcopum ratione ſuæ Dignitatis, quando tamen ad Epiſcopum deuoluuntur ob negligentiam, vel delictum inferioris? Illa conferre ſpectare ad Capitulum Sede vacante, tenent Læli. Zechi. *de benefic. & penſion. c.* 5. *num.* 5. Zerol. *in praxi Epiſcop. par.* 1. *verb. Capitulum* §. 5. *& par.* 2. *eod. verb.* §. 10. Molin. *d. tract.* 5. *diſput.* 11. *num.* 12. quoniam ea deuolutio tunc, idque ius pertinet ad iuriſdictionem Epiſcopalem ratione vtilis adminiſtrationis ſuæ diœceſis in bonum & fauorem non Epiſcopi, ſed beneficiorum, ac animarum, in eiuſmodi autem iuriſdictione ſuccedit Capitulum Sede vacante.

Verùm contrarium, immo Capitulum Sede vacante non ſuccedere in collatione huiuſmodi beneficiorum pertinentium iure deuoluto ad Epiſcopum ob negligentiam, vel culpam inferiorum Prælatorum,] non conferentium, vel malè conferentium, tenent Abb. *in d. c. cùm olim, num.* 3. *verſ. ſed circa, de maiorit. & obedien.* & *ibi* Felin. *in fine*, Pauin. *part.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 10. Rebuff. *d. titul. de deuolut. num.* 93. Nicol. Garc. *par.* 5. *c.* 7. *num.* 53. vbi, *num.* 54. intelligit in collatione libera, non verò in confirmatione, & inſtitutione, quæ ſunt neceſſariæ, & debitæ, Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante verſ. nonò quaro, ampl.* 3. [nam in iis, quæ ſunt neceſſaria, lex indulget Capitulo, vt miniſtret, *c.* 1. *de inſtit. in* 6. Azeued. *conſ.* 9. *num.* 8. vbi *à num.* 15. reſoluit, ex eo quòd conferre Capitulum non poſſit, ne diutiùs vacet Eccleſia Parochialis deficiente Prælato Epiſcopatus ob hanc neceſſitatem licere Capitulo Sede vacante tales Eccleſias commendare etiam vltra ſex menſes, donec fuerit prouiſum de paſtore.]

Secundò, infertur non poſſe Capitulum Sede vacante confirmare donationem iuriſpatronatus, quia tunc neceſſariò interuenire debet Epiſcopi conſenſus, vt per Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 303. *num.* 10. *cum ſeqq.* quem refero *d. part.* 3. *allegat.* 71. *num.* 24. 111

Tertiò, infertur in ſuppreſſione Præbendarum, aut Portionum vigore Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. c.* 15. [quam minimè 112

facere

facere licere Capitulo Sede vacante, reſoluunt Monet. *de diſtribut. quotid. q.1. c. 5. num. 29. & de commut. vlt. vol. cap.12. num.117.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.3. c. 38. q. 9. in med.*] Ego ipſe *d. tract. de officio, & poteſtat. Epiſcopi part. 3. allegat. 67. num. 3.* [Vide ſuprà, *c. 3. num.23.*]

113 Quod verò ad poteſtatem Ordinis pertinet, ſuccedit Capitulum Sede vacante in ius exercendi Pontificalia, vt Ordines conferendi, Chriſma conficiendi, conſecrandi Baſilicas, & huiuſmodi, ſed hæc quidem non Canonici ipſi per ſe, ſed per Vicarios Epiſcopos faciunt, gloſ. *in d.c. his quæ, & in c. ſi Epiſcopus, de ſuppl. negl. Prælator. lib. 6.* cùm Pontificalia huiuſmodi nonniſi à conſecratis Epiſcopis valeant exerceri, vt *in tract. de officio, & poteſtat. Epiſc.* oſtendimus.

114 [. Et ſicut Epiſcopo conuenit litteras dimiſſorias ſibi ſubditis concedere vt ab aliis Epiſcopis Ordines ſuſcipere poſſint,] ſic Capitulum Sede vacante poteſt Clericis ſuæ diœceſis dimiſſorias litteras huiuſmodi dare, vt ab alio Epiſcopo ordinentur, ſicut probat Boniſac. VIII. *in c. cùm nullus, de tempor. ordinat. lib.6.* Sed per decretum Concil. Trident. *ſeſſ.7. de reformat. cap. 10. ſeſſ. 23. etiam de reform. c.10.* poteſtas huiuſmodi limitatur, vt ſcilicet non valeat Capitulum Sede vacante infra annum à [morte Epiſcopi, ſeu alterius vacationis] dare licentiam ordinandi proprios clericos extra diœceſim, dimiſſorias concedendo, niſi beneficij ſuſcepti, vel recipiendi occaſione arctati fuerint, docent Nauar. *conſ.19. aliàs 27. & conſ.20. aliàs 28 ſub tit. de temporib. ordinat.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.21.22. & 65.* Henriq. *in ſumma lib. 10. c. 22. §. 3.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.1. verb. Capitulum, in princip.* Piaſec. *in ſimili praxi part. 1. c. 1. num. 13.* Petr. de Ledeſma *in ſumma part. 1. tit. de Sacramen. Ordinis, c.8. concluſ.3.* Quarant. *in ſumma Bullary, verb. Capitulum Sede vacan. verſ. decimoquarto*, Salzed. ad Bernard. *in practic. c.26. litt. C. in nouiſſ. edit.* [Cardoſ. *in praxi iudicum verb. Capitulum, num.5.* Piaſec. *in praxi Epiſc. p.1. c.1. num.13. in fine.* Molio. *d. tract.5. diſp. 11. num. 4.* nouiſſimè Marcel. Vulpe *in praxi iudic. c.8. num.34. & c.44. num.20.*] Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. par.1. c.10. num. 8. in princ. & p. 3. c.7. num. 47. cum ſeqq.* Campan. *in diuerſorio iuris Canon. rub.9. c.7.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut. 106. & in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapolit. deciſ.185. part.4.* Raguc. *de voce Canonicor. quæſt. 39. num. 2.* Homobon. de Bonis *de exam. Eccleſiaſtico par. 1. tractat.2. c.1. quæſ.6. prope fin.* Nicol. Garc. *de benefic. part.5. c.7. num.93. cum ſeqq.* Monet. *de commutat. vltim. voluntat. c. 10. num. 164. cum multis ſeqq.* Ego ipſe *de officio, & poteſtat. Epiſcopi, par.2. alleg.7. ex num.10.* [Marchin. *ſacrum. de Ordinis tract. 1. p.6. c.3. num.122.*]

Quod quidem Concilij Tridentini decretum minimè reſtringit iuriſdictionem Sedis Apoſt. quamuis vacantis, ac proinde non prohibetur Vicarius Papæ etiam ſtatim poſt vacantem Sedem Apoſt. dimiſſorias litteras ad Ordines concedere, [Maiol. *de irregul. lib. 4. c.20. in fine, & c. 5. n.5. in fine.*] Henriq. *in ſumm. lib.10. c.22. §.3.* Salzed. *d.c.26. lit. C. verſ. poterit*, Campan. *d.c.8. num.6.* Ego ipſe *d. alleg. 7. num.13.* [Marchin. *d.c.3. num.22.*] 115

Vnde colligitur *primò* Capitulum, ſeu Vicarium Sede vacante non poſſe infra annum dare dimiſſorias etiam ad primam Tonſuram, vt reſoluunt Maiol. *de irregul. lib.4. c. 2. num. 3.* Fr. Emman. *in ſum. tom.2. c.14. num.6.* Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacan. verſ. decimoquartò.* Nic. Garc. *d. p.5. c.7. num. 95.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol. 106.* Monet. *d.c.10. num. 137.* [nouiſſimè Marcel. Vulpe *d. c. 8. num.34. & d.c.44. num.20. in fine*] † Et ſi dederit, incidit in pœnam *d. c. 10. ſeſſ. 23. de reform.* quamuis illis vſus non fuerit is, cui conceſſæ litteræ fuerunt, quia actus fuit perfectus quoad Vicarium concedentem per quem non ſtetit, ita ex ſententia S. Congregationis reſoluit Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benef. p. 5. c.7. num. 92.* 116 117

Hinc S.Congreg. reſcripſit Epiſcopo Squillacen. *die 13. Ianuary 1594. Vicarium Sede vacante poſſe litteras dimiſſorias ad primam Tonſuram concedere etiam infra annum Laicis, qui expectant præſentari per patronos ad aliqua beneficia.* 118

Secundò colligitur non poſſe Capitulum Sede vacante infra annum dimiſſorias ad Ordines, etiamſi haberet territorium diſtinctum, & exemptum ob immemorialem poſſeſſionem, & ſunt Iudices ordinarij, ita Quarant. *d. verb. Capitul. Sede vacante, verſ. decimoquarto.* Aloyſ. Ric. *in dec. Curiæ Archiep. Neap. dec. 185. p.4.* † Poſt annum verò concedere huiuſmodi dimiſſorias ſpectat ad Vicarium, & non ad Capitulum, prout Vicario Capitulari Neapolitano reſcripſit S. Congr. *negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, ſub die 12. Ianuar. 1604.* 119 120

Tertiò colligitur non poſſe idem Capitulum dicto durante anno dare licentiam Epiſcopo commoranti in ciuitate, vel diœceſi, vt ordinet Regulares etiam præuio examine per ipſum Vicarium facto, vt tenet Raguc. *de voce Canon. q. 39. num. 4.* 121

Declaratur autem ſupradicta reſolutio multipliciter, & *primò* vt non procedat quoad teſtimonium idoneitatis, illud enim infra annum poſſe Capitulum Sede vacante facere tradunt Nauar. *conſ.19. in antiq. aliàs conſ.27. in nouis, de temporibus ordin.* Sayr. *in floribus* 122

deciſ. ſub eod. tit. deciſ. 21. Bonac. de Sacramen. diſp. 8. q. vnica, puncto 4. num. 24. Gallet. in margarita caſuum conſcient. verb. Capitulum 5. [Molin. d. tract. 5. diſp. 11. num. 4. verſ. quamuis. Marcel. Vulpe d. c. 44. num. 21.] Quarant. d. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. decimò quæro, limit. 3. Monet. d. c. 10. num. 182. vbi refert modernum Romanæ Curiæ ſtylum habere, vt Sede Epiſcopali vacante ipſæ quoque teſtimoniales dentur ab Ordinario viciniore. [Marchin. d. p. 6. c. 3. num. 17. & 18. nouiſſimè Ciarlin. controu. forenſ. lib. 1. c. 46. num. 12. & addit Molin. loco proximè citato quod etiam accedente reſcripto nuncij Apoſt. vt aliquis intra annum Sedis vacantis ordinari poſſit ab alieno Epiſcopo accedente teſtimonio ſuo Ordinarij idoneitatis, ad Capitulum, & loco Capituli ad ſuum Vicarium generalem, ſpectat tunc illum examinare quoad litteras, & mores teſtimoniumque illi tradere idoneitatis, vt cum eo ordinari ab Epiſcopo alieno poſſit.]

123 Ante lapſum anni vacationis Sedis poterit Capitulum obtinenti facultatem à Sede Apoſt. de ſuſcipiendo Ordines cum licentia ſui Ordinarij, huiuſmodi licentiam ſubordinatam concedere, vt docent Nau. conſ. 19. in antiq. aliàs conſ. 27. in nouis, ſub tit. de temp. ord. Piaſec. d. p. 1. c. 1. n. 13. verſ. Capitul. pag. 30. Ego ipſe d. p. 2. alleg. 7. n. 14.

124 Poterit inſuper idem Capitulum præfato anno durante concedere Epiſcopo extero exercitium Pontificalium, & ordinationem propriorum ſubditorum vacantis Sedis, vt per [Nau. conſ. 27. de temporib. ordin. Fornar. de Ordine c. 5. num. 7. verſ. quartò nota, Molfeſ. in ſum. tract. 2. c. 2. num. 28.] Henriq. in ſum. lib. 10. c. 22. §. 1. Quarant. d. verb. Capitulum Sede vac. q. 11. Piaſec. loco proximè citato, Marc. Ant. Genuen. in praxi Archiep. Neapol. c. 87. num. 33. Marchin. d. p. 6. c. 3. num. 16.

125 Poterit quoque idem Capitulum per Vicarium à ſe electum arctatis beneficiis tam habitis, quàm habendis intra annum litteras dimiſſorias concedere, Conc. Trid. d. ſeſſ. 7. de reform. cap. 10. Salzed. d. cap. 26. lit. C. verſ. poterit. Zerol. in praxi Epiſcop. parte 1. verbo Capitulum, in princip. verſ. ſecundum, [Molin. d. tract. 5. diſpen. 11. num. 4. verſ. quamuis. Garc. d. p. 5. c. 7. à num. 96.] Quarant. d. verſ. decimò quæro, Monet. d. c. 10. num. 180. vbi ſubdit poſſe huiuſmodi Capitulum pro arctatis litteras dimiſſorias ei concedere, qui habeat Epiſcopum, à quo ratione originis, domicilij, aut alterius beneficij compatibilis ab eo recepti illas poſſet obtinere. Marchin. d. p. 6. c. 3. num. 19.

126 Arctati occaſione beneficij recepti illi dicuntur, qui obtinent aliquod beneficium requirens ſeruitium perſonale, ratione cuius de iure, conſuetudine, priuilegio, ſtatuto Eccleſiæ, vel fundatione intra annum tenentur ſe promoueri facere, ita Nic. Garc. d. p. 5. c. 7. num. 98. Vgolin. de poteſt. Epiſcop. c. 26. §. 20. num. 5. verſ. & primo; Aloyſ. Ricc. in praxi aurea, reſol. 98. exemplificantes in eo, qui obtinet Parochialem Eccleſiam quòd ſit arctatus ad Sacerdotium intra annum, & in eo, qui obtinet Canonicatum ab Ordinem illi annexum, & in aliquibus beneficiis, ſeu Capellaniis requirentibus ex inſtitutione ſeruitium perſonale, ſeu aliquem Ordinem, latè Monet. de commut. vlt. volunt. c. 10. num. 166. cum multis ſeqq. vbi cum Nic. Garc. & Vgol. locis proximè citatis, idem ex eadem ratione dicendum putat, vbi Ordo ſuſcipiendus beneficio eſt ita annexus, vt tempore prouiſionis in eo conſtitutus eſſe debeat, qui beneficium obtinet, ſed impetrans diſpenſatus fuit, vt hoc non obſtante huiuſmodi beneficium poſſet obtinere, vel vbi in litteris contineretur clauſ. non obſtantibus aliquibus, &c. per quæ effectus gratiæ noſtræ impediri valeat quomodolibet, vel differri, vel ſimilis.

Arctati verò occaſione beneficij recipiendi 127
illi dicuntur, qui habent ius, ſeu ſunt vocati ad aliquod beneficium vacans, ſeu Capellaniam, quod tamen requirit actu certum Ordinem, quo illi carent, vel illi dicuntur; qui cum ſint Ordinati prima Tonſura, ſunt præſentati ad beneficia, vt docent Aloyſ. Ricc. d. reſol. 98. Monet. d. cap. 10. num. 173. Vgol. d. §. 20. num. 5. Nicol. Garc. d. cap. 7. num. 99. & 100. vbi 101. ſubdit electum in concurſu ad beneficium Curatum, cuius collatio facienda eſt à Papa, non poſſe interim dici arctatum tam occaſione beneficij recepti, quàm recipiendi, & num. 102. pariter reſoluit non dici arctatum occaſione beneficij recipiendi illum, cui aliquis vult reſignare aliquod beneficium requirens actu Ordinem, quo ille caret, de quo etiam Aloyſ. Ricc. d. reſol. 98. num. 2. & 3. Monet. d. cap. 10. num. 176. Vnde Capitulum Sede vacante poſſe dimiſſorias concedere intra annum ad primam Tonſuram ei, qui eſt præſentatus à patronis laicis ad beneficium Eccleſiaſticum Iuriſpatronatus ipſorum, vt illud obtinere valeat, docent Nic. Garc. p. 7. cap. 1. num. 30. Molfeſ. in ſum. Theolog. moral. tract. 6. cap. 7. num. 50.

In interſtitiis temporum diſpenſare poterit 128
Capitulum Sede vacante, ſeu eius Vicarius cum ordinandis in vim ſuarum litterarum dimiſſorialium, eo modo, quo poterat Epiſcopus cum ſibi ſubditis, vt per Quarant. d. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. quæro decimò, Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 715. in 1. edit. aliàs reſol. 483. num. 6. in 2. edit. Piaſec. d. p. 1. cap. 1. n. 50. verſ. eadem. Marr. de Iuriſd. part. 2. cap. 9. num. 13. Carol.

de

de Graſſis *de effectib. cleric. in prælud. num.* 339. *in fine*, Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, in declar. num.* 57. Marchin. *d. tractat. 1. p. 6. cap. 2. num.* 8.

129 Quæquidem dimiſſoriæ litteræ à Capitulo Sede vacante ritè, & rectè conceſſæ per ingreſſum moderni Epiſcopi non expirant, [quia gratia ſemel obtenta non expirat morte concedentis, *c. ſi ſuper gratia, de officio deleg. lib. 6. c. cui nulla* 51. *de præbend. lib. 6.*] ita benè reſoluunt Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, verſ. ſecundò dubitatur*, Petr. de Ledeſma *in ſum. p. 1. tract. de Sacramento Ordinis, c. 8. concluſ.* 4. Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ.* 12. *num.* 37. Monet. *d. c.* 10. *num.* 179. Molin. *d. tract.* 5. *diſput.* 11. *num.* 4. Gutier. *Canon. lib. 2. c. 17. num.* 12. vbi conſulit Ordinatoribus, vt ſi tempore præſentationis dictarum litterarum coram eis, ſciuerint nouum Prælatum atque ſucceſſorem poſſeſſionem eiuſdem Epiſcopatus accepiſſe, vel in Epiſcopatu adeſſe, illas non admittant, niſi reualidatæ, vel nouiter à ſucceſſore conceſſæ productæ fuerint, vel ab eius Officiali ad id ſpeciale mandatum habente, refert nouiſſimè Bonac. *de ſuſpenſio. omnibus in particulari diſput. 3. q. 1. puncto* 12. *num.* 26. [nouiſſimè etiam Marchin. *d. tract. 1. p. 6. c. 6. num. 5. & ibi.*] Quòd autem à nouo Antiſtite reuocari poſſint per edictum omnes, & quæcunque dimiſſoriæ à prædeceſſoribus Epiſcopis, ſiue Capitulo Sede vacante conceſſæ, tenet Rebuff. *in praxi benef. tit. de formalit. dimiſſor. num.* 44. & id iuſta ſubſiſtente cauſa admittit Campan. *d. rub. 6. c. 8. num.* 36.

Sed eſt aduertendum Vicarium Capituli Sede vacante, ſicut & Vicarium Epiſcopi, ſine ſpeciali mandato litteras dimiſſorias concedere non poſſe, ſecundùm Rebuff. *in pract. tit. de forma Vicariatus Archiepiſcop. num.* 47. Franc. Pauin. *de poteſtate Capituli Sede vacan. c. 10. parte 2. princ. num.* 17. Mandoſ. *ſuper reg. 24. Cancell. q. 6. num. 9. & ſeqq.* quos refert, & ſequitur Rot. *in Maurianen. penſionis* 25. *Iunij* 1626. coram R.P.D. meo Pirouano. Et quamuis mandatum ſpeciale à Vicario non exhibeatur cum clauſula facultatiua concedendi litteras dimiſſoriales; attamen cùm illud poſſit probari ne dum expreſsè per illius exhibitionem, ſed etiam tacitè per coniecturas, & præſumptiones, Crauet. *de antiquitate tempor. parte 2. primæ partis, num.* 17. Hieronym. Gabr. *conſ.* 181. *num. 9. lib.* 2. Rot. *deciſ.* 675. *in princ. parte 2. diuerſ.* non poteſt dubitari tales concurrere poſſe, quæ indicent Vicarium habuiſſe ſufficientem facultatem, vbi de illa dubitari contingat. *Prima* eſt ex quo iſta facultas dandi dimiſſorias eſt de ſolitis pro iuriſdictione Vicariorum, Ioan. Andr. *in c. cùm nullus, in fine, de tempor. ordin.* dicens iſtis temporibus ſolere dari Vicariis, idem firmat Creſcent. *deciſ.* 15. *num. 6. de probat.* *Secunda* deſumitur ex quo ordinans, & ordinatus ſunt notæ probitatis, qui faciunt iam facta præſumi licita, *c. niſi eſſent, de præben.* Oldrad. *conſ.* 115. *num.* 1. Hieron. Gabr. *conſ.* 187. *num. 57. lib.* 2. *Tertia* colligitur ex eo quòd Vicarius præſumitur voluiſſe id, quod poterat concedere Rot. *d. deciſ.* 675. *num. 4. parte 3. diuerſ.* *Quarta* denique vbi Tonſuratus recipit characterem in publica ordinatione facta per Epiſcopum, cui erant directæ litteræ dimiſſoriales, in eadem ciuitate, vbi Capitulũ Sedem habebat, quæ ſola ſufficit ad probandum eiuſdem Capituli conſenſum quoad hanc facultatem dandi dimiſſorias propter veriſimilem ſcientiam & notitiam illius, vt in puncto tenuit Rot. *in Bargen. Canonic.* 17. *Octob. &* 24. *Nouemb.* 1586. coram Gyptio, & has omnes præſumptiones & coniecturas vti ſufficientes in his terminis conſiderauit Rot. *in d. Maurianen. penſionis.*

Pœna verò impoſita *in d. c. 10. Concil. Trid.* contra Capitulum Sede vacante, quod contrauenit dicto decreto Concilij concedendo intra annum præfatum in caſibus ſibi non conceſſis litteras dimiſſorias ad Ordines, eſt vt Eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto, [Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 3. c. 8. num.* 48. Molin. *d. tract. 5. diſput. 11. num.* 4. vbi extendit ad adminiſtratorem Sede vacante loco Capituli.] quæ locum habet etiamſi is, cui conceſſit, illis vſus non fuerit, quia actus fuit perfectus quoad concedentem, per quem non ſtetit, vt per Nicol. Garc. *in addit ad ſuum tract. de benef. p. 5. c. 7. num.* 92. Marchin. *d. p. 6. c. 3. num.* 15.] 130

Sed aduerſus ſic ordinatos, ſi in minoribus Ordinibus conſtituti fuerint, ſtatutum eſt *eodem cap.* 10. vt nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus, gaudere debeant, ita per illum tex. tradunt Nauar. *conſil. 20. alias* 28. *ſub titul. de temporib. ordin.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ. 22. in princip.* Card. Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib. 1. cap. 49. verſ. ſecunda*, Henriq. *in ſum. lib. 13. cap. 38. §. 2. lit. C.* [Franc. Leo *in theſauro fori eccleſ. p. 3. cap. 8. num.* 47.] Quar. *in ſum. Bullarij verb. Ordo, verſ. ſecundò limitat*, Leſſi. *de iuſtit. lib. 2. cap. 34. ſub num.* 49. Molin. *d. diſp.* 11. *num.* 4. Thom. Valaſc. *alleg. iuris tom. 1. alleg. 45. num. 19. &* 20. Marr. *de Iuriſd. par. 4. caſu* 149. *num.* 8. Campan. *d. rub. 9. cap. 2. num.* 9. [Marchin. *d. p. 6. cap. 3. num.* 13. vbi ſubdit hanc priuationem priuilegij clericalis hodie non incurri niſi poſt iudicis declarationem, iuxta conſtit. S.D.N. Vrbani VIII. aduerſùs malè promotos.] 131

An poſſint habere beneficium, contingit 132

nonnúmquam dubitati? & prima facie videbatur dicendum quòd non, quia quòd quis ſit capax beneficij eccleſiaſtici, eſt clericale priuilegium, vt probatur *in cap. ex litteris, de tranſact. & in cap. 2. de inſtit.* Verùm quia taliter ordinatus hoc priuilegium non amittit ipſo iure, ſed debet illud amittere per ſententiam, vel per exceptionem, ſequitur quòd poterit beneficium habere antequam priuetur, & ratio eſt, quia Concil. *ſæpè citato cap.* 10. vtitur verb. *gaudeat*, quod eſt futuri temporis, & ideo ita reſoluunt Nauar. *d. conſ.* 28. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vac. q.* 10. *verſ. hinc contingit*, Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp.* 46. *num.* 18.

133 Verùm contra ſic in maioribus Ordinibus conſtitutos idem Concil. *citato cap.* 10. ab executione Ordinum ad beneplacitum futuri Prælati ſuſpenſos ipſo iure eſſe declarat. Ex quo colligitur impedimentum hoc perpetuum non eſſe, ſed temporale; donec ſcilicet aliud placeat futuro ſucceſſori, vt notant Salzed. *d. cap.* 26. *verb. ſine licentia, verſ. has autem dimiſſorias*, Soar. *tom.* 5. *de cenſur. diſput.* 31. *ſection.* 1. *num.* 20. Petr. de Ledeſma *in ſumm. part.* 1. *tractat. de Sacram. Ordin. cap.* 8. *concl.* 5.

134 Ad reliqua autem Pontificalia exercenda vicinus, vel alius aduocatur Epiſcopus cum cautelæ ſtudio, vt inquit text. *in cap. Pontifices 7. quæſt.* 1. ideſt, ab eo præſtita cautione quòd ex hoc nullum ſibi ius in Eccleſia vendicabit, vt exponunt gloſſ. & Doctores ibi.

135 Denique mortuo Epiſcopo nihil debet à Capitulo innouari in iis, quæ ad Ius Eccleſiæ, aut Epiſcopi pertinent, cùm non ſit qui Epiſcopale ius tueatur, *c.* 1. *ne Sede vacante.* Vnde infert Panorm. *in c. cùm olim. de maior. & obed.* non poſſe Capitulum præſcribere poteſtatem, quam pro Epiſcopo Sede vacante exercuerit in iis, in quibus de iure communi non ſuccedit, non enim valet conſuetudo, quòd Capitulum Sede vacante exerceat ea, quæ ei à iure communi non permittuntur, argum. *c.* 1. *& cap. de quarta, de præſcript.* Hinc pariter fit vt nec etiam poſſit Capitulum Sede vacante res, aut iura Eccleſiaſtica alienare, aut permutare, *cap. ſi qua de rebus*, 12. *q.* 2. *gloſ. in d. cap. cùm olim, de maior. & obed.* licèt locare valeat ad tradita per Cald. Pereira, *de empt. & vendit. c.* 26. *n.* 14. Imò qui in Sede vacante bona relicta, vt tempore vacationis collecta occupant, diſſipant conſumunt, &c. ſunt ſuſpenſi ab officiis, & beneficiis, non obſtantibus conſuetudinibus, ſtatutis etiam iuratis, & à Sede Apoſt. confirmatis, ita expreſsè decidit tex. *in cap. quia ſæpè* 40. *de elect.* 6. & ex eo colligunt Soar. *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 28. *ſect.* 3. *num.* 6. Rainer. *in catalogo cenſur. & irreg. tit. de ſuſpenſ. cap.* 4. *ſuſpenſ.* 2. nouiſſimè Bonac. *de ſuſpen. omnibus in particulari diſp.* 3. *q.* 4. *punct.* 15. *per tot.*

[Et quamuis Capitulum Sede vacante habeat iuriſdictionem Epiſcopalem, non tamen lucratur emolumenta ex ipſa iuriſdictione prouenientia, ſed reſeruantur Epiſcopo ſucceſſori, *Clemen. ſtatutum, de elect.* nouiſſimè Marcel. Vulpe *d. cap.* 44. *num.* 13. vbi, *num.* 14. refert ita declaraſſe Sacram Concilij declarationem his verbis: Congregatio Concilij cenſuit emolumenta tempore vacationis Sedis Epiſcopalis obuenientia ex iuriſdictione, & ſigillo, aut aliàs vndecunque, quæ ad Epiſcopum Eccleſia non vacante pertinuiſſent, ad Capitulum minimè ſpectare, niſi Apoſtol. priuilegio illi conceſſa fuiſſent: ſed debere futuro Epiſcopo reſeruari; ex his tamen emolumentis deducendum eſſe rationabile ſalarium Vicario conſtituendum & perſoluendum; quòd ſi ex priuilegio Apoſt. Capitulo competerent, non poſſe Canonicos, ſi Regulares ſint, & tria vota emiſerint, inter ſe diuidere.]

Et demùm illud eſt ſciendum quòd ea, 136
quæ de poteſtate Capituli cum Epiſcopo, aut Sede vacante diximus, de Capitulo Cathedralis Eccleſiæ intelligenda ſint, cum aliis quoque Eccleſiis, quæ inde Collegiatæ dicuntur, ſunt Canonicorum Capitula, quæ huiuſmodi poteſtatem non obtinent, *cap. Sanctorum 70. diſt.* nam cùm Prælatus, & Eccleſia præſertim in præſtanda obedientia exprimitur, tunc nomine Eccleſiæ ſolùm cum Prælato Capitulum Cathedralis Eccleſiæ continetur, *c. cùm clerici, de verbor. ſignif.*

[Denique Vicarius Capitularis tenetur ſtare ſyndicatui, & reddere rationem ſuæ adminiſtrationis Epiſcopo ſucceſſori, etiamſi illam reddidiſſet Capitulo, & ab eo, vel ab eius deputatis obtinuiſſet abſolutionem, aut liberationem, Concil. Trid. *d. ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 6. nouiſſimè Marcel. Vulpe *d. c.* 44. *num.* 19. *in princ.* Et dicèt id ipſum in Vicariis Epiſcoporum iure communi attento dicendum eſſet, eoſque obnoxios ad reddendam rationem officij exiſtimauerint Pauin. *de poteſt. Capituli Sede vacante p.* 2. *q.* 8. Sbroz. *de officio Vicarij lib.* 3. *q.* 52. nihilominus tamen conſuetudo eſt in contrarium, vt ſtatuit, & mandauit Gregorius XIII. obſeruari pro Vicario Tarentino in litteris Apoſt. in forma Breuis, incip. *Quoniam in Eccleſia Dei ſub Dat. Romæ ſub annulo Piſcatoris die* 2. *May* 1579. ibi, *Statuimus & mandamus quòd de cætero Vicarij; & Officiales; ſiue generales, ſiue particulares etiam foranei nuncupati per eundem Archiepiſcopum, ſiue eius pro tempore ſucceſſores in dicta Eccleſia Tarentina, ſiue eius Diœceſi deputati, vel deputandi ad aliquem ſyndicatum nullo modo teneantur, aut ſub quouis reſpectu ſint*

ſint obnoxij, &c. refert Marcel. Vulpe *d. loco*, vbi aduertit quòd licèt in hoc caſu ſummus Pont. ſtatuat pro Eccleſia Tarentina, tamen lex communis eſt, & ad alias extendi debet, vt ibi probat.

Dicetur autem poteſtas & iuriſdictio Capituli expirare ſtatim quòd Sedes ceſſat eſſe vacans, & eſt tunc quando nouus Epiſcopus adeptus eſt poſſeſſionem Epiſcopatus. Pauin. *d.p.2.q.10.num.* 19. Marcel. Vulpe *d. cap.* 44. *num.* 32. & non ſufficit quòd Epiſcopus ſit electus, quia Epiſcopo nominato non licet Vicarium mittere, ſed neceſſe eſt quod capiatur poſſeſsio Epiſcopatus cum Bullarum oſtenſione. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, num.* 13. quia Sedes Epiſcopalis intelligitur ſemper vacare donec litteræ Apoſt. Prælati præſentatæ fuerint Capitulo, *Extrauag. iniunctæ, de elect.* Marcel. Vulpe *d. cap.* 44. *num. vlt.*]

137 Quia decet Capitulo commiſſionem Vicariatio in ſcriptis facere, vt de eius facultate in futurum ambigi non poſſit, talis commiſſionis formulam pro coronide ſubnectere cenſuimus, cui pro voluntate Capituli addi, vel minui poteſt.

FORMVLA CREANDI Vicarium Capitularem.

NOs Canonici, & Capitulum Cathedralis N. Sede vacante per obitum bonæ memoriæ N. Epiſcopi, &c. Reuerendo N. ſalutem in Domino ſempiternum. Cùm ex ſacrorum Canonum diſpoſitione Eccleſiarum Cathedralium Capitula in deficientium Epiſcoporum (præſertim ſi ex humanis eximi contigerit) locum ſubrogentur, eiſque in ſpiritualibus & temporalibus ſuccedant: eorum munus erit viduatis Eccleſiis ita conſulere, vt miniſtrorum ſolertia, & diligentia viduitatis incommoda minimè ſentiantur. Ne igitur ſupradicta Eccleſia noſtri culpa aliquid detrimenti in ſpiritualibus, & temporalibus patiatur, Nos dictis ſacris Canonibus, & Concil. Trident. decretis obtemperare volentes, vocatis omnibus, & ſingulis Canonicis infra tempus à dicto Concilio ſtatutum, ad Vicarium, qui vices noſtras ſuſtinere debeat, deputandum, congregatiſque iis, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt intereſſe, habitiſque intereſſentium votis, de conſenſu, & voto eiuſdem Capituli, te Reuerendum N. de cuius probitate, ſcientia, & ſufficientia, confiſi, generalem in ſpiritualibus & temporalibus Vicarium noſtrum in prædicta Eccleſia Cathedrali, Ciuitate, & Diœceſi, tenore præſentium deputamus, creamus, & conſtituimus (per menſes ſex ...) vel (Epiſcopali Sede vacante) cum omnibus, & ſingulis facultatibus, priuilegiis, honoribus, oneribus, præeminentiis, & prærogatiuis, ad huiuſmodi munus exercendum neceſſariis, & opportunis, Dantes tibi plenam, & liberam poteſtatem, omnia & ſingula exercendi, quæ Capitulo Sede vacante in vtroque foro à iure permittuntur, & proinde cauſas omnes tam ciuiles, quàm criminales, & mixtas, etiam hæreſis, & matrimoniales, audiendi, & prouidendi, decidendi, cum facultate excommunicandi, & cenſuras proferendi, cum voto tamen ordinariorum Conſultorum noſtræ Curiæ in ſententiando, & procedendo ad actus, quorum grauamen per appellationem à diffinitiua reparari non poteſt; necnon ea omnia faciendi, quæ nos facere, & mandare poſſumus, etiamſi ſpeciale mandatum requirant. Reſeruantes nobis collationem beneficiorum, eorúmque inſtitutionem ad Capitulum ſpectantem deputationem examinatorum, officialium, actuariorum, & miniſtrorum Curiæ, regimen Seminarij, facultatem cognoſcendi de cauſis ſuſpicionum, & denegata iuſtitia, & conſtitis (ſeruatis de iure ſeruandis) alteri delegandi. Volumus autem, vt concedere licentiam ordinandi etiam ad primam Tonſuram, (in caſibus à Sacro Concil. Tridentin. Capitulo permiſsis) & prouidere de Prædicatoribus in Aduentu, & Quadrageſima; ac diſpenſare in foro exteriori, etiam quoad temporum interſtitia, & caſus reſeruatos de nouo facere non poſsis, abſque expreſſo noſtro conſenſu capitulariter habito. Nec approbare Confeſſores, ordinandos, & ad beneficia obtinenda, niſi prævio examine ab examinatoribus deputatis, quorum approbationes per Secretarium annotentur in libro. In caſu verò infirmitatis, vel abſentiæ ſubſtituere non poſsis, vel cauſas delegare, ſed in his caſibus prouiſio ad nos ſpectare debent. Præcipimus itaque vniuerſo Clero huius Ciuitatis, & Diœceſis, aliiſque huius Eccleſiæ iuriſdictioni ſubiectis, quatenus te in Vicarium, Officialémque noſtrum generalem recipiant, tibique in omnibus præmiſſis pareant, & obediant. Dantes tibi vices, & voces noſtras, &c. Contradictores, & inobedientes pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis compeſcendi, & ita te Vicarium deputamus, cum ſolutione ſalarij, per eum, cui incumbit, facienda. In quorum fidem præſentes ſcribi iuſſimus per Notarium noſtræ Curiæ, & manu propria ſubſcripſimus. Datum in noſtro Capitulo Cathedralis Eccleſiæ N. Die .... Anno ...

Hìc cum Deo finem huius operis conſequutus atteſtor illud, & quicquid hactenus ſcripſi, habere cum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia Romana, & inualidum ac nullum me habere profiteor, ſi quid eſt in meis operibus, quod candidis, ac ſacris ſanctionibus contrauenìat: illa autem, quæ huc vſque prodiere, ſunt quæ ſequuntur

Aucto

b

Auctoris Opera quæ adhuc luci commiſſa.

D*ictionarium Luſitanico-latinum.* impreſſum Bracharæ Auguſtæ, apud Fructuoſum Laurentium de Baſto, 1611.

Remiſsiones Doctorum in varia loca Concilij Trid. Vlyſſipone, apud Petrum Crasbeeck, 1618. & deinde alibi.

Caſtigationes, & additamenta ad annotationes Parentis in Ordinationes Regias Luſitanorum Vlyſſipone, apud Petrum Crasbeeck, 1620.

Remiſsiones Doctorum de Dictionibus, & Clauſulis. Romæ, apud hæredes Bartholomæi Zanetti, 1621.

Paſtoralis ſolicitudinis, ſiue de officio, & poteſt. Epiſcopi tripartita deſcriptio. Romæ, apud impreſſores R. Cameræ Apoſtol. 1623. deinde Pariſiis, Venetiis, & accuratiùs Lugduni, apud Laurentium Durand, 1628.

Collectanea Doctorum tam veterum, quàm recentiorum in Ius Pontificium vniuerſum, in quatuor tomos diuiſa, apud Impreſſores R. Cameræ Apoſt. 1626. & 1629. poſtea accuratiùs quinque Tomis Lugduni, apud Laurentium Durand, 1637.

Selecta Iuris Canonici interpretationes addenda Collectaneis Doctorum ſuper quinque priores Decretalium libros, Romæ apud Franciſcum Corbelletum, 1626.

Varia Iuris tractationes, in quibus continentur quinque tractatus Legales, iuxta ſeriem alphabeticam breui methodo diſpoſiti; videlicet,

I. De Axiomatibus Iuris vſufrequentioribus.

II. De Appellatiua verborum vtriuſque Iuris ſignificatione.

III. De Locis communibus argumentorum Iuris.

IV. De Clauſulis vſufrequentioribus.

V. De Dictionibus vſufrequentioribus. Lugduni apud Laurentium Durand, 1631.

Allegatio Iuris in propria cauſa Bracharen. regreſſus, ſiue ingreſſus ad Theſaurariam, Romæ apud Franciſcum Caballum, 1631.

Paſtoralis ſolicitudinis, ſiue de officio, & poteſtate Parochi, tripartita deſcriptio. Romæ apud Guilelmum Facciottum, 1632. poſtea auctiùs & accuratiùs, Lugduni apud Laurent. Durand, 1634. nunc denuo defœcatum & auctum apud eundem, & Laurentium Arnaud, 1640.

De Canonicis, & Dignitatibus Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum, eorúmque officio, tam in Choro, quàm in Capitulo. Romæ, apud Franciſcum Corbellettum, 1632. poſtea accuratiùs & auctiùs Lugduni, apud Laurentium Durand, 1634. & tandem pariter defœcatum & auctum apud eundem, & Laurentium Arnaud, 1640.

Tractatus de Iure Eccleſiaſtico vniuerſo, in quo de Perſonis, locis, & Perſonis Eccleſiaſticis pleniſsimè agitur. Lugduni apud Laurentium Durand, 1634.

Collectanea Doctorum qui in ſuis operibus varia loca Conc. Trid. incidenter tractarunt. Lugduni apud Laurentium Durand, 1634.

Collectanea Bullary, aliarúmve Summorum Pontificum conſtitutionum, necnon præcipuarum Deciſionum, quæ ab Apoſtolica ſede à Sacris Congregationibus S. R. E. Cardinalium, Romæ celebratis vſque ad annum 1633. emanarunt. Lugd. apud Laurentium Durand, 1634.

Praxis erigendi penſiones, contra calumniantes, & differentes illas ſoluere, cui acceſſerunt vota aliquot deciſiua Canonica, primùm Barcinone apud Gabrielem Nogues, 1635. poſtea Lugduni apud Laurentium Durand, 1636.

Collectanea Doct. in Ius Ciuile vniuerſum, in decem Tomos diuiſa.

I. Tom. continet Collectanea in tres priores Codicis libros.

II. Tom. Collectanea in quartum & quintum eiuſdem Codicis libròs, Lugduni apud Gabrielem Boiſſat, 1637. & 1638.

TECA NAZ

INDEX

INDEX
RERVM OMNIVM,
& verborum copioſus.

Prior numerus paginam, alter notas marginales ſignat: vbi verò numerus marginalis ſolus ponitur, ad proximè deſignatam paginam refertur.

A

A B

ABBAS Canonicis Cathedralis debet anteferri, quando Canooici incedunt, vt ſinguli, noo ita ſi collegialiter. 113. 56

Abbates, & Abbatiſſas in ſede ſua collocat Archidiaconus. 32. 25

Abbatibus, & aliis adminiſtrationem plenam habentibus iure communi prohibitum non eſt, quòd iudices eſſe poſſint. 119. 14

Abſens ob aliquam iuſtam cauſam maximè ordinatam ad recitatiooem & cantum chori, & leuandi corpus gratia, percipit diſtributiones quotidianas. 146. 25

Abſens optare poteſt per Procuratorem ſi ſtatutum, vel conſuetudo contraria oon obuiet. 185. 14

Abſentes pro negotiis & vtilitate Eccleſiæ lucrantur diſtributiones, ſi conſuetudine fuerit obtentum vt tales illas lucrentur. 146. 26

Abſentia cauſa ſtudiorum etiam obtenta licentia a Sede Apoſt. non excuſat ab amiſſione tertiæ partis detractæ, ſicut nec excuſat ab amiſſione cæterarum diſtributionum. 155. 11

Abſoluere ab excommunicatione poteſt Capitulum, à qua poterat abſoluere ipſe Epiſcopus, niſi ei fuerit à Sede Apoſtol. ſpecialiter interdicta poteſtas. 249. 62

A C

Acta per Canonicos in Capitulo non poſſunt ab eiſdem Canonicis reuocari niſi capitulariter. 205. 17

Actus quando requiritur quòd capitulariter ſit factus, ita & ratificatio capitulariter eſt facienda. 19

A D

Adiuncti in procedendo iuriſdictionem habēt. 171. 7

Adioncti iuramentum ſubire debent de bene, & fideliter ſe habendo. 8

Adiuncti recuſari poſſunt à parte, & ſolo iuramento. 9

Adiuncti ſi ſine fraude tempore diuinorum Officiorum abſint, priuandi non ſunt quotidianis diſtributionibus. 10

Adminiſtratio in Collegiatis Eccleſiis ſpectat ſimul ad omnes. 76. 16

Admioiſtratio iuriſdictionis reſidet penes totum Capitulum ante electionem Vicarij infra octo dies faciendam. 245. 29

Admiſſus ſemel vti purus ad Canonicatum, ſi illum reſignet, poteſt alium in eadem Eccleſia obtinere abſque ooua probatione. 67. 47

Aduocati eorum officium durante lucrantur diſtributiones. 142. 3

Æ

Ætas 25. aooorum requiritur in Archidiacono habente curam annexam, in aliis, quibus ea non ineſt, 22. anoi completi ſufficiuot. 31. 10

Ætas promouendorum ad Canonicatus Collegiatarum Eccleſiarum illa requiritur, quæ ante Cooc.l. Trid. præſcribebatur, & ſic quatuordecim anoorum, nec tales tenentur ad aliquem Ordinem ſacrum, niſi requiratur per ſtatutum, aut fundationem. 61. 14

Ætas incipit à die natiuitatis, oon autem à die Baptiſmi. 62. 19

Ætas 25. annorum inceptorum requiritur in principali Dignitate Collegiatæ Eccleſiæ. 21

Ætas vigintitrium annorum permitti poteſt in Vicario Capitulari, ſi aliàs eſt idooeus, noo tamen expedit. 247. 54

A L

Alternatiua oon gaudet Epiſcopus abſens etiam ex cauſa à Concilio approbata. 77. 23

Alternatiuæ gratia gaudens Epiſcopus ſi reſideat apud Eccleſiam, aut Diœceſim ſuam verè, & perſonaliter, in menſibus Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris, Canonicatus, & Præbendas vacantes prouidet. 22

Alternatiuæ acceptione recepta io Dataria in aliquo menſe Apoſtol. oon incipit vſus illios niſi toto menſe peracto, ſecus ſi in menſe Ordinarij. 78. 24

A N

Animarum curæ incumbentes imminenti ſuæ Dignitati, vel Canonicatui, dum ſunt in actu adminiſtrandi Sacramenta, diſtributiones quotidianas lucrantur. 143. 11

Annus de ſe promoueri faciendo ad ſacros Ordines compu

ROMA

computari debet à die habitæ poſſeſſionis, dummodo per prouiſum non ſteterit quominus antea poſſeſſionem perceperit. 94. 7

Antiquior non ætate, ſed receptione priùs optare debet. 185. 9

Antiquiores regulariter priùs optare debent, quàm iuniores. 9

Antiquiores in optione Præbendæ, illi dicuntur, qui diutiùs in Eccleſia militarunt, & fuerunt in poſſeſſione priores, licèt ſint in prouiſione poſteriores. 11

Antiquitas ſola in optione conſideranda eſt, non perſonæ prærogatiua, quamuis ſit Cardinalis. 10

AP

Appellatio à ſententia priuatoria beneficij ob non reſidentiam, non datur ad effectum ſuſpenſiuum ſi lata ſit ſeruato iuris ordine. 123. 19

Approbatus ad Dignitatem Ordinem ſacrum annexum habentem, examini nihilominus ſubiiciendus eſt ad ſuum Ordinem annexum ſuſpiciendum. 60. 8

AQ

Aqua benedictæ aſperſio debet fieri ſigillatim quibuſcunque Dignitatibus, & Canonicis, 201. 13

AR

Archidiaconatus, & Archipresbyteratus etiam in Collegiatis Eccleſiis de iure communi ſonant tantùm in Dignitatem. 23. 5

Archidiaconus Græco vocabulo dicitur quaſi miniſtrorum princeps. 29. 1

Archidiaconus principalem habet Dignitatem poſt Epiſcopum. 30. 2

Archidiaconus eſt dignior Archiprebytero, & Primicerio in voce, loco, & adminiſtratione. 3

Archidiaconus de iure eſt prima dignitas in Cathedralibus Eccleſiis. 4

Archidiaconus, qui oculus Epiſcopi dicitur, in omnibus Eccleſiis, vbi fieri poteſt, eligendus eſt, qui ſit Magiſter, ſeu Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel Iure Canonico. 5

Intellige de iis tantùm Archidiaconis, qui vel curam habent animarum, vel iuriſdictionem, iuxta tit. de officio Archidiaconi. 6

Archidiaconus nullus reperitur in tota Hiſpania, qui totam illam iuris communis retineat poteſtatem. 31. 8

Archidiaconus quare dicatur oculus Epiſcopi oſtenditur. 12

Archidiaconus dum viſitat Eccleſiam ſuæ præbendæ, non percipit fructus illius Canonicatus, quem obtinet ex diſpenſatione, vel ex illius Eccleſiæ conſuetudine. 17

Archidiaconus tanquam prima Dignitas poſt Pontificalem in Choro aliis ſuperior, & maior habetur. 20

Archidiaconos reſpicit, vt Primicerius, & Sacriſta, vel cuſtos iniuncti ſibi muneris ſolicitudinem diligenter exequantur. 23. 24

Archidiaconus inſtituit in beneficiis curam animarum habentibus de auctoritate tantùm, & mandato Epiſcopi, vel ſi hoc habeat ex præſcriptione. 30

Archidiaconus ratione ſui muneris non poteſt curam committere animarum. 31

Archidiaconus poſt Epiſcopum dicitur eſſe Vicarius in omnibus. 33. 34

Archidiaconus à Vicario Epiſcopi in quo differat, oſtenditur. 36

Archidiaconus de iure maior eſt omnibus poſt Epiſcopum, & Archipresbyter eius ſubiacet iuriſdictioni. 34. 38

Archidiaconus cur de iure præferatur Archipresbytero, oſtenditur. 41

Archidiaconus de iure præcedit Archipresbytero in adminiſtratione, cùm in Diuinis Archipresbyter præcedat Archidiaconum, niſi Archidiaconus ſit etiam in Presbyteratus Ordine conſtitutus. 42

Archidiaconus Sacerdos in celebratione Miſſarum ſolemnium, abſente Epiſcopo eſt præferendus Archipresbytero. 35. 44. 45

Archidiaconus, & Archipresbyter ſi in funeralibus de eadem Cathedrali concurrant, danda eſt præcedentia Archipresbytero ratione ſtolæ. 36. 49

Archidiaconus ſi ſit prima dignitas, debet exercere officium Presbyteri aſſiſtentis cum Pluuiali Epiſcopo celebranti, illique candelam, & palmam benedictam miniſtrare. 50

Archidiaconus dum in aſſiſtentia eſt apud Epiſcopum, intelligitur præſens in choro tam in Eccleſia Cathedrali, quàm in alia. 51

Archidiaconus, qui ſuſtinet Baculum Epiſcopi dum celebrat ſolemniter, thurificandus eſt immediatè poſt Diaconos aſſiſtentes. 52

Archidiaconus, qui ſit ex priuilegio Protonotarius, non lucratur fructus, & diſtributiones ſui Archidiaconatus, ſi cum habitu Protonotarij in Eccleſia, choro, proceſſionibus, ac Diuinis Officiis aſſiſtat. 53

Archidiaconus vbi non adeſt, in illius locum ſuccedit Decanus. 42. 5

Archidiaconus, vel Canonicus viſitans Eccleſiam, iura, vel redditus ſuæ Prebendæ, non amittit diſtributiones quotidianas. 142. 4

Archidiaconus durante viſitatione non poteſt percipere fructus illius Canonicatus, quem obtinet ex diſpenſatione, vel ex illius Eccleſiæ conſuetudine. 143. 5

Archidiaconus cùm ſuſtinet Baculum Epiſcopi dum celebrat ſolemniter, thurificandus eſt immediatè poſt Diaconos aſſiſtentes, etiamſi ſit primus Archidiaconus. 196. 22

Archidiaconus, ſeu alia Dignitas maior poſt Pontificalem præfertur Vicario Capitulari etiamſi non ſit Canonicus. 41

Archidiaconi ad officium pertinet Epiſcopo miniſtrare, & ſolemniter celebraturo Epiſcopo ſacrum Euangelium cùm voluerit legere, & illos deſignare qui illud & Epiſtolam cantent. 31. 18

Archidiaconi iuriſdictio hodie per conſuetudinem eſt imminuta. 34. 37

Archidiacono ad viſitationem expediendam poterit Epiſcopus terminum præſcribere comitatum, & equitatum. 31. 14

Archidiaconi iuriſdictionem contentioſam habentes debent eſſe Doctores, & promoti in publico gymnaſio. 30. 7

Archidiaconi in Hiſpania non obligantur eſſe Doctores, aut Licentiati. 31. 7

Archipresbyter ruralis dignitatem habet ſi Collegium, Conuentum, vel duas Capellas, aut ſaltem prærogatiuam in Cathedrali habuerit, aliàs ſecus. 23. 6

Archipresbyter in ciuitate Paduæ ex antiqua conſuetudine præcedit Archidiaconum, & quomodo probetur hæc conſuetudo, oſtenditur. 34. 40

Archipresbyter poſt Archidiaconum habet dignitatem. 38. 1, 4

Archipresbyter dicitur quaſi Presbyterorum primus, ſiue præfectus. 2

Archipresbyter vocatur Decanus Presbyterorum. 3.

Archipresbyter eſt duplex, vnus vrbanus, & alius ruralis. 5

Archipresbyter vrbanus eſt qui in Vrbe degens, dignitati præeſt in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia. 6

Archipresbyter ruralis, vel foraneus eſt qui ruri Eccleſiæ præeſt Parochiali, ſeu Plebaniæ. 7

Archipresbyter ſi non potuerit, vel noluerit celebrare Miſſas ſibi incumbentes. non poteſt pro ſuo arbitrio eas alteri delegare, ſed aliæ Dignitates, & Canonici per ordinem ſubintrant in eius locum. 39. 11

Archipresbyter non debet ſe intromittere in regimine chori, quod ad ſolum Cantorem pertinet. 12

Archipresbyter quamuis ſit prima dignitas in choro, debet tamen cedere primum, ac digniorem locum celebranti. 13

Archipresbyter quomodo dicatur *in cap. 2. de offic. Archip.* Sacerdotibus Cardinalibus præeſſe, oſtenditur. 14

Archipresbyter eſt quaſi Parochialis Sacerdos omnium poſt Epiſcopum, videlicet in admiοiſtratione Sacramentorum. 18

Archipresbyter omnibus de Diœceſi Sacramenta adminiſtrare poteſt. 20

Archipresbyter ruralis eam habet auctoritatem propter Parochiale officium, quam ei Epiſcopus dare voluerit. 40. 27

Archipresbyter nullam habet iudicalem iuriſdictionem in ſuo Archipresbyteratu, ſed omnia debet referre Epiſcopo, nec aliquid contra eius decreta ordinare poteſt. 33

Archipresbyter in Parochianos non habet iuriſdictionem fori contentioſi, ſed tantùm pœnitentialis. 41. 34

Archipresbyter non poteſt inobedientes coërcere, atque pœnam iniungere, ſed omnia debet Epiſcopo denuntiare ad effectum, vt contra eos, prout ipſi viſum fuerit, procedat. 35

Archipresbyter poteſt amicabiliter, & non per viam iuris iurgia inter Sacerdotes, & Clericos orta in ſua Eccleſia componere. 36

Archipresbyter minora, ſeu minima, quæ expediri poſſunt abſque figura iudicij, per ſeipſum determinare poteſt. 37

Archipresbyteri officium non omnis Plebanus habet, ſed is tantùm, quem Epiſcopus ſtatuerit. 40. 28

Archipresbyteri præferendi ſunt in proceſſionibus Vicariis Parochialium Eccleſiarum. 29

Arctati occaſione beneficij recepti, & recipiendi qui dicantur, oſtenditur. 116. 127

Argumentum valet à Vicario Epiſcopi ad Vicarium Capituli Sede vacante. 208. 9

Arrouaſia Canonici Regulares à quo inſtituti, & quo tempore cœperint. 7. 28

AS

Aſperſorium cum aqua benedicta Epiſcopo accedenti ad Eccleſiam debet miniſtrari à prima Dignitate, vel digniore Canonico. 192. 8

Aſperſorium porrigendum eſt Epiſcopo accedenti ad Eccleſiam Collegiatam ab illius Priore, non autem à prima Dignitate, vel primo Canonico Cathedralis, quatenus ibi adſit. 9

Aſſiſi, ſeu Manſionarij ſunt, qui in eadem Eccleſia aſſiduè, & veluti permanenter officium canendi in Choro, & Diuina celebrandi obire tenentur. 27. 37

Alij facetè, Aſſiſios quaſi aſinos, dici. ibid.

Aſſiſtentes Epiſcopo, licèt ſint minus digni, omnibus aliis præferuntur. 196. 15

Aſſiſtentes ratione Aſſiſtentiæ ante Dignitates, & Magiſtratum thurificantur, & recipiunt pacem. 16

Barboſ. de Canon. & Dignitatib.

Aſſiſtentia cum Pluuiali Epiſcopo celebranti facienda eſt à prima Dignitate, ſeu à primo Canonico in Ordine Presbyterali conſtituto. 195. 3

Aſſiſtentia duorum Canonicorum ſemper conuenit Epiſcopo loci Ordinario tantùm, ſiue celebret, ſiue diuinis Officiis aſſiſtat, maximè quando eſt paratus. 6

Aſſiſtentia in choro quomodo facienda, & an & quando ab eo egredi liceat, oſtenditur. 201. 17

Aſſiſtere tenentur Epiſcopo celebranti Decanus, ſeu prima Dignitas, & duæ aliæ Dignitates, vel Canonici præter Diaconum, & Subdiaconum miniſtros. 195. 1

Aſſiſtere Epiſcopo debent digniores, & honoratiores. 2

Aſſiſtere Epiſcopo tenentur Canonici etiam quando Ordinationem celebrat extra propriam Eccleſiam. 8

AV.

Auditori Cameræ vigore obligationis Cameralis tribuitur facultas procedendi per audientiam contradictarum. 133. 5

Auditores Rotæ Romanæ percipiunt fructus, & diſtributiones beneficiorum ſuorum in abſentia ac ſi actualiter intereſſent diuinis Officiis. 141. 1

B

B A

Beneficiarius ſi non promoueatur infra annum ad Ordinem requiſitum propter inſtum inſtrumentum, adhuc percipit poſt annum integras quotidianas diſtributiones. 95. 11

Beneficiarij, qui ad ſacros Ordines ſuis Dignitatibus, Perſonatibus, Officiis, vel Præbendis annexos ſe intra ſtatutum tempus promouerit, non faciunt, quas pœnas incurrant, oſtenditur. 94. 8, 9.

Vide *Portionarius.*

Beneficiati, ſi ſint in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis vocem in Capitulo non habent. 211. 17

Beneficium quod vacaret in Cathedrali ſi contendat Papa, non comprehenditur Præbenda Canonicalis. 56. 27

Beneficij in impetratione non eſt opus facere mentionem de præbenda illi annexa. 54. 11

Beneficij appellatione in materia odioſa non venit præbenda. 56. 26

Beneficij Eccleſiaſtici capaces de iure ſunt deſcendentes ab Hebræis. 68. 49

Beneficij poſſeſſio ſine interuentu Notarij, aut alicuius perſonæ Eccleſiaſticæ tradi non poteſt. 89 ar

Beneficij poſſeſſionem ſufficit apprehendere per amplexum Altaris, & alios actus, qui fiunt in Eccleſia, & etiam per tactum annali Eccleſiæ clauſæ ſi fiat in præſentia habentis poteſtatem tradendi poſſeſſionem, & non appareat eſſe aliquem intus animo poſſidendi. ibid.

Beneficia quæuis auctoritate Epiſcopali creari poſſunt. 16. 23

Beneficia inferiora in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis reperiuntur, quæ non ſunt de corpore Capituli. 27. 36

Beneficia ſimultaneæ collationis ſi Epiſcopus conferat vni, & Capitulum alteri, neutra collatio valebit, quia adinuicem ſe impediunt. 75. 9

Beneficia obtinentes in Collegiatis Eccleſiis, quibus nullus ſacer Ordo eſt annexus, percipiunt diſtributiones, licèt nunquam Ordinem ſacrum ſuſcipiant. 96. 17
Beneficia manualia nuncupantur diſtributiones quotidianæ, & quare, oſtenditur. 126. 5
Beneficia quomodocunque reſeruata, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter, etiam per reg. 8. Cancellariæ non cadunt ſub optione. 186. 22
Beneficia, & Prebendæ quæ permutantur, vel reſignantur, non optantur. 23
Beneficia iuriſpatronatus laicalis, aut mixti non cadunt ſub optione, niſi accedat patroni conſenſus. 187. 25
Beneficia ratione ſui Canonicatus poteſt quis conferre quamuis non ſit in Sacris. 212. 22
Beneficia ſpectantia ad ſolam collationem Epiſcopi conferre non poteſt Capitulum Sede vacante. 255. 109
Quid ſi beneficia ſpectarent ad collationem Epiſc. cum conſenſu, vel conſilio. Et quid ſi ad eundem Epiſcopum pertinerent iure deuoluto. 256. 110
Beneficiis priuat, & auctoritate Epiſcopi punit Archidiaconus. 32. 28
Beneficiorum in poſſeſſionem corporalem mittit Archidiaconus inſtitutos ab Epiſcopo. 32
Vide *Prebenda*.

B I

Biretum debet Epiſcopus cum cappa ſedens ad ſedem ſuam, ſibi de per ſe extrahere. 197. 26. & ſeq.

B R

Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ de Canonicatu ſibi à Papa collato obtinens, ſi ea capta, & in ſe tranſlata, & ceſſa per Commiſſarium Cameræ poſt aliquos annos ad Cathedralem accedat, vt ſuo Canonicatui inſeruiret, debet ſedere, & incedere ante alios Canonicos, qui de nouo poſt poſſeſſionem captam nomine Cameræ hoc medio tempore poſſeſſionem ingreſſi ſunt. 110. 14
Breuium interpretatio à communi ſtylo, & vſu Curiæ ſumenda eſt. 69. 55

B V

Bulla Pij V. ſuper forma iuramenti profeſſionis fidei. 102. 34

C

CA.

CÆremoniale ſeruandum circa aſſociationem, & reductionem Epiſcopi celebratur in Cathedrali. 191. 2
Cæremoniale Romanorum ſeruandum eſt circa aſſiſtentiam faciendam Epiſcopo à Dignitatibus, & Canonicis. 196. 23
Cæremoniale non tollit immemorabiles, & laudabiles conſuetudines, ſed abuſus. 24
Caſaraugusta, vide *Metropolitana*.
Caſarauguſtanus Archiepiſcopus poſt ſecularizationem, in qua erectus fuit vnus Canonicatus Lectorales cum aſſignatione Præbendæ, an teneatur ad ſolutionem ſalarij, quod ante ſoluebat, oſtenditur. 164. 36
Can. præcipimus, fi ne. 93. diſt. expenditur. 107.10
Can. ſi quis Presbyter. 92. diſt. declaratur. 224. 14
Canonia eſt ius ſpirituale per quod quis habet non ſolùm ſtallum in choro, & locum in Capitulo, ſed etiam ius ad præbendam, & facultatem actu percipiendi diſtributiones quotidianas. 53. 1
Canonia eſt mater præbendæ. 54. 10
Canonia, & præbenda in quibus differant, oſtenditur. 55. 18
Canonia eſt ius habendi ſedem in choro ad cantandum, & legendum ad vocem in Capitulo, prouemens ex electione, ſeu receptione in fratrem. 19
Canonia ſupra numerum ad futuram præbendam hodie erigi non poteſt. 23
Canonia, & Præbenda Canonicalis eſt quocunque alio beneficio præſtantior, & honorabilior. 56. 25
Canonica portio, ſeu diſtributio duplex eſt. 53. 4.
Canonicæ Regulares, quæ. 11. 51
Canonicatus appellatione venit etiam Canonicatus Regularis. 8
Canonicatus eriguntur, & Canonici creantur, vel in ipſa erectione Eccleſiæ Cathedralis, aut Collegiatæ, vel poſt eam erectam. 12. 1
Canonicatus in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis inſtituere quis valeat, oſtenditur. 16. 21
Canonicatus beneficiorum appellatione venit in materia non odioſa. 22.
Canonicatus auctoritate Papæ confirmati cum præfinitione numeri, & decreto irritante, non poſſunt ſupprimi per Epiſcopum. 20. 19
Canonicatus, ſeu Præbendæ vbi ſupprimendæ ſunt in Eccleſia aliqua Collegiata, quæ Cathedralis non ſit vltra conſenſum Capituli inferioris Eccleſiæ, requiritur etiam conſenſus Capituli Cathedralis. 21. 25
Canonicatus trahit ad ſe præbendam, cùm non poſſit eſſe ſine præbenda ſaltem diu. 54. 9
Canonicatus eſt beneficium ſimplex, & non requirit aliquem ordinem niſi tantùm primam tonſuram. 59. 2
Canonicatus Subdiaconalis in 21. Diaconalis 22. & Sacerdotalis in 24. anno obtineri poteſt. 60. 9
Canonicatus, Portiones integræ in Cathedrali requirunt attingentiam 21. annorum ſi non habeant annexum Ordinem Presbyteratus, vel Diaconatus. 11
Canonicatus vacans de menſe Septembri Epiſcopo gaudente alternatiua, ſed tunc temporis abſente à ſua Diœceſi, an ſpectet ad prouiſionem ipſius Epiſcopi, an potius ad Papam, pro Epiſcopo qui teneant, referuntur. 80. 30
Ad Papam huiuſmodi prouiſionem ſpectare qui meliùs reſoluant. 31
Reſpondetur contrariis, 81. 32, 33, 34, 35.
Canonicatus poſſeſſio quòd ſit legitimè capta inſtificatur ex actibus Canonicalibus per Canonicum geſtis cum præſentia, & patientia Capituli. 88. 16
Canonicatus iniuſtè poſſidens ſuperueniente ſibi nouo titulo valido poteſt continuare poſſeſſionem ipſam de facto, mutato ſolùm primo iure, & titulo poſſeſſionis, quæ mutatio ipſo iure ſtatim facta intelligitur data notitia ſecundi tituli. 17
Canonicatus poſſeſſio dicitur capta ſi Canonicus per Eccleſiam deambulauerit, & in ſtallo ac in Choro ſederit. 89. 21
Canonicatus quando dicatur Sacerdotis. 93. 3
Canonicatus Collegiatæ in Romana ciuitate eſt dignior Canonicatu Cathedralis alterius ciuitatis. 113. 35

Canonicatus Cathedralis ſecundùm datam ſignificationem dici poteſt Dignitas, propriè tamen talis non eſt. 117. 1

Canonicatus non debet ex natura ſua prærogatiuam, & vnus Canonicus alios antecedat. 3

Canonicatus duos in diuerſis Eccleſiis citra diſpenſationem obtinens nequit duplices habere diſtributiones. 129. 19

Canonicatus Pœnitentialis non poteſt optari, nec Pœnitentiarius poteſt aliam Præbendam optare. 559. 23

Canonicatus Theologalis in regno Franciæ eſt ſemper prouidendus per Ordinarium, & Capitulum vni Theologo in quocunque menſe vacauerit. 163. 16

Canonicatus, & Præbendæ Theologales in Regnis Coronæ Caſtellæ, & Legionis, quomodo, & per quem prouideri ſoleant, oſtenditur. 57

Canonicatus & Præbendæ Doctorales, ſeu Magiſtrales Eccleſiarum Regnorum Caſtellæ & Legionis quomodo prouideri di? 168. 62

Canonicatus non vacat per obitum coadiutoris. 577. 7

Canonicatus, ſeu inferiorum Dignitatum in electionibus in Eccleſiis Collegiatis exiſtentium non eſt neceſſariò ſeruanda forma, *cap. quia propter, de elect.* 214. 5

Canonicatus duo de iure in vim decretorum Conc. Trid. incompatibiles ſunt, & poſt adeptam pacificam poſſeſſionem ſecundi primus vacat ipſo iure, & ſi quis vtrumque retinere perrexerit, illis eſt ipſo iure priuatus. 230. 16

Canonicatum ſupernumerarium ad futuram præbendam creare non poteſt Epiſcopus, nec alius inferior à Papa. 16. 14

Canonicatum ſibi impetrans an, & quando teneatur facere mentionem de Præbenda, oſtenditur. 56. 28

Canonicatum obtinens in Eccleſia Cathedrali ante factam Ordinum diſtributionem in ea ſaltem ætate oportet eſſe conſtitutus, vt infra annum ad Subdiaconatum poſſit promoueri. 60. 10

Canonicatum, aut Dignitatem habentem ſacrum Ordinem ſuſcipientes ſine intentione illum aſſumendi an peccent mortaliter, & teneantur ad reſtitutionem oſtenditur. 97. 22

Canonicatum obtineri ſufficit, vt quis poſſit eſſe delegatus Pontificis, tempore commiſſionis, licèt præſentationis tempore non obtineantur, 518. 6, 7

Canonicatum obtinens, cui coniunctum eſt onus Pœnitentiariæ, non poteſt vigore conſuetudinis obtinere Dignitatem. 237. 19

Canonicatum in Eccleſia in qua patet, obtinere non poteſt illegitimus ex Canonico, qui fuit deinde legitimatus per ſubſequens matrimonium. 21

Canonicatu vt quis priuetur ob non reſidentiam debet perſonaliter citari, & quid ſi perſonaliter citari non poſſit, oſtenditur. 553. 58

Canonicatuum, ſeu Præbendarum Eccleſiæ Cathedralis prouiſio ad quem, ſeu quos pertineat, non eſt expreſſo iure cautum. 73. 5

Canonicus Regularis eſt propriè Canonicus. 4. 7

Canonicus Regularis prouiſus per Epiſcopum de Canonicatu, vel Dignitate in Eccleſia Regulari, non poteſt amoueri per ſuperiorem Regularem. 56

Canonicus, qui portionem, vel bona ita poſſidet, vt non ſit animo paratus etiam ad Superioris nutum relinquere, peccat manifeſtè contra votum ſolemne paupertatis, & tenetur reſtituere. 6. 24

Canonicus creatus à Papa cæteris paribus præferendus eſt facto ab inferiore. 16 25

Canonicus in Eccleſiis receptiuis propriè non dicitur habere ſucceſſorem, nec eius Canonicatus vacare dicitur, ſed confeſtim quòd titularis decedit, ſupprimitur, expirat, & ceſſat. 19. 8

Canonicus non ſuccedit Canonico in honore, & onere, ſed Capitulum. 9

Canonicus ſupernumerarius receptus ſimpliciter de mandato Papæ in aliqua Eccleſia, in qua eſt certus numerus Canonicorum, non illi derogando, aut non mandando recipi cum plenitudine iuris Canonicalis, non habet ius Canoniæ, ſtallum ſcilicet in choro, & vocem in Capitulo, & alias omnes prærogatiuas, quibus cæteri Canonici gaudent. 19. 14

Canonicus ſupernumerarius receptus cum expreſſa Papæ derogatione de certo Canonicorum numero, vel cum plenitudine iuris Canonicalis habet ius Canoniæ. 15

Canonicus poteſt ſine præbenda creari niſi ſtatuto, aut conſuetudine aliud caueatur. 55. 22

Canonicus Cathedralis Eccleſiæ qua litterarum ſcientia præditus eſſe debeat, oſtenditur. 59. 4

Canonicus Collegiatæ, quæ curam exercet animarum, quam exigat ætatem, oſtenditur. 62. 17

Canonicus falſus ſi diu ſtetit in poſſeſſione, & deinde à Papa obtinuit prouiſionem, non eſt neceſſaria noua apprehenſio, & inſtallatio. 88. 18

Canonicus, qui eſt Sacerdos, non ob id impeditur quin poſſit Præbendam Subdiaconalem retinere. 94. 4

Canonicus Ordinem requiſitum ſuſpiciens ante legitimam ætatem non ſatisfacit ſuæ obligationi. 6.

Canonicus ad requiſitos Ordines infra annum non promotus poteſt aliis pœnis etiam priuationis puniri præcedente ſolemnitate Concil. *ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 4. 96. 20

Canonicus Doctor an præcedat incedendo alios Canonicos. 108. 15

Canonicus qui præuenit in apprehendenda poſſeſſione, & antiquiore receptione, debet aliis præcedere in ſtallo, voce, optione, & cæteris prærogatiuis. 52

Canonicus aliquis ſi poſt adeptam poſſeſſionem omni iure Collegij priuetur, & deinde reſtituatur, non recuperat primum locum. 150 15

Canonicus, qui Canonicatum dimiſit, & alium in eadem Eccleſia impetrauit, locum vltimi Canonicatus obtenti habere debet. 16

Canonicus, qui Canonicatum permutauit, ſi ad eundem Canonicatum redierit, quia permutatio effectum non habuit, debet habere locum, & ſtallum antiquum. 57

Canonicus iunior debet publicare feſta mobilia in die Epiphaniæ, niſi alius ex conſuetudine Eccleſiæ ſit aſſignatus, & ſecundùm eam ſupplere vices hebdomadarij abſentis. 115. 23

Canonicus, vel Presbyter paratus officium faciens debet præcedere omnibus, etiam Decano. 24

Canonicus Epiſcopo aſſiſtens ſuperueniente digniore Canonico debet cedere locum aſſiſtenti digniori. 26

Canonicus hebdomadarius Officium faciens debet habere locum ſupra omnes Dignitates, & Canonicos. 30

Canonicus, vel Dignitas factus Epiſcopus cum retentione Canonicatus, vel Dignitatis, debet præcedere omnibus aliis Dignitatibus, & Canonicis, etiam ipſo antiquioribus. 31

Canonicus ſi cum habitu Protonotarij in Eccleſia incedat, & Diuinis aſſiſtat, non lucrabitur fructus, & diſtributiones ſui Canonicatus. 112 35

Canonicus Protonotarius poteſt in actibus non competentibus ſibi tanquam Canonico vti habitu Protonotarij. 36

Canonicus Protonotarius poteſt in Eccleſia, choro, & proceſſionibus portare ſubtaneam violaceam, dummodo in cæteris omnibus gerat habitum Canonicis congruentem. 37

Canonicus, qui ſit Miles Regularis, non poteſt ſupra habitum Canonicalem deferre Crucem Ordinis Militaris. 39

Canonicus Locumtenens Epiſcopi debet in choro ſedere in loco ſuæ receptionis in habitu Canonicali, nec ei competit pacis, & thuris honor ante Dignitates, & non lucratur diſtributiones quotidianas niſi ſedeat in ſuo ſtallo cum habitu Canonicali. 40

Canonicus, cui cauſa committitur per Sedem Apoſt. ſi poſt acceptationem litterarum deſinat talis eſſe, poteſt nihilominus Iudex eſſe in illa cauſa. 118. 8

Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ, quamuis peritiſſimus Doctor, delegatus Papæ, ſeu Iudex ſynodalis conſtitui non poteſt. 119. 10

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Regularis non datur à Sede Apoſtol. delegatus niſi ex certa ſcientia Papæ. 11. & ſeqq.

Canonicus Monachus in Eccleſia Cathedrali ſeculari ex diſpenſatione Apoſtolica ex hoc non videtur diſpenſatus ad delegationem cauſarum. 120. 15

Canonicus vt poſſit eſſe Iudex delegatus an debeat eſſe deſignatus in Conciliis Prouincialibus, vel diœceſanis. 19

Canonicus condemnatus per ſententiam ad reſtituendos fructus perceptos, & percipiendos, non tenetur reſtituere quotidianas diſtributiones. 126. 6.

Canonicus in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, qui priuatus fuit Canonicatu, non percipit quotidianas diſtributiones. 135. 13

Canonicus depoſitus, ſi non habet vnde viuat, alendus eſt de fructibus ſibi oblati beneficij, etiamſi ob culpam propriam, vel admiſſum ſcelus fuerit depoſitus. ibid.

Canonicus poteſt diſtributiones, quas alter malè quæſierat, ſibi applicatas, & traditas illi ipſi donare, qui eas amiſit. 136. 19

Canonicus miſſus à Capitulo pro aliquo ſeruitio ipſius Eccleſiæ, ſeu Capituli, vel abſens ob aliquam neceſſitatem, vel cauſam ipſi Eccleſiæ vtilem, poteſt ſtante conſuetudine percipere omnes fructus, & diſtributiones quotidianas. 139. 17

Canonicus ab Eccleſia, cui eſt adſtrictus, abſens ex Pontificis priuilegio poteſt percipere diſtributiones quotidianas. 144. 13

Canonicus miſſus à ſuo Epiſcopo ad viſitanda limina Apoſtolorum eius nomine, vel comitans ipſum Epiſcopum ad eadem limina, diſtributiones quotidianas lucratur. 14

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Sede vacante electus in Vicarium non percipit diſtributiones, ſi conſuetudo eum abſentem non excuſaret. 15

Canonicus procurator Capituli, & pro negotiis Capituli aſſiſtens tanquam præſens reputandus eſt, & habere debet diſtributiones quotidianas. 145. 20

Canonicus, qui à Capitulo munus accepit ad negotia Eccleſiæ peragenda, quæ extra tempus diuini Officij expedire poterat, diſtributiones lucratur, ſi ea tempore diuini Officij expediat. 21

Canonicus, qui ad peragenda Eccleſiæ negotia citius diſceſſit, quàm par eſt, aut regreſſum diutius diſtulit, quàm opus eſt, non poteſt diſtributiones percipere pro eo tempore quo citiùs diſceſſit, aut diutiùs regreſſum diſtulit, ſi ſcienter hoc fecit. 22

Canonicus, qui à Capitulo mandatum habuit expediendi negotium aliquod in euidentem Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, poteſt diſtributiones lucrari quamuis aliquod temporis ſpatium in profanis recreationibus inſumat. 23

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis ſuper iuribus Canonicatus ſui Romæ litigans iuſtam cauſam non reſidendi habere cenſetur, nec hoc caſu ad lucrandas diſtributiones opus eſt licentia Epiſcopi. 146. 26

Canonicus nonagenarius, & ferè luminibus orbatus, choro non inſeruiens pro præſente haberi mandatur. 147. 29

Canonicus, qui lumen oculorum amiſit, & propterea Miſſas, & diuina Officia celebrare non poteſt, diſtributiones quotidianas, & cætera emolumenta lucratur. 30

Canonicus ſanitatis cauſa balnea, vel alium locum petens, percipit diſtributiones in abſentia. 33

Canonicus lucratur diſtributiones cùm per vim ab aliquo detinetur, & propterea non poteſt in ſua Eccleſia diuinis intereſſe Officiis. 149. 43

Canonicus Synodalis examinator qui cauſa examinis abeſt à choro, non lucratur diſtributiones quotidianas. 154. 9

Canonicus abſens ſtudiorum cauſa percipit quidem fructus Præbendæ, non verò diſtributiones. 10

Canonicus abſens dum vacat ſtudiis vt lucretur fructus debet ſtudere cum ſui Epiſcopi, & ſuperioris licentia. 155. 11

Canonicus Theologus non eſt admittendus ad ius optandi. 163. 20

Canonicus Theologus, qui reſignauit in manibus Ordinarij Præbendam Theologalem, poteſt obtinere mediante optione pinguiorem Præbendam cum retentione ſui ſtalli in choro. 22

Canonicus Theologus poteſt ex vi conſuetudinis obtinere Dignitatem in eadem Eccleſia, quæ nullum habet onus, ſeu emolumentum, ſed ſolùm ſedit ſupra Canonicos. 23

Canonicus Theologus debet ſedere in loco ſui Canonicatus. 164. 24

Canonicus Theologus à lectione ſacræ Scripturæ vacare poteſt tribus menſibus Iulij, Auguſti, & Septembris. 27

Canonicus Theologus ſi nolit legere, quomodo prouidendum, oſtenditur. 30, 31

Canonicus Theologus, ſi ex capite infirmitatis ſanabilis impediatur quominus per ſeipſum legere valeat,

valeat, non poteſt compelli ad ponendum ſubſtitutum, & eo caſu quo quis eſſet ſubſtituendus, electio ſubſtituti ſpectatet ad Epiſcopum. 32

Canonicus Theologus ex gratia diſtributiones lucratur pro tota die in qua legerit. 33

Canonicus Theologus in die, qua legerit, non cenſetur præſens Matutino, quod dicitur pro die ſequenti in veſpere præcedenti ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ. 34

Canonicus Theologus in die, qua legerit, lucratur emolumenta quæcunque perſonaliter interеſſentibus dari ſolita, etiamſi choro non inſeruiant. 35

Canonicus, qui Præbendam Doctoralem, aut Magiſtralem obtinet, non poteſt eſſe iudex Ordinatius, vel delegatus appellationum in Regnis Caſtellæ, & Legionis. 168. 61

Canonicus iunior iuxta conſuetudinem Eccleſiæ Elboten. debet ſupplere vices hebdomadarij abſentis, vel impediti, & non coadiutor. 180. 34

Canonicus antiquior ſi differt optare infra legitimum tempus, poterit iunior ſequens optare Præbendam. 185. 8

Canonicus in Sacris non conſtitutus benè poteſt optare maiorem Præbendam ſi ſtatutum, vel conſuetudo contraria non obuiet. 15

Canonicus Pœnitentiarius, & Lector S. Scripturæ optare non poteſt. 186. 20

& quid in coadiuto. ibid.

Canonicus iudex eſt ſuſpectus in cauſa ſui concanonici, 190. 10.

ſed verius. 11

Canonicus in cauſa ſuæ præbendæ non poteſt eſſe teſtis. 14

Canonicus in choro cum aliis non cantans, non tenetur ad totas diſtributiones teſtituendas, ſed proportionabiliter pro parte correſpondente defectibus, quos commiſit. 200. 15

Canonicus qui abeſt à choro ſine cauſa animo amittendarum diſtributionum tempore abſentiæ reſpondentium, an peccet mortaliter, remiſſiuè. 201. 16

Canonicus ſemper cum ſuo Canonicali in Capitulo prout in choro modeſtè, & cum ſilentio accedere, & in loco ſibi debito ſedere tenetur. 206. 1

Canonicus Protonotarius prælatitio habitu indutus ad Capitulum accedere non debet, nec in eo recipiendus eſt. 208. 11

Canonicus, qui non ſit in Sacris, non poteſt vocem in Capitulo præſcribere, aut aliquo pacto acquirere. 210. 6

Canonicus ſupernumerarius vocem in Capitulo habet, quem mandauit Papa recipi derogato certo numero cum plenitudine Iuris Canonicalis. 8

Canonicus à Papa diſpenſatus, vt ante legitimam ætatem ad Subdiaconatus Ordinem promoueatur, ad Ordinem Subdiaconatus ſic ex diſpenſatione promotus vocem habebit in Capitulo. 9

Canonicus diſpenſatus à Papa vt in ætate ſexdecim annorum poſſit Canonicatum in Cathedrali obtinere, an valeat vocem in Capitulo dare, oſtenditur. 211. 13

Canonicus in Sacris minimè conſtitutus collegiales actus, & ea omnia quæ extra Capitulum fiunt, exercere poteſt. 212. 19

Canonicus etiam non conſtitutus in Sacris debet habere ſuam hebdomadam, ſi collatio ſpectat ad Canonicum hebdomadarium per turnum. 20

Canonicus, ſeu alius exiſtens in quaſi poſſeſſione ingrediendi, aſſiſtendi, & intereſſendi in Capitulo, manutenendus eſt, etiamſi actus poſſeſſorij fuerint cum contradictione aliquorum de Capitulo. 213. 29

Canonicus magnæ auctoritatis & prudentiæ an poſſit compelli pro intereſſe Eccleſiæ ad dandam vocem in Capitulo per ſeipſum. 30

Canonicus Capitularibus Congregationibus præſens, ſi tacuerit, habetur pro conſentiente. 214. 32

Canonicus abſens ſi nullum inueniat in Capitulo, qui velit eſſe eius procurator, non poteſt cogi aliquis ad acceptandum, nec poterit nolente Capitulo extraneum deputare. 220. 21

Canonicus non poteſt licitè ordinariè abeſſe à Capitulis, ſeu Congregationibus Capitularibus. 221. 1

Canonicus poteſt licitè abeſſe à Capitulis ſtante legitimo impedimento, aut alia iuſta cauſa ad non aſſiſtendum illis. 222. 4

Canonicus ſumere poteſt dies recreationis cauſa ſibi conceſſos in diebus Capituli, niſi de induſtria faciat. 5

Canonicus non eſt vocandus ad Capitulum quando eſt in probatione habitus. 8

Canonicus abſens quamuis amittat quotidianas diſtributiones mortaliter peccat, ſecundum vnam ſententiam. 9

ſed contrarium verius. 10

Canonicus quando non vult reſidere, & intereſſe ex contemptu, ſeu contra Prælati ſui particulare præceptum ex iuſta cauſa latum, peccat mortaliter. 224. 15

Canonicus obtinens Dignitatem perdit Canonicatum, niſi priuilegio, vel conſuetudine muniatur. 230. 18

Canonicus ex gremio Capituli in Vicarium Sede vacante electus de tempore diuinorum Officiorum ſuo muneri, & officio incumbens, diſtributiones quotidianas non percipit. 246. 39

Canonico diſpenſato in ætate competit ius percipiendi quotidianas diſtributiones. 128. 12

Canonico qui ex cauſa peſtis abfuerit, non debentur quotidianæ diſtributiones, niſi peſtis graſſetur, & probetur legitima conſuetudo quòd diſtributiones huiuſmodi dari conſueuerint abſentibus ex iuſta cauſa. 148. 41

Canonico querelato, & accuſato, nec non querelanti & accuſanti an debeantur diſtributiones quotidianæ ſui Canonicatus, dum ob id reſidere non potuit. ibid.

Canonico Theologo in vim vnionis factæ ab Epiſcopo de Præbenda vacatura non competit ius aduerſus Canonicatum vacaturum per ſignationem. 163. 10.

Canonici à Canone dicuntur. 2. 1

Canonici olim in cœtus congregati ſeorſum à cæteris habitabant. 3. 2

Canonici omnes antiquis temporibus cum ſuo Epiſcopo ſub certa regula, menſaque communi vixerunt. 3.

Canonici Regulares ſunt qui monaſticam vitam in clauſtris ducunt. 5

Canonici Regulares appellantur quaſi duplici obligatione vita Canonicali adſtricti. 4. 6

Canonici Regulares ſubdiuiduntur in duas claſſes, vna eſt illorum, qui in Eccleſia Cathedrali Regulari, ſeu alia non Cathedrali Canonici Regulares ſunt. 9
Canonici Regulares Cathedralium, ſeu aliarum Eccleſiarum habent bona ſaltem ad vſumfructum, & poſſunt de illis inter viuos ad opera pia diſponere. 10
Canonici Regulares S. Auguſtini plures ſunt in Regnis Hiſpaniarum, & præcipuè habent ius adminiſtrandi, quæ ſuo victui ſunt deſtinata. 6. 19
Canonici Regulares Hiſpaniarum non differunt à cæteris Regularibus capacibus bonorum in communi, quoad ea, quæ communia ſunt omni Religioni, ſicut viuere ſine proprio, abſtinere à negotiationibus, & ſimilibus. 20
Canonici Regulares in Hiſpaniis degentes licèt habeant portiones ſeparatas, non habent tamen ratione dominij, cùm non ſint capaces, ſed ſolùm ratione adminiſtrationis. 21
Canonici Regulares Cathedralium ſunt euſdem ordinis, & conditionis, cum reliquis Canonicis Regularibus Eccleſiarum inferiorum. 9. 40
Canonici Regulares in pœnalibus, & exorbitantibus non comprehenduntur Monachorum appellatione. 45
Canonici Regulares non poſſunt eſſe patrini eleuando baptizatum de fonte, ſicut nec Monachi. 10. 42
Canonici ſeculares dicuntur, qui ius habent Canoniæ, & Præbendæ in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia. 45
Canonici Epiſcopi fratres, & conſiliarij, & cum eo vnum quodammodo corpus efficiunt, & eidem conſilium, & auxilium in negotiis Eccleſiarum pertractandis præſtant. 47
Canonici propter dignitatem, quam habent, & præeminentiam ſupra alios Clericos, ſignum aliquod habere debent, vt dignoſcantur à cæteris. 56. 26
Canonici in Cathedralibus Eccleſiis tot numero debent eſſe, quot pro ſeruitio Eccleſiæ ſatisfacere poſſint. 58. 1
& Eccleſia in qua eſt certus numerus Canonicorum, numerata dicitur. ibid.
Canonici ſupernumerarij illi dicuntur, qui in Canonicorum collegium cooptantur, & Canonici creantur vltra numerum certum Præbendarum, & Canonicatuum abſque vlla præbenda illis ſtatim attributa. 19. 12
Canonici quando ſunt priuilegiati ſuper numero certo, ſi poſtea aliquem ſupra numerum admittant, non poſſunt vti exceptione numeri contra Papam volentem aliquem ſupra numerum conſtituere. 20. 16
Canonici ſupernumerarij, an & quando poſſint eſſe delegati Papæ, & diſtributiones quotidianas habere, remiſsiuè. 57
Canonici iure poſſunt numerum Præbendarum minuere, cùm annui earum redditus non ſufficiunt ad ſuſtentandos commodè Canonicos. 18
Canonici ſupernumerarij poſſunt recipi in anno 14. ſed adueniente tempore præbendæ debent eſſe in ætate integra. 65. 13
Canonici votantes in Capitulo non extra votare debent. 76. 19
Canonici cogi non debent, ad quid ſoluendum in ingreſſu, etiamſi conuerti debeat in reſtauratione prædiorum, & bonorum Capituli. 90. 26
Canonici qui in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis obtinent Dignitates, Perſonatus, Officia, vel Præbendas, quibus aliqui Ordines ſunt annexi, tenentur eundem Ordinem requiſitum intra annum ſuſcipere. 93. 41
Canonici Cathedralium qui non fecerunt primam reſidentiam, nec Fidei profeſſionem emiſerunt, non poſſunt pro præſentibus haberi, licèt pro cauſis, & negotiis Capituli abſentes fuerint. 102. 33
Canonici præcedunt inter ſe ſecundùm tempus datæ prouiſionis, & gratiæ ſibi factæ. 107. 8
Canonici ſacris veſtibus induti debent præcedere Vicario generali. 111. 25
Canonici parati præcedunt Vicario generali, non obſtante conſuetudine in contrarium. 28
Canonici parati thurificandi ſunt ante Vicarium. 29
Canonici debent ſedere in ſuo ſtallo, nec aſcendere ad ſedes Decani, & Archidiaconi ſi fortè abſint. 112. 41.
Canonici digniores debent ſedere in ſedibus, quæ ſunt viciniores ſedi Epiſcopali. 42
Canonici celebrantes non debent ſedere coram Epiſcopo in ſede cum poſtergali, ſed in aliquo ſcamno oblongo tapete cooperto in latere Epiſtolæ. 43
Canonici Cathedralium Eccleſiarum cæteris Canonicis Collegiatarum digniores ſunt. 44
Canonici Cathedralium præcedunt aliis Beneficiatis, & Prælatis Eccleſiarum inferiorum. 45
Canonici Cathedralis dicuntur clerici primi gradus, & ideò omnibus debent præcedere. 46
Canonici Cathedralis præcedunt Canonicis Collegiatæ, non obſtante conſuetudine in contrarium etiam in omnibus actibus, & functionibus in propria Collegiata exercendis. 113. 48
Canonici Eccleſiæ Cathedralis dicuntur Fratres Epiſcopi. 54
Canonici Cathedralis in funeralibus, & aliis proceſſionibus præcedunt proprio Parocho cotta, & ſtola induto. 114. 59. non verò quando Canonici ſine Cruce, & conſenſu Capituli, vti ſinguli incedunt. 63
Canonici Eccleſiæ Cathedralis licèt non ſint Doctores in Congregationibus, vbique præficiendi ſunt Presbyteris non Canonicis, licèt ſint Doctores. 64
Canonici Collegiatarum Eccleſiarum omnibus aliis Clericis præcedunt poſt Cathedralem, quia Collegiata eſt dignior quacunque alia inferiori Eccleſia etiam Parochiali. 65
Canonici Collegiatæ thurificari debent duplici ductu thuribili. 66
Canonici Eccleſiarum Collegiatarum præcedunt Parochis in funeralibus, licèt aliter ſentiant aliqui. 67. 68
Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ ſemper præcedere debent Regularibus etiam in ipſorum Regularium Eccleſiis. 115. 69
Refertur deciſio ſacræ Congreg. Rituum. 70
Canonici Collegiatæ non debent in proceſsionibus incedere parati ſicut Canonici Eccleſiæ Cathedralis. 116. 72
Canonici Cathedralis ſunt præferendi Magiſtratui ſeculari quando non eſt de perpetuis, & maioribus. 74
Canonici Cathedralis ſunt ante Magiſtratum thurificandi, tam in Cathedrali Eccleſia, quàm in aliis in quibus ſimul conuenerint, vbi talis eſt conſuetudo. 75
Canonici de iure in Conſeruatores deputari non poſſunt, ſecus attenta Conſtitutione Gregor. XV. 117. 4

Canonici poſſunt eſſe delegati Pontificis. 5

Canonici, in tribus menſibus quolibet anno abeſſe volentes licentiam ab Epiſcopo petere non tenentur. 122. 3

Canonici ſi in nouem menſibus anni notabiliter abſint, peccant mortaliter. 8

Canonici non excuſantur à reſidentia quamuis velint quotidianas diſtributiones amittere. 9

Canonici Dominicis, & feſtiuis diebus de præcepto interſint tantùm abeſſe intelliguntur vltra tres menſes, quamuis ſic reſidere prætextu conſuetudinis, aut ſtatuti intendant. 12

Canonici non ſatisfaciunt ſuo muneri exhibendo ſuam præſentiam in choro niſi pſallant. 13

Canonici, Dignitates, & Portionarij in Cathedralibus, ſeu Collegiatis Eccleſiis non reſidentes an, & quibus fructibus priuentur, oſtenditur. 123. 15

Canonici vltra numerum habentes ſtatim omnia iura Canoniæ, niſi conſuetudo ſit in contrarium, vel quòd Canonicus non poſſit adminiſtrare iura Canoniæ niſi priùs fuerit inſtallatus. 128. 14

Canonici, qui non interſunt diuinis Officiis, ipſo facto ante vllam iudicis ſententiam, diſtributiones quotidianas amittunt. 133. 1

Canonici qui vna hebdomada interſunt diuinis Officiis, vt poſſint lucrari diſtributiones ſequentis etiam hebdomadæ, quamuis illis non interſint, poteſt conſuetudine introduci. 138. 10

Canonici duo intereſſentes Epiſcopo ad mentem Sacrorum Canonum percipiunt diſtributiones, niſi in illis conſiſterent omnes fructus. 153. 6

Canonici aſſociantes ſuum Prælatum quandoque volentem audire Miſſam non in Cathedrali, ſed in alia Eccleſia ciuitatis, non fiunt participes quotidianarum diſtributionum. 154. 7

Canonici celebrantes dum diuina Officia recitantur, non lucrantur diſtributiones, niſi ad celebrandum compulſi fuerint ab eo, ad quem pertinet. 155. 12

Canonici, & cæteri Presbyteri Eccleſiæ Cathedralis tenentur accedere ad lectionem ſacræ Scripturæ. 164. 28

Canonici nec quidem fructus lucrantur pro tempore, quo interſunt Lectioni S. Scripturæ Theologi illam legentis in Cathedrali. 167. 45

Canonici in Scholis generalibus, vel publica Vniuerſitate docentes ſacram Scripturam, ſeu Ius Canonicum, & illi ſtudentes, plenè gaudent priuilegiis omnibus de perceptione fructuum Præbendarum ſuarum in abſentia. 46. 47

Canonici docentes Theologiam, vel Ius Canonicum in publica Vniuerſitate non lucrantur fructus in abſentia niſi id faciant de licentia eiuſdem Vniuerſitatis, quamuis Cathedram, aut ſalarium, non habeant. 50

Canonici docentes Theologiam, vel Ius Canonicum lucrantur fructus in abſentia, quamuis Præbendæ, quas obtinent, ſitæ ſint in Cathedrali eiuſdem ciuitatis, in qua publici Lectoris munere funguntur. 51

Canonici docentes, vel ſtudentes ſacræ Scripturæ, aut iuri Canonico, diſtributiones quotidianas percipere non poſſunt, niſi in huiuſmodi diſtributionibus omnes Capituli redditus conſiſtant, quia tunc illas percipere poterunt dempta tertia parte. 52, 53

Canonici ad docendum Sacram Scripturam, vel Ius Canonicum in publica Vniuerſitate nullam temporis determinationem habent, ſed fructus Præbendarum ſuarum percipere poſſunt quandiu docuerint. 168. 55

Canonici tenentur per ſe ipſos, & non per ſubſtitutos ſuo muneri ſatisfacere, niſi legitimè ſint impediti. 188 3

Canonici cogendi ſunt ad perſonaliter canendum Miſſam illis diebus, quibus ex inſtitutis, & legitima conſuetudine illius Eccleſiæ debent. 5

Canonici in cauſa ſui Capituli ſunt idonei teſtes. 190. 10

Canonici in iis, quæ ſingulorum commodum, & vtilitatem reſpiciunt, ad teſtificandum non admittuntur. 13

Canonici tenentur in eorum habitu Canonicali accedere ad domum Epiſcopi, & illum aſſociare ad Eccleſiam celebraturum, vel diuina Officia audíturum cum cappa accedentem, excipientes illum ex aliquo cubiculo Palatij Epiſcopalis Eccleſiæ contigui. 191. 1

Canonici in eorum habitu Canonicali tenentur aſſociare Epiſcopum in ſolemnioribus tantùm diebus, quibus cum cappa ad celebrandum ſolemniter, ſeu vt diuinis Officiis aſſiſtat, accedere voluerit. 5

Canonici Diaconi non debent hinc inde aſſiſtere Epiſcopo dum is accedit ad Eccleſiam, niſi quando eſt paratus cum Pluuiali, & Mitra. 6

Canonici non tenentur niſi ex voluntate, & vrbanitate aſſociare Epiſcopum, cùm in diebus non ſolemnioribus priuatè ſine cappa, vel ex alia cauſa ad Eccleſiam accedere voluerit. 7

Canonici debent aſſociare Epiſcopum ad Eccleſiam in Dominicis diebus, & aliis feſtiuitatibus per annum, ſi id conſuetudine fuerit introductum. 172. 12

Canonici poſt ſignum datum ad officium inchoandum, etiam non expectato Epiſcopo, Officium inchoare poterunt. 15

Canonici vt Epiſcopum in reditu finito Officio aſſocient ſufficit vſque extra portam Eccleſiæ, vel vſque ad primum atrium. 19

Canonici debent aſſociare Epiſcopum redeuntem vſque ad aulam, vnde deduxerunt eum ad Eccleſiam. 193. 21

Canonici duo aſſiſtentes Epiſcopo debent eligi ex numero Diaconorum quando Præbendæ ſunt diſtinctæ. 195. 7

Canonici Cathedralis ſi adſint debent inſeruire Epiſcopo Pontificalia exercenti extra Cathedralem, & non alij inferiores. 10

Canonici in Miſſis priuatis Epiſcopo inſeruientes non lucrantur diſtributiones quotidianas. 196. 13 niſi ex conſuetudine Eccleſiæ aſſiſtere tenerentur. 14

Canonici, qui Breuiarium à Pio V. reformatum acceptarunt, tenentur (ſed non ſub peccato mortali) recitare in choro Officia Defunctorum, & B. Mariæ, & Pſalmos Pœnitentiales, & Graduales diebus aſſignatis. 199. 4

Canonici obligantur ſub onere, & obligatione reſtitutionis diſtributionum pſallere, ſeu cantare in choro cum aliis, & non ſatisfaciunt ſi ſolùm aſſiſtant. 9. & ſeqq.

Canonici non tenentur ad harmoniacam modulationem cantus figurati, ſed ſatisfaciunt in magnis feſtiuitatibus, in quibus Eccleſia eo cantu vtitur, aſſiſtendo cum debita intentione Cantoribus. 200. 14

Canonici Cathedralis ante Magiſtratum in omnibus Eccleſiis, vbi ſimul conuenerint, thurificandi ſunt. 202. 34

Canonici per ſolam Canonicatuum aſſecutionem ſtatim dicuntur de Capitulo, licèt non ſint in Sacris. 209. 1

Canonici ſoli, qui in Sacris ſaltem Subdiaconatus Ordine ſunt conſtituti, vocem habent in Capi-

pitulo in electionibus, & communibus tractatibus. 3

Canonici, qui non ſunt in Sacris, nec vocem conſultiuam, nec aſſiſtentiam, neque ſedem in Capitulo habent. 210. 4

Canonici habentes vocem in Capitulo non ratione Canoniæ, ſed priuilegio, ſtatuto, fundatione, vel conſuetudine, licèt Subdiaconi non ſint, vocem in Capitulo habent. 7

Canonici Eccleſiarum Collegiatarum, niſi ſint in Sacris conſtituti, vocem in Capitulo non habent. 10.

Canonici vt in Capitulo ſecretò ſua vota ferant, an expediens ſit, oſtenditur. 212. 23

Canonici Capituli ſui ſecreta reuelantes quas pœnas incurrant oſtenditur. 24

Canonici eo ipſo quòd ſunt Canonici, & in poſſeſſione Canonicatus exiſtunt, dicuntur eſſe in quaſi poſſeſſione iuris eligendi & votandi, licèt nunquam euenerit caſus 213. 27

Canonici quaſi poſſeſſio intereſſendi in Capitulo, vt in rebus, & negotiis Eccleſiæ, atque votandi, probatur ex actibus capitularibus. 28

Canonici abſentes in quibus caſibus vocandi ſint, oſtenditur. 217. 1

Canonici præſentes in loco in tribus caſibus vocandi ſunt per ſigna ſolita ſiue campanæ, ſiue viuæ vocis, abſentes verò in prouincia per litteras, vel nuncium. 2

Canonici ad electionem vocandi ſunt, qui ſunt in prouincia, ſiue Diœceſi, maximè, quando abſentia non eſt effectata. 3

Canonici abſentes in electionibus non ſunt vocandi per ſonum campanæ, ſed per nuncium, vel litteras. 4

Canonici ſi vocati intra aſſignatum terminum competentem non venerint, non ſunt de cætero expectandi, niſi abſque periculo & incommodo expectari poſſent. 218. 8

Canonici vbi non ſunt præſentes in loco, vbi deſeruiunt, iuſtè poſſunt abeſſe à Capitulis, ſeu congregationibus Capitularibus. 222. 6

Canonici non tenentur venire ad Capitulum quando vocantur tempore inſolito, vel congruo. 7

Canonici donec ad Ordines ſuis Canonicatibus annexos ſe promoueri poſt annum non fecerint, voce in Capitulo priuantur. 227. 1

Canonici illicitè, & ſubreptitiè ad ſacros Ordines ante legitimam ætatem promoti ſuffragium ferre non poſſunt. 2

Canonici perſonale, aut locale interdictum violantes ſcienter exercendo actum ſacri Ordinis, vel celebrando Officia diuina, vocem in Capitulo amittunt. 228. 8

Canonici cuiuſuis Cathedralis bipartitò cerni & conſiderari poſſunt. 236. 2

Canonici compelli poſſunt ad conſentiendum ſi nolint, & iuſta cauſa vnionis faciendæ ſubeſſet, quando conſenſus Capituli in vnione facienda per Epiſcopum requiritur. 238. 13

Canonici abſentes à ciuitate an ſint vocandi in omnibus negotiis pertractandis à Capitulo. 239. 15

Canonicorum duo ſunt genera. 3. 4

Canonicorum Regularium claſſis alia eſt illorum, qui ſub clauſtro, & obedientia, ſicut alij veri Religioſi viuunt abſque vllo adminiſtrandi iure. 6. 25.

Canonicorum ſecularium origo demonſtratur. 10. 46

Canonicorum Collegium olim dicebatur conſilium Epiſcopi, hodie vocatur Capitulum à capite, ſub quo regi & congregari debet ad præbenda conſilia. 48

Canonicorum trium numerus congruus eſt ad Collegiatam conſtituendam. 15. 32

Canonicorum numerum determinatum augere non licet, niſi augeantur prouentus. 18. 2

Canonicorum numerum augere tantùm poteſt Papa, quando Canonici in erectione facta coram Papa iurarunt non augere, vel ſtatutum numerum taxans fuit à Papa, vel longiſſimo tempore confirmatum, aliàs Epiſcopus cum Capitulo poſſet. 3

Canonicorum vltra numerum non certum auctoritate Papæ poteſt quis in Canonicum recipi ſine præbenda. 5

Canonicorum ſupra numerum duæ ſunt ſpecies, vna iuris, alia facti. 19. 13

Canonicorum, aut clericorum Præbenda, vel Portio vbi nulla eſt, ſed totum in diſtributionibus beneficiorum conſiſtit, conceſſa licentia percipiendi fructus in abſentia, diſtributiones illæ huiuſmodi abſentibus debebuntur. 131. 32

Canonicorum conſenſus non poteſt facere, vt qui non interfuit Diuinis, habeat diſtributiones quotidianas, & neque ſtatuto, aut lege poteſt conſtitui. 136. 2

Canonicorum abſentium vocatio ad electionem facienda eſt ſingulariter, & perſonaliter ſi ſciatur vbi degant, & commodè, ac ſine periculo fieri poſſit: ſi verò neſciatur vbi commorentur, facienda erit per publicum edictum. 218. 5

Canonicorum collegium, ſeu Capitulum Cathedralis Eccleſiæ eſt veluti ſenatus quidam Eccleſiæ. 236. 1

Canonicis Regularibus non licet portiones, neque alia bona quoad dominium obtinere. 6. 23

Canonicis Regularibus non licet admittere intra clauſuram Monaſterij mulieres, etiam omni ſuſpicione maiores obſequiorum honeſtorum præſtandorum cauſa. 10. 43

Canonicis Regularibus non licet intereſſe agitationi taurorum. 44

Canonicis ſi ſucceſſiuè poſt adeptam poſſeſſionem non capitulariter, aut aliàs legitimè captam ex patientia Canonicorum ad actus Canonicales Canonicis tantùm competentes admiſſus fuerit, tunc cenſetur legitimus poſſeſſor. 88. 15

Canonicis ratione maioris Ordinis præcedentiam alij concedunt. 107. 9

Canonicis nihil prodeſt quòd in ciuitate maneant, niſi Eccleſiæ debitis horis inſeruiant. 122. 10

Canonicis, & clericis Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum competit ius percipiendi quotidianas diſtributiones. 128. 11

Canonicis ſupernumerariis, & creatis cum expectatione Præbendæ competit ius percipiendi diſtributiones quotidianas. 13

Canonicis quamuis poſterius prouiſis competit præcedentia ſupra coadiutores, niſi aliud in forma coadiutoriæ caueatur quacunque conſuetudine in contrarium non obſtante. 178. 25

Canonicis per ſolam Canonicatuum aſſequutionem perfectè quæſita ſunt omnia iura Canonicalia. 209. 1

Canonicos cogere poteſt Epiſcopus ad ediſcendum cantum Gregorianum, etiam per ſubtractionem fructuum. 59. 6

Canonicos duos Eccleſiæ ſuæ poteſt Epiſcopus in ſui ſeruitium habere, qui fructus Præbendarum in abſentia, non tamen diſtributiones quotidianas percipiant: etiamſi illi nunquam acceſſerint ad Eccleſiam, nec primam reſidentiam iuxta ſtatuti formam

formam fecerint. 153. 5

Canonicos adſtringere non poteſt Epiſcopus, vt domi ſuæ Capitulum conuocent, ſi fuerit ſolitum, vt fiat in Sacriſtia, vel in alio Eccleſiæ loco. 204. 11

Vide *Dignitas*, *Theologus*.

Cantor, qui eſt Dignitas in Cathedrali, debet ſuum munus obire, vel per ſe ipſum, vel per Vicecantorem à ſe aſſumendum, & ab Epiſcopo approbandum. 46. 12

Cantoris munus quod ſit, oſtenditur. 47. 13

Cantores Capellæ Pontificiæ actu inſerulentes vti veri familiares Papæ lucrantur fructus, non tamen diſtributiones ſuorum Canonicatuum. 153. 2

Cantorum ſchola fuit inſtituta in Eccleſia Cathedrali. 45. 2

Vide *Præcentor*.

Cantoria de iure communi non eſt Dignitas, ſed officium. 26. 33

Cantum requiſitum ſcire tenetur in Canonicum promouendus. 59. 5

c. *Epiſcopus*, *de præbend.* declaratur. 166. 42

c. *Quia nonnulli*, *de magiſtr.* declarantur. 41

c. *Statuimus*, *de maiori & obed.* expenditur. 107. 10

Capellania an ſit imcompatibilis cum Canonicatu in eadem Eccleſia, remiſſiuè. 230. 17

Capitularia Sede vacante, non poſſunt à Decano prima Dignitate, vel aliquibus tantùm Canonicis, cæteris inſciis, & non legitimè vocatis, & extra locum Capitularem decerni. 303. 3

Capitulum Sede vacante, non poteſt ſupprimere Canonicatus. 20. 13

Capitulum tradendo poſſeſſionem prouiſo ab Epiſcopo de beneficio ſimultaneæ collationis, an cenſeatur etiam ipſum conferre, remiſſiuè. 75. 11

Capitulum ſi denegauit tradere poſſeſſionem, tunc ea aliter capta habetur acſi capitulariter capta eſſet. 87. 11

Capitulum ſi habet iuſtam cauſam non tradendi poſſeſſionem, tunc non ſuffragatur poſſeſſio non capitulariter capta. 13

Capitulum Eccleſiæ maioris ſi inuitetur ad aliquas functiones, præcedere debet aliis Canonicis & Prælatis inferioribus etiam in propriis Eccleſiis. 113. 50.

Capitulum Cathedralis repræſentat perſonam Epiſcopi. 53

Capitulum totum per conſuetudinem non poteſt concedere quòd abſens lucretur diſtributiones quotidianas etiamſi per momentum temporis durauerit abſentia. 136. 22

Capitulum Sede vacante non poteſt prouidere Pœnitentiariam tunc temporis vacantem, ſed Papa, quamuis collatio Præbendarum ſit communis Epiſcopi, & Capituli, vel etiam ſolius Capituli. 157. 5

Capitulum initio cuiuſlibet anni duos ex Capitulo ad quid eligere teneatur, oſtenditur. 170. 1

Capitulum, vbi in principio anni duos de Capitulo non elegerit, poterit Epiſcopus per ſe ſolùm procedere, dummodò illud priùs moneat. 4

Capitulum totum quando deliquit contra Capitulares ſine Adiunctis procedit Epiſcopus, modò delictum non ſit in ipſius perſonam, vel in contemptum illius. 172. 23

Capitulum poteſt per Præſidentem conuocari quandocunque Eccleſiæ vitio expedire ſibi videbitur, ſolitis tamen diebus, & deſtinatis. 203. 1

Capitulum ſuum conuocare poteſt Epiſcopus quando Canonicis aliquid deliberandum proponere vult, in caſibus tantùm ſpectantibus ad Epiſcopalem Dignitatem. 204. 7

Capitulum vocem alicui, qui non ſit in Sacris, concedere non poteſt. 210. 5

Capitulum poteſt committere collationem, vel nominationem beneficij ad illud pertinentis Canonico, qui non ſit in Sacris. 212. 21

Capitulum non tenetur expectare vt quis promoueatur ad ſacros Ordines intra tempus à iure electioni faciendæ præfixum. 218. 10

Capitulum non poteſt facere ſtatutum inducens nullitatem electionis propter defectum aliquorum non vocatorum. 221. 25

Capitulum poteſt ſtatuere ſi interueniat præſentia, & conſenſus Epiſcopi in concernentibus ſtatum vniuerſalem Eccleſiæ. 239. 15

ſeu in iis, quæ tangunt particularia ipſius Capituli negotia. 240. 16

Capitulum non poteſt ſtatuere contra ius commune etiam interueniente conſenſu Epiſcopi. 17

Capitulum etiam ſemota aliqua ſpeciali conſuetudine ceſſationem inducere poteſt. 243. 25

Capitulum Sede vacante inuentarium de rebus Eccleſiæ conficere tenetur. 245. 27

Capitulum Sede vacante ad Vicarij Capitularis electionem iteratis vicibus deuenire poteſt, abſque cauſa tamen non debet. 30

Capitulum Sede vacante non arctatur ad conſtituendum Vicarium intra illos octo dies, & ſucceſſiuè poteſt de per ſe adminiſtrare. 31

Capitulum Sede vacante duos Vicarios ſubſtituere poteſt, vt alternis menſibus Vicariatus munere fungantur, ſi legitimè probetur immemorialis conſuetudo, & illis qualitatibus ſint prædit, quas requirit Concil. Trid. 246. 34

Capitulum quamuis non teneatur eligere perſonam in Vicarium de gremio ipſius Capituli, ſi tamen adeſſet idoneus, cæteris paribus eſt præferendus. 37

Capitulum Epiſcopali Sede vacante eligere valet in Vicarium generalem Canonicum eiuſdem Eccleſiæ, qui in eadem ciuitate, & Eccleſia curam quoque gerit animarum. 38

Capitulum Sede vacante in commiſſione Vicarij poteſt certum tempus præfinire, quo elapſo eius iuriſdictio expiret. 43

Capitulum poteſt Vicarium eligere cum clauſula quòd non duret niſi per annum. 44

ſi Capitulum conſtituerit Vicarium ſimpliciter abſque temporis præfinitione, eius Officium durant durante Sedis vacatione. 46

Capitulum, vbi non eſſet Doctor, poteſt in ipſo actu deputationis Vicarij dare ei conſultorem Doctorem ſibi benè viſum partibus, non ſuſpectum. 247. 52

Capitulum ſi infra octo dies poſt mortem Epiſcopi non prouiderit de Vicario, vel non idoneum elegerit, poterit Archiepiſcopus deputare Vicarium, ſeu Officialem in Eccleſia ſuffraganea. 55

Capitulum, ſeu Vicarius Capitularis Sede vacante non poteſt exequi commiſſiones Apoſt. in forma Dignum, & aliàs directas Epiſcopo, vel eius Vicario generali intuitu officij, vel ſub nomine Dignitatis. 248. 59

Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Sede vacante in ius Epiſcopale ſubintrat, & poteſt omnia facere, quæ ſunt iuriſdictionis, niſi expreſsè prohibita reperiantur. 61

Capitulum Sede vacante poteſt Diœceſim viſitare per ſe, vel per alium. 250. 69

Capitulum Sede vacante poteſt tunc demum Diœceſanum viſitare, quando lapſus eſt annus à poſtrema Antiſtitis viſitatione. 70

Capitulum poteſt viſitare Diœceſim poſt lapſum annum à die vltimæ viſitationis per Epiſcopum factę, tempore triennij non expectato, licèt dicatur Epiſcopum conſueuiſſe viſitare ſingulis trienniis. 71

Capitulum circa quotidianas diſtributiones nihil poteſt ſtatuere. 251. 74

Capitulum poteſt habere pro præſentibus Dignitatibus Dignitates, vel Canonicos, qui nunquam in Eccleſia reſederunt, & Fidei profeſſionem nondum emiſerunt. 75

Capitulum non poteſt ſtatutum condere, quo charitatiuum ſubſidium in futurum ex parte minuatur. 252. 84

Capitulum cognoſcere poteſt de cauſis in prima inſtantia vigore *Conc. ſeſſ. 24. de reform. c. 20.* 85

Capitulum Sede vacante, non poteſt ſupprimere quodcunque beneficium, & ſibi vnire. 253. 99

Capitulum Sede vacante extra viſitationem ex delictis contra certus perſonas inquirere poteſt. 254. 103

Capitulum poteſt munus ſyndicandi contra officiales exercere. ibid.

Capitulum Sede vacante poteſt facere ea omnia, quæ competunt Epiſcopo iure proprio, oon autem alieno, hoc eſt, iuriſdictione ordinaria, non autem delegata. 104

Capitulum Sede vacante, non ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione, quæ illi competeret iure aliquo ſpeciali, ſiue accidentali. 255. 108

Capitulum Sede vacante ſuccedit in ius exercendi Pontificalia per Vicarios Epiſcopos. 257. 113

Capitulum Sede vacante non poteſt infra annum vacationis dare licentiam Epiſcopo commoranti in ciuitate, vel Diœceſi, vt ordinet Regulares. 121

Capitulum ante lapſum anni vocationis Sedis poterit obtinenti facultatem à Sede Apoſtolica de ſuſcipiendo Ordines cum licentia ſui Ordinarij, hanc licentiam ſubordinatam concedere. 258. 123

Capitulum infra annum concedere poteſt Epiſcopo extero exercitium Pontificalium & ordinationem propriorum ſubditorum, non tamen ſubditorum vacantis Sedis. 124

Capitulum Sede vacante contraueniens decreto *Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap.* 10. quam pœnam incurrat, oſtenditur. 159. 130

Capituli appellatione ſoli Canonici continentur. 211. 15

Capituli poteſtas in maiori, & ſaniori parte Canonicorum conſiſtit, quod enim maior pars Capituli facit, à toto Capitulo intelligitur factum, & appellationem non admittit. 214. 3

Capituli maior pars numeri non ſufficit niſi & ratione ſanior probetur. 215. 4

Capituli ſanior pars quod ſentit id amplectendum eſt. 5

Capituli totius, & omnino Canonicorum conſenſus requiritur quando negotium de quo agitur, ſingulos concernit Canonicos ſeparatim, & principaliter, non verò ſecundariò. 13

Capituli conſenſus non requiritur in adiminiſtratione bonorum, & redditiuum Eccleſiæ. 236. 3

Capituli conſenſus requiritur in rerum Eccleſiaſticarum alienatione, quæ ad Cathedralem Eccleſiam pertineat. 137. 7

Capituli conſenſus requiritur in vnione vnius Eccleſiæ alteri Eccleſiæ, ſeu Dignitati, vel Præbendæ per Epiſcopum facienda. 8

Capituli conſenſus non ſufficit in vnione facta ab Epiſcopo ipſi Capitulo, cùm non poſſit auctorizare in facto proprio, ſecus ſi fieret alicui Dignitati, vel Præbendæ Capituli. 238. 11

Capituli conſenſus an exigatur in vnione à Legato de Latere facienda, oſtenditur. 12

Capituli conſenſus in multis caſibus exigitur, itaut quod ſine ipſo ab Epiſcopo factum fuerit, nullius ſit roboris, & momenti. 239. 14

Capituli auctoritas an etiam in iis, quæ requirunt ſpeciale mandatum, tranſeat in Vicarium, oſtenditur. 254. 103

Capituli Sede vacante poteſtas intelligitur de Capitulo Cathedralis. 136

Capitulo, & Clero Eccleſiæ Cathedralis locus dignior in funeralibus ſemper relinquitur. 114. 60

Capitula non exempta minimè comprehenduntur ſub decreto Concil. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.6.* 170 2

Capitula dum celebrantur Officia diuina, fieri non debent, niſi cauſa aliqua vrgens ea in aliud tempus differre non pateretur, 204. 14, 15

Capitula Cathedralium Eccleſiarum vocanda ſunt, & admittenda ad Concilia Prouincialia. 242. 21

Capitula Collegiatarum quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentia ad ſynodum Prouincialem ſunt vocanda. 22

Capitula Eccleſiarum ex manifeſta, & rationabili cauſa poſſunt ceſſare à Diuinis in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, & diuinorum Officiorum celebrationem ſuſpendere. 243. 24

Cardinalis Legati in ſeruitio abſentes lucrantur fructus, non tamen diſtributiones ſuarum Præbendarum. 153. 4

Cardinales licèt ſint pares officio, Presbyteri Cardinales præferuntur Diaconis Cardinalibus. 107. 10

Carceratus facto, & culpa ſua, non lucratur fructus, qui conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis. 133. 7

Carceratus iniuſtè lucratur diſtributiones quotidianas ſi veniat abſoluendus. 149. 42

Caſus refertur in materia optionis contingibilis. 187. 16.

Cathedra propriè accipitur pro ſede Doctoris, ac Prælati. 13. 9

Cathedralis in erectione, quæ ſint conſideranda, oſtenditur. 12. 3

Cathedralis ita dicitur, quia penes ipſam eſt Cathedra in qua magiſtrorum magna dignitas deſignatur. 13. 4

Cathedralis dicitur Parochia totius ciuitatis, vel diœceſis. 39. 39

Cathedralis Eccleſia Collegiatam honore vincit, & ſuperat Dignitate. 112. 47

Cathedralis præcedit Collegiatæ in aſſociandis funeribus defunctorum propriæ ipſius Collegiatæ Parochiæ, & in Synodo. 113. 51

Cathedrales Regulares in Anglia plures exiſtunt, & duæ ſunt in Sicilia. 4. 11

Cathedralitas ex quibus probetur, oſtenditur. 13. 7

Cauſa ſpectare ad ſingulos de Capitulo, quando dicatur. 190. 15

Cauſas pendentes contra Capitulares exemptos coram Vicario foraneo procedente cum Adiunctis à Capitulo deputatis, non poteſt ad ſe auocare Epiſcopus, ſed benè cum Adiunctis. 172. 25

C E

Cenſuras imponit Archidiaconus, non tamen ſine Epiſco

Epiſcopali auctnritate. 32. 29

Cenſuran ab Auditore Cametæ, ſeu eius locum tenentibus ab ſolui non poſſunt niſi ab eis, & aliis ſuis, etiam de partium conſenſu, præterquam in mortis articulo. 133. 7

Ceſſatione à Diuinis ſiue iuſtæ, ſiue ioiuſtæ tempore Canonici non percipiunt quotidianas diſtributiones. 134. 11

Ceſſatione à Diuinis durante Canonici diſtributiones quotidianas non recipiunt ab Eccleſia. 151. 50

C H

Charitatiuum ſubſidium exigere poteſt Capitulum Sede vacante. 152. 83

C I

Citatio eius, cuius principaliter intereſt, eſt neceſſaria, non autem illius, qui in conſequentiam lædi poteſt. 216. 14

Citatio vna ſufficit ſi perſonaliter fuerit executa in Canonico contra quem agitur ad priuationem ob non reſidentiam. 123. 19

C L

Clauſula, Dummodo Eccleſia in Diuinis non patiatur detrimentum, quomodo intelligenda, oſtenditur. 111. 22

Clers, ſeu Status Eccleſiæ Regnorum Caſtellæ, & Legionis ad Congregationem vnum Capitularem de gremio mittere tenetur quælibet Eccleſia Cathedralis. 151. 53

Clericus ſecularis etiam in propriis Eccleſiis Regularium illis præcedere debet. 115. 71

Clericus ſuſpenſus debet tantum habere de fructibus ſui beneficij quod ſufficiat ſibi pro alimentis 134. 8

Clericus ſecularis idoneus quando non reperitur pro Theologali Præbenda, quid faciendum oſtenditur. 168. 60

Clerici ſeculares ſi recipiantur in Eccleſia Cathedrali Regulari pro celebratione Diuinorum, tenentur celebrare Officium Regulare, nec ſunt admittendi ad ſeculare pro euitando ſcandalo. 5. 18

Clerici inferiores debent reuerentiam Capitulo ſicut Epiſcopo, & ideò ſicut præcedit Epiſcopus, ita & Capitulum debet præcedere. 113. 52

Clerici recedentes à choro dum diuinum Officium canitur, poſſunt ſtante conſuetudine lucrari diſtributiones ſi id fieri contingat ob celebrandum Miſſam, vel ſacramentalem Confeſſionem. 139. 16

Clericorum lites, & iurgia, modica tamen, audit Archidiaconus. 32. 27

Clericos ad Ordinem promouendos, examinare, atque probare, eóſque Epiſcopo nomine S. Eccleſiæ ordinandos offerre ſpectat ad Archidiaconum. 22

C O

Coadiutor, & coadiutus poſſunt abeſſe tribus menſibus in quolibet anno. 122. 17

Coadiutor Canonicorum futura ſucceſſione vocatur Canonicus factus. 176. 6

Coadiutor conſequi non poteſt fructus ex beneficio coadiuti. 177. 10

Coadiutor quando aliunde habet vnde ſe valeat decenter ſuſtentare, diſponitur nonnunquam, quòd nihil prorſus percipere debeat de fructibus, aut diſtributionibus. 12

Coadiutor non tenetur ad reſidentiam præciſam, ſed cauſatiuam. 15

Coadiutor debet habere locum captæ poſſeſſionis poſt mortem coadiuti, & non locum captæ poſſeſſionis viuente coadiuto. 178. 2

Coadiutor ſedere debet in vltimo loco poſt omnes Canonicos. 22

Coadiutor in Dignitate abſente, vel impedito coadiuto ſuo præcedit omnibus Canonicis, & ei competit ſtallum in quo ſedere deberet coadiutus, & functiones facere, quas obiret proprietarius ſi aderat. 179. 27

Coadiutor non intelligitur comprehenſus in ſtatuto, quòd ex aliqua cauſa iubilare facit Canonicos. 28

Coadiutor non ſibi obſtat, ſed coadiuto. 29

Coadiutor in ingreſſu non debet fabricæ ſoluere, quod eſt conſuetum ſolui per Canonicos de nouo ingreſſos. 30

Coadiutor non gaudet priuilegiis, & indultis de percipiendis fructibus in abſentia. 180. 32

Coadiutor non tenetur ad onera Canonicorum iuniorum, licèt teneatur ad onera ſui coadiuti. 33

Coadiutor non tenetur ad pœnas iudicales, & quæ non haberent rationem mulctæ ordinariæ impoſitas ob culpam coadiutoris. 35

Coadiutor non tenetur tempore conceſſionis coadiutoriæ habere Ordinem Presbyteralem vbi ſtatuto Eccleſiæ cautum fuerit, quòd Canonicus actu ſit Sacerdos tempore promotionis. 36

Coadiutor non tenetur ſe promoueri facere intra annum ad Ordinem requiſitum ſi nunquam reſedit, ſeu inſeruit. 37

Coadiutor datus Canonico non ordinato iuxta formam ſtatuti requirentis Ordinem Subdiaconatus, ſub pœna amiſſionis certæ partis fructuum, non lucratur fructus, & diſtributiones pro coadiuto ſi ipſe coadiutor eſt Ordinatus ad formam ſtatuti. 38

Coadiutor non poteſt exercere officia, ad quæ coadiutus electus eſt. 40

Coadiutor gaudet regula de annali, & triennali poſſeſſore. 43

Coadiutor poteſt gaudere menſibus datis cauſa recreationis, & illos conſumere ſicut principalis. 44

Coadiutor excommunicato exiſtente principali poteſt inſeruire, & reſidere in Eccleſia, & lucratur partem, ſeu portionem ſibi aſſignatam pro congrua. 181. 46

Coadiutor tenetur habere qualitates requiſitas ad obtinendam præbendam. 47

Coadiutor ex quo reſidet, & inſeruit, debet promoueri infra annum ad Ordinem ſuæ Præbendæ annexum. 49

Coadiutor extra Eccleſiam Cathedralem in abſentia coadiuti tanquam verus, & proprius Canonicus quoad præeminentias cenſendus eſt. 50

Coadiutor tenetur facere mentionem de obtentis beneficiis, quæ habet. 182. 51

Coadiutor, quamuis non ſit in Sacris conſtitutus, poteſt omnia, & ſingula facere, & exercere, quæ ſine Paramentis ſacris cum cappa, & cotta facere poſſet coadiutus ſi præſens eſſet. 52

Coadiutor ſeruiens pro coadiuto, an debeat exire de Capitulo in quo agitur de negotio ipſius coadiuti, oſtenditur. 54

Coadiutoris poteſtas à forma coadiutoriæ pendet. 175. 2

Coadiutori tenentur Canonici inſeruire, & miniſtrare prout tenentur inſeruire proprio Canonico coadiuto in omnibus functionibus Canonicalibus. 182. 53

Coadiutores Dignitatum, ſeu Canonicorum in Cathedralibus non tenentur durante coadiutoria Fidei profeſſionem emittere. 99. 12

Coadiutores cum futura ſucceſſione non ſunt Bene-

ficiarij

ficiarij interim dum viuunt coadiuti, nec habent ius nec titulum in beneficio. 176. 3

Coadiutores interuenientes non poſſunt lucrari fructus Præbendæ pro Præbendatis coadiutis Eccleſiæ Carthaginen. pro tempore, qui dicti eorum coadiuti culpabiles reperti manſerint carcerati. 178. 17

Coadiutores antianitatem non à die eorum admiſſionis, ſed à ceſſationis coadiutoriæ die adipiſcuntur. 23

Coadiutores quando aliquas functiones faciunt, quæ pertinent ad ſuos coadiutores, debent illas facere nouiſſimo loco. 24

Coadiutores debent eſſe conſtituti in illa ætate, quæ ad illud obtinendum beneficium requiritur. 181. 48.

Coadiutores cum futura ſucceſſione, qui iuxta formam conceſſionis præadiutoriæ habent vocem in Capitulo, ſi intra annum non ſuſceperunt Ordines requiſitos, amittunt vocem in Capitulo, & dimidiam partem diſtributionum. 213 25

Coadiutoria in prædictis caſibus conceditur propter infirmitatem. 175. 1

Vel propter ſenectutem. ibid.

Coadiutoria poſt mortem coadiuti continet gratiam coadiutoris, & non ſubiacet publicationi. 177. 8

Coadiutoria licet ſimilis ſit reſignationi, eſt tamen quid diuerſum ab illa. 9

Coadiutoriæ in Dignitatibus, Canonicatibus, & Portionibus, Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum à tempore Sixti V. conceduntur à ſolo Papa. 175. 1

Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione non ſunt verè, & propriè beneficia. 176. 4

Coadiutoriæ ad titulum non poteſt coadiutor ordinari. 180. 39

Coadiutus, cui datus fuit coadiutor à Papa cum futura ſucceſſione, capax eſt quotidianarum diſtributionum, acſi nullum talem haberet coadiutorem. 129. 17

Coadiutus impedito, ſeu infirmo coadiutore, an teneatur inſeruire ſi habilis ſit ad effectum lucrandi diſtributiones, oſtenditur. 181. 45

Cognoſcere de crimine hæreſis poteſt Capitulum Sede vacante. 249. 66

Cognoſcere de arduis cauſis poteſt Capitulum Sede vacante. 251. 72

Collatio Præbendarum, & Canonicatuum quando ad Epiſcopum tantùm ſpectat, vacationes in menſibus Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Auguſti, Octobris, & Nouembris, ad Papam ſpectant. 77. 21

Collationibus ſimultaneis Epiſcopi, & Capituli tantam poteſtatem habet Epiſcopus ſolus per ſe, quantam habet totum Capitulum, & è contra. 74. 7

Collector generalis Cameræ Apoſt. eius durante officio lucratur diſtributiones. 142. 3

Collectores Cameræ Apoſtolicæ, ſi ſunt Canonici, ab Epiſcopo viſitare, & corrigi non poſſunt. 171. 17

Collegiatam vbi non conſtat de fundationis initio ex coniecturis, & indiciis probatur. 14. 9

Collegialitatis coniecturæ, & indicia quæ ſint, oſtenditur. 10

Collegialitatis qualitas probata eſt ſufficienter etiam ex collationibus Canonicatuum, & aſſignatione ſtalli in Choro, & loci in Capitulo. 11

Collegialitatis potiſſima coniectura eſt, ſi in Eccleſia adſit aliquis vti caput, & Clerici, vel Canonici vti membra. 15. 14

Collegialitatis indicium ſufficiens non erit actus congregandi ſe ad ſonum campanæ, niſi alia ſigna concurrant ad faciendum collegium neceſſaria. 17

Collegiata cenſetur illa, quæ habitu exiſtit. 13

Collegiata ex ſignis, & aliis ſufficientibus exiſtimatur, licèt de fondatione & priuilegio non conſtet. 16

Collegiata inſignis ex quibus probetur, oſtenditur. 18

Collegiata inſignis ab eius erectione præcedit aliis Collegiatis, quamuis antiquioribus. 19

Collegiata ſimplex præcedit omnibus Eccleſiis ſimplicibus, & quæ tantùm Parochiales ſunt, etiamſi antequam erigeretur in Collegiatam illis cederet. 20

Per erectionem Eccleſiæ Collegiatæ in Cathedralem non cenſetur vnquam derogatum iuri alterius. 12. 2

Collegiatæ ſignum manifeſtum eſt, quando Canonici, ſeu Clerici in Eccleſia faciunt propria ſtatuta. 15. 15

Collegiatæ Eccleſiæ Prælatus ſuppreſſionem Præbendarum tenuium facere non poteſt, licèt eſſet exemptus, & Eccleſia inſignis. 20. 22

Collegiatæ Eccleſiæ ſecularis Canonicatus, ſeu Præbendæ vacantes ſpectant ad electionem, & præſentationem Prælati inferioris, & Capituli eiuſdem Eccleſiæ Collegiatæ, & ad inſtitutionem Epiſcopi de iure communi. 76. 15

Collegiatam eligere nullus inferior à Papa poteſt. 14. 8

Collegij ius in vno ſolo remanet, & conſeruari poteſt. 230. 15

Commendare Eccleſias, ſiue beneficia ad tempus poteſt Capitulum Sede vacante. 252 94

Commiſſio cauſæ facta alicui tanquam Canonico, non tranſit eo mortuo ad ſucceſſorem in Canonicatu. 19. 10

Commutare vltimas voluntates poteſt Capitulum Sede vacante in caſibus in quibus de iure communi poſſet Epiſcopus. 253. 101

Concil. Trid. requirit vt in omnibus Cathedralibus Eccleſiis Canonicatus omnes habeant annexum Ordinem Presbyterij, Diaconatus, & Subdiaconatus. 16. 28

Concil. Trid. hortatur, non autem præcipit, vt Epiſcopi curent, quòd Dignitates omnes, & dimidia ſaltem pars Canonicatuum in Cathedralibus Eccleſiis, & Collegiatis inſignibus per illos conferantur tantùm Magiſtris, vel Doctoribus, aut Licentiatis in Sacra Theologia, aut iure Canon. 17. 30

Concil. Trid. *c. 3. ſeſſ.* 21. *&* 22. *de reform.* declaratur, & concordatur. 135. 15. & ſeqq.

Conc. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 6. ſuſtulit immemorabilem conſuetudinem. 171. 11

Concilio generali Canonici intereſſentes, lucrantur diſtributiones quotidianas, quando tanquam Theologi, vel Canoniſtæ interſunt. 143. 8

Concilio Prouinciali, ſeu Synodali intereſſentes percipiunt diſtributiones quotidianas. 10

Concordiam ſuper iuribus Eccleſiæ quando facere poſſit Capitulum. 240. 18.

Confeſſiones omnium de Diœceſi audit Archipresbyter, & abſoluit, præterquam à caſibus Epiſcopo reſeruatis. 39. 21

Confeſſores pro caſibus Epiſcopo reſeruatis aſſignare poteſt Capitulum Sede vacante. 249. 64

Confeſſores approbare, & exponere poteſt Capitulum Sede vacante per Vicarium à ſe electum. 253. 100.

Confirmare electos, & præſentatos per patronos inſtituere

tuere poteſt Capitulum Sede vacante: 249. 63

Conſenſus patrini, ſiue Eccleſiaſtici, ſiue laici, ac inferioris collatoris, & electorum, requiritur in ſuppreſſione Canonicatuum, ſi illi ad aliquorum præſentationem, ſeu electionem ſpectant. 21. 26

Vide *Conſilium*.

Conſilium, vel conſenſus Monachorum non requiritur in puniendis delictis Canonicorum Regularium. 5. 17

Conſilium Capituli in Epiſcoporum tractatibus, vel negotiis plerumque eſt requirendum. 242. 19

Conſilium Capituli per Epiſcopum eſt requirendum, non autem conſenſus exigendus in proceſſionibus edicendis, decernendis, dirigendis, atque deducendis. 20

Conſilium Capituli ſui requirere tenetur Epiſcopus ad deſignandum quibus Canonicatibus quiſque Ordo impoſterum debeat eſſe annexus. ibid.

Conſtitutio diſponens de Canonicatibus non comprehendit quartenarias, & alia inferiora beneficia Cathedralium. 68. 50

Conſtitutio facta per Epiſcopum, & Capitulum poſt Concil. Trid. ad ſoluendam certam quantitatem ratione nouæ poſſeſſionis Canonicatus, quæ integrè cedat in fabricam, valet. 91. 30

Conſuetudo ſignat locum ſedendi, eundi, & ſtandi. 24. 8

Conſuetudo plurimum operatur ad dignoſcendum quænam ſit prima Dignitas in aliqua Eccleſia. 9

Conſuetudo in aliquibus Eccleſiis introduxit vt Archipresbyter, vel Præpoſitus, aut alia Dignitas Archidiacono præferatur. 34. 39

Conſuetudo Eccleſiæ capiendi poſſeſſionem Canonicatus etiam non capitulariter valet. 87. 10

Conſuetudo donandi aliquid in ingreſſu, & admiſſione alicuius ad Canonicatuum eſt ſublata per Concil. *ſeſſ. 24. cap. 14. de reform.* 91. 28

Conſuetudo ſiue ſtatutum admittitur per quod aliquid exigitur ab obtinentibus Canonicatus, quod non in ipſorum exigentium vtilitatem, ſed Eccleſiæ, in alióſque pios vſus conuertatur. 29

Conſuetudo valet, vt fructus primi anni reſeruentur hæredibus beneficiarij. 31

Conſuetudo, vt per triennium fructus Canonicatuum à nouis prouiſis exigi non poſſint, eſt abuſus. 32

Conſuetudo, quæ imponit onus recepto, quod tendat in vtilitatem Canonicorum, non valet in vtilitatem Eccleſiæ. 33

Conſuetudo Eccleſiæ Aſten. quòd fructus ſpectent ad capitulum, donec beneficiatus ſit ſacerdos, eſt obſeruanda. 34

Conſuetudo non valet, quòd Canonici reſidentes dimidia diſtributionum non priuentur vbi intra annum non promouentur. 96. 16

Conſuetudo valet, vt diſtributiones quotidianæ tribuantur non modò iis, qui integris horis non interfuerint, verùm etiam non omnibus, ſed aliquibus, & certis dumtaxat. 130. 22

Conſuetudo immemorialis non excuſat à reſidentia in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus. 138. 2

Conſuetudo immemorialis poteſt excuſare à reſidentia in Eccleſiis Collegiatis ruralibus prorſus deſtitutis; aut in quibus nunquam antea ſupra hominum memoriam ſolitum eſſet reſidere. 4

Conſuetudo immemorialis quæ, eiuſque vis, remiſſiuè. ibid.

Conſuetudo valet vt eis, qui habet Canonicatus in diuerſis Eccleſiis, percipiat diſtributiones in vtraque, cùm tamen in vna tantùm reſideat. 5

Conſuetudo valet quòd vna hora, vel duabus intereſſentes lucrentur maſſam groſſam, ſiue præbendam amiſſis diſtributionibus quotidianis. 8

Conſuetudo valet quòd intereſſentes vna hora in vno menſe ex nouem fructus lucrentur amiſſis diſtributionibus: 9

Conſuetudo valida; vt quis in abſentia quotidianas lucretur diſtributiones ſi ſciente, & patiente, ac tolerante Papa inducta fuerit, non verò illo tantùm conniuente. 139. 11

Conſuetudo valet, vt clericis ſenibus poſt 70. annum dentur diſtributiones, quamuis diuinis Officiis non interſint. 13

Conſuetudo poteſt efficere vt quotidianæ diſtributiones debeantur abſentibus, qui non interſint diuinis, in caſu quo de iure dubium eſt an abſentibus diſtributiones quotidianæ debeantur. 18

Conſuetudo vt Dignitates, & Canonici Mitram, gremiale, & thuribulum, ac ſimilia miniſtrent Epiſcopo, ſeruanda eſt. 196. 20

Conſuetudo ſeruari debet vt Dignitas, ſeu Canonicus geſtet Baculum Paſtorale ante Epiſcopum in quibuſdam diebus feſtiuis. 21

Conſuetudo ſeruanda eſt, qua recitatur in choro Officium B. Virginis in Semiduplicibus, & Dominicis. 199. 5

Conſuetudine, ſeu præſcriptione, vel ſtatuto introduci poteſt, quòd Præbendæ collatio in Cathedralibus ad ſolum Capitulum ſpectet. 77. 20

Conſuetudine, aut ſtatuto vigente Canonici choro ſatisfaciunt intereſſendo, & faciendo vt Capellani, & Cantores pſallant. 200. 12

de *Contemptu* agere poteſt ſolùm is, qui neglectus, & non vocatus extitit. 220. 24

C R

S. *Crucis* Conimbricenſis Canonici Regulares à quo inſtituti, & quo tempore inceperint. 8. 33

C V

Cubiculario ad buſſulam Sanctiſſimi abſenti à reſidentia Canonicatus, non debentur diſtributiones. 153. 3

Culpa alia Theologica, alia iuridica. 224. 13

Cura iuriſdictionalis Dignitati adhærens requirit in promouendo ad illam vt ſaltem 25. ſuæ ætatis annum attingat. 62. 20

Cuſtos ille dicitur, cui ea, quæ Eccleſiæ competunt, cuſtodienda committuntur. 44. 8

Cuſtos fuit tantùm miniſter Sacriſtiæ, eidémque addictus. 9

Cuſtodis ad Officium quæ ſpectent, oſtenditur. 10

D

D E

D*Ebilis* in cruribus, ſeu tibiis, ſi ad Eccleſiam ſe conferre non poſſit, quotidianas percipit diſtributiones. 147. 28

Decanatus acceptus pro ſimplici beneficio non eſt nomen Dignitatis, niſi habeat iuriſdictionem, aut niſi pro Dignitate habeatur in Eccleſia. 16. 31

Decanatum qui conſequi vult, nullo Concil. Trident. Decreto tenetur eſſe Magiſter, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, aut iure Canonico. 42. 9

Decanus dum locum Archipresbyteri in Eccleſia obtinet tanquam ſubrogatus, eadem poteſt quæ Archipresbyter, & hac ratione dicitur Dignitas. 26. 31.

Decanus ſolet appellari omnis ille, qui alicuius ordinis primus eſt. 38. 8

Decanus quare appellatur, qui inter Canonicos alicuius Eccleſiæ primas tenet. 42. 1

Decanus de iure nullam habet iuriſdictionem, ac proinde non ſonat in Dignitatem, niſi pro tali habeatur. 2

Decanus in tota ferè Hiſpania, & Gallia in Cathedralibus primum locum obtinet, & dicitur maior Dignitas poſt Pontificalem. 3

Decanus à Capitulo, & Collegio habet primam vocem. 4

Decanus, qui ex conſuetudine ſimul eſt Canonicus, & vna hebdomada ſeruit vt Decanus, & altera vt Canonicus, in hebdomada, qua ſeruit vt Canonicus, debet ſedere in loco Canonicali circumſcripta conſuetudine. 110. 21

Decano Capituli, & non Cantori pertinent aliquæ præeminentiæ in Choro. 42. 8

Decani, Archidiaconi, ſeu Priores, qui non ſunt Prælati, licèt poſſint conuocare Capitulum, & in eo proponere, ac reſolutiones accipere, quamuis in Sacris conſtituti non ſint, non tamen eis licet vocem dare in Capitulo. 210. 12

Decretum Concilij de committendis cauſis ſolis iudicibus ſynodalibus non eſt in vſu quoad Papam. 120. 21

Decretum Concil. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 6. procedit in Epiſcopo non conſecrato, & Capitulo Sede vacante. 170. 6

Defunctorum vltimas voluntates exequi poteſt Capitulum Sede vacante quatenus iure ordinario competebat Epiſcopis. 251. 76

Delegatio facta Dignitati, non expreſſo nomine proprio, tranſit ad ſucceſſorem, eo quòd illum verè habeat. 19. 11

Deponere, & interdicere poteſt Capitulum Sede vacante. 251. 80

Depoſitus, ſeu verbalis degradatus ob Ordine, officio, vel beneficio, amittit quotidianas diſtributiones, illi tamen danda ſunt alimenta de ipſis redditibus Eccleſiaſticis, ſi aliunde non habeat vnde viuat. 134. 12

Deputatio actualis requiritur, & Præbenda primò vacatura Theologalis ſit. 162. 4

Deputatio Præbendæ primò vacaturæ in Theologalem non comprehendit eam, quæ vigore ſtatuti à ſequenti Canonico optatur, ſed illam Præbendam quam dimiſerit Canonicus, qui nouiſſimè optat. 163. 9

Detractio tertiæ partis in diſtributiones conuertenda non poteſt fieri niſi ex Canonicatibus, & aliis beneficiis reſidentiam requirentibus in Cathedralibus, ſeu Collegiatis exiſtentibus, item ex omnibus Dignitatibus, niſi ſint ex illis, quæ nullas habent diſtributiones quotidianas. 130. 25

Detractio tertiæ partis facienda eſt de fructibus non ſecundùm taxam antiquam, ſed ſecundùm valorem currentem, deductis priùs penſionibus, & aliis oneribus legitimè impoſitis. 126

Deuolutio fit ad Epiſcopum tanquam ad immediatum ſuperiorem propter negligentiam Capituli Cathedralis Eccleſiæ in conferendis beneficiis, quæ ad ſuam collationem ſeparatim ab Epiſcopo pertinent. 244. 26

D I

Diaconus, & Subdiaconus inſeruientes celebranti debent eſſe eiuſdem Ordinis, & non inferioris cum celebrante. 198. 3

Dies ipſi reſidentiæ, & ſeruitij ſiue continui fuerint, ſiue interpollati, numerandi ſunt ad complementum nouem menſium, quibus reſidere tenentur Canonici in quolibet anno. 123. 14

Dies 20. ad optandum computantur à die veriſimilis ſcientiæ vacationis, & non currunt ignorantibus. 184. 6

Diebus ſolemnioribus tenentur Canonici Epiſcopum aſſociare, & reducere, etiamſi cappa non vtatur, ſi ea vti non ſoleat aliis diebus. 192. 11

Dignitas prima in aliqua Eccleſia quæ ſit dignoſci poteſt ex communi reputatione, & publica fama loci. 24. 10

Dignitas probatur talis ex eius expreſſione facta in collationibus Apoſtolica, aut Ordinaria auctoritate factis, & ex declaratione facta per Capitulum, & ex pluribus, actibus & functionibus Capitularibus. 11

Dignitas talis eſſe probatur ſi eam obtinens habet adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum cum iuriſdictione. 12

Dignitas dicitur vbi eſt iuriſdictio, vel illam obtinens habet prærogatiuas ſedendi ante alios tam in Choro, quàm in Capitulo nomine Dignitatis. 13

Dignitas, Perſonatus, & Officia, inter ſe maximè differunt. 14

Dignitas annexum habet Officium, vel rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem cum iuriſdictione etiam in modicis cauſis. 15

Dignitas prima pro libito ad minus ſibi incumbens non poteſt alium ſibi bene viſum Canonicum, aut Dignitatem ſubſtituere, ſed in eo munere proximior Dignitas ſuccedere debet. 36. 47

Dignitas prima licèt ſit coadiutor cum futura ſucceſſione, nihilominus iuxta formam litterarum coadiutoriæ ad eum ſpectabit abſente coadiuto functiones illi incumbentes facere, & exercere. 48

Dignitas prima ſemper eſt, & vocatur prima Dignitas, licèt Vicarius ſedeat in ſuo loco. 42. 6

Dignitas prima habet munus ordinandi proceſſiones intra, & extra ciuitatem abſente Epiſcopo, & non Vicarius. 7

Dignitas prima poſt Pontificalem, & principalis in Collegiata non poteſt eſſe iudex ordinarius, ſeu delegatus appellationum in Regnis Caſtellæ, & Legionis. 43. 10

Dignitas prima vt dignoſcatur plurimùm operatur communis reputatio, & publica fama loci. 44. 7

Dignitas principalis in Collegiata debet eſſe conſtituta in ætate 25. annorum inceptorum. 49. 5

Dignitas prima in Collegiata neceſſariò non requiritur vt ſit Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico. 6

Dignitas, & Canonicatus ſi ſunt ad inuicem vniti, an, & quando illos obtinens teneatur vtriuſque onera ſubire per ſe ipſum, oſtenditur. 185. 8

Dignitas prima, quamuis ſit vnita, ad aſſiſtendum Epiſcopo ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis cogi poteſt. 195. 4

Dignitas prima dum in aſſiſtentiæ eſt apud Epiſcopum, intelligitur præſens in choro tam in Cathedrali, quàm in aliæ Eccleſia. 5
Dignitati primæ ſpectat, & ea impeditæ ad ſecundam, & ſucceſſiuè ad tertiam, deferre ſanctiſſimum Sacramentum, abſente, vel impedito Epiſcopo in eius feſtiuitate, nec non Miſſas, Veſperas Pontificales cantare. 35. 41
Dignitatem habere eſt iuriſdictionem in foro exteriori. 24. 16
Dignitatem cum Canonicatu, ſeu Portione ſimul habens, quibus eſt annexus Ordo diuerſus, an amittat vocem in Capitulo ſi non habeat vtrumque Ordinem, oſtenditur. 96. 19
Dignitatem, Canonicatum, Præbendam, aut Portionem in Cathedrali, aut Collegiata Eccleſia obtinens vigore cuiuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe non poteſt. 137. 1
Dignitatem cum Canonicatu, aut Portione obtinentes tenentur vtriuſque beneficij onera ſubire per ſe ipſos, niſi ſeruitia eodem tempore concurrant. 189. 7
Dignitatem habens ratione cuius habet vocem in Capitulo, ſi fiat coadiutor Canonici, an habeat duplicem. 213. 26
Dignitates in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis ad conſeruandam augendamque Eccleſiaſticam diſciplinam inſtitutæ fuerunt. 22. 1
Dignitates nouæ in Eccleſia Cathedrali abſque Apoſtolica auctoritate inſtitui non poſſunt. 2
intellige de Dignitate, quæ eſt omnino noua, quippe quæ alias non repetitur in Eccleſia. 23. 3
Dignitates Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum ex conſuetudine, vel inſtitutione Eccleſiæ dignoſcuntur. 7
Dignitates Collegiatarum Eccleſiarum quam ætatem requirant, oſtenditur. 63. 23
Dignitates principales in Collegiatis in Regno Portugalliæ obtinere non poſſunt deſcendentes ab Hebræis. 68. 51
Dignitates Eccleſiarum Cathedralium ſunt ſimultaneæ collationis Epiſcopi, & Capituli. 74. 5
Dignitates, & Canonici Eccleſiarum Collegiatarum non tenentur profeſſionem Fidei emittere. 100. 14
Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones in Cathedralibus, vel Collegiatis obtinentes non poſſunt vigore cuiuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe. 121. 1
Dignitates Pluuialibus, Canonici Presbyteris Planetis, & Subdiaconi Dalmaticis, & Tunicellis vti debent, quando Epiſcopus ſolemniter celebrat, & in proceſſionibus. 197. 27
Dignitates, & Canonici non tenentur ad benedictionem Epiſcopi genuflectere, ſed tantùm caput inclinare. 28
Dignitates, & Canonici, qui à Capitulis ad Congregationem deſtinantur, debent eſſe proprietarij, & non coadiutores, ac in ſacris Ordinibus conſtituti. 151. 54
Dignitates, Canonici, vel Portionarij, præſertim in Cathedralibus ſi legitimo impedimento detenti ſint, & per ſe ipſos munera eis incumbentia adimplere non poſſint, tunc alios eiuſdem Ordinis, & gradus deputare debent. 188. 6
Dignitates, & Canonici tantùm, & non alij etiam vicarius generalis, debent facere circulum. 196. 25
Dignitates ſi Canonicali Præbenda careant, non habent vocem in Capitulo. 211. 14
ad Dignitates, quibus cura animarum ſubeſt, nullus eſt promouendus, qui ſaltem 25. ſuæ ætatis annum non attigerit, & in clericali Ordine verſatus doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſaria, ac morum integritate commendetur. 62. 18
ad Dignitates, vel Perſonatus Cathedralium, quibus animarum cura nulla ſubeſt, requiritur ætas 22. annorum completorum. 22
Dignitatibus, & Canonicis Cathedralis, ſi adſunt, pertinet aſſiſtere Epiſcopo Pontificaliter celebranti etiam in Eccleſia Collegiata, vel Parochiali, non autem ad Canonicos Collegiatæ, vel Presbyteros Parochialis. 195. 11
Dignitatibus, & Canonicis Cathedralium, & Collegiatarum in ſuis Eccleſiis duplici, cæteris verò de choro vnico ductu thurificatio debetur. 202. 30
Dimiſſoria litteræ à Capitulo Sede vacante ritè, & rectè conceſſæ per ingreſſum moderni Epiſcopi non expirant. 259. 129
Dimiſſorias litteras Clericis ſuæ Diœceſis dare poteſt Capitulum Sede vacante, vt ab alio Epiſcopo ordinetur, poſt annum à die vocationis concedere poteſt Vicarius Capitularis etiam infra annum laicis, qui expectant præſentari per patronos ad aliqua beneficia. 257. 114
Dimiſſorias etiam ad primam Tonſuram non poteſt Capitulum, ſeu Vicarius Sede vacante infra annum concedere. 116
Dimiſſorias litteras ad primam Tonſuram concedere poteſt Vicarius Capitularis etiam infra annum laicis, qui expectant præſentari per patronos ad aliqua beneficia. 118
Dimiſſorias ad Ordines dare non poteſt Capitulum Sede vacante infra annum, etiamſi haberet territorium diſiunctum, & exemptum. 119
Dimiſſorias concedere poſt annum, ſpectat ad Vicarium, & non ad Capitulum. 120
Dimiſſorias infra annum Capitulum per Vicarium à ſe electo concedere poteſt arctatis beneficiis tam habitis, quàm habendis. 258. 125
Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum illegitimis ad Canonicatus Eccleſiarum Collegiatarum. 63. 25
quid autem circa Canonicatus Cathedralium Eccleſiarum, oſtenditur. 26
Diſpenſare poteſt Epiſcopus, vt ſuæ Eccleſiæ Canonici abeſſe poſſint per quatuor menſes. 122. 11
Diſpenſare ratione epiſcopalis iuriſdictionis & cum illegitimis ad beneficium ſimplex poteſt Capitulum Sede vacante. 251. 81
Diſpenſare, & abſoluere vigore *Conc. ſeſſ. de reform. cap. 6.* poteſt Capitulum Sede vacante. 82
Diſpenſare poteſt Capitulum Sede vacante, ſeu illius Vicarius in interſtitiis temporum cum ordinandis in vim ſuarum litterarum dimiſſorialium. 258. 128
Diſpenſatio præſumpta, in qua fundatur reg. de triennali, non poteſt ſe defendere duos obtinens Canonicatus. 230. 17
Diſpenſationes Matrimoniales directæ Epiſcopo, & Vicario generali, ſi Sedes vacare contingat, non poſſunt per Vicarium Capitularem expediri. 248. 58
Diſpenſatus per Papam, vt non teneatur ſe promoueri facere, debet quotidianas diſtributiones percipere ac ſi promotus fuiſſet. 95. 12

Diſpenſatus ſimpliciter, vt minori ætate poſſit habere Præbendam habentem Sacrum Ordinem annexum, non eſt diſpenſatus vt poſſit habere vocem in Capitulo. 120. 18

Diſtributiones quotidianas non amittit Archiadiaconus interim dum viſitauerit Eccleſiam, iura vel redditus ſuæ præbendæ. 31. 15

Diſtributiones quotidianas non percipit Archidiaconus, qui propriam Eccleſiam non viſitat, ſed ſolùm Eccleſias ſuæ Diœceſis. 16

Diſtributiones quotidianæ ob non emiſſionem profeſſionis Fidei amittuntur. 101. 26

Diſtributiones ſic dicuntur, quia iuxta cuiuſque merita, laborem, & qualitatem diſtribuuntur. 125. 1

Diſtributiones quædam ſunt quæ non diſtinguuntur à præbendis, ſed ipſamet præbendarum vice funguntur, quædam verò præbendis ſeparatæ, atque diſtinctæ ſunt. 2

Trifaria diſtinctio diſtributionum. ibid.

Diſtributiones quotidianæ dicuntur, ſiue quia quotidie diſtribuuntur, ſiue potiùs quia diſtribuuntur iis, qui quotidie Horis Canonicis, diuiniſque Officiis interſunt. 126. 3

Diſtributiones propriè ſunt ſtipendia quædam perſonalia, quæ ex redditibus Eccleſiæ (præter Præbendam, aut portionem certam pro beneficio competentem) Canonicis, & Beneficiatis, ſeu clericis Cathedralium & aliarum Collegiatarum Eccleſiarum diuinis Officiis intereſſentibus pro diuino Officio tribuuntur. 4

Diſtributiones non veniunt appellatione redditum beneficiorum, nec etiam appellatione redditum, & prouentuum, dum de corpore beneficij non ſunt. 126.6

Diſtributiones debent computari inter fructus, redditus, & prouentus beneficij quando agitur de ſola conſideratione, & æſtimatione illius. 17

Diſtributiones aliquando veniunt ſub nomine fructuum, non ex propria nominis ſignificatione, ſed ſecundùm ſubiectam materiam. 127. 8

Diſtributiones inſtitutæ fuerunt, vt præter ſpiritualia præmia etiam temporale ſtipendium pro victu ab Eccleſia clerici reciperent. 9

Diſtributiones dantur propter intereſſentiam tanquam propter cauſam, & rationem formalem, nec committitur ſimonia cùm in primis dentur, vt clerici Deo inſeruiant, & munera ſua obeant. 19

Diſtributiones præteritæ remitti de iure Concilij Trident. prohibentur, etiamſi abſit omnis fraus, & conuentio. 156. 53

Diſtributiones quotidianas, aut plenum ius Canoniæ non habet ille, quem Papa mandat ſimpliciter recipi in Eccleſia, in qua eſt certus numerus Canonicorum, nec illi derogat, aut non mandat recipi cum plenitudine iuris Canonicalis. 128. 15

Diſtributiones duplicatæ debentur ei, qui in eadem Eccleſia Dignitatem, & Canonicatum ex vi conſuetudinis, vel diſpenſationis habet. 159.18

Diſtributiones quotidianæ ſingulis Horis Canonicis, & Miſſæ Conuentuali debent aſſignari. 20

Diſtributiones quotidianæ, quæ acceptæ fuerunt in tertia parte fructuum Dignitatum alicuius Eccleſiæ, aſſignari debent non duobus tantùm Horis Canonicis, ſed etiam reliquis omnibus aliis, quibus qui non interfuerit, diſtributionem amittit. 130. 24

Diſtributiones vbi non ſunt regulariter tenues, ſed pingues, licèt ſint aliquæ horæ, quæ non habent diſtributiones, aut tenues, debent eis rationabiles aſſignari, detrahendo aliquam partem fructuum à Præbendis, non autem ab aliis diſtributionibus cæteris horis aſſignatis. 131. 28

Diſtributiones vbi eſſent ſufficientes, & tolerabiles, tertia pars fructuum Præbendarum applicanda diſtributionibus detrahi non poteſt. 29

Diſtributiones quotidianas poteſt beneficiatus pro ſua libertate, & arbitrio impendere, ac de eis diſponere etiam per vltimam voluntatem. 32

Diſtributiones quotidianæ ordinariæ, & propriè ſumptæ amiſſæ accreſcunt aliis clericis, qui interſunt diuinis Officiis. 135. 14

Diſtributiones abſentium debentur ſolùm actu intereſſentibus, non verò aliis, qui iuris fictione cenſentur intereſſentes, vt qui abſunt ex cauſa infirmitatis, vel ob aliam Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, aut iuſtam, & rationabilem corporis neceſſitatem. 136. 18

Diſtributiones amiſſas ob non reſidentiam non poteſt Epiſcopus, ſeu Capitulum remittere, aut donare. 136. 20

ſed vide 23

Diſtributiones primi anni quòd dentur hæredibus mortui Beneficiarij, poteſt conſuetudine introduci. 138. 6

Diſtributiones vt conferantur iis, qui iuſſu ſuarum Eccleſiarum occupantur in computatione redditum, vel ſumptuum ipſarum Eccleſiarum, poteſt conſuetudine introduci. 139. 12

Diſtributiones quotidianæ vt diuidantur inter eos, qui interſunt Officio diuino certis horis, licèt non interſint omnibus, poteſt conſuetudine introduci. 15

Diſtributiones quotidianas percipit Canonicus, qui à Capitulo gratulationis cauſa mittitur ad Pontificem, vel Principem, aut Ciuitatem. 143. 9

Diſtributiones quotidianas non percipiunt Canonici habentes curam animarum in aliis Eccleſiis, dum in eis reſident, ac Sacramenta adminiſtrant. 144 12

Diſtributiones quotidianas non amittit abſens pro euidenti vtilitate Eccleſiæ, dummodo non ſit ei conſtitutum ſalarium. 59

Diſtributiones quotidianas percipere poteſt abſens à choro, & etiam à Ciuitate ob metum ne occideretur ab inimicis, à Principe, &c. 148. 38

Diſtributiones quotidianas percipere poteſt timens redire ad patriam, vel in ea commorari ob bellum ciuile, aut externum. 39

Diſtributiones quotidianæ intelliguntur ſub nomine oblationum manualium, *in cap. 2. de offic. Ord. lib. 6.* 151. 51

Diſtributiones quotidianas abſente coadiuto lucratur coadiutor ad fauorem coadiuti. 177. 11

Diſtributiones non lucratur coadiutor, excommunicato coadiuto. 178. 16

Diſtributiones quotidianę debentur Canonico coadiuto abſente, vel non ſeruiente coadiutore. 180. 41

Diſtributiones quotidianas, vt lucrentur Canonici, tenentur ad cantandam Miſſam Conuentualem. 198. 1

Diſtributiones amittunt dormientes, vel confabulantes in choro. 200. 13

Diſtributionum quotidianarum capax eſt obtinens in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, Dignitatem, Canonicatum, aut Portionem, cui ab habente ad id poteſtatem datus ſit coadiutor ſimplex. 129. 16

Diſtributionum quotidianarum portio aliqua debet aſſignari non modò diuinis ipſis Officiis, verùm etiam ſupplicationibus, conuentibus Capitularibus, & aliis ſimilibus. 130. 21

Diſtributionibus non priuatur Canonicus quando Eccleſia interdicitur, ſi non dedit cauſam interdicto, & ſolitus erat diuinis Officiis intereſſe. 150 47

DO

Doctor Theologus non poteſt eſſe Vicarius Capitularis Sede vacante. 247. 53

Doctoratus gradum prius accipiens præferri debet ille, qui poſtea eum aſſumpſerit, & quid ſi eodem tempore ſint Doctores creati, vel vnus in vtroque iure ſit factus. 107.4

Domus Epiſcopi quibus paſſibus debeat diſtari à Cathedrali, vt Canonici illum ab ea ad Cathedralem aſſociare non teneantur, oſtenditur. 191. 3

Donationem iuriſpatronatus confirmare non poteſt Capitulum Sede vacante. 256. 515

DV

Duci Segorbicæ, & Cardonæ an debeantur, & quomodo cæremoniæ aſſociationis, thurificationis, & pacis per Canonicos Eccleſiæ Cathedralis Segorbicen. oſtenditur. 193. 24

Dulciaria multa probibentur exigi à Capitulo pro admiſſione in poſſeſſionem alicuius noui Canonici. 90. 27

E

EC

ECcleſia Collegiata Vimaranenſis inter omnes Regni inſignior, & antiquior eſt. 50. 11

Eccleſia Vimaranenſis, ſub Beatæ Virginis tutela, quæ de Olioa nuncupatur, Ioannis Regis Luſitaniæ, huius nominis Primi, ſumptu & munificentia primitùm extructa. 52

Eccleſia Vimaranenſis ſex habet ex Capitulo Dignitates, & Præbendas viginti octo. 13

Eccleſia non viduatur per inferiores. 76. 18

Eccleſia polluta exiſtente non debet Canonicus diſtributionibus priuari, ſi pollutioni huiuſmodi cauſam non dedit. 150. 48

Eccleſia Collegiata erecta in Cathedralem non comprehenditur ſub decreto Conc. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 6. 570. 3

Eccleſia non viduatur per inferiores, ſed per primam Dignitatem. 514. 5

Eccleſiæ ſub verbo abſque vlteriori expreſſione alicuius Sancti, vel adiectione particulæ Cathedralis, tanquam antonomaſticè ſumpta intelligitur Eccleſia Cathedralis. 53. 6

Eccleſiæ in Hiſpaniis quæ habeant ſtatuta puritatem ſanguinis requirentia referuntur. 64. 28

Eccleſiis tam Cathedralibus, quàm Collegiatis, in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt veriſimiliter negligantur, tertia pars fructuum quorumcumque reddituum tam Dignitatum, & Canonicatuum, quàm aliorum omnium eiuſdem Eccleſiæ beneficiorum ſeparari debet, & in diſtributiones quotidianas conuerti. 130. 23

EL

Electio perſonæ ad Præbendam Theologalem vacantem in menſe Ordinario pertinet ad ſolum Epiſcopum, collatio verò ad illos, ad quos antea ſpectabat. 163. 12

quamuis in ea Eccleſia electio ſola Canonicorum pertineat ad Capitulum, & inſtitutio ad Epiſcopum. 15

Electio non confirmatur niſi conſtet copulatiuè factam eſſe à maiori, & ſaniori parte Capituli. 215 7

Electio quibuſdam non vocatis non eſt ipſo iure irrita, ſed eis petentibus venit annullanda; dummodo ante confirmationem electionis oppoſitio de contemptu fiat. 220. 53

Electionis faciendæ tempore ſi abſens iuſto impedimento detineatur, vnum, vel plures poterit procuratores conſtituere, qui per ſe votum in electione præſtent. 219. 15

Electionem irritam facere poteſt qui ex electoribus canonicè vocatus non fuerit. 220. 25

Electione irritata, ex quo facta fuit aliquibus contemptis, an contemptores pro prima vice eligendi facultate priuentur applicanda contemptis dumtaxat, oſtenditur. 221. 26

Electionum Canonicorum ad validitatem non ſufficit habere maiorem partem ſuffragiorum reſpectu minoris, ſed vlterius neceſſariò requiritur habere maiorem partem reſpectu totius Capituli. 215. 10

in Electionibus in quibus requiritur Epiſcopi confirmatio, non habet vocem Epiſcopus. 216. 55

Eligendi poteſtate priuantur ipſo iure qui ſunt maiorī excommunicatione ligati, non verò minori. 228. 4

Eligendi poteſtas quando ob electorum culpam ad alios deuoluatur, oſtenditur. 229. 54

Eligere prohibentur qui ad Eccleſiam receperint poſtulatum tanquam inſtitutum, vel adminiſtratorem antequam admiſſa fuerit poſtulatio. 12

Eligere prohibentur qui ob delictum commiſſum poteſtate eligendi priuati fuerunt. 13

Elector quilibet poteſt renunciare voci ſuæ in vno, vel altero actu electionis. 222. 3

Electores ſi ad electionem vocauerunt eos, quos vocare non tenebantur, an expectare illos vſque ad terminum præfixum teneantur, oſtenditur. 218. 9

EP

Epiſcopus in Canonicos Regulares Cathedralium, exceptis iis, quæ concernunt Regularia inſtituta, habet omnimodam iuriſdictionem, licèt non ſit Religioſus. 4. 12

Epiſcopus ſi fuerit ſimul Abbas in ſua Cathedralī Regulari, habet omnimodam iuriſdictionem in Canonicos Regulares ſuæ Cathedralis, etiam in iis, quæ concernunt Regularia inſtituta. 53

Epiſcopus ſi fuerit ſimul Abbas in ſua Cathedralī Regulari, repræſentat duplicem perſonam, videlicet proprij & veri Abbatis in concernentibus Regularia inſtituta, & ſimul proprij Epiſcopi quoad reliqua, & ſic poteſt dici Abbas & Epiſcopus. 14

Epiſcopus Abbas dum confert Canonicatum, aut Dignitatem in ſua Cathedrali Eccleſia Regulari, non confert tanquam Abbas, ſed tanquam Epiſcopus. 55

Epiſcopus Abbas in iis, quæ ad regulam pertinent, vicaria vti debet poteſtate alicuius Monachi tanquam meliùs verſati in iis, quæ ad regulam huiuſmodi ſpectant. 5. 57

Epiſcopus Eccleſiæ Cathedralis Regularis habet iuriſdictionem priuatiuè in Monachos. ibid.

Epiſcopus Cathedralis Eccleſiæ Regularis non poteſt mutare ſtatum regularitatis. 18

Epiſcopus in Ordinum diſtributione pro Canonicatibus debet requirere conſilium Capituli, ſed non tenetur illud ſequi. 57. 29

Epiſcopus, ſeu Capitulum de eius conſenſu Dignitatem iam communiter inſtitutam pro vniuerſali Eccleſia, in aliqua particulari creare poteſt. 23. 4

Epiſcopus ſi in collatione beneficij ſimultaneæ collationis expreſſerit ſe conferre vigore alternatiuæ, Capitulum tradendo poſſeſſionem non poteſt intelligi, quod contulerit. 75. 12
Epiſcopus ſi initio menſis, vel per momentum abfuerit à ſua Diœceſi nihil illi proderit, ſi eodem menſe redeat antequam vacet beneficium quominus Papa de eo prouideat. 79. 27
Epiſcopus ſi initio menſis præſens fuerit, & vacnerit beneficium, illúdque vi alter naturæ contulerit, móxque receſſerit, nihilominus irrita erit illius prouiſio, & Papa prouidebit. 80. 28
Epiſcopus non ponit clauſulam, non obſtantibus, &c. 82. 40
Epiſcopus cum conſenſu Capituli ſtatuere non poteſt, vt aliquid minimum ſoluatur in ingreſſu Canonicorum. 90. 24
Epiſcopus non poteſt cogere vt omnes Canonici efficiantur Sacerdotes. 94. 4
Epiſcopus debet cum conſilio Capituli deſignare quibus Canonicatibus quiſque ſacer Ordo annexus eſſe debeat. ibid.
Epiſcopus edicere poteſt ne Dignitates, & Canonici ſine eius licentia abeſſe poſſint. 122. 5
Epiſcopus prouidere debet ne tres menſes, in quibus Canonici quolibet anno abeſſe poſſunt, incidat in Natale, aut Paſcha Domini, ſicut ſimiles maximas ſolemnitates. 6
Epiſcopus non poteſt Dignitatibus, Perſonatibus, & Officiis ſtatuere certam officij, & ſeruitij formam præter ſolitam pro lucranda tertia parte præbendæ in diſtributiones conuerſa. 131. 27
Epiſcopus poteſt vti opera duorum Canonicorum, ſiue de Cathedrali, ſiue de Collegiata Eccleſia, ſed non plus duobus. 154. 8
Epiſcopus poteſt compellere Canonicos ſub pœna pecuniaria, vt accedant ad Congregationem caſuum Conſcientiæ. 164. 29
Epiſcopus tenetur licentiam concedere Canonicis minoribus triginta annis ſi in publico, celebrique gymnaſio Theologiæ, vel iuri Canonico operam dare voluerint. 168. 57
Epiſcopus ſine Adiunctis procedere poteſt ad priuationem Canonicorum ex cauſa, quòd Ordines ſuis Præbendis annexos non ſuſceperint. 172. 20
Epiſcopus poteſt initio ad ſummariam informationem, & detentionem ſine Adiunctis procedere in criminibus ex incontinentia prouenientibus, & in atrocioribus delictis depoſitionem, aut degradationem requirentibus, vbi de fuga timetur. 21
Epiſcopus poteſt procedere ſine Adiunctis ad pœnas contra Capitulares non obſeruantes diem feſtum S. Auguſtini ab eodem inductum. 22
Epiſcopus poteſt ſine Adiunctis rationem exigere ab Officialibus ex gremio Capituli conſtitutis Sede vacante, niſi velit criminaliter ad illorum punitionem procedere. 24
Epiſcopus non tenetur cum Adiunctis procedere contra Coadiutores cum futura ſucceſſione, niſi ex forma coadiutoriæ colligatur ipſis conceſſa fuiſſe omnia priuilegia quæ habent Canonici. 173. 26
Epiſcopus poteſt procedere ſine Adiunctis contra Portionarios habentes vocem in Capitulo. 27
Epiſcopus debet Canonicis certam horam ſui aduentus ad Eccleſiam tempore congruo ſtatuere, & ſignificare. 192. 14
Epiſcopus ſi ad Eccleſiam deſcendat poſt inchoatum Officium, tunc ſatis eſt ſi quatuor, vel quinque Canonici ei obuiam eant. 16
Idem ſi poſt decantatum Euangelium concio inchoetur. 17
Epiſcopus Suffraganeus non debet habere aſſiſtentiam duorum Canonicorum vltra Diaconum, & Subdiaconum. 196. 19
Epiſcopus poterit cogere Canonicos ad præſtandum iuramentum de fideliter punctando in choro. 201. 20
Epiſcopus quamuis iuxta ſolitum teneatur Canonicis ad ſe congregandum facultatem concedere, non poteſt illos cogere ad declarandum quæ negotia in Capitulo proponere velint. 203. 5
Epiſcopus Canonicos pœnis, & cenſuris cogere poteſt ad præſtandam ſibi copiam actorum Capitularium. 204. 6
Epiſcopus, vel eius Vicarius poteſt interuenire in actibus Capitularibus, dummodo non agatur de intereſſe ſuo, non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium. 8
Epiſcopus vbi de ſuo, vel ſuorum commodo agitur, licèt poſſit Capitulum congregare, & rem proponere, debet tamen relinquere Canonicos de Capitulo ſolos, vt ipſi liberè rem diſcutiant. 9
Epiſcopus ſi habeat controuerſiam cum Capitulo, non poteſt domi ſuæ illud congregare, ſed debet ad aulam Capitularem accedere, in qua ſolitum eſt Capitulum ſemper conueniri. 10
Epiſcopus, qui vt Canonicus in Capitulo aſſiſtit, quo loco ſedere debeat oſtenditur. 206. 2. & ſeqq.
Epiſcopus titularis Canonicus debet in Eccleſia vti habitu ordinario, quo vtuntur Epiſcopi in Romana Curia. 207. 3
Epiſcopus titularis Canonicus debet præcedere omnibus aliis Canonicis eiuſdem Eccleſiæ, & ſedere in primo ſtallo ſupra omnes. 4
Epiſcopus Canonicus an habeat in Capitulo ſuffragium ſicut cæteri Canonici. 6
Epiſcopus an teneatur ſequi Capituli conſilium in decernendo, aut ſtatuendo, quæ viſa fuerint opportuna in ſynodo, oſtenditur. 243. 23
Epiſcopi in collatione requiritur præſentia duorum teſtium. 82. 41
Epiſcopi iuriſdictio atque arbitrium eſt ſtatuere quota pars Canonicorum ab Eccleſia quolibet tempore abeſſe poterit. 122. 4.
Epiſcopi arbitrio relinquitur quo tempore, & hora, & ſuper qua materia ſacræ Scripturæ legere debeat Theologus Canonicus. 164. 26
Epiſcopi licentia non requiritur ad hoc, vt Canonici docentes ſacram Scripturam, aut Ius Canonicum lucrentur fructus Præbendarum ſuarum in abſentia. 168. 54
Epiſcopi licentia requiritur ad hoc vt Canonici ſtudentes ſacræ Scripturæ, vel iuri Canonico in publica Vniuerſitate lucrentur fructus ſuarum Præbendarum. 56
Epiſcopi licentia non exigitur ad Capitulum congregandum, ſi abſque ea congregari ſolet. 203. 4.
Epiſcopo ſolemniter, vel etiam Miſſam ſolemnem, & Veſperas audienti à dextris aſſiſtit Archidiaconus. 32. 23
Epiſcopo ſolemniter celebranti aſſiſtit Archipresbyter, & Sacerdotibus tunc præcipit, vt ſacris ſe veſtibus induant. 39. 15
Epiſcopo exercente Pontificalia extra Cathedralem Eccleſiam, in ciuitate tamen, tenentur Canonici aſſiſtere & inſeruire, qui ſolent aſſiſtere, & inſeruire exercenti Pontificalia in Cathedrali. 195. 9
Epiſcopo Miſſam priuatè celebranti in Cathedrali non tenentur Canonici aſſiſtere. 196. 12

niſi ex conſuetudine Eccleſiæ aſſiſtere tenerentur. 14.
Epiſcopo Suffraganeo tenentur Canonici aſſiſtere quando nomine proprij Epiſcopi functiones Epiſcopales exercet. 18
Epiſcopo cum Canonico Cathedralis in Collegiata exempta thurificatio qualis debeatur, oſtenditur. 201. 32
Epiſcopo titulari Canonicatum obtinenti præcedentia competit in choro, Capitulo, & proceſſionibus, aliiſque actibus ſupra omnes eiuſdem Eccleſiæ Dignitates, & Canonicos. 207. 5
Epiſcopo mortuo nihil debet ab Epiſcopo innouari. 260. 135
Epiſcopum ſi finita concione velit ad domum redire, non debent Canonici deſerere Miſſam, ſed tres, vel quatuor Epiſcopum vſque ad portam comitentur. 192. 18
Epiſcopi poſſunt procedere ad priuationem ob non reſidentiam, tametſi illa temporum interualla non fuerint obſeruata. 123. 17
Epiſcopis non licet quicquam ſibi capere pro collatione Canonicatus, non obſtante quacunque conſuetudine etiam immemoriali. 90. 25

E X

Examinandus non eſt ab Ordinario ſuper litteratura, ſeu idoneitate ſcientiæ prouiſus per ſedem Apoſt. in forma Dignum de Canonicatus, cuius Ordinem requiſitum iam habet. 60. 7
Excommunicationes, & alias cenſuras, ac pœnas inferre, & exceſſus corrigere poteſt Capitulum, quatenus defunctus Epiſcopus poterat. 249. 65
Excommunicatus iuſtè eo ipſo quotidianas diſtributiones amittit, nec eas recuperat. 133. 2
Excommunicatus ab excommunicatione appellans, appellatione pendente diſtributionibus priuatur. 3
Excommunicatus iniuſtè non amittit diſtributiones quotidianas, ſi ſolitus erat ante impedimentum excommunicationis diuinis Officiis intereſſe. 150. 45
Excommunicatus poteſt optare, niſi ſpeciali ſtatuto, vel conſuetudine optandus ſit titulus. 186. 18
Excommunicati Canonici maiori excommunicatione vocem non habent in Capitulo. 228. 3
Executori non licet ſuper validitate ſententiæ, cuius executioni additus eſt, pronuntiare. 133. 6
Exemptos viſitare non poteſt Capitulum Sede vacante. 254. 105
declaratur 255. 107
Exulatus iniuſtè non debet amittere quotidianas diſtributiones. 149. 44

F

F A

FAma inconcuſſa in antiquis plenè probat quando habet originem à fide dignis, & orta eſt ex iuſtis, & probabilibus cauſis. 66. 37
Fama ad probandam impuritatem non aliter recipitur, quàm ſi ſit perpetua, & illæſa apud omnes, & appareat oriri potuiſſe ex aliqua probabili cauſa, quæque contrariis probationibus non debilitetur. 67. 41
Fama recens, & præcipuè quæ poſt litem conteſtatam incœpit, non probat impuritatem. 42

F E

Feſta ſolemnia, ſeu dies ſolemnes quibus Epiſcopus poteſt incedere, ſeu procedere ad Eccleſiam cum cappa ſeu, Pluuiali, ſunt qui *in cap.* 1. *&* 331 *Cæremonialis Epiſcoporum* annumerantur. 192. 10

F I

Fidei profeſſionem emittere non tenetur coadiutor, niſi cùm fuerit ſucceſſionis locus. 177. 14
Filius illegitimus non poteſt obtinere Canonicatum in eadem Eccleſia in qua pater. 231. 20
Filius ex legitimo matrimonio natus eget diſpenſatione, vt poſſit obtinere immediatè beneficium, quod obtinuit pater. 232. 22
Fiſcalem, qui interuenire ſolet in criminibus Canonicorum reorum, aſſumere poteſt Epiſcopus in viſitatione perſonarum Cathedralis Eccleſiæ, vel alium, quem magis voluerit, deputare. 178. 14
Fiſcales eorum officio durante lucrantur diſtributiones. 142. 3

F O

Fontes benedicit Archipresbyter, & Pœnitentiam, aliaque Sacramenta pro Epiſcopo eo infirmo, vel abſente miniſtrat. 39. 17
Forma cap. quia propter, de elect. non requiritur in Canonicatuum, & Dignitatum prouiſionibus faciendis. 76. 17
Forma collationis, quæ fit per Epiſcopum de Canonicatu, & Præbendæ Eccleſiæ Cathedralis vacantibus per obitum, ponitur. 83. 42
Forma inſtrumenti capiendæ poſſeſſionis. 91. 35
Formam profeſſionis Fidei emittendæ qui adducant, referuntur. 98. 2
Formula creandi Vicarium Capitularem. 261. 137

F R

Frigionarij Canonici Regulares à quo inſtituti, & quo tempore inceperint. 8. 36
Fructus beneficij collati ab Ordinario non exprimuntur in eius prouiſione. 82. 39
Fructus amiſſi ob non factam Fidei profeſſionem ſunt impendendi vel in vſus pauperum, vel in fabricam Eccleſiæ. 101. 27
Fructus, & diſtributiones debentur abſenti à ſeruitio Eccleſiæ pro defenſione iurium ſui beneficij. 146. 25
Fructuum Præbendarum tertia pars inter diſtributiones aſſignari debet, vbi talis portio non fuerit deputata. 17. 31
Fructuum amiſſionem incurrit, qui intra duorum menſium ſpatium à die captæ poſſeſſionis numerandum Fidei profeſſionem non emiſerit. 200. 22

F V

Fundationibus, ſeu ſtatutis à Sede Apoſtolica confirmatis ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione non cenſetur derogatum per Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c. 12.* 138. 5

G

G E

S. *GEorgij* in Alga Canonici Regulares à quo inſtituti, & quo tempore inceperint. 9. 38

G R

Gradus Doctoratus ad Pœnitentiariam non ſufficit contra Academiæ ſtatuta, vel conſuetudines receptus, ſeu non facta profeſſione Fidei. 157. 8
Gradum Doctoratus, ſeu Licentiaturæ vbi beneficia requiruntur, ſufficit eum habere etiam ſine ſcientia ſufficienti. 7
quod an verum ſit, oſtenditur. 9
Grœnendal Canonici Regulares à quo inſtituti, & quo tempore inceperint. 8. 34

H

HA

Abitum, & tonſuram clericalem tenetur deferre coadiutor, & fori priuilegio gaudet. 180. 42

IL

Illegitimi in Canonicos non ſunt promouendi. 63. 24

IM

Impedimentum ab alio, quàm à Capitulo præſtitum non excuſat à capiendi poſſeſſione capitulariter, ſed illnd tantùm, quod ab ipſo Capitulo præſtatur. 87. 14
Impedimentum perſtans ne quis poſſeſſionem adipiſcatur, in eius tantùm præiudicium pro capta habetur quoad præcedentiam, non ſic in præindicium tertij. 109. 13
Impedimentum iuſtum, propter quod venire ad electionem quis non poteſt, quale eſſe debeat, oſtenditur. 220. 18
Impedimento aliqno exiſtente propter quod poſſeſſio capitulariter adipiſci non poſſit, ſufficit ſi aliter acquiratur. 87. 12
Impedimenta duo ſi concurrant, vno ſublato alterum remanet. 119. 13
Impuritas ſanguinis poteſt probari per teſtes deponentes de exiſtimatione, fama, & auditu. 67. 40
Impuritatis probatione facta ex parte Capituli, poteſt nihilominus prouiſus contraria probatione probare ſuam puritatem. 45

IN

Indignus qnoad hunc effectum is dicitur, quj habet defectus perſonæ expreſſos, *in cap. quia propter, de elect.* 229. 11
Indignum ſcienter eligentes, aut ſimiliter poſtulantes pro ea vice eligendi poteſtate priuantur. 10
Indulgentias concedere poteſt Capitulum Sede vacante. 252. 91
Indultum primariarum precum dum reſeruat principales in Collegiatis, comprehendit ſolùm primas. 69. 57
Infirmus, qui perſonaliter diuinis Officiis adeſſe non poteſt, quotidianas percipit diſtributiones in abſentia, ſi cùm erat ſanus, conſueuerat intereſſe diuinis Officiis. 147. 27, 36
etiamſi propria culpa in infirmitatem inciderit. ibid.
Inquiſitores contra hæreticam prauitatem gaudent priuilegio percipiendi fructus, & diſtributiones quotidianas in abſentia. 142. 2
Inſenſatio, & oſculum dantur prout Dignitas perſonarum, vel obſeruantia introduxerit. 202. 31
Inſtrumentum narrans tantummodo poſſeſſionem Canonicatus fuiſſe captam coram Notario, & teſtibus, nulla facta mentione de præſentia Capituli, non probat pro ſuſtinenda manutentione. 86. 4
Interdictus iuſtè ab ingreſſu Eccleſiæ amittit ipſo iure quotidianas diſtributiones. 134. 10
Interdicti Canonici vocem in Capitulo non habent. 228. 7

IP

τὸ *Ipſaque*, eſt perſonaliſſima. 68. 53

IR

Irregulares Canonici vocem in Capitulo non habent ſi eam habeant ratione alicuius ſacri Ordinis, cuius irregularis exercitium non habet. 229. 9

IV

Iudex Apoſt. ſeu delegatus Papæ, ant Iudex Synodalis eſſe non poteſt coadiutor. 179. 31
Iuriſdictio, & aliorum cura Archipresbytero incumbens per contrariam conſuetudinem hodie ſublata videtur. 40. 25
Iuriſdictio nulla annexa eſt Canonicatui ex Eccleſiaſtica eius inſtitutione. 117. 2
Iuriſdictio non poteſt per ſubdelegationem in alterum transferri, quàm qui ſit qualificatus ſimiliter de eadem, vel ſimili Dignitate. 118. 8
Iuriſdictio non deuoluitur ad Adiunctos, ſed ad ſuperiorem, ſi Epiſcopus nolit, vel non valeat contra Capitulares delinquentes procedere. 170. 5
Iuriſdictio quando datur alicui, vt ſolus cognoſcat, cenſetur ſublata iuriſdictio alterius. 236. 6
Iuriſdictionem habens Eccleſiaſticam in foro exteriori annexam perſonæ ratione beneficij, largè dicitur Dignitatem habere. 25. 17
Iuriſdictionem licèt inferiorem in multis habet Archidiaconus. 32. 26
Iuriſdictionem quando habeat Archidiaconus, oſtenditur. 33

L

LA

Abarum qnod ſignum olim fuerit, oſtenditur. 47. 17
Laici Canonici inſtitui prohibentur. 58. 1
Lateranenſes Canonici Regulares à quo inſtituti, & à quo tempore receperint. 6. 26

LE

L. filia legatorum C. de legatis, declaratur. 166. 43
Lectiones, & reſponſoria Diuini Officij Lectoribus, & Cantoribus aſſignare pertinet ad Officium Archidiaconi. 31. 19
Legata facta Canonicis in dubio an cenſeantur relicta Capitulo. 244. 16
Legitus loco de qno *in Carem. lib. 2. cap.* 31. poteſt tolerari Laicus clauiferarius, dummodi ſit indutus habitu clericali. 193. 23
Lepra, aut alio morbo contagioſo coactus Canonicus ab vrbe diſcedere, in abſentia diſtributiones quotidianas lucratur. 147. 34

LI

Libri Capituli eo fortiùs pro ipſo Capitulo fidem faciunt ſi fuerint tenti, & rogati per ſecretarium Capituli, qui fuerit Notarius. 201. 22
Libris Eccleſiæ Cathedralis quomodo fides adhibeatur. 15. 20
Libris Capituli circa Canonicorum intereſſentiam ſtandum eſt. 201. 21
Licentia cauſa ſtudiorum etiam obtenta à Sede Apoſtolica non excuſat ab amiſſione cæterarum diſtributionum quotidianarum. 131. 30
Licentia conceſſa per Epiſcopum Canonicis ad ſtudendum in aliquo publico gymnaſio illis non ſuffragatur vltra quinquennium. 168. 58
Licentiam debet Canonicus dum abeſſe vult petere ab Epiſcopo, ſeu Capitulo ſi Sedes vacet. 151. 55
Licentiam concedere poteſt Capitulum Sede vacante, quam dare poſſet Epiſcopus. 252. 87
Licentiam ædificandi Eccleſiam, vt acquiratur ius patronatus concedere poteſt Capitulum Sede vacante. 88
Licentiam vt nouitij diſponant de bonis temporalibus concedere poteſt Cap. Sede vacante. 90
Vide *Epiſcopus*.

M

M A

Magiſter ſcholæ, nonnullis Scholaſticus, eſt ſcholæ præpoſitus, ſiue præfectus. 48. 1
Magiſtratui debetur thurificatio poſt Canonicos æquis ductibus. 202. 33
Vide *ſenator*.
Mandatum Procuræ Capituli quomodo conſtituatur, & reuocetur. 216. 16
Mantuani Canonici Regulares à quo inſtituti, & quo tempore inceperint. 7. 31
Maſſa vniuerſalis omnium redditumm Canonicorum tam ratiune diſtributionum, quàm Præbendarum conſtituenda eſt, & contribuendum pro expenſis, quæ fiunt ad ſuſtinendas lites Capitulum tangentes, ab vnoquoque procurata, quam quiſque percipit ex tali maſſa. 145. 24
Matrimonio celebrando aſſiſtere poteſt Capitulum Sede vacante, & alij Sacerdoti aſſiſtendi licentiam concedere. 252. 86
Matrimoniales cauſas cognoſcere poteſt Capitulum Sede vacante. 253. 102

M E

Medicinam ſumens Canonicus, aut ſi ſanguine minuatur, percipit diſtributiones in abſentia. 147. 32
Menſes Aprilis, & Octobris ſemel facti Apoſtolici propter abſentiam Ordinarij, ſemper remanent Apoſtolici, quamuis ipſe reuertatur de nouo. 78. 25
Menſes Februarij, & Auguſti ſemel per abſentiam Ordinarij facti Apoſtolici tales eſſe non deſinunt reuertente Ordinario ad ſuum Epiſcopatum. 79. 26
Menſes Iunij, & Decembris numquam ſunt Apoſtolici, quamuis Ordinarius nunquam reſideat. 80. 29
Menſes tres, quibus Canonici quolibet anno abeſſe poſſunt, continere debent xc. dies non ſolum continui, ſed etiam interpollati. 122. 2
Metropolitano negligente ſuum Vicarium conſtituere Epiſcopus antiquior ex Suffraganeis in Metropolitana illum conſtituere poteſt, Epiſcopo verò exempto negligente Epiſcopus propinquior deputare poterit. 247. 56
Metropolitanæ ciuitatis Cæſarauguſtanæ ſecularizatio. 10. 49

M I

Miſſa Conuentualis omitti non poteſt pro Miſſa votiua pro Defunctis. 198. 2
Miſſas Pontificales per ſe ipſum celebrare non valens Epiſcopus, non poteſt in præiudicium primæ Dignitatis, ad quam id ſpectat, alteri ſibi benè viſo pro arbitio voluntatis demandare. 36. 46
Miſſas diſtribuit inter Dignitates, & Canonicos Archipresbyter, non ſemper vni, ſed ſucceſſiuè per ordinem. 39. 10

M O

Monachus ex legitima diſpenſatione factus Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, ſecularis non poteſt eſſe legatus Papæ. 120. 15
Monacho ſimplici poteſt cauſa ex certa ſcientia à Sede Apoſt. committi, ſeu delegari. 119. 12
Monaſteria Monialium, quæ viſitat Epiſcopus auctoritate Apoſtolica, non poteſt viſitare Capitulum Sede vacante. 254. 106

N

N A

Natus inter Chriſtianos non grauatur onere probandi ſe eſſe natum ex puris Chriſtianis, ſed hoc in dubio præſumitur. 65. 33

N E

in *Negotiis* agendis per Epiſcopum cum conſenſu Capituli an vox Epiſcopi cum vno, vel duobus Canonicis faciat maiorem partem, & ſit attendenda? 243. 25
Neophyti non prohibentur in Canonicos aſſumi ſi aliàs reperiantur idonei. 63. 27

N O

Nobilitas, & puritas ſanguinis optimè probatur quando oſtenditur deſcendentes ab eodem genere, & origine habuiſſe vfficia ad quæ non niſi nobiles, & puri ſanguinis admittuntur. 66. 39
Nomina Canonicorum an ſint exprimenda in inſtrumentis, quæ fiunt à Capitulo, oſtenditur. 213. 31
Notarius proprius ab Epiſcopo aſſumendus eſt in viſitatione perſonarum Cathedralis Eccleſiæ, qui Capitulo ſuſpectus non ſit. 271. 13
Notarij eorum officio durante lucrantur diſtributiones. 141. 3

N V

Numerus Canonicorum is dicitur definitus, quem in Eccleſia Cathedrali Epiſcopus cum conſilio Canonicorum, in inferioribus Collegiatis ipſarum Canonici cum Epiſcopi conſenſu deſuper accedente præfinierint. 18. 4
Numerus certus Canonicorum, & Præbendarum in Cathedralibus, & Collegiatis quandoque nullus eſt, interdum eſt certus numerus Canonicatuum, ſed nullus numerus, nec diſtinctio Præbendarum; interdum eſt certus numerus Canonicatuum, & Præbendarum inter ſe diſtinctarum; nonnunquam eſt certus numerus Canonicatuum, & totidem ſunt Præbendæ, ſed eæ diſtinctæ non ſunt. 19. 7
Nuncio præſertim iurato creditur an aliquis ex vocalibus abſens, ſit vocatus necne. 218. 7

O

O B

Obligatus in forma Cameræ poteſt ſine perſonali citatione excommunicari. 133. 4
Obſes datus ab Eccleſia, aut etiam repræſaliarum cauſa captus & detentus quotidianis diſtributionibus priuandus non eſt. 144. 18

O E

OEconomos præficere poteſt Capitulum Sede vacante. 252. 92

O F

Officium ſimplex cum perpetua rerum adminiſtratione quandoque Dignitas appellatur ſecundùm conſuetudinem Eccleſiarum. 25. 18
Officium ſimplex in Eccleſia eſt, quid diuerſum à Dignitate, & Perſonatu. 21
Officium non eſt Dignitas, etiamſi haberet quis rationem Officij adminiſtrationem aliquarum rerum, ſine tamen aliqua prærogatiua in Choro, & in Capitulo vltra alios ſui Ordinis. 22
Officium largo modo dicitur habere omnis, qui habet

habet aliquod onus, vel curam, ſeu adminiſtrationem, aut cuſtodiam. 24
Officium Archipresbyteri ciuitatis in Cathedrali Eccleſia quòd ſit de iure communi, oſtenditur. 38. 9
Officium Archipresbyteri hodie ſecundùm conſuetudinem Eccleſiarum attenditur. 40. 26
Officium facere in Eccleſia vbi corpus defuncti ſepelitur, pertinet ad Parochum ipſius Eccleſiæ. 114. 61
Officium Canonicum recitare non tenetur coadiutor, ſed proprietarius. 177. 13
Officium Canonicorum in duobus potiſſimum conſiſtit, ſtallo ſcilicet in choro cum participatione Diuinorum, & loco in Capitulo. 187. 1
Officium Canonicorum in choro in quibus conſiſtat, oſtenditur. 188. 2
Officium paruum B. Virginis quando recitatur in choro tempore Paſchali, dicitur ſine addito Alleluia. 199. 6
Officium in choro dato ſigno inchoandum eſt, non expectato Vicario. 7
Officium non eſt inchoandum ſtatim ſigno dato, ſed elapſa tertia parte horæ poſt ſignum datum 8
Officio quando eſſet annexa Dignitas, vel in Officio concurrerent ea ſigna ex quibus Eccleſiaſtica Dignitas diſcernitur, tunc Officium diceretur habere Dignitatem. 25. 23
Officia diuina dum recitantur non licet fieri congregationes particulares commiſſariorum Capituli, neque occupari Beneficiatos in negotiis, & rebus Eccleſiæ. 205. 16

OP

Opinioni ſemper ineſt formido ne contrarium ſit verum. 213. 12
Optandi ius quanto tempore conſuetudine induci poſſit, oſtenditur. 283. 3. & ſeq.
Optare nemo impeditur quamuis habeat reſeruatum beneficium ratione optionis dimittendum, necnon quamuis habeat Præbendam ſuper cuius fructibus ipſe voluntariè conſenſit penſionem reſeruati ad fauorem alterius. 285. 16, 17
Optare non poteſt vacantem Præbendam, qui propter aliquod corporis vitium repellitur ab Ordinibus illi annexis, quamuis vitium huiuſmodi contraxerit poſt obtentum beneficium in Eccleſia, ſi in optione requiratur noua collatio. 186. 19
Optio eſt ius quoddam Capitulo, ſeu Collegiali alicui Eccleſiæ ex conſuetudine, vel ſtatuto competens, vt antiquiores gradatim vacantem Præbendam, quæ reſeruata non ſit, propria dimiſſa intra certum tempus eligere poſſint. 183. 1
Optio non inducitur à iure communi, ſed à conſuetudine, priuilegio, indultu Apoſtolico, aut ſtatuto. 2
Optio regulariter fieri debet intra viginti dies, & currunt ſimul omnibus optare valentibus, ſed non poteſt id tempus per Capitulum minui. 184. 5
Optio ita gradatim fieri debet, vt ſi non optat primus, ſeu antiquior, optet ſecundus, ſeu ſequens. 185. 12
Optio locum non habet in beneficiis, ſeu Prebendis in Curia, vel apud Sedem vacantibus. 186. 21
Optio habet locum in his Præbendis, quæ deuoluuntur ad Papam ex negligentia inferiorum in non conferendo intra ſex menſes à die notitiæ vacationis. 24
Optionis natura eſt, vt ſucceſſiuè vnus Præbendatus, ſeu Beneficiatus poſt alium, prout quiſque antiquior eſt, gradatim aſcendat. 185. 13
Ordinarius an poſſit abſque Adiunctis procedere ad priuationem Canonicorum, eo quòd requiſitos Ordines infra annum non ſuſceperunt, oſtenditur. 96. 21
Ordinarius non poteſt condonare fructus amiſſos ob non factam Fidei profeſſionem. 101. 28
Ordinarij in prouiſione non requiritur expreſſio beneficiorum, quæ obtinet is, cui confertur. 82. 38
Ordinati contra formam dicti *cap.* 10. *Concil.* non gaudent priuilegio clericali. 259. 131
An poſſint habere beneficium. 132, 133, 134

OS

Oſculum, vide *Inſenſatio.*

P

PA

Palatium Epiſcopi ſi ſit longè diſtans, debet Epiſcopus aſſociari per Canonicos ex aliquo loco ad hoc deputato propè Eccleſiam, vel ex Eccleſiæ ipſius atrio, aut ſcalis. 191. 4
Pallium à palatio in Eccleſiam non conuenit geſtare Epiſcopo, ſed debet aſſumi poſt cantatam Tertiam in ſacello Eccleſiæ vbi paratur Epiſcopus. 193. 22
Papa ſolus ad augendum cultum diuinum erigere, & conſtituere poteſt Eccleſiam in Cathedralem, & ipſam in Metropolitanam. 12. 2
Papa ſi cum minori diſpenſet, vt ſit Canonicus in Eccleſia Cathedrali, non ob id cenſetur cum eo diſpenſare, vt in ea ætate poſſit eſſe Iudex delegatus. 119. 9
Papa coadiutoriam concedendo non prouidet abſolutè de beneficio, ſed neceſſitati Eccleſiæ. 176. 5
Papæ prouiſio de beneficiis ſimultaneæ collationis in caſu diſcordiæ inter Epiſcopum, & Capitulum, eſt valida. 75. 10
Papæ in ſeruitio abſentes de iure communi lucrantur fructus, ſed non diſtributiones ſuarum Præbendarum. 152. 1
Parochus in propria Eccleſia tantam habet poteſtatem, quantam Epiſcopus in ſua Diœceſi. 113. 57
Parochus in propria Eccleſia omnibus quantumuis in Dignitate conſtitutis, præcedere debet. 58
Parochus defuncti, vel Parochus Eccleſiæ ad quam corpus defuncti defertur, digniorem locum obtinere debet, & præcedere quibuſcunque aliis Presbyteris, non autem Eccleſiæ Cathedralis. 114 61
Pars ſanior præfertur maiori numero niſi in numero magnus eſſet exceſſus. 215. 6
Pars ſuffragiorum quænam ſit ſanior non amplius inquiritur, ſed tantummodo minor, vel maior ipſorum numerus reſpicitur. 8
Pars maior ſumenda eſt reſpectu totius, non reſpectu aliarum partium. 9
Pars tutior quomodo eligenda, oſtenditur. 223. 11
Paternis meritis ſi quis fulgeat, prærogatiuam habet. 107. 7
Pauperes non ſunt de Præbendis Eccleſiæ Cathedralis prouidendi, niſi ſint litterati. 59. 3

P E

Permutationibus beneficiorum auctoritatem præſtare poteſt Capitulum Sede vacante. 253. 97

Perſonatus eſt quædam prærogatiua in Eccleſia poſt exiſtentes in Dignitate, ſicut habere locum honorabiliorem in Choro, & primum locum in proceſſionibus. 25. 19

Poſtis ob cauſam à ſua Eccleſia abſens poteſt percipere diſtributiones quotidianas, ſi probatetur ex antiqua conſuetudine diſtributiones dari ſolitas abſentibus ex iuſta cauſa. 148.40

S. *Petri* de Monte Corbulo Canonici Regulares, à quo inſtituti, & quo tempore inceperint. 9. 39

P L

Plebania officium appellatur, non Dignitas, etiamſi Plebanus haberet curam animarum, Baptiſmum, & Chriſma, poſsetque Capellanos ſui Plebanatus excommunicare & confirmare. 26. 27

Plebania quando eſſet Collegiata, ipſiúſque Eccleſiæ Plebanus eſſet caput, haberétque præeminentiam, & iuriſdictionem in Canonicos Eccleſiæ, tunc cenſeretur in Dignitate conſtitutus. 28

Pluralis loquutio reſoluitur in plures ſingularitates quando diſpoſitio loquitur de pluribus ſubiectis copulatis, non autem de vno tantùm. 68. 54

P O

Pœna priuationis dimidiæ partis diſtributionum, quam incurrunt Canonici requiſitos Ordines non ſuſcipientes, intrat quamuis reliqua dimidia pars, quæ ſupereſt, non ſufficiat ad ſuſtentationem Clerici. 95. 14

Pœna priuationis dimidiæ partis diſtributionum, quam incurrunt Canonici requiſitos Ordines non ſuſcipientes, locum habet quamuis interſint Diuinis, & Officium recitent. 15

Pœnam Concil. *ſeſſ.* 23. *cap.* 10. incurrit Capitulum, ſeu Vicarius Sede vacante concedens dimiſſorias infra annum vacationis, quamuis illis vſus non fuerit is, cui conceſſæ fuerunt. 257. 117

Pœnæ contra obtinentes Canonicatus, & non reſidentes non habent locum in Canonico carente Præbenda. 123. 21

Pœnarum gradus in Conc. Triden. *ſeſſ.* 14. *de reform. cap.* 1. præſcripti neceſſariò ſeruandi ſunt antequam deueniatur ad priuationem, aliàs nulla erit. 123. 26

Pœnas contra obtinentes Canonicatus, & non reſidentes poteſt Epiſcopus ante ſententiam minuere, ſed in totum tollere. 123. 30

Pœnitentes in feria quarta Cinerum ab Eccleſiis expellit Archipresbyter, & Feria quinta in Cœna cùm reconciliantur, Epiſcopo repræſentat. 39. 16

Pœnitentes ſolemniter Epiſcopo inconſulto non abſoluit, vel reconciliat Archipresbiter. 39. 22

Pœnitentiarius hodie in ſingulis Cathedralibus decreto Concilij Trid. inſtitui iubetur ad Confeſſiones pro Epiſcopo audiendas. 39. 23

Pœnitentiarius ſi dum recitantur diuina Officia audiat in Eccleſia Confeſſores etiam peccatorum venialium, & non reſeruatorum, percipit diſtributiones quotidianas, dummodo intra Eccleſiam, non extra eam, etiam infirmorum Confeſſiones audiat. 143. 6

Pœnitentiarius quis, & quomodo inſtituendus, oſtenditur. 156. 1

Pœnitentiarius inſtitutus ante vacationem Præbendæ eius officio vnitæ neque vocem in Capitulo, neque locum in choro ſibi vendicare poteſt. 156. 3

Pœnitentiarius deputari debet qui ſit Magiſter, aut Doctor, ſeu Licentiatus in S. Theologia, vel iure Canonico, ſeu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur. 157. 6

Pœnitentiarius debet eſſe conſtitutus in ætate quadraginta annorum completorum, ſeu aliàs quando aptior pro loci qualitate non reperitur. 157. 10

Pœnitentiarius dicitur pro loci qualitate non reperiri aptior quando non reperitur in ciuitate, aut etiam in Diœceſi perſona apta cum qualitatibus requiſitis. 11

Pœnitentiarius ex ipſo quòd eſt inſtitutus habet à iure, & Concilio facultatem audiendi Confeſſiones pœnitentium illius Diœceſis abſque noua Ordinarij licentia. 12

Pœnitentiarius debet ſemper paratus exiſtere ad audiendas Confeſſiones horis opportunis, loco, & Sede Epiſcopi. 158. 14

Pœnitentiarius virgam, ſeu bachettam in manu ſicut in Vrbe non debet retinere. 15

Pœnitentiarius Canonicus non poteſt eſſe Iudex Ordinarius, vel delegatus appellationum in Regnis Caſtellæ, & Legionis. ibid.

Pœnitentiarius ſoluere non poteſt à caſibus, quos Epiſcopus ſibi expreſsè reſeruauit. 16

Pœnitentiarius caſus reſeruatos ſibi ab Epiſcopo commiſſos non poteſt alteri delegare. 17

Pœnitentiarius non poteſt delegare ſuam auctoritatem. 18

Pœnitentiarius non tenetur ad maiorem reſidentiam quàm alij Canonici. 19

Pœnitentiarius pro præſente à choro habendus dum audit Confeſſiones. 159. 20

Pœnitentiarius dum actualiter Confeſſiones audit, lucratur etiam ipſas eleemoſynas, quæ diſtribuuntur pro aſſociandis, & ſepeliendis cadaueribus, vel pro ſupplicationibus. 21

Pœnitentiarius Confeſſiones etiam infirmorum extra Eccleſiam audiens non cenſetur præſens in choro. 22

Pœnitentiarij inſtitutio, & electio perſonæ ad ſolum Epiſcopum abſque conſenſu Capituli pertinet. 156. 4

Pœnitentiarij Canonicatus, & Præbendæ in Regnis Caſtellæ, & Legionis exiſtentes, quomodo conferendi iuxta conſtitutionem Gregorij XV. 159. 24

Pontificalia exercendi in Eccleſia vacante licentiam concedere poteſt Capitulum Sede vacante extero Epiſcopo. 251. 89

Portio dimidia eſt de inferioribus beneficij Eccleſiæ Cathedralis. 252. 42

Portio ſi vnita ſit Dignitati perpetuò, & acceſſoriè & per viam incorporationis, tunc obtinens Dignitatem non tenetur ſeruire tanquam portionarius. 189. 9

Portiones, quas habent Canonici Regulares, eis conceduntur de licentia Superioris ad vſus ſuos peculiares honeſtos & neceſſarios, vel conuenientes, & ſic paratis dicta bona dimittere ad libitum Superiorum. 6. 22

Portiones dimidiæ in Cathedralibus neque Ordines ſacros, neque ætatem ad illos requiſitam exigunt. 62. 36

Portiones & dimidiæ Portiones Eccleſiæ Cathedralis

lis ſunt ſimultaneæ collationis Epiſcopi, & Capituli. 7. 6
Portiones congruas aſſignare, & recognoſcere poteſt Cap. Sede vacante. 252. 93
Portionarij idem ſunt quod Aſſiſij, & non dicuntur habere Præbendam ſicut Dignitates, & Canonici, ſed Portionem, id eſt, partem fructuum. 27. 38
Portionarij non ſunt de Capitulo, quod à ſolis Canonicis conſtituitur. 39
Portionarij in aliquibus Hiſpaniæ Cathedralibus multas prærogatiuas & præeminentias habent, quibus gaudent Canonici. 40
Portionarij non ex eo, quòd admittuntur in Capitulo, & ibi habent vocem, poſſunt dici de Capitulo. 41
Portionarij, & alij prouiſi de Capellaniis in Eccleſia Cathedrali non tenentur profeſſionem Fidei emittere. 99 13
Portionarij, ſeu Beneficiarij ſi per omnia æquiparentur Canonicis, & æqualiter ſedeant, & incedant, duplici ductu thurificandi ſunt. 201. 31
Portionarij. Manſionarij, Tertianarij, & Quartanarij vocem in Capitulo non habent. 211. 16
Vide *Dignitates*.
Portugalia in Regno excluduntur à Canonicatibus Cathedralium deſcendentes ab Hebræis vſque ad ſeptimam generationem. 67. 48
Poſſeſſio capitulariter capta in Capitulo dicitur, etiam aliquibus Canonicis contradicentibus, vel illis ad alia negotia ibi congregatis. 86. 2
Poſſeſſio, quòd ſi capitulariter capta, ſufficienter probatur per teſtes deponentes fuiſſe captam coram repræſentantibus maiorem, & ſaniorem partem Capituli. 3
Poſſeſſio debet capi in ſede propria Canonicali, ſeu Dignitatis. 87. 6
Poſſeſſio non capitulariter capta de Canonicatu non ſuffragatur quamuis fuiſſet capta de mandato executoris litterarum Apoſtol. 7
Poſſeſſio de Canonicatu ſine conſenſu Capituli, ſeu capitulariter, non valet etiamſi data eſſet facultas capiendi eius poſſeſſionem propria auctoritate. 8
Poſſeſſio de Canonicatu capta à Canonicis de Capitulo, ſed non capitulariter, non valet. 9
Poſſeſſio quando acquiratur per ſolum aſpectum, & probetur per publicum inſtrumentum. 89. 21
Poſſeſſio adepta per prouiſum, qui tenebatur facere Fidei profeſſionem, eſt manutenibilis poſt tempus præfixum ad faciendam profeſſionem. 101. 31
Poſſeſſio prima capta viuente coadiuto non ſufficit, eſt enim poſt illius mortem noua capienda. 178. 19
Poſſeſſio ab obitu coadiuti numeranda eſt quamuis prior poſſeſſio accederet ad annos viginti. 21
Poſſeſſionis nouæ acquiſitio de manu executoris non contradicit retentioni primæ poſſeſſionis naturalis. 89. 21
Poſſeſſionem verè non capit coadiutor niſi poſt ceſſationem coadiutoriæ. 178. 18
Poſſeſſione Canonicatus in apprehenſione debet Capitulum congregari, & ab eodem ſic congregato poſſeſſio tradi. 87. 5
Poſſeſſione Eccleſiæ, ſeu Canonicatus capta, cenſetur capta poſſeſſio omnium bonorum, & iurium dictæ Eccleſiæ, ſeu Canonicatus. 90. 22
Intellige de bonis in quorum poſſeſſione conſtat Eccleſiam reperiri, & ſic de illis, quæ de præſenti erant vacantia. 23
Poſſeſſores Dignitatum, vel Canonicatuum in Cathedralibus, qui non fecerunt Fidei profeſſionem intra duos menſes, iuuantur reg. de triennali ad effectum ne poſſint moleſtari ſuper titulum. 102. 32

P R

Præbenda eſt ſpirituale ius recipiendi certos prouentus in Eccleſia competentes ex diuino Officio, cui præbendatus deſeruit. 53. 2
Præbenda propriè dicitur quando bona Eccleſiæ ſunt diuiſa. 3
Præbenda dicitur à præbeo, quia præbet redditus ad congruam ſuſtentationem, vel à prædio, quaſi ſit quoddam prædium pro dote aſſignatum. 5
Præbenda ſumpta largè pro ipſo titulo beneficij, eſt ius percipiendi prouentus in Eccleſia ratione officij. 7
Præbenda interdum ſumitur pro patrimonio, & redditibus ipſius beneficij. 54. 8
Præbenda vnita, & acceſſoria dicitur quoque res ſpiritualis, & ſequitur naturam principalis, quamuis in bonis temporalibus conſiſtat. 12
Præbenda quandoque accipitur pro certa portione per ſe diſtincta nihil ſpiritualitatis habente, & laico conceditur pro labore temporali. 18
Præbenda temporalis laico aſſignari poteſt. ibid.
Præbenda de ſe non habet ſedem in choro, nec vocem in Capitulo. 55. 20
Præbenda ſpiritualis eſt beneficium Eccleſiaſticum. 21
Præbenda, & beneficium tanquam genus, & ſpecies diſtinguuntur. 24
Præbenda, quæ eſt annexa Canonicatui, & Canonico dari conſueuit, ſi conceſſa ſit, cenſetur & Canonicatus conceſſus non iure acceſſorij, ſed connexitatis. 56. 29
Præbenda quando dicatur Sacerdotalis remiſſiuè. 60. 12
Præbenda officio Pœnitentiarij vnienda debet eſſe integra, atque Canonicalis. 156. 2
Præbenda Theologalis, vbi & quando conſtitui, & deputari debeat, oſtenditur. 162. 1
Præbenda deputanda in Theologalem debet eſſe integra, vnde portio non ſufficit. 163. 6
Præbenda, cuius fructus omnes conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, poteſt deputari in Theologalem. 7
Præbenda vna ſi vacaret, quæ eſſet inſufficiens, poterit Epiſcopus vacante altera ambas applicare pro lectione ſacræ Scripturæ. 8
Præbenda vacans in menſe reſeruato non competit Canonico Theologo in vim vnionis factæ ab Epiſcopo de Præbenda primò vacatura. 11
Præbenda Theologalis ſi vacauerit in menſe Apoſt. vel aliàs eſſet reſeruata, electio perſonæ, & collatio ſpectabit ad Papam. 13
Præbenda Theologalis an, & quando conferri poſſit Decretorum Doctori, remiſſiuè. 18
Præbenda erecta, & deputata pro Theologo à ſequenti Canonico optari non poteſt. 19
Præbenda Theologalis non eſt Dignitas, & ideo priora loca eam obtinens, relinquere debet antiquioribus Canonicis. 164. 25
Præbenda Theologalis dum vacat illa dari debet in commendam vnico Canonico idoneo eiuſdem Capituli donec titularis prouideatur. 168. 59
Præbenda Præceptoralis in Gallia quæ. 169. 65
Præbendæ appellatione venit ſpiritualis vbicunque agitur de collatione, vel de titulo conferendo. 54. 13

Præbendæ Theologalis deputatio locum non habet in Eccleſiis Cathedralibus Regularibus, vbi Præbendæ non ſunt diſtinctæ, nec Eccleſiæ numeratæ. 162. 2
Præbendæ Theologalis deputatio, locum habet in Eccleſiis Collegiatis, quarum Præbendæ ſunt de iurepatronatus laicorum. 3
Præbendæ Theologalis collatio erectæ poſt Conc. ſpectat ad eum, ad quem ante Conc. ſpectabat, etiam in caſu, quo ante Conc. electio ſpectabat ad Capitulum, & inſtitutio ad Epiſcopum. 163. 14
Præbendam temporalem obtinentes non obligantur horas Canonicas recitare. 55. 17
Præbendam Presbyteralem vacantem poterit Epiſcopus conferre illi, qui Diaconalem, ſeu Subdiaconalem habet, & has illi, qui ætatem habet pro his obtinendis, & Canonicatus natura eſt attendenda, & non Parochialis ei acceſſoriè, & in perpetuum vnitæ. 60. 12
Præbendam primam vacantem aſſignare pro Pœnitentiario non eſt in optione Epiſcopi, ſed pro Theólogo, niſi aliàs magis expediens in aliquo particulari loco viſum fuerit. 162. 5
Præbendam Theologalem obtinens non poteſt illam dimittere, & aliam optare. 163. 21
Præbendæ temporales quamuis ſint plures, & habeantur inſimul cum aliqua Dignitate, non inducunt incompatibilitatem. 54. 15
Præbendæ temporales poſſunt vendi ſine aliqua labe ſimoniæ, & permutari propria auctoritate. 55. 16
Præbendæ quæ ſtatuto Eccleſiarum debentur nobilibus, ad eos Doctores admittuntur, licèt nobiles non ſint. 59. 3
Præbendæ regulariter non habent Ordinem annexum, ſed poteſt illorum annexio ſtatuto, conſuetudine, vel inſtitutione fieri. 93. 2
Præbendarum plures ſunt ſpecies. 53. 6
Præbendarum, aut Portionum in ſuppreſſione non ſufficit Cap. conſenſus. 556. 512
Vide *Beneficium, Canonia.*
Præcedentia debetur Archipresbytero, ratione ſtolæ. 40. 31
Præcedentia ſecundùm vnam ſententiam debetur Canonicis, & Magiſtratibus qui priores in poſſeſſione apprehendenda fuerunt. 106. 1
Præcedentia datur illi qui primus fuerit nominatus in litteris creationis. 107. 5
Præcedentiæ honor datur antiquiori Canonico propter eius maiora onera, & ſeruitia, quæ in Eccleſia ſubit. 508. 12
Et procedit ſi in Eccleſia ſit conſuetudo, & Præbendæ non ſint diſtinctæ in Presbyterales, Diaconales, vel omnes Canonici ſint actu Presbyteri. ibid.
Præcentor, & Cantor idem ſunt quod Primicerius. 46. 10
Præcepto cap. omnis vtriuſque, de Pœnit. quilibet poteſt ſatisfacere confitendo Pœnitentiario. 158. 11
Præeminentia ſola non ponit quem in Dignitate. 25. 20
Prælatus Capituli debet proponere negotia deſideranda, dicere primum votum, & ſuffragia votantium colligere, licèt non ſit in Sacris. 203. 2
Prælato principali Eccleſiæ Collegiatæ, quamuis Sacris Ordinibus careat, competit præſidentia, ac vox in Capitulo. 210. 15
Prælati ſeculares iuriſdictionem habentes quaſi Epiſcopalem non poſſunt Canonicatus ſupprimere etiam in caſibus, quibus Epiſcopi poſſunt in ſua Diœceſi. 20. 21
Præmonſtratenſes Canonici Regulares à quo inſtituti, & quo tempore inceperint. 7. 30
Præpoſitura non eſt Dignitas, quia non habet nomen ſonans in Dignitatem à iure communi, ſed officium appellatur, niſi ex conſtitutione Eccleſiæ, vel conſuetudine loci aliud fuiſſet inſtitutum, vel niſi eſſet prima in Cathedrali, aut Collegiata. 25. 25
Præpoſitus regulariter quis. 47. 18
Præpoſitus quem locum habere debeat, oſtenditur. 20
Præpoſiti dicuntur omnes aliorum præfecti, & qui aliis præſunt. 14
Præpoſiti caſtrorum dicebantur, qui præfecti erant militibus præſidij cauſa degentibus in Prouinciis. 15
Præpoſiti laborum qui, remiſſiuè. 16
Præpoſiti in multis Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis præcipuam gerunt Dignitatem cum animarum cura, & iuriſdictione. 19
Prærogatiua cauſa eſt ſi quis ediderit aliquem librum. 507. 6
Prærogatiuam tenet inter alios creatos eodem met tempore ad Magiſtratum qui ex alio aſſumptus fuit. 1-6. 3
Præſentatos Clericos à patronis admittere, ſiue inſtituere poteſt Capitulum Sede vacante. 253. 95
Primiceriatus eſt officium, non Dignitas, niſi probaretur ipſum communi opinione habitum fuiſſe pro Dignitate. 26. 26
Primicerius eſt primus in Choro cantantium, & dicitur ſecundùm alios quaſi primus cantor, ſeu primus ratione cantus, quia cæteros docet quid ſit canendum in Choro. 45. 1
Primicerius melius ſic dicitur quaſi primus in eo officij genere, & anteſignanus in quabbet arte. 45. 4
Primicerius in rubr. C. primicer. lib. 12. dicitur primus Notarius Principis, vel Magiſtratus ille, qui Principis litteris cereum ſignum imponebat. 5
Primicerius ad regendum Chorum deſtinatus à ſuo officio non eſt dimouendus, vt aſſiſtat Epiſcopo. 46. 7
Primicerius licèt dubitetur an ſit Dignitas, debet in Proceſſionibus capere Pluuiale ſicut Dignitas, & Planetam ſicut Canonicus. 46. 9
Primicerij officium de iure Eccleſiaſtico eſt docere Diaconos, & reliquos Clericos cantandi formam, & alia, quæ hic referuntur. 45. 6
Primicerio quis locus tribuendus, oſtenditur. 46. 8
Primicerios alij ſic dictos credunt, quia primi erant, qui in cera præſentiam, & abſentiam cæterorum adnotabant. 45. 4
Principalis idem ſignificat quòd prima. 68. 52
Prior an aliquando poſſit excuſari à reſidentia, oſtenditur. 49. 7
Prior Collegiatæ non habet præcedentiám ſuper Canonicos Cathedralis. 8
Prior Collegiatæ ſi in Cathedrali intereſt, ſimul cum illius Dignitatibus, & Canonicis duplici ductu thuribuli thurificandus eſt. 9
Prior magnus inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis inter omnes Collegiatarum Luſitaniæ Priores primas tenet. 50. 10
Prior magnus Vimaranenſis omnibus præeſt in Ec-

cleſiæ, & Vicarium nominat, ad quem minora crimina in Primitiali viſitatione referuntur, ad Primates verò grauiora ſpectant. 14

Prior magnus Eccleſiæ Vimaranenſis nunc eſt Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. meus Bernardus Attaydius. 55

Prior Collegiatæ tanquam in propria Eccleſia dicitur habere pro ſe iuris aſſiſtentiam in præcedendo cæteris omnibus, ſecundùm aliquos. 113. 49

Priores tunc cenſentur in Dignitate conſtituti ſi ſunt Collegiati, & habent præeminentiam, vel iuriſdictionem in Eccleſia, aliàs ſecus. 26. 29.

Priores ſeculares reſpectu Regularium ſunt perſonæ principales, quæ in Collegiatis Eccleſiis toti præſunt Canonicorum Collegio. 30

Priores dicuntur qui aliquibus Eccleſiis præſunt ſuper aliquas perſonas earundem. 49. 1

Priores in duplici ſunt differentia, quidam ſeculares, alij Regulares. 2

Priores rurales dicuntur, qui curam animarum abſque Collegio habent, & ſic Parochialem ſimplicem. 3

Priores Collegiales, qui in Eccleſiis Collegiatis toti præſunt Canonicorum Collegio, Dignitatem habere dicuntur, & non alij. 4

Priuatio dimidiæ partis diſtributionum, quam incurrunt Canonici, & alij intra annum requiſitos Ordines non ſuſcipientes, intelligenda eſt de iis duntaxat diſtributionibus, quæ propriè, & ſtrictè diſtributiones quotidianæ dicuntur, non autem de extraordinariis. 95. 13

Priuato iniuſtè debentur fructus, & diſtributiones quotidianæ. 150. 49

Procurator conſtitutus à Collegio reuocari non poteſt etiam per maiorem partem, niſi collegialiter. 205. 18.

Procurator ad votandum in electione debet conſtitui vnus de Collegio, niſi Capitulum ex gratia velit conſentire vt committatur extraneo. 219. 14

Procurator de Collegio ab abſente ſimpliciter conſtitutus in caſu electionis, non poteſt vnum ſuo, & alium procuratorio nomine eligere. 15

Procurator ad eligendum debet ceſſare ſi contingeret electorem abſentem impeditum, qui eum conſtituit, interim mori. 220. 20

Procuratori abſque mandato affirmanti medio iuramento ſuper impedimento Capitularis non valentis ad electionem venire, non creditur. 19

Procuratorem vt quis conſtituere poſſit ad eligendum debet abeſſe à loco vbi fit electio, & eſſe in loco à quo poſſit, & debeat auocari 219. 17

Procuratores eorum officio durante lucrantur diſtributiones. 142. 3

Procuratores generales à ſtatu Eccleſiaſtico Regnorum Caſtellæ & Legionis deputati in abſentia diſtributiones quotidianas lucrantur. 151. 52

Procuratores ſi ſint plures conſtituti ad votum in electione præſtandum, quomodo ſe gerere debeant, & quis præcedat, oſtenditur. 219. 13

Procuratores legitimè conſtituti cum generali mandato ad eligendum ab iis, qui legitimè impediti ſunt, non excluduntur, dummodo non habeant ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona. 16

Profeſſio Fidei, vt Epiſcopo præſente ſemel fiat in Capitulo ſatis eſt. 98. 4

Profeſſio Fidei poteſt fieri per Procuratorem. 5

Profeſſio Fidei emittere tenentur Dignitates, & Canonici Cathedralium, ſiue ſint ſeculares, ſiue Regulares, & ſiue ſint ſubiecti, ſiue exempti. 99. 6, 7.

Profeſſio Fidei emittenda eſt intra duos menſes ad minus à die adeptæ poſſeſſionis Dignitatis, vel Canonicatus in Cathedrali Eccleſia. 100. 15.

Profeſſio Fidei emiſſa creditur ſi pars dicat illam feciſſe dummodo collatio beneficij ſit decennalis. 19

Profeſſio Fidei facta non proficit ad recuperandum fructus amiſſos poſt dictos duos menſes, ſed tantùm ad quærendum futuros. 23

Profeſſionis Fidei omiſſio non excludit prouiſos, nec tollit omnino poſſeſſionem, ſed impedit illius effectum quoad fructuum perceptionem. 101. 30

Profeſſionem Fidei faciens coram Vicario etiam Epiſcopo non impedito ſatisfacit conciliari diſpoſitioni. 98. 3

Profeſſionem Fidei ſemel emittens tenetur eam iterum emittere in adeptione ſimilis Dignitatis, vel Canonicatus. 99. 8

Profeſſionem Fidei etiam poſt duos menſes facere tenetur prouiſus de Dignitate, vel Canonicatu in Cathedrali, quia ille terminus non eſt præfixus ad terminandam obligationem. 100. 16

Profeſſionem Fidei omittens peccat mortaliter. 20

niſi per ignorantiam, ſeu inaduertentiam non fecerit. 21

Profeſſionem Fidei non emittens intra duos menſes minimè tenetur in conſcientia fructus ſic amiſſos reſtituere donec condemnetur, ſeu ſequatur ſententia declaratoria. 24

Profeſſionem Fidei omittens quoad fructus amiſſos retinendos non poteſt regula de annali ſe tueri, nec longiſſima poſſeſſio ei prodeſt, quoad fructus percipiendos quamdiu profeſſionem non emiſerit. 101. 29

Promoti ad Dignitates, Perſonatus, Officia & Præbendas debent in ea ætate conſtituti eſſe, vt infra annum poſſint ad Ordinem requiſitum promoueri. 94. 5

τὸ *Proportionabiliter*, in Concil. Trid. ſeſſ. 21. de reform. cap. 3. quomodo accipienda. 130. 26

Protonotarius Canonicus cùm ſedet vti Canonicus, debet ſedere in loco ſuæ receptionis, quamuis habitu Protonotarij in Eccleſia, choro, proceſſionibus, & diuinis aſſiſtat. 111. 34

Protonotarij habitu vti non poteſt Archidiaconus in publicis functionibus, in aſſiſtentia Epiſcopi, nec in aliis actibus ſibi tanquam Archidiacono competentibus. 36. 54

Prouiſio Præbendarum in Cathedralibus ex communi Doctorum ſententia eſt ſimultanea Epiſcopi, & Capituli. 73. 2

Prouiſio Præbendarum in Cathedralibus, licèt ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul pertineat, tamen vllo illorum impedito, vel conferre nolente, alter refert validè. 3

Prouiſio Præbendarum in Cathedralibus non debet fieri per Epiſcopum, & Capitulum collegialiter. 4

Prouiſio de Canonicatu, ſiue Dignitate, quæ fit de Capitulo, capitulariter capi debet, & aliter capta non eſt manutenibilis. 86. 1

Prouiſus

Prouiſus ab Epiſcopo ad ſuæ gratiæ validitatem nihil tenetur iuſtificare, quia prouidet Motu proprio Eccleſiis, non autem perſonis. 82. 36

Prouiſus ab Ordinario quando agit ad exclusionem prouiſi Apoſtol. de beneficio vti de reſeruato ratione menſis, tenetur probare vacationem in menſe Ordinario. 37

Prouiſus de Canonicatu habente annexum Ordinem ſacrum, qui eſt completæ ætatis, vt poſſit intra annum Ordinem requiſitum ſuſcipere, non habet vocem in Capitulo, ſed non perdit partem aliquam diſtributionum. 95. 10

Prouiſus Sede Epiſcopali vacante tenetur emittere profeſſionem Fidei. 99. 9

Prouiſus per obitum, ſiue per reſignationem, tenetur emittere profeſſionem Fidei. 10

Prouiſus tenetur probare ſe feciſſe Fidei profeſſionem quando Ordinarius ſuper illa inquirit ex officio. 100. 18

Prouiſus de Canonicatu ſi capta poſſeſſione lumine orbetur, & non poſſit promoueri ad Ordinem requiſitum, reputatur præſens quoad fructus, ſed non tenetur aſſiſtere in choro. 147. 31

Prouiſo in 13. ætatis anno de Canonicatu in Eccleſia Collegiata, vbi vigore ſtatuti Eccleſia prouiſi ante realem poſſeſſionem, & fructuum perceptionem debent expectare per biennium, obſtat Concil. *ſeſſ. 23. cap. 6. de reform.* 61. 15

Prouiſo, qui non accepit poſſeſſionem, non currit terminus duorum menſium ad emittendam Fidei profeſſionem præſcriptus, quamuis per eum ſtet quominus illam accipiat. 100. 17

Prouiſi in Eccleſiis puritatem ſanguinis exigentibus ad effectum, vt admitti poſſint, non grauantur onere probandi ſe deſcendere ex Chriſtianis antiquis, ſed Capitulo exipienti illos deſcendere ex origine infecta, incumbit onus probandi. 65. 32

Prouiſi de Dignitatibus, & Canonicatibus in Eccleſiis Cathedralibus quomodo teneantur profeſſionem Fidei emittere, oſtenditur. 98. 1

Prouiſi de Dignitatibus, & Canonicatibus in Cathedralibus tenentur vltro ſe offerre ad profeſſionem Fidei emittendam. 99. 11

P V

Punctator eſt creandus qui in choro notet eos, qui interſunt diuinis. 201. 18

Punctator librum oſtendere debebit cùm Epiſcopo videbitur. 19

Puritas ſanguinis probatur per teſtes deponentes de publica voce, & fama & communi hominum exiſtimatione. 66. 38

Puritatis, & impuritatis facta æquali probatione, ſemper præualet illa, quæ eſt pro puritate. 67. 46

Purus vnuſquiſque præſumitur dum non probatur contrarium. 65. 34

Purum ſe probare quis debet quando cauſa appellationis interpoſita per prouiſum eſſet deſerta, vel quando pro parte Capituli eſt probata aliqua macula. 35.

Q

Q V

Quartenarij, Tertianarij, & dimidij Præbendati in Cathedralibus Portugaliæ vocem in Capitulo non habent. 28. 43

R

R A

Rationem ab adminiſtrationibus piorum locorum exigere poteſt Capitulum Sede vacante. 251. 78

R E

Rediens ad ſuum Canonicatum vigore regreſſus, recuperat locum, & ſtallum antiquum. 110. 18

Referendarius vtriuſque Signaturæ extra Eccleſiam præcedit Canonicis, & Dignitatibus Cathedralium. 116. 73

Regula 2. aliàs 3. Cancell. non capit beneficia ſpectantia ad collationem Capituli. 75. 14

Reg. 3. Cancel. comprehendit tantùm primas Dignitates in Collegiatis, non autem inferiores. 69. 56

Regreſſus conceſſio operatur reſtitutionem tituli, non autem tranſlationem. 110. 19

Regreſſu obtento ad beneficium dicitur conceſſum id, per quod ad beneficium perueniri ſolet. 20

Religioſus Epiſcopus obtinens à Pontifice licentiam teſtandi etiam ad opera pia, duplex impedimentum tenetur explicare, alterum ſe eſſe Religioſum, alterum ſe eſſe Epiſcopum. 120. 17

Religioſos piarum voluntatum exequutores compellere poteſt Capitulum Sede vacante ad reddendas adminiſtrationis rationes. 251. 77

Renuncians, ſiue cedens liberè, licèt dicatur perdere dominium, & poſſeſſionem ſaltem de iure, attamen ſi poſtea incumbat de facto, & realiter inhæreat poſſeſſioni, adhuc ad ſtatum eſt manutenendus, & reintegrandus ſi ſpolietur. 88. 20

Renunciatio ſtrictè eſt interpretanda, vt minus lædat renunciantem. 88. 19

Requiſita quæ deſiderantur vt ſubſiſtant ſtatuta facta à Capitulo. 240. 18

Reſcriptum delegatorium præſentati ſucceſſori in eadem Dignitate non poteſt abſque noua deſignatione. 120. 20

Reſeruationes an ſint odioſæ, vel potius fauorabiles, oſtenditur. 69. 58

Reſidentiam facere quis præſumitur vbi habitare conſueuit. 218. 6

Reſignationes beneficiorum recipere poteſt Capitulum Sede vacante. 253. 96

R O

Rochetto ſub cotta non poteſt vti Canonicus Protonotarius dum in choro aſſiſtit Horis Canonici. 112. 38

Rota à Capitulis conſuetam pietatem, & reuerentiam erga litteras Apoſt. plurimum deſiderat. 69. 60

R V

S. *Rufi* Canonici Regulares à quo inſtituti, & quo tempore incœperint. 6. 27

S

S A

Sacellarius vocatur à paruo ſacco, quem ferebat ſecum. 43. 1

Sacramenta noua & antiqua mutare poſſunt Canonici abſque conſenſu Epiſcopi, &c. 259. 14

Sacriſta, ſeu Theſaurario minori quæ hodie competant, oſtenditur. 44. 18

S. Saluatoris Canonici Regulares à quo inſtituti, & quo tempore inceperint. 8. 37

SC

Scholaſteria neceſſariò conferenda eſt Doctori, vel Magiſtro, aut Licentiato in Theologia, vel iure Canonico, dummodo ſit in aliqua Vniuerſitate approbata graduatus. 48. 3

Scholaſticum, id eſt, obtinentem Scholaſteriam inſtituendi formam præſcribit *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 18. verſ. deinde.* 48. 2

SE

Secularizatio in Eccleſiis præter qualitatem Regularitatis niſi aliud immutat. 10. 50.

Sedes quando dicatur vacare vbi Epiſcopus transfertur ad aliam Eccleſiam, oſtenditur. 245. 32

Sede Epiſcopali vacante collatio ſtantè ſimultanea, ſpectat ad Capitulum iure proprio. 75. 13

Semipræbendati in Cathedrali Aurelianorum ex integro Præbendatis adæquantur. 28. 44

Senator, ſeu Magiſtratus ex pluribus ad idem Officium eodemmet tempore creatis, ille præferri debet, qui maioribus qualitatibus, ſeu prærogatiuis decoratus reperitur. 166. 2

Senio ita confectus vt reſidere & intereſſe Diuinis non poſſit, modò aliàs intereſſe conſueuerit, percipere debet quotidianas diſtributiones. 147. 37

Sententia lata inter duos facit ius quoad omnes in cauſa ſtatus, & quando agitur de iure reali, veluti de puritate, aut nobilitate ſanguinis. 66. 38

Sententia erit nulla ſi Epiſcopus, & vnus ex duobus Adiunctis ſine tertio pronuntiaret. 171. 15

S. *Sepulchri* Canonici Regulares à quo inſtituti, & quo tempore inceperint. 8. 32

Seruitium quadraginta annorum Eccleſiæ præſtitum, ſtante conſuetudine, liberat beneficiatum à reſidentia, ita ut lucretur diſtributiones quotidianas in abſentia, quamuis non interſit diuinis. 139. 14

SI

Signum aliquod concedere Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, vel conceſſum mutare inconſulta Sede Apoſtolica non poteſt Epiſcopus. 26. 27

SO

vũ Solus Epiſcopus cognoſcat, intelliguntur reſpectu moleſtantis, non autem reſpectu Capituli connexi Epiſcopo. 236. 4

vũ Solus Epiſcopus poſſit degradare, non concludit Capitulum concurrere in degradatione, ſed alios Epiſcopos. 5

ST

Statutum diſponens quòd coadiutores gradatim aſcendant, & præcedant poſteros Canonicos non eſt obſeruandum. 178. 26

Statutum quòd Canonici poſſint inſeruire per ſubſtitutos, vel alternatim vnus pro alio, non eſt attendendum. 188. 4

Statutum à Capitulo conditum, quòd deſcendentes ex genere infecto non admittantur ad beneficia Eccleſiaſtica, eſt inualidum. 240. 18

Statuta aliquarum Eccleſiarum in Hiſpaniis puritatem ſanguinis requirentia non videntur improbanda. 64. 29

Statuta puritatem ſanguinis requirentia in obtinentibus Canonicatus, ſunt exorbitantia, & pœnalia, ac proinde ſtrictiſſimè interpretanda. 30

Statuta excludentia à beneficiis deſcendentes ab Hebræis nihil fauoris continent, ſed odioſa ſunt, & à iure exorbitant. 69. 59

Statuta de ſeruitio per annum, vel aliquod tempus, & de nihilò percipiendo interim de maſſa groſſa niſi peracto integro dicto ſeruitio, non comprehenduntur decreto Conc. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 14.* nec Bulla Pij V. 138. 7

Statuta condere poteſt Capitulum Sede vacante, quæ ad ſtatutum Eccleſiæ pertineant, quæque durare debeant etiam tempore Epiſcoporum ſuccedentium. 251. 73

Statutorum rigor vt excludatur, ſatis eſt de ſanguinis impuritate non conſtare. 64. 32

Studium generale dicitur, quod eſt erectum, & inſtitutum per Papam, Regem, ſeu Principem. 167. 48

Studium, quòd non ſit Vniuerſitas, non ſufficit ad hoc, vt Canonici in eo ſtudentes lucrentur fructus in abſentia, quamuis in eo optimè legatur. 49

SV

Subcollectores eorum officio durante lucrantur diſtributiones. 142. 5

Succentoris officium eſt abſente Cantore, ſiue Præcentore incipere cantum in Choro, Antiphonas, & Pſalmos inchoare. 46. 11

Suffraganeo Epiſcopo veniente ad Eccleſiam ad celebrandum nomine proprij Epiſcopi, non tenentur Canonici obuiam ire, niſi vſque ad portam Eccleſiæ. 192. 13

Supernumerarius appellatur qui fuerit receptus extra numerum. 58. 6

Suppreſsio Canonicatuum & beneficiorum non permittitur Epiſcopo ſine conſenſu Capituli. 238. 13

Suſpenſus iuſtè ab officio priuatus eſt ipſo iure quotidianis diſtributionibus. 134. 8

Suſpenſus iuſtè à beneficio amittit diſtributiones quotidianas. 9

Suſpenſus iniuſtè ab Officio, vel beneficio, non amittit diſtributiones. 150. 46

Suſpenſo ob contumaciam minimè alimenta debentur. 134. 8

Suſpenſi Canonici per ſententiam Iudicis, aut etiam Canonis, vocem in Capitulo non habent. 228. 6

T

TE

TEnuitas Eccleſiæ, ac eius redditus diminuti probandi ſunt, cùm beneficia de ſui natura præſumantur congrua. 20. 20

Teſtis ſuper puritate, vel impuritate debet etiam non interrogatus rationem dicti ſui concludentem reddere. 67. 44

Teſtis de vniuerſitate Eccleſiaſtica admittitur, ad teſtificandum pro ſua vniuerſitate. 190. 12

Teſtimonium idoneitatis facere poteſt Capitulum Sede vacante. 157. 122

Teſtes ad probandam famam impuritatis debent atteſtari ſe audiuiſſe à maiori parte populi, prout in negotiis grauibus exigitur. 67. 43

TH

Theologus, ſeu obtinens Præbendam Theologalem, diebus quibus legit, habendus eſt tamquam præſens in choro pro tota die, & percipere poteſt diſtributiones quotidianas. 143. 7

Theſauraria de iure communi non eſt Dignitas, ſed officium Eccleſiaſticum habet, ex conſuetudine verò, & ſtatutis Eccleſiarum Cathedralium inter Dignitates referri cœpit. 26. 34

Theſau

Theſauraria ex quibus probetur Dignitas, oſtenditur. 55
Theſauraria ex conſuetudine, & omnium ferè Eccleſiarum Cathedralium ſtatutis inter Dignitates referri cœpit. 44. 5
Theſauraria ex quibus probetur Dignitas, oſtenditur. 6
Theſaurarius à theſauro Eccleſiæ cuſtodiendo appellatur. 43. 1
Theſaurarius cimeliarcha Græco nomine dicitur, id eſt, rerum pretioſarum aſſeruator, ſeu cuſtos. 3
Theſaurarius olim nullam Dignitatem, aut beneficium, ſed tantùm Officium Eccleſiaſticum habebat. 4
Thurificandus minimè eſt à Presbytero celebrante dominus loci, aut quiuis alius. 202. 25
Thurificandi munus ad Diaconum ſpectat. 24
Thurificare debet Epiſcopum Aſſiſtens Presbyter, ſiue Dignitas ſit, ſiue Presbyter. 196. 17
Thurificatio cum triplici ductu thuribuli Epiſcopo tantùm conuenit. 202. 26
Thurificatio Epiſcopo non debetur à Canonico, vel Dignitate aſſiſtente genibus flexis, ſed ſtante. 27
Thurificatio iuxta regulas Cæremonialis debet fieri celebranti in abſentia Epiſcopi triplici ductu. 28
Thurificatio cum vnico tantùm thuribulo ſemper facienda eſt. 35

TO

Tonſura, vide *Habitus*.
D. *Torquatus* Perottus intimus cubicularius, & maior Capellanus S. D. N. Vrbani VIII. laudatur. 48. 4

V

VA.

V*Aſa* diuinis Eccleſiæ vſibus dicata ſedulò cuſtodire pertinet ad Archidiaconum. 32. 21

VI

Vicarius Epiſcopi, vel Capituli Sede vacante non poteſt Canonicatuum ſuppreſſionem facere etiam à caſibus, quibus poſſet Epiſcopus. 21. 24
Vicarius natus, ſeu legitimus, cur. 33. 35
Vicarius Epiſcopi Archidiacono tam in choro, quàm vbilibet præcedit. 36. 55
Vicarius generalis abſente Epiſcopo debet habere primum locum ſuper omnes Dignitates & Canonicos, non obſtante conſuetudine in contrarium. 37. 56
Vicarius foraneus ratione ſui officij nullam habet præcedentiam in choro, ſeſſionibus, profeſſionibus, & aliis actibus, & functionibus Eccleſiaſticis. 57
Vicarius natus Epiſcopi quoad ſpiritualia dicitur Archipresbyter. 40. 24
Vicarius non dicitur poſſidere nomine proprio, ſed eius à quo deputatur. 30
Deciſio Sacræ Rotæ Romanæ refertur. 32
Vicarius generalis Canonicus cùm ſedet vti Canonicus, debet ſedere in loco ſuæ receptionis, & in habitu Canonicali, aliàs ſi vti Vicarius præcedit omnibus Canonicis, & Dignitatibus, ſed non lucratur diſtributiones quotidianas. 112. 32
Vicarius foraneus ratione ſui Vicariatus nullam in quauis functione, & loco habet præcedentiam ſupra alias Dignitates, & Canonicos antiquiores. 33
Vicarius non poteſt interponi inter Epiſcopum, & Capitulum. 113. 55
Vicarius Epiſcopi non lucratur diſtributiones quotidianas, ſi choro non intereſt quando eſt Canonicus, etiamſi à tempore immemoriali obſeruatum ſit vt debeantur. 144. 16
Vicarius Epiſcopi non abeſt ab Eccleſia, vbi eſt Canonicus, ex iuſta cauſa, cum ſoli Epiſcopo, & non Eccleſiæ deſeruiat. 17
Vicarius Epiſcopi, & Capituli Sede vacante poteſt procedere contra Capitulares adhibitis duobus de Capitulo extra formam Concil. *ſeſſ*. 25. *de reform. cap.* 6. 171. 12
Vicarius etiam abſente Epiſcopo in Capitulo, interuenire non poteſt, ſi verò ſit de Capitulo, debet inde exire vbi tractandum ſit de rebus ad ſuum, vel Epiſcopi commodum pertinentibus. 204. 12
Vicarius ſi ſit de Capitulo debet ibi tanquam Capitularis in proprio loco ſedere. 13
Vicarius Epiſcopi quando tanquam Canonicus in Capitulo aſſiſtit, debet in proprio loco ſedere. 207. 7
Vicarius Capituli Sede vacante ſi fuerit Canonicus, debet ſedere in loco proprio ſui Canonicatus antiquioribus non præcedendo. 208. 10
Vicarius vnus tantùm eligendus à Capitulo Sede vacante niſi legitimè adeſſet immemorialis conſuetudo duos, aut plures eligendi. 245. 33
Vicarius Capitularis, qui ſimul eſt Canonicus, ſi in choro interueniat cum Canonicali apparatu vt diſtributiones quotidianas lucretur, debet ſedere in loco proprio ſui Canonicatus antiquioribus non præcedendo. 246. 40.
Vicarius Capitularis occupare non debet in Eccleſia ſedem Archidiaconi, ſed debet ſedere in alia ſede portatili. 42
Vicarius Capituli magis expedit vt eligatur libere abſque vlla conditione mutationis, & aſſignatione aſſeſſoris. 45
Vicarius à Metropolitano deputatus in vim *cap*. 16. *ſeſſ*. 24. amoueri poteſt ad nutum ipſius Metropolitani. 247. 48
Vicarius Capituli Sede vacante debet eligi Doctor, vel Licentiatus in iure Canonico, ſeu aliàs quantùm fieri poteſt idoneus, ſi ſecus fiat, electio eſt nulla. 49
Vicarius Epiſcopi demortui non debet confirmari niſi eſſet Doctor. 50
Vicarius Capitularis debet eſſe Doctor in aliqua Vniuerſitate, non verò à perſona priuata. 51
Vicarius generalis, Prouiſor, aut officialis in Regnis Caſtellæ & Legionis debet eſſe in Sacris conſtitutus. 247. 54
Vicarius Capituli Sede vacante non poteſt cognognoſcere de cauſis delegatis Vicario generali Epiſcopi, nec exequi diſpenſationes in Matrimonij impedimentis, & litteras in forma Dignum, quæ huiuſmodi Vicario Epiſcopi ſolent committi. 248. 57. Vide *Capitulum*.
Vicarius Capitularis Sede vacante executioni demandare poterit litteras Epiſcopo per Sacram Congregationem directas, & ab illo non exequutas, necnon illud, quod Epiſcopo mortuo per Bullam, ſeu Breue in cauſis iuriſdictionem importantibus conceſſum erat. 60
Vicarius Capitularis Diœceſim viſitare poteſt quamuis id à Capitulo ſpecialiter ei non fuerit commiſſum. 250. 68
Vicarius Papæ etiam ſtatim poſt vacantem Sedem Apoſt. dimiſſorias litteras ad Ordines concedere poteſt. 257. 115
Vicarij munus exercet Archidiaconus ipſo iure abſque aliquo facto, Epiſcopo abſente, & eius Officialibus, non autem Sede vacante. 33. 35

Vicarij in electione ſi diſcordia fuiſſet inter Canonicos, & plures ad hoc officium aſſumerentur, magis idoneus, & habens qualitates Conc. remanere debet, cæteris remotis. 246. 36
Vicarij Capitularis electione facta, non poteſt Capitulum illum reuocare, niſi ex cauſa benè viſa Sacræ Congreg. 47
Vicario generali dantur candelæ, & palmæ ante Canonicos, ac Dignitates, exceptis iis, qui cum paramentis aſſiſtunt Epiſcopo in Sede Epiſcopali exiſtenti. 111. 27
Vicario generali ſedenti in choro licèt ſupra Canonicos thurificatio duplici, non autem triplici ductu thuribuli debetur, ſi tamen non ſit Prælatus. 202. 29
Vicario Capituli Sede vacante præcedit prima Dignitas poſt Epiſcopum, non verò alij Canonici, ſiue Dignitates ſecundariæ. 208. 8
Vicario Capituli Sede vacante debet prouideri de competente ſalario. 246. 35
Vicarium infra octo dies poſt mortem Epiſcopi conſtituere, vel exiſtentem confirmare omnino tenetur Capitulum. 245. 28
Vicarium generalem in ſpiritualibus, & temporalibus conſtituere poteſt Capitulum Sede vacante. 251. 79
S. *Victoris* Canonici Regulares à quo inſtituti, & quo tempore inceperint. 7. 29
Viſitando poteſt Epiſcopus ſine Adiunctis peccata, & exceſſus Capitularium, quos correctione, & punitione dignos repererit, corrigere, punire, & emendare, non tamen pœna ordinaria 172. 19.
Viſitare Clericos omnes debet Archidiaconus tertio quoque anno, ſi Epiſcopus ipſe non poſſit. 31. 11
Viſitare poteſt Epiſcopus ſine Adiunctis corpus Eccleſiæ Cathedralis, & Sacramentum, Reliquias, veſtes, ornamenta, cæteraque ad cultum diuinum deſtinata, & capellas, ac capellanias. 172. 18
Viſitare poteſt Diœceſim Capitulum Sede vacante, & ſic omnia loca, quæ poterat viſitare Epiſcopus. 249. 67
Viſitatio Capitulorum, & perſonarum Epiſcopis conceſſa, intelligenda eſt cumulatiuè, non priuatiue ad Abbates, & Decanos, & alios, quibus ante Concilium competebat ius viſitandi, ſeorſum tamen ab Epiſcopis. 171. 16
Viſitationem ſi quam Archidiaconus legitimè exercere conſueuit, aſſumpto Notario de conſenſu Epiſcopi facere per ſe ipſum tantùm debet. 31. 13

VN

Vnio poteſt fieri per Epiſcopum abſque Capitulo vbi extaret conſuetudo in contrarium. 238. 9
Vnio vbi fit ab Epiſcopo tanquam Apoſtol. Sedis delegato etiam Capituli conſenſus requiritur. 10
Vniones ex cauſa facere poteſt Capitulum Sede vacante, dummodo per eas iuriſdictioni Epiſcopali nihil detrahatur. 253. 98

VO

Votum habentes in electione computantur tantùm in maiori parte ſuffragiorum. 215. 11
Votum abſentis vt per procuratorem poſſit ſuſtineri tria requiruntur. 219. 12
Voti in computatione non eſt habenda ratio illorum, qui recedunt à loco vbi facienda eſt electio, nec illorum, qui noluerunt votare. 215. 12
Vox Epiſcopi, vel alterius Prælati tanta eſt, quanta ſolius Capituli quando de iure ſpeciali ius eligendi ſpectat ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul, vel ad Prælatum, & Capitulum, non ita quando de iure communi electio ſpectat ad Prælatum, & Capitulum. 75. 8
Vocis priuatio in Capitulo intelligitur de voce actiua, quæ ſimpliciter vox dicitur. 96. 18
Vocem in Capitulo habere, vel dare an potiùs ſit præeminentia, & fructus Canonicatus, quàm onus, oſtenditur. 282. 2
Voces in Capitulo habet qui ex legitimo titulo in eadem Eccleſia habet duas Præbendas, vel Præbendam, & Dignitatem. 212. 18

VV

VVuideſenenſes Canonici Regulares à quo inſtituti, & quo tempore inceperint. 8. 35

FINIS.